
VOLVMEN V.

CONSILIORVM DN. STEPHANI BERTRANDI CARPENTORACTENSIS, IVRISCONSVLTI CIRCVNspectissimi & integerrimi, nunquàm antehac editum, sed de nouo repertum,

VASQVINO FILIOLO IVRIVM DOCTORE INTERPOLATORE, ET SCHOLIASTE.




LVGDVNI,

M. D. LX.



CONSILIORVM DN. STEPHANI BERTRANDI CARPENTORACTENSIS VOLVMEN QVINTVM.



¶ Ad legem Cornel. de sicar. Rub.

¶ Epitome.

¶ Causam fugitiui sicarij, qui nocturnum furem interemit ⁊ pro eo interueniente procuratore absolutus est, semel decisam instaurari eo reuerso non oportet. V. F.

1 ☞ Jurisdictio ordinaria presumptionem pro se habet.
2 Procurator in criminalibus admissus, cum tamen admitti non deberet, quicquid gessit valet donec opponatur: sicut id quod falsus procurator gessit de consensu partis.
3 Fur nocturnus impune occiditur, quāuis se non defendat.
4 Fuga, vel occisi incognita conditio, an occisorem magis vel minus reum faciant.

¶ Consilium. cccci.



Onpossumple
ne, seu etiam tute scribere super meritis cause, quā defendendo habere dicitur honestus vir Georgius Vayrelli, cum venerabili viro do. pretenso procuratorem fiscali curie de Saletis pro eo quia nō habeo processum ordinatum, nec videre possum quo ordine acta extiterint disposita, ea que in schedulis ⁊ petijs mihi missis transcripta extiterunt solum igitur respondebo ad certa dubia mihi missa in quorum capite scribitur, dubia consultanda sequuntur. Et primo ad primum di-
1 co ⁊ respondeo, quod cum pro iurisdictione † ordinaria presumatur, vt notat glo. Innoc. Panor. ⁊ alij in c. cum in iure. de offic. delega. nobilis Sestoris, qui se gerit pro iudice predicti loci, talis reputetur, presumitur, q; talis sit, etiam alias non constito: secus autem est in iudice delegato: quia non sic presumitur pro delegata iurisdictione, vt not. doct. in c. cum in iure. de officio ⁊ potestate iud. deleg. in auth. ¶ Ad secundū dubiū dico ⁊ respōdeo, quod licet iudex regulariter procuratorē admittere non debeat in causa criminali criminaliter intētata. §. in criminalibus. v. q. iij. ⁊ l. penulti. §. ad crimen. cum suis simili. ff. de publi.
2 iudic. † si tamen eum admiserit, valet id quod cum eo interim actum extitit antequam cōtra eum opponatur exceptio. l. ita demum. C. de procur. l. filiusfamilias. §. veterani. ff. eodem titu. Ea etiam que fiunt cum falso procuratore valent per cōsensum partis. l. licet. ff. de iud. ⁊ l. iij. §. falsus. ff. rem rat. habe. Et quod acta in causa criminali cū procuratore admisso valeāt tenuit gl. in c. j. de iud. in vj. Bal. in d. l. ita demum: vbi dicit istam esse communem opinionem. Idem tenuit Bal. in l. seruū quoque. §. publice. ff. de procur. hoc etiam voluit Jac. de Are. in l. quamuis. C. de adulter. ⁊ tenuit Rota decisione. cccclxxxij. exordiente, ⁊ clericus contra laicum intentabat crimen, ⁊c. ⁊ Alexand. de Jmo. in d. l. penul. §. ad crimen. Propter quod dico, q; iudex non debebat vlterius inquirere contra dictū Georgium, si fuisset absolutus: nisi eo casu quo facere potuisset, si idem Georgius personaliter defendens absolutus extitisset. Ad id vero qđ vlterius queritur in secundo dubio de tortura, dico ⁊ respondeo quod cum iste occisus esset
3 fur nocturnus, † ille potuit impune occidi per eundem Georgium pro recuperatione sui equi. l. itaq;. §. lex. ff. ad legem aquiliam. not. glo. ⁊ Bar. in l. furem. ff. ad leg. Corneliam de sica. Pro quo est bonus tex. in c. si perfodiens. de homicid. not. glo. in c. j. §. si quis hominem. de pa. tenē ⁊ eius viola. quod procedit etiam si idem fur se non defendisset, vt voluit glo. ⁊ post eam Bar. in d. l. furem. Richar. de Sali. ⁊ Sali. eius nepos in l. si vt allegas. C. ad legem Corne. de sica. ⁊ ibi assignauit bonas rationes cur hoc potius fieri possit de fure nocturno, quam de fure diurno. Idem etiam voluit Jo. Fabri in d. l. si vt allegas. ibi reprehendens Jaco. ⁊ Pet. non facientes differentiam inter furem nocturnum ⁊ diurnum eis enim (vt affirmat idem Joā. Fab.) resistit dictum. c. si perfodiens, in l. fi. ibi, inuenitur impune scilicet occidi nocturnum furem quoquomodo: vbi etiam super dicto verbo quoquomodo, hoc voluit Jo. And. in nouella, exponens quoquomodo, id est siue se defendat, siue nō: pro quo allegat. c. tua. §. j. de homicid. pro hac sententia bene facit dicta. l. itaque. §. lex duodecim tabularum, versi. interdiu autem ⁊c. ⁊ d. c. si perfodiens. ver. diurnum autem ⁊c. propter illam dictionem aduersatiuam, autē, vbi est sermo de fure diurno, qui telo se defendat. Ex quo datur intelligi, quod in casu precedēte erat solum discrimen hoc est periculum perditionis rerum ablatarū quāquam: alias non esset aliqua aduersatio in iure ⁊ in facto inter dictos casus: que tamen esse debet, propter dictam dictionem aduersatiuā: ⁊ ita not. Rich. ⁊ Barth. de Sali. in d. l. si vt allegas: ⁊ hoc etiam fuit ibi de mente Bal. Ex quibus infero eundem Georgiū Vayrelli non esse torquendum. Nec † puto quod propter recessum seu pretēsum fugam dicti Vayrelli sit presumendum contra eum, quod ipse iniuste, vel alias non impune dictum furem occiderit, arg. eorum que not. Bar. in l. j. ff. de bonis proscrip. vbi Bar. limitans per se not. in l. lege Cornelia. ff. ad Syllani. dicit quod si aliquis aufugiat, vel stet cautus non eundo per terram, postquam accusatus est in crimen capitale, non est presumptio cōtra eum: quia iuste facit si timet, arg. dicte. l. j. Et quamuis hanc limitationem sequuntur Alexan. de Jmo. in d. l. lege Cornelia. ⁊ Ange. Aret. in tracta. de malefi. super verbo quedam fama publica. versi. an fuga sit sufficiens indicium ⁊c. Cum itaque eidem Georgio Vayrelli ante recessum dictum ⁊ relatum extiterit, quod contra eum inquireretur potuit iuste timere, ne propter pretensum homicidium etiam lege permissum, ⁊ sic impunibile, molestaretur, vel alias periculo exponeretur: quemadmodum ille, qui crimen, vel casum sibi impositum nullo modo perpetrauit, potest iuste timere, vt dicit Barto. ⁊ sequuntur Alexan. ⁊ Ang. vbi supra.

¶ Ad tertium in quo queritur an propterea sit a pena releuandus, pro eo quia ille pretensus occisus est incognitus, nec scitur eius nomen, aut cognomen dico et respondeo quod ignorantia huius hominis, aut nominis ⁊ cognominis eiusdē nihil facit quo ad casum nostrū. sufficit autem constare de occisione hominis vt voluit Bal. ⁊ post eū Ang. ⁊ Jo. de Jmo. in l. quoties. §. si quis nomen. ff. de heredibus instituend. Pro quo allegat Bald. gloss. quam reputat, singularem. ij. questione. viij. libellorum.

¶ Quo vero ad alia dubia non puto oportere laborare pro illorum solutione: cum vt prediximus dictum pretensum homicidium sit impunibile: ⁊ quia annotatio, quam facere tentauerunt domini officiarij predicti loci, non habuit iuris effectum, vt plene demonstrauit egregius vir nobilis do. Anto. de Dorna Jurium professor eximius.

¶ De episcopis ⁊ clericis. Rub.

¶ Epitome.

¶ Si quando Episcopus in canonicos et clericos cathedralis sue ecclesie iurisdictionem non habeat, sed de-

canus ⁊ capitulum, illo, aut eius vicario aliquid contra
tentante, recte ad Archiepiscopum hi appellant ⁊ con-
queruntur. V. F.

1 ☞ Iurisdictionem alias episcopo competētem, Deca-
nus et capitulum, presertim cathedralis ecclesie, habere
possunt, ⁊ prescribere, non accumulatiue, sed exclusiue ad
episcopum, ⁊ nu.2.
3 Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, ⁊ per
eā obscurus sermo declaratur, ⁊ nu.4.
5 Precedentia declarantur per sequentia.
6 Negligentis Decani, ad negligentem Episcopum nō fit
iurisdictionis deuolutio: sed ad Archiepiscopum.
7 Lex ⁊ ordinatio ad futura, non ad preterita extēduntur.
8 Spirituali gladio contra non subditos se quis defende-
re non potest: quamuis materiali sic.
9 Excōmunicatus nulliter, ad cautelā tamen absolui debet.

ℭ Consilium. cccciij.



Illud certū est, ꝙ Decanus ⁊ ca-
pitulum, ⁊ maxime Cathe-
dralis ecclesie, sunt capaces iurisdictio-
nis, alias de iure communi Episcopo
pertinentis capit. irrefragabili. §. exces-
sus, cum ibi nota. per glo. ⁊ docto. de of-
fic. ordina. ⁊ potest iurisdictio huiusmodi eisdem Deca-
no ⁊ capitulo non solum ex cōcessione seu speciali Priuile-
1 gio, de quo nō dubitatur, cōpetere sed † etiam ex prescri-
ptione, seu ex consuetudine, per quā queri potest iurisdi-
ctio ordinaria. l. j. C. de emancipa. libe. c. conquestus. ix. q.
iij. quod etiam voluit Gaufrid. in summa, de offi. Archi.
circa fi. ⁊ de offic. ordina. versi. audientiā, iurisdictionē ⁊c.
not. Archidia. ⁊ Ioan. and. in. c. cum Christus, de offic. or-
dina. in. vj. glo. Panor. ⁊ alij in capi. pastoralis. eod. titu. in
anti. Panor. in capi. auditis, ver. ex predictis ⁊c. de pre-
script. ⁊ idem Panor. ⁊ Anto. de butri. in capi. cum con-
tingat, de foro compe. ⁊ in dubio Decanus ⁊ capitulum,
vel alius prelatus inferior episcopo acquirēs iurisdictio-
nem in ciuitate vel parte diocesis, videtur eam acquirere
exclusiue quo ad episcopum: hoc est vt sic eidem episcopo
auferatur, ⁊ acquiritur prelato inferiore: nisi in casibus,
in quibus remanet iurisdictio penes episcopum: vt ver-
bi gratia, data negligentia prelati inferioris, vel in casu
appelli, aut alijs quibusdam: per ea que voluit Ioā. anti.
gloss. relatus per glo. in capit. pastoralis, de offic. ordin.
pro quo facit capit. ij. de excessi. prela. capit. cum contin-
gat. de foro competen. dictum capi. irrefragabili. §. exces-
sus. capitu. dilecti, de appella. ⁊ capit. cognouimus. xvij.
quest. ij. idem voluit gloss. in dicto capitu. pastoralis: que
sequitur opinionem Ioan. ⁊ post eam Panor. in dicto
capitu. pastoralis. ver. quoad secundū dubium ⁊c. ⁊ idem
in dicto capitu. cum contingat, col. mihi. v. versi. sed que-
ro quia supra dixi ⁊c. idem in dicto. §. excessus. versi. item
not. quod in dubio ⁊c. Pro quo est bonus text. in capitu.
auditis, ⁊ quod ibi Panor. de prescrip. post Archidia. et
Ioan. and. in dicto capitu. cum episcopus. Et hoc fuit de
mente Gaufri. in summa, de offic. ordina. versi. sed queri-
tur an Episcopus eodem modo ⁊c. iuncto versi. itē que-
ritur etiā de metropolitano. ℭ Cum igitur tam egregius
vir dominus modernus Decanus ecclesie Valētinensis, ꝙ̃
sui in decanatu predecessores fuerint in possessione per
se vel per eorum officiarios pro tempore per eos deputa-
tos exercendi iurisdictionem a tanto tempore ⁊ citra, ꝙ
de initio, vel contrario hominum memoria non existit, et
tam in causis ciuilibus, ꝙ̃ criminalibus in dominos ca-
nonicos, ac clericos beneficiatos ⁊ incorporatos eiusdem
ecclesie absque eo, ꝙ a tempore huiusmodi bone memorie
reuerendi do. Valentinensis episcopi seu eorum pro tem-
pore officiales, vel vicarij, se de causis personarum huius-
modi quomodolibet intromiserint, preterquam in casi-
bus specialiter ⁊ nominatim exceptis, vel precedente ne-
gligentia aut defectu eorundem do. Decani ⁊ capituli,
et in causa appelli: palam infertur eosdem do. Decanum
et capitulum contra personas predictas iurisdictionem
acquisiuisse: ⁊ quidem non accumulatiue, sed exclusiue ad
dictum do. Valētinensem episcopum, per predicta. Et cū
capitulum predictum tam per se, quā per officiarios pro
tempore deputatos etiam omnimodam iurisdictionem
exercuerit a predicto tempore, ⁊ citra, contra dominos
Decanos, qui pro tempore extiterint, absque eo quod de
eorum causis se quomodolibet intermiserint domini epi-
scopi, qui fuerunt pro tempore vltra vel aliter. ꝙ de cau-
sis aliorum do. Canonicorum eiusdem ecclesie: consequen-
ter infertur capitulū huiusmodi sibi quesisse iurisdictio-
nem. contra dictum do. Decanum, non accumulatiue: sed
exclusiue ad dictum do. Episcopū, ita vt quemadmodū
se intromittere non debet seu potest de causis aliorum,
nisi in casibus superius mentionatis et latius expressis in
sententia inferius mētionata: ita nec se intromittere. de-
beat aut valeat de causis eiusdem domi. Decani ⁊ quod
2 † eisdem do. Decano ⁊ capitulo competierit, ⁊ compe-
tat contra quos supra omnimoda alta, ⁊ bassa iurisdi-
ctio non accumulatiue, sed exclusiue ad ipsum do. Epi-
scopum pertinet, probatur vltra predicta, ⁊ clare colli-
gitur ex verbis, ⁊ serie sententie alias Apostolica auto-
ritate promulgate inter bone memorie reuerendissimum
in Christo patrem dominū Amedeum de Saluciis dia-
conum cardinalem dicte Valentinensis ecclesie, tunc ad-
ministratorem ex vna parte, ⁊ dominum tunc Decanum
⁊ prefatum venerabilē, ⁊ capitulum: ⁊ presertim ex primo
capitulo eiusdem sentētie vbi do. Apostolicus iudex de-
clarauit, ⁊ diffiniuit, quod in canonicos, ⁊ clericos cete-
rosq; incorporatos. ⁊ beneficiatos ⁊c. omnimoda iurisdi-
ctio alta ⁊ bassa. vbicq; ⁊c. spectaret ⁊ pertineret ad De-
canum ⁊ capitulum. Hoc etiam clarius colligitur ex ca-
pitulo exordiente, item volumus ⁊ declaramus quod si
predicte persone ⁊c. vbi a generali seu regulariter adiu-
dicata iurisdictione prefatis dom. Decano ⁊ capitulo in
personas de quibus premiserat: excepit idem do. Iudex
specialiter ⁊ nominatim quatuor casus. Preterea etiam
in capitulo huiusmodi, versic. in omnibus autem casibus
supradictis ⁊ personis ⁊c. excepit idem iudex duos alios
casus, licet generaliter: scilicet casum defectus seu negli-
gentie eorundem. do. Decani ⁊ capituli, ⁊ casum appelli.
in quibus voluit ⁊ declarauit iurisdictionem deuolui ad
3 dictum do. Episcopum. Per que firmata est † regula in
ceteris. l. quesitum. §. denique, ⁊ quod ibi Bar. ff. de fund.
instru. ⁊ l. nam quod liquide. in fin. cū suis simili. ff. de pe-
nu lega. Ea etiam fuit ⁊ est vis exceptionis huiusmodi,
4 vt per eam † declaretur virtus indefiniti seu obscuri
sermonis, ⁊ precedentis dispositi, si quod precesserat, ar-
gu. l. fin. §. cui dulcia. ff. de tritico, vino, ⁊ oleo legato. quia
5 precedentia declarantur per † sequentia. l. si seruus plu-
rium. §. fina. ff. de legatis. j. Et cum iurisdictio predicta
non exclusiue, sed accumulatiue ad episcopum, eisdem
do. Decano ⁊ capitulo pertineret: quomodo diceretur ad
eundem do. Episcopum deuolui in casu negligentie vel
appelli: que etiam non data negligentia, vel appellatio-
ne non interiecta, eidem episcopo spectasset. Preterea
quomodo diceretur in dicto versicu. in omnibus autē ⁊c.
iurisdictionem deuolui ad eundem episcopum data ne-
gligentia prefatorum do. Decani ⁊ capituli: cum si pre-
supponeremus iurisdictionem competere prefatis De-
cano ⁊ capitulo non exclusiue ad episcopum, sed accu-
mulatiue: ⁊ sic non solum ipsis, sed etiam episcopo: quem-
admodum dicerentur Decanus ⁊ capitulum negligen-
tes: ita ⁊ episcopus: quia ab initio procedere potuerat. et
sic non deberet ad eum, qui sui ipsius negligentiam corri-
6 gere non potest, sed † ad superiorem, scilicet reuerendis-
simum in Christo patrem do. Viennensem Archiepisco-
pum deuolui iurisdictio, per ea que habentur in capitu.
postulastis. et quod ibi docto. de conces. preben. ⁊ per do-
cto. in dicto capit. irrefragabili. Preterea quod superius
dixi clarissime colligitur ⁊ apparet ex ijs, que habentur in
instrumento predicte sententie in capitulo, itē volumus ꝙ
predicta omnia ad futura non ad preterita extendantur
⁊c. vbi voluit idē do. Iudex, quod si aliqui de ijs, qui an-
te dictam eius sententiā erant de iurisdictione capituli,
per ipsum factam reducerentur ad iurisdictionem episco-
pi: quatenus autem ante sententiā deliquissent, aut deli-
quisse dicerentur in aliquo, cuius cognitio diceretur per-
tinere ad predictum capitulu idem do. Episcopus nul-
lam haberet iurisdictionem in eisdē casibus: nec aliquid
posset ab illis, qui antea deliquissent, aut deliquisse dice-
rentur exigere, vel habere. Ecce ergo quod idem do. Iu-
dex expresse protestatur, quod sua huiusmodi ordinatio,
7 seu sententia nō extēderetur † ad preterita. Et recte cap.
ij. de constitu. Ex quo intulit quo ad illos, qui ante sentē-
tiam huiusmodi primo poterant per capitulum, licet per
eandem

eandem sententiam translati dicerentur, imo transferren-
tur ad iurisdictionẽ episcopi, quod nullã haberet episco-
pus iurisdictionem quo ad delicta ante sententiam hu-
iusmodi per eos perpetrata: quod non fuisset si iurisdi-
ctio contra illos et alios competijsset prefatis dom. De-
cano ⁊ capitulo accumulatiue, et non exclusiue ad pre-
dictum episcopum. Ex quibus omnibus infero quod cum
casus in quo egregius vir do. Joannes despinay, preten-
sus, domini valentinensis episcopi vicarius, excommuni-
casse dicitur egregium virum dominum decanum, ⁊ quos-
dam alios do. canonicos ac clericos beneficiatos ⁊ incor-
poratos Valentinensis ecclesie, non sic de casibus prius
mentionatis: fuerit ⁊ sit excommunicatio huiusmodi, vt
pote lata a non suo iudice nulla, vt not. glo. in. c. penulti.
de senten. excommu. in. vj. pro quo allegat. c. iij. de consuet.
⁊ c. cum olim. de priuile. Idem fuit de mente Panormi.
in. c. cum contingat. de offic. deleg. ⁊ Gemi. in. d. c. presenti.
quod procederet etiam si prefatus do. Despinay pro de-
fensione pretensorum iurium do. Valentinensis episcopi,
vel sue ecclesie, tanquam pars procedere potuisset: quia
licet gladio materiali possit quis se aduersus omnes de-
8 fendere gladio † tamen spirituali, cuiusmodi est excom-
municatio, se defendere non potest, nisi contra homines
sue iurisdictionis: vt voluit Innocen. ⁊ post eum Ge-
mi. in. c. dilecto. de senten. excommunicatio. in. vj. Est etiã
quod eidem domi. Spinay refragetur ⁊ obstet, scilicet
quod non est episcopus: ⁊ sic non est ille, cui pretenditur,
ius competere. ¶ Et quamuis in. d. capitu. cum contin-
gat. de offic. delegat. ⁊ in capi. per tuas. de senten. excom-
municatio. ponantur duo exempla nullitatis sententie
excommunicationis: primum videlicet cum preponitur
promulgata post legitimam appellationem secundum
eum allegatur intolerabilis error fuerit expressus in ea-
dem: quibus casibus in dubie excommunicatio est nul-
la. d. capitu. per tuas: sunt tamen multi alij casus, in qui-
bus excommunicatio est nulla: quod not. glo. in. d. c. presen
ti, super verbo cautelam, in quibus quis, vt pote excom-
9 municatione non legatus, absolutione non indiget, † di-
cto. c. cum contingat, circa medium: potest autem petere
ad cautelam se absolui, ⁊ cui absolutio huiusmodi, scilicet
ad cautelam, ante omnia concedi debet. c. solet. §. in prima
igitur, ⁊ c. venerabilibus. de senten. excommunicatio. not.
Panor. in. d. c. cum contingat. Et quod absolutio ad cau-
telam habeat etiam locum quando excommunicatio di-
citur nulla defectu iurisdictionis, firmat Jo. And. in. d. c.
solet. quod etiam ibi placuit Hostien. propter identitatẽ
rationis. ⁊ idem voluit ibi Gemin. ver. quero an absolu-
tio referens quod idem tenuit Vincen. in. c. ab excommu-
nicato, de rescrip. ¶ Quod autem dicta pretensa excom-
municationis sententia fuerit ⁊ sit iniqua ⁊ iniusta, plene
prosequutus est egregius vir domi. Guliel. Mayneri): et
ideo super hoc articulo non insisto. dico tamen, prout ipse
dixit, quod non solum, potuerunt prefati domi. Decanus
⁊ alij adire dominum Metropolitanum vienne, per viam
appellationis: sed etiã per viã quele: cum idem do. Despi-
nay, prout ipse pretendit ⁊ affirmat, ex suo pretenso offi-
cio, ⁊ vt pars, non ad partis instantiam processerit. Pro
quo allegasse sufficiat no. per Panor. in. c. ab excommuni-
cato, col. ij. de rescript.

¶ Rub. De impub. ⁊ alijs substitu.

¶ Epitome.

¶ Ex varijs quesitis non ad eundem scopum tendenti-
bus, vnicum fieri non potest argumentum: nisi quis Chi-
maram Dialecticorum reddere velit vniformem. Hic er-
go notabilia pro summario sunto.

1 ☞ Substitutio reciproca impuberibus facta, pupilla-
res continet, donec alter pubes factus est: ⁊ vulgares,
donec hereditas adita sit.
2 Substitutio reciproca fideicommissariam non conti-
net, nisi verbum aliquod insit tractum temporis impor-
tans.
3 Frater vtrinque coniunctus in successione fratris defun-
cti consanguineo tantum fratri prefertur: exclusa etiam
matre, que transiuit ad secunda vota, quoad proprietatem
bonorum paternorum.
4 Vsufructuarij morte, finitur vsufructus.
5 Legatarij, qui ei a quo legatum capere debuit successit,
confunduntur actiones: ita vt iam pro ea parte, pro qua
ei successit, legatum petere nequeat.

¶ Consilium. cccciij.



Viso casu mihi exhibito ex par-
te honorabilis mulie-
ris Augustine berengarie exordicte, Fa
ctum tale est, quidam Raymondus be-
rengarij ⁊c. ⁊ dubijs ex eo elicitis, dico ⁊
respondeo breuiter ⁊ succincte ad dubia
quesita huiusmodi, prout infra. Premittens quod liben-
ter vidissem testamentũ honorabilis quondã viri Ray-
mundi berengarij. vt sic intelligere potuissem, an in vim
alicuius pretense substitutionis potuerint superstites, aut
aliqui eorundem succedere Francesie ⁊ Jacobo berẽga-
rij vita functis. Quod videre nõ valeo ex sola respectio-
ne casus mihi transmissi. Et quidem non quoad prefa-
tam Francesiam: quia in casu huiusmodi nulla est facta
mentio de aliqua pretensa substitutione eidem Francesie
facta. Etiam nec quoad prefatum Jacobũ: quia in insti-
tutione de eo et Joanne eius fratre facta nihil aliud re-
fertur, nisi quod prefatus quondã Raymundus eosdem
Joannem ⁊ Jacobum heredes vniuersales instituit, et
ipsos inuicem substituit, vel ipsos inuicem substituendo,
que si ita se habeant, ⁊ sic factũ fuerit sine adiectione alio-
rum verborum per dictum quondam Raymundum, illa
breuiloqua substitutio facta per verbum inuicem ⁊c. ab
1 initio comprehendit † pupillares: pro eo quia Joannes
⁊ Jacobus erant impuberes: sed illa expirauit quoad
dictum Jacobum, pro eo quia factus maior quatuorde-
cim annis vita functus est, ⁊ decessit. l. in pupillari. ff. de
vulga. ⁊ pupilla. comprehẽdit etiam ab initio vulgarem:
sed illa expirauit: pro eo: quia vt audio, prefatus quondã
Jacobus se immiscuit bonis ⁊ hereditati dicti quondã
Raymundi eius patris. l. post aditam, cum suis simili. C.
de impube. ⁊ alijs substit. Non autem comprehendit sub-
stitutionem fideicommissariam: pro eo quia si verba sic
habeant vt premisi, ⁊ vt ponuntur in dicto casu: ibi nõ est
2 aliquod verbum denotãs tractum temporis: † quod ta-
men est necessarium ad hoc vt substitutio breuiloqua fi-
deicommissariam contineat, vt notat. Joan. de Imo. in. l.
Lucius. ff. de vulg. ⁊ pupilla. Ex quibus infertur, quod si
ita dictum sit, ⁊ nihil aliud in substitutiõe facta inter di-
ctos Joannem ⁊ Jacobum, prout superius retuli, nihil
habere potest in vim substitutionis. huiusmodi dictus
Joannes superstes. Perinde est igitur perinde acsi non
fuisset dicto Jacobo substitutus. Quo casu dicendũ esset
ad predictum dubium, quod prefatus Joannes ⁊ Augu
stina superstites successerunt eidem Jacobo eorum fratri,
3 equis portionibus, repulsa † clementia sorore cõsangui-
nea. auth. de heredi. ab intesta. §. reliquũ colla. ix. ⁊ auth.
defuncto. C. ad tertyll. Exclusa etiam ⁊ repulsa eorum
matre, quo ad bona que fuerunt dicti quondã Raymũ-
di, excepto vsufructu: pro eo quia conuolauerat ad secun-
das nuptias. authen. ex testamento. C. de secun. nupt. ⁊ in
corpore vnde sumitur. Et per hec patet responsio ad di-
ctum primum quesitum, ⁊ duo sequentia. ¶ Ad quartum
respondeo vt supra, quod Francesie succedũt prefati Jo-
annes ⁊ Augustina quoad bona que fuerunt dicti quon
dã Raymundi, exclusa, seu repulsa Clementia; pro eo quia
duntaxat erat eius soror consanguinea: dicti vero Joan-
nes ⁊ Augustina eius frater ⁊ soror vtriusque coniuncti
existũt: ⁊ sic in ipsius Francesie successione eandem Cle-
mentiam excludunt, per iura preallegata. Excludunt etiã
dictam eorum matrem quo ad bona que fuerunt dicti
quondam Raymundi testatoris, nisi quo ad vsumfructũ
eius virilis partis dicta authen. ex testamento. C. de se-
cun. nupt. que erat quarta pars: pro eo quia tẽpore mor-
tis eiusdem Francesie supereant mater, Joannes, Jaco-
bus, ⁊ Augustina. Sed de hoc curandum non est, pro eo
4 quia mater predicta mortua est; ⁊ † sic vsusfructus sibi cõ-
petens, vel debitus consolidatus est cum proprietate, et
extinctus, seu finitus, §. finitur. institu. de vsufruc. ¶ Ad
quintum patet respõsio ex predictis, si verba substitutio-
nis se habeant vt predixi. debet enim prefata Augustina
habere de legato sibi relicto, quod est ducentorum flore-
norum, centum ⁊ quinquaginta quia pro alijs quinqua-
5 ginta confunduntur † actiones. Centum videlicet a dicto
Joanne ⁊ pro ratione medie partis hereditatis, in qua

fuit ab initio heres institutus per dictum quondā Raymundum, τ quinquaginta ratione illius partis, pro qua idem Joānes succedit Jacobo eius fratri, qui eidē Augustine tenebatur in alijs centum florenis. Pro alijs vero quinquaginta sunt actiones eiusdem Augustine confuse: pro eo quia ipsa succedit pro medietate, vt predixi eidem quondam Jacobo: τ sic illos petere non potest. l. si ab eo, τ quod ibi gloss. C. de nego. gest. τ. l. si vxor, cū suis simili. de bo. auto. iudi. possiden. habebit etiam dicta Augustina dimidiam partem hereditatis dicti quondā Jacobi, vt predixi. ¶ Ad vltimum dico τ respondeo bonum esse differre editionem seu confectionem libelli donec visum fuerit testamentum dicti quondam Raymundi quia alias confici non potest multum secure, sed quasi diuinando: quod facere nollem.

¶ Rubri. De iure dotium. ¶ Epitome.

¶ Et hic orationum plane monstrum quis pingat, si ex tot capitibus vnum solum formare velit. Hoc tamen habe, quod cum dotis cōstitutio donationis ob causam naturam sapiat, non potest, qui semel dotem constituit, factum retractare. V. F.

1 ☞ Donatio mera extraneo facta per superuenientem donanti prolem reuocatur: donatio vero ob causam non, quia proprie donatio non est.
2 Pactum future successionis de iure est reprobatum.
3 Usufructus retentione dominium τ possessio transferuntur: ita vt qui ea retinet iam ad alium rem nequeat alienare.
4 Usufructuarius si vsumfructum alienet illum perdit: sicut feudatarius feudum.
5 Cautio de recte vtendo fruendo, an τ quando per vsufructuarium prestanda sit, τ quomodo.

¶ Consilium. cccciiij.



Ad casum qui mihi exhibitus est parte nobilium Jacobi de Thesano, τ Ludouice Guitarde, τ ad dubia ex eo elicita dico τ respondeo prout infra. Premittens tamen pro illorum faci-
1 liore solutiōe, quod licet mera donatio facta persone † extranee de quota bonorum, reuocetur propter superuenientem liberorum natiuitatem. l. si vnquam, τ quod ibi docto. C. de reuocan. dona. de quo etiam per gloss. τ docto. in. c. fina. de dona. secus tamen est in donatione ob causam: cuius dicti illa est ratio, quia. d. l. si vnquam, loquitur in donatione propria scilicet que fit ex mera liberalitate: non in donatione impropria vt voluit Ange. τ Bal. in aliquibus lecturis in. d. l. si vnquam τ Rom. in. l. si vero. §. de viro. ff. soluto matri. in. xlviij. fallentia. facit quod not. gloss. in. l. si pater. §. fina. ff. de donat. dos autem non est mera donatio: sed est donatio, vel potius datio ob causam: pro quo allegasse sufficiat not. per gloss. τ doctor. in authen. ex testamento. C. de colla. Pater enim cogitur dotare filiam: quia dotare illam est paternum officium. l. fin. C. de dot. promissio. τ datur dos pro oneribus matrimonij supportandis. l. pro oneribus. C. de iure dotium. Et quod donatio ob causam non sit proprie donatio: sed potius datio ob causam, tenuit Barto. in. l. ij. C. de condi. ob cau. Bar. Pau. de Cast. Roma. τ Alex. de Jmo. in. l. si. ff. e. tit. ¶ His premissis dico τ respondeo ad primum quesitum quod per natiuitatem duarum filiarum nobilium Aymari, Guitardi, τ Magdalene Sardie, que nate dicūtur post dotem constitutam per eundem Guitardum, pro τ nomine dicte nobilis Ludouice, de medietate omnium bonorū eorundem Guitardi τ Sardie, non censetur constitutio huiusmodi reuocata. Et quidem non insolidum, per dictā l. si vnquam: quia, vt predixi, loquitur τ procedit in mera donatione cuiusmodi non est dos. Nec etiam reuocata est in parte pro eo quia adhuc suberat in quo possent dicte filie habere legitimam: que quoad dictum nobilem Aymarum, τ bona eius, non ascendit nisi ad dimidiam tertie partis. Habet enim idem Aymarus, vt colligo ex casu, quatuor filias: quarum legitima est triens, seu tertia pars, authenti. de trien. τ semi. §. j. colla. iij. τ transumptiue in auc. nouissima. C. de inoffic. testamen. Hec autem tertia pars diuidenda est in quatuor partes: τ sic quelibet illarum duarum filiarum, si pater moritur quatuor filiabus superstitibus, non habebit nisi duodecimam partem. Quo vero ad aliam mediam partem, quam prefati nobiles Aymarus τ Magdalena donasse dicuntur eisdem nobilibus de Thesano, τ Ludouice, existimo quod quatenus donatio huiusmodi concernit dictum nobilem de Thesano, illa reuocata extiterit, per dictam. l. si vnquam: quia idem de Thesano est dictis donatoribus extraneus τ est sibi facta donatio de quota bonorum. Quatenus vero donatio huiusmodi concernit dictum nobilem Ludouicum, puto quod illa non sit reuocata. Cuius illa est ratio: quia donatio facta alteri ex liberis non reuocatur per liberos postea natos, nisi quo ad hoc vt habeant debitum bonorum subsidium, hoc est legitimam. vt not. Salice. et docto. in. l. j. C. de inoffi. dona. Hanc autem legitimam habere poterunt in parte concernente dictum nobilem de Thesano non dico tamen quod illam quartam partē habere debeant insolidum: quia illorum legitima ad tantum non ascendit. ¶ Ad secundum dubium dico τ respōdeo, quod vt predixi dicta dotis constitutio facta de medietate bonorum dictorum Guitardi τ Magdalene, non est reuocata. Etiam nec est reuocata donatio facta post mortem de alia medietate: quatenus tamen illa concernit prefatam Ludouicam. Propter quod existimo prima facie, quod si presupponeremus pactum de quo illi valuisse, illud pactum non esset reuocatum: sed vt videtur ex ijs que narrantur in huiusmodi casu predicto, pactū fuit pa-
2 ctum † future successionis: quod vt pote de iure reprobatum non valet. l. hereditas. C. de pact. conuen. tam super do. τ. l. stipulatio hoc modo concepta, τ quod ibi per docto. ff. de verborum obligatio. de quo etiam per docto. in. l. licet, τ. l. fina. C. de pact. ¶ Ad tertium quesitum dico et
3 respondeo, quod cum per retentionem † vsusfructus factam per prefatos Aymarum τ Magdalenam dominiū τ possessio illius dimidie partis bonorum in dotem constitute, translata extiterint in dictum nobilem Jacobum, maritum τ personam coniunctam. l. quisquis, τ quod ibi docto. C. de donat. non potuit idem Aymarus. hanc dimidiam partem alienare, vel in alium transferre: quia nemo plus iuris τc. l. traditio. ff. de acquiren. rerum domi. c. gratia. j. q. j. τ. c. Daybertum. j. q. vij. Quo vero ad aliam dimidiam partem, quam post mortem donauerunt, puto quod alienatio valeat. Poterit tamen eadem Ludouica post mortem dictorum nobilium Aymari et Magdalene experiri in vim hypothece, vel Saluiani interdicti: si pro obseruatione illius donationis bona obligata extiterunt. ¶ Ad quartum dico τ respondeo, quod dictus nobilis Ludouicus, potest experiri τ agere cōtra emptores et ab eisdem repetere bona in eos alienata: non quidem insolidum: sed pro dimidia parte sibi in dotem constituta. Quia quo ad illam dimidiam partem, eam alienare non potuit: quia nemo plus iuris τc. d. l. traditio. ff. de acquiren. rerū domi. τ. c. gratia. j. qō. j. Et quamuis prefati Aymarus et vxor sibi reseruassent vsumfructum ad vitam: non tamen potuerunt etiam vsumfructum huius partis in alium transferre. §. item finitur, τ quod ibi glo. institu. de vsufruc. quinimo vt ibi not. Joan. Fab. vsufructuarius non solum non transfert vsumfructum in extraneum quando illum extraneo cedit: sed etiam illum amittit τ perdit: τ est simile in feudo, de feud. aliena. in princip. ¶ Ad quintum dico, ꝗ dicta bona alienata poterit idem nobilis Jacobus pro dicta dimidia parte repetere, nō solum post mortem ipsorum nobilium Aymari τ vxoris: sed etiam eisdem viuentibus: quia pro illa medietate non potuerunt predia huiusmodi alienari. ¶ Ad sextum respondeo quod pro dicta dimidia parte poterunt dicta bona repeti, etiam pretio non restituto: erit tamen necessarium offerre libellum aptum et pertinentem. Et † insuper potest etiam exigi cautio idonea de vtendo fruendo arbitrio boni viri. l. j. et l. vsufructu, cum suis similibus. C. de vsufruct. dico quod si prefati Aymarus τ Delphina vxor dissipent bona, poterit idem Jacobus, non obstante retentione vsusfructus facta per dictos Aymarum τ Delphinam, petere quod dicta dimidia per eos bonorum sibi in dotem per eosdem constituta, eis auferatur, τ sibi tradatur, vel saltem sequestretur, prestita cautione super assecuratione vsusfructus huiusmodi dimidie partis, per ea que ponit Joan. Andr. in addi. Specu. titu. de donat. inter virum τ vxo. §. si. ad fi. τ Barto. in. l. si constante, in principio. in. ix. q. secunde partis principalis. ff. solu. matrimo. Nisi forte secundum Jo. 5

de

de Imol. ipsi coniuges parati essent satisdare eidem nobili Iacobo. Si enim in casu dissipationis bonorum fiat quod predixi contra patrem, & ad filiorum instantiam, ne eorum bona dissipentur: multo fortius hoc fieri debet in casu nostro pro dote dicte nobilis Ludouice cõseruãda ne pereat q2 doti debentur multa priuilegia: & hoc certissimũ est, super quo non insisto. ¶ Pro responsione ad aliud quesitum, quod fit de bonis, & iuribus matris nobilis Armande Guitarde, cessis, & remissis prefatis nobilibus Iacobo & Ludouice vidissem libenter instrumentum cessionis et remissionis huiusmodi vt sic intelligere possem quo titulo seu iure facta sit cessio & remissio huiusmodi: & an per eam, vel consensum in ea adhibitum dictus nobilis Aymarus dictorum iurium debitor, perdiderit vsumfructum quod facere non possum, pro eo quia non exhibetur. Nescio etiam si bona & iura, seu vel matris eiusdem Armande consistãt in pecunia duntaxat, vel etiam in corporibus: an videlicet in mobilibus, vel in immobilibus: aut vtrisque. Et ideo non possum faciliter & sine multis scriptis respondere quod multo facilius facere poterã, si habuissem plenã informationem. Solutio enim colligitur ex ijs que not. Barto. & Ioan. de Imo. in d. l. si constante, loco superius allegat. d. Io. And. in d. §. si. ad fi. Mandetur mihi veritas facti, hoc est in quibus bonis & rebus dicta bona materna consistant, & ego respondebo in specie. Interim vero dico, quod si bona predicta consisterẽt in iuribus, hoc est in actionibus: vt quia deberetur dos, in pecunia consistens possent dicti Iacobus & Ludouica officio iudicis obtinere, eundem Aymarum cogi & compelli ad sibi exsoluendũ huiusmodi pecuniam vt illam saluam habeant, per ea que not. Bartol. in l. constante. loco superius allegato: pro quo allegat. l. Imperator. ff. ad trebel. & l. fin. §. quibus. C. de senten. pa. nisi forte, secundũ Ioan. de Imo. ibi, prefatus Aymarus esset paratus satisdare de pecunia exsoluenda post mortem eiusdem Aymari: super quo articulo vlterius non insisto: donec habuerim pleniorem informationem.

¶ Rub. De probationibus &c. ¶ Epitome.

¶ Cum quid probari pretendebatur, si testes singulares sint, nec vlla ex parte contestes, nec omni exceptione maiores, non defertur parti iuramentum probationis suppletorium. V. F.

1 ☞ Instrumento publico nullatenus impugnato standum.
2 Testis deponens ad suum commodum videtur in propria causa deponere, in qua non valet eius depositio.
3 Testis extra articulata deponens non probat.
4 Nota quantitatis cancellata, probat tamen debitũ fuisse.

¶ Consilium. cccv.



Viso processu cause agitate pro & inter prouidos viros Georgium, Ioanem, & Stephanum Guineti fratres heredes honorabilis quodam viri Roleti Guineti de insula actores ex vna parte, & Petrum Melie reum ex alia, dico illas esse partes reuerendi in Christo patris do. Regentis comitatus, Venayscini, seu eius locum tenentis, vt sententiam condemnatoriã proferat pro eisdem Guinetis, & contra dictum Melie, vtpote plene probantibus debitum parte eorum petitũ et hoc per publicum instrumentum in hac causa exhibitum & produ-
1 ctum, a parte ipsius Melie recognitum: cui, cum † in nullo impugnatum extiterit, standum est. l. cum precibus, et quod ibi glo. & docto. C. de proba. capitu. ad audientiam, de prescript. capitu. illud, de presumpti capitu. dubium, de conuersio. coniuga. capi. cum Ioannes eremita, de fid. instru. capit. porro, de priuile. & l. iurisgentium. §. quod fere. ff. de pact. not. glos. in §. item verborum & §. si scriptũ, insti. de inutil. stipula. & §. fin. insti. de fideiusso. & Barto. in l. heredes palam, in principio. ff. de testa. Quod autem prefati Georgius, Ioannes, et Stephanus heredes fuerint & existant dicti quondam Roleti, probatum est confessione partis aduerse. Fuit itaque & est intentio predictorum Guinetorum sufficienter fundata. ¶ His autem non refragantur neque obstant opposita & excepta parte dicti Gulielmi, in quadam eius pretensa schedula exordiente, Ad fines & effectus &c. Et primo quidem, non quod opponatur de solutione quinquaginta florenorum facta, vt ex aduerso pretenditur, per prefatum Melie de quinquaginta florenis. Quia cum obligatus existeret in centum & viginti duo florenis: superfuit & superest magna summa: cuius dimidia excedit summam parte prefatorum Georgij, Ioannis, & Stephani in hac causa petitam. ¶ Non etiam obstat quod opponitur in quarto et quinto articulis dicte pretense schedule in quarto videlicet de solutione sex saumatarum bladi, facta vt pretenditur, anno domini millesi. cccc. lxxxiij. & tempore messium. Et in quinto de solutione duodecim saumatorum bladi, facta vt cõtendit pars aduersa anno domini millesi. cccc. lxxxiiij. & tempore messium. Tum quia hec non probatur: Et quidem non per primum testem, scilicet per Petrum Leonardi: q2 vt ex illi9 depositiõe colligitur, & apparet ipse super dictis quarto & quinto articulis dixit & deposuit se scire. Preterea que cõtinentur in depositione per eum facta, vt pretendit, de et super contentis in dictis articulis in causa q̃ inter ipsas partes agitabatur in curia insule, & cui depositioni se retulit: de qua depositione non constat: ille cum alie attestationes, quas fecisse pretenduntur ipse Bernardi & alij de quibus infra & que reperiuntur inter acta, seu producta hac causa modo appareant facte in causa que inter eadẽ partes penderet sed in causa tunc pendente inter Rostagnum Guineti, & ipsum Melie: et & sic inter alias partes. Non igitur videtur attestationes predicte esse ille, ad quas se retulit testis premẽtionatus. Et sic eius dictum non obstat. Tum et quia in attestationibus huiusmodi dixit & deposuit quod suo videre erant decẽ anni vel circa, ex quo ipse nomine Roleti receperat nouem vel decem saumatas bladi a Gulielmo Melie, & in eius area: quas cum quadriga ad dictum Roleti & in
2 eius horreo portauerat: cuius † ea de causa nõ valet depositio, etiam si prima ratio cessaret: quia ex illa reportaret commodum, & se per eam exoneraret ab obligatione, qua teneretur, si ita esset, dicto Gulielmo Melie, pro quo portare tenebatur dicto quondam Roleto: vel quia teneretur eisdem Guinetis si ratificarent pretensam receptionem factam per ipsum testem, vt deponit nomine eiusdem Roleti. Pro quo allegasse sufficiat. l. omnibus, & quod ibi Salice. versicu. quero nunc de procuratore: ibi, aut in negotio quod gessit &c. C. de testib. Barto. in l. deferre. §. ijdem decreuerunt. ff. de iure fisc. Ioan. de Pla. in l. comperimus. C. de nauicula. libro. xj. & Panormi. in capitu. insuper col. mihi. iiij. versicu. sed circa predicta queritur quid de eo qui fuit administrator &c. de testib. quod etiam voluit Pau. de cast. consi. cxl & Alber. de male. in suo tracta. de testi. in. iij. parte prime partis. §. quid de aduocato. Ad impugnationẽ depositionis huius testis etiã facit, quod in dicto quarto articulo articulatum est de solutione sex saumatarum bladi. Iste vero dicit se recepisse nouem vel decem saumatas. In quinto fuit articulatum, quod anno sequenti fuerant solute duodecim saumate: Iste vero testis deponit, quod lapsis tribus annis post receptionem dictarum sex saumatarum bladi, ipse ab eodem Melie, vt nomine dicti Roleti, rece-
3 pit vnam quadrigatam annone. Quo fit † vt non videatur deponere super articulatis: sed extra ea: & sic non probat per ea que not. Barto. in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. Preterea etiam dicte pretense solutiones sex saumatarum Bladi ab vna parte, et duodecim ab alia, non probantur per depositionem cuiusdam Bartholomei quinsoni. Tum quia in dicta sua pretensa depositione se refert ad depositionẽ alias factam per eundẽ in causa pendente inter dictas partes: de qua, vt dixi in impugnatione depositionis primi testis, non apparet. Tum et quia ex eius pretensa depositione si illa valeret, reportaret commodum: exoneraretur enim ab obligatiõe Pau. de cast. & Albe. de male: qua tenetur eidem Melie, si illas ab eodẽ receperit, prout dicit. Non est igitur eidem credendum, dicta. l. omnibus. & per id quod not. Barth. Salice. Ioan. de pla. Panormi. in locis superius allegatis valet etiam ad impugnationem huius testis vel contrarietas, que est inter dictam eius pretensam depositionem, & depositionem primi testis: vel saltem eius singularitas deponit enim primus, vt predixi, de sex saumatis deinde post lapsum triennij per se receptis, & portatis. iste vero secundus testis deponit de duodecim saumatis, non

non quidem simul, vel per partes receptis ⁊ portatis per
dictũ primum testem: sed per se, et quod illas infra duos
annos nomine eiusdem Helie, et ad requisitionem dicti
Roleti portauerit ad horreum dicti Roleti. Preterea
nec etiam probatur per depositionem cuiusdam Serme-
ti poterij tertij testis. Tum quia ex illa reportaret com-
modum, si valeret: dicit enim quod eo tempore quo pro
quadrigario eidẽ Helie seruiuit ipse transuehi fecit cum
quadriga ⁊ equis eiusdem Helie vnam quadrigatã bla-
di apud domum dicti Guineti. Non igitur obstat, vt pre-
dixi in alijs impugnationibus. Tum quia non deponit
de aliqua certa quantitate bladi. Ad cuius impugnatio-
nem etiam facit contrarietas dicte eius depositionis, vel
singularitas. Preterea aduertendũ est quod, vt apparet
ex actis cause huius, prefatus Guli. Helie reperitur obli-
gatus multis ⁊ varijs obligatiõibus vltra ⁊ preter obliga
tionem dictorum centum ⁊ viginti vnius florenorũ, pro-
ut parte dictorum Guinetorum plenissime deductum est.
Et quidem primo in octo summatis annone, seu carũ pre
tio, vt constat nota sumpta per magistrum Jacobũ bail-
liui, anno domini millesi. cccclxxvj. ⁊ die. xxiij. mensis Se-
4 ptembris: que quãuis cãcellata extiterit: probat † tamen
illas fuisse debitas, seu earum pretium. l. qui tabulas, et
quod ibi Barto. ⁊ docto. ff. de furt. Reperitur etiã fuisse
obligatus in duodecim summatis annone, seu carũ pre-
tio, prout constat nota sumpta anno domini millesi. ccc-
lxxxj. ⁊ die. xij. mensis Januarij: que licet cancellata appa
reat, probat tamen fuisse debitum, dicta. l. qui tabulas. vbi
itaq; appareret, prout non apparet, de aliqua pretẽsa so-
lutione alicuius quãtitatis annone, posset et deberet pre-
sumi, quod illa facta extitisset pro dictis quantitatibus.
Nisi forte quis dixerit, quod solutiones, de quibus in hac
causa, facte fuerint a tempore obligationis dictorum cen-
tum ⁊ viginti vnius florenorum. sed istud nõ obstat: quia
ex depositionibus dictorum pretensorum testium nõ ap-
paret de tempore dictarum pretensarum solutionũ. Quã-
uis enim dictus Petrus leonardi in dicta alia sua pre-
tensa depositione facta in causa pendente inter Rosta-
gnum Guineti, ⁊ prefatum Helie, dixerit quod suo vide-
re erant decem anni, vel circa ⁊c. ex hoc tamen non habe-
tur aliqua certitudo temporis: quia non apparet quibus
anno, mense, ⁊ diebus interrogatus extiterit. Et idem di-
co de depositiõe dicti Sermeti poterij. dictus vero Bar-
tholomeus Quinsoni de tẽpore nihil dicit. Et sic non ap-
paret precise probatum quod iste pretense bladi quãtita-
tes, de quarũ solutione opponitur, solute extiterint post
dictam obligationem centum ⁊ viginti vnius florenorum.
Potuit enim (si tñ verum est aliquam solutionem esse fa-
ctam) pretiũ fieri ante proxime dictam obligationẽ, ⁊ pro
dictis octo summatis, ⁊ alias post, ⁊ pro dictis duodecim
summatis. Non est igitur ad rhombum probata inten-
tio dicti Gulielmi Helie, pro eo quia vt probata est, nõ cõ-
cludit eius intentionem. Et non solum non probauit ple-
ne idem Gulielmus Helie dictã eius intẽtionem: sed nec
semiplene, vt palam colligitur ex predictis. sunt enim te-
stes predicti, vt predixi, singulares in dictis eorum depo-
sitionibus, ⁊ in nullo contestes: ⁊ insuper depositio cuiusli
bet impugnatur, vt predixi, ita vt nullus fuerit vel existat
omni exceptione maior. Quo fit vt etiam eidem Guliel-
mo Helie deferri non debeat iuramentum in supplemen-
tum probationis plenioris, per ea que habentur per text.
⁊ scribentes in capit. fina. de iureiuran. in. l. in bonefidei. C.
eo. tit. ⁊ in. l. admonendi. ff. eo. tit.

¶ Rub. De lib. prete. vel exheredat. ¶ Epitome.

¶ Equum est filiabus, que patruo instituto preterite
sunt, ad remittendum quod ipsis restabat iuris ab eodem
patruo inducte, subueniri: presertim si vltra dimidiã iusti
pretij lese extiterint. U. F.

1 ☞ Testamentum, in quo filius nec institutus nec exhe-
redatus est, est nullum quoad institutionẽ: nisi fuerit sub-
stitutus, vel institutus post alium ante institutum.
2 In testamento alias per preteritionem nullo, ex clausula
codicillari venienets ab intestato rogati cẽsentur de resti-
tuenda hereditate scriptis heredibus, non detrahendo
tamen nisi vnam quartam.
3 Legitimam vt pinguiorem detrahere satius est, quã tre-
bellianicam.
4 Minor, qui cum iuramento iuris beneficio renuntiauit,
nisi deceptus vel vltra dimidiã iusti pretij lesus extiterit,
non restituitur.
5 Qui etiam cum iuramento renuntiat beneficio minoris
etatis ⁊ restitutionis in integrum, non censetur continuo
renuntiare restitutioni aduersus lesionem vltra dimidiã
iusti pretij.
6 Per iuramentum simplex minor maior representatur so-
lummodo: ita vt tanquam maior contraxisse videatur, non
sacramento se alligasse.

¶ Consi. ccccvj.



VIso casu mihi exhibito, cum du-
bijs ex casu huiusmodi p-
tinenter elicitis, ⁊ testamento probi quon-
dam viri Jacobi Alberti: dico ⁊ respondeo,
sub correctiõe cuiuslibet domini melius sen-
1 tientis, ad dubia huiusmodi, qꝫ † licet testamentum dicti
quondam Alberti fuerit nullum quo ad heredis institu-
tionem, propter preteritionem Janione eius filie natura-
lis ⁊ legitime, nate ante testamentum huiusmodi, ⁊ tunc
viuentis, vt pote que nec instituta, nec exheredata extite-
rit. l. inter cetera, ⁊ duabus sequent. ff. de lib. ⁊ posthu. ⁊ l.
j. ff. de iniust. rup. ⁊ irri. testa. ⁊ auth. vt cũ de app. cogno. §.
aliud quoq; capitulũ, colla. viij. ⁊ transsumptiue in auth. ex
causa. C. de lib. prete. vel exhere. attendo tamen, qꝫ si fuisset
substituta, cum hoc videretur sufficere, per id qđ no. Alex.
de imo. in. l. inter cetera. ad fi. ff. de libe. ⁊ posth. ⁊ in. l. si pa-
ter impuberes. ff. de vul. sub. de quo no. doc. in. l. si pater. C.
de insti. ⁊ sub. ⁊ multo fortius si fuisset instituta post mor-
tem instituti: qꝛ tollent̃ dies ⁊ cõditio. l. scimus. §. cum au-
tem. C. de inof. test. tamen qꝛ in testamẽto predicto posita
est clausula codicillaris, per quã idem quondam Jacobus
testator voluit, qꝫ si dictum eius testamentum non valebat
2 iure testamenti, valeret iure codicillorum: censentur † pre-
fata Jansona et honesta mulier Catherina alberte eius
soror, vt pote proximiores ab intestato eiusdem quondam
Jacobi eorum patris, rogate de restituendo hereditatem
prefato Raymoneto heredi instituto. l. ex testamento, ⁊
quod ibi not. C. de fideicom. l. quia autem, in principio, ⁊
quod ibi no. ff. si quis omis. cau. testa. ⁊ l. ex ea scriptura. §. j.
ff. de testa. vide Jo. de imo. in. c. raynutius, de testa. ⁊ Jas.
in auth. ex causa, C. de libe. prete. vel exher. Operatur enim
dicta clausula codicillaris etiam, quando testamentum de-
ficit ex causa preteritionis, vt est tex. singularis, secundum
lecturam Hugo. in. l. si patronus. §. fi. ff. ad trebel. ⁊ hoc ibi
sequitur Ang. quod etiam voluerunt Cy. Bart. Bal. ⁊ alij
communiter in dicta auth. ex causa. ⁊ Jacob. de belloui. in
quadam sua disputatione exordiente queritur pater vel
mater condit testamentum ⁊c. Dyn. in. l. codicillis. in fi. ff.
de lega. ij. Bar. in. l. j. ver. quinto quero. ff. de iu. codi. quã-
uis gl. tenuerit cõtrarium in dicta auth. ex causa: sed quod
prius dixi tenetur communiter a doctor. videntur ergo
vt predixi, prefate Jansona ⁊ Catherina rogate de resti-
tuendo hereditatem dicti quondam eorum patris prefato
Raymoneto eorum patruo. Poterunt tamen detrahe-
re vnam quartam non duas: cum grauamen fuerit purum,
non conditionale, vel in diem. Pro quo allegare sufficiat
l. papinian⁹. §. meminisse, ⁊ qđ ibi gl. Bar. ⁊ doc. ff. de inof.
test. l. quanq̃, ⁊ qꝫ ibi gl. Jac. but. ⁊ doc. C. ad treb. De quo
per Jac. de bello. in auth. de restitutiõe ⁊ ea que pa. §. quã-
obrem, colla. iiij. ⁊ per Bal. in. l. iubemus. C. ad treb. ⁊ Jo.
pe. de ferra. in suo tracta. libello, titu. for. libel. quo agi. ex
substi. in glo. super verb. ac per fideicommissum, circa prin.
ver. similiter est ⁊ aliud memorie commẽdandum ⁊c. Pro
quo etiam consuluit Bart. consil. mihi. viij. ¶ Erat autem
3 vtilius † eisdem filiabus qꝫ legitimam detraherent: que est
tertia pars bonorum dicti quondam Jacobi earum pa-
tris: auth. de trien. ⁊ semis. in prin. colla. iij. ⁊ transsumptiue
in auth. nouissima. C. de inoffi. testam. q̃ quartam trebel-
lianicam. que non est nisi quarta pars bonorum heredita-
tis. Et vt tam predictis quesitis, quorum ordinem non
sum sequutus, quam ei de quo queri potest ad causam
quittancie seu remissionis ⁊ donationis facte per prefa-
tam Catherinam dicto Raymoneto eius patruo, di-
4 co quod † nisi ipsa Catherina lesa extiterit in dicta re-
missione vltra dimidiam iusti pretij, ipsa nõ potest venire
contra, obstantibus iuramento, ⁊ renuntiatione beneficij
minoris etatis, ⁊ restitutionis in integrum. pro quo alle-
gare

gare sufficiat auth.sacramenta puberum,ₔ quod ibi doct. C.si aduer.vendi.si vero decepta vel lesa extiterit vltra dimidiam iusti pretij:puto ꝙ ipsa Catherina possit cōtrauenire saltē remedio.l.ij.C.de rescin.vēd.c.pe.de empt.ₔ ven. Cui non obstat pretensum iuramentum per eādem prestitum:qꝛ † cū per illud reperiatur duntaxat renuntiasse beneficio minoris etatis,ₔ restitutionis in integrū,non cēsetur eadem Catherina exclusa a beneficio dicte.l.ij. per ea que no.gl.ₔ docto.in.d.l.ij.ₔ Cano.in.d.c.pen.quod etiam voluit Joan.de Jmol.in quarto membro sue solennis repetitionis.c.cum contingat,de iureiuran. nec etiam obstat quod in fine instrumenti dicte ꝑtense remissionis prefata Catherina iurauit omnia vniuersa ₔ singula in instrumēto huiusmodi descripta attendere ₔc. ₔ cōtra nō venia ₔc. Quoniā respōdeo ꝙ cū iuramentū huiusmodi simpliciter

5 tum:qꝛ † cū per illud reperiatur

6 prestitū extiterit:illud hoc solū † operatum est,quod per ipsum repsentata est ipsa Catherina maior viginti quinqꝫ annis:licet re vera ꝓut apparet ex instrumēto huiusmodi minor existeret ₔ sic perinde haberi debuit ac si tūc maior vigintiquinqꝫ annis existēs quittasset ₔ remisisset sine iuramento.per id quod not.glo.ₔ post eam Bartol. Bal.ₔ ₔ docto.magis communiter in dicta.l.ij.C.de rescin.vendi.glo.Joan.de imo.Panor.ₔ doct.magis communiter in.d.c.pen.de emptio.ₔ vend.ₔ Ostien.in.d.c.cū cōtingat. versicu.quid si deceptus est ₔc. de iureiuran.super quo tamen vlterius nō insisto:cum per ea que mihi narrantur in facto non intelligam eandē Catherinam fuisse deceptam vltra dimidiam iusti pretij.

¶ Ad senatusconsultum trebellianum. Rubri.

¶ Epitome.

¶ Cum aditione vulgaris,pubertate pupillaris substitutiones expirent,restat vt detractis detrahendis per fideicommissum hereditas restituatur. V. F.

1 ☞ Liberi quinqꝫ semissem pro legitima habent inter eos equis portionibus diuidendam,deducto prius ere alieno ₔ funeris impensa.
2 Trebellianica post legitimam detrahitur.
3 Legitimam et trebellianicam dimidiatam partem hereditatis esse, verum est:dummodo vnicus patri filius superfit.
4 Legitima licet debeaꝭ de singulis rebus defuncti:fit tamen detractio non de singulis,sed de ijs primo que testator voluit,deinde ex ijs que grauatꝰ forte alienauit,adeo vt hec redimere nequeat inuito fideicommissario.
5 Jmputanter in legitimaque iudicio testatoris percepta sunt,quanuis non veniant in restitutionem vniuersalis fideicommissi.
6 Jmputatur in legitimā donatio a patre filiofamilias facta,ₔ morte confirmanda:ₔ in trebellianicam etiam difformiter habita,presertim si imputatio hec nō fiat aduersus extraneum:sed aduersus coheredem.
7 Judicis est arbitrari super quibꝰ rebus legitima,vel eius supplementum accipiantur,hoc est super mediocribus.
8 Debitore inuito aliud pro alio non petitur,nec econtrario creditor ergo filius pro legitima certam rem petere non potest.
9 Communi in hospitio ob incommodā diuisionem alteri adiudicando,preferendus est qui in eo maiorem partem habet.
10 Pater administrator,et mater vsufructuaria bonorū filij illa conseruare,et de illis rationem reddere tenentur.
11 Confundūtur actiones cum creditor debitoris heres efficitur.
12 Trebellianicam cōtra defuncti voluntatem alias acceptu rus,si iudicium testatoris semel approbauerit,eam petere non potest,secus autem in legitima.

¶ Consilium.cccvij.



Erlecto casu mihi exhibito parte venerabilis ₔ egregij viri domini Martini Auderij,iurium professoris, contra ₔ aduersus honestam mulierem Joānam relictam honorabilis quōdam viri Antonij Auderij: insuper ₔ dubijs ex casu huiusmodi elicitis,vna cum instrumentis testamenti honorabilis quondam viri Lamberti auderij patris eorundem domini Martini ₔ Antonij,ac etiam diuisionum seu partendarum factarum inter eosdem do. Martinum,ₔ Antonium,vna cum copia pretensi testamenti dicti quondam Antonij, Premitto pro faciliore responsione fienda ad quesita huiusmodi quod hic nonest dubium prout nec esse debet,quin locus fuerit ₔ existat, in persona eiusdem do.Martini,substitutioni dudum facte per dictum quondam Lambertum.Cum enim prefatus Antonius vita functꝰ sit,ₔ sine liberis decesserit,superstite eodem do.Martino:ₔ sic purificata extiterit conditio, sub qua superstes primo ab humanis decedenti fuerat substitutus:palam infertur substitutionem huiusmodi sibi locum vendicasse in personam ipsius do.Martini.Et quidem non vulgarem:cum idem Antonius post aditionem seu immixtionem paterne hereditati decesserit.l.post aditam.C.de impube.ₔ alijs substitu.Non etiam pupillarem:cum factus pubes decesserit.l.in pupillari.ff. de vulga.ₔ pup.sub.sed fideicommissariam.in vim cuius bona ₔ hereditas prefati quondam Lamberti,que videlicet delata ₔ deuoluta extiterunt eidem Antonio,reddi debent ₔ restitui ipsi domino Martino per prefatam relictam heredem pretensam dicti do. Antonij,saltem detractis de iure detrahēdis.Et quāuis super articulo detractionis huiusmodi, an videlicet detrahi possint due quarte,vel vna duntaxat.presertim in hoc casu,in quo,vt dicitur,prefatus quōdam Antonius institutus,ₔ de restituendo grauatus dicitur nullū confecisse inuentarium: fuerint inter antiquos, ₔ hodie inter modernos docto. existant multe et varie opiniones : tamen quia idem dominus Martinus vt pote ₔ bonus, ₔ vir multum peritus, iuxta magis communem opinionem scripsisse reperitur duas quartas posse detrahi ex persona eiusdem Antonij,scilicet quartam debitam iure nature,ₔ quartamꝰ trebellianicam : ego super hoc articulo non insisto. adijciens tamen,quod legitima prefati quondam Antoni nō est dimidia trientis:sed quinta pars semissis bonorum dicti quondam Lamberti : quia cum pro ponatur eundem Lambertorum ab humanis decessisse superstitibus quatuor filijs masculis,ₔ vna femina,horum omnium legiti-

1 ma † fuit semis,seu dimidia pars bonorum eiusdē quondam Lamberti,auth.de trien.ₔ semis.§.j.colla.iij.ₔ trāsumptiue in authen.nouissima.C.de inoff.testa.huiusmodi autem semis veniebat equis portionibus diuidendus inter dictos quinque liberos.Et sic legitima cuiuslibet fuit decima pars bonorum dicti quondam Lamberti. potest igitur decimam partem de predicto fideicommisso pro legitima detrahere dicta Joāna relicta ₔ heres eiusdem quondam Antonij:prius tamen deducto ere alieno,ₔ funeris impēsa.l.Papinianus.§.quarta.ff.de inoff.

2 si.testamen.Trebellianica vero,† est quarta pars residui, hoc est quarta pars eius,quod remansurum est detracta legitima,vt colligitur ex ijs que not.glo.in capitu.Raynaldus,in verbo licet ipsas,de testamentis.Joan.de imo. in.l.coheredi.§.cum filie.ff.de vulga.ₔ pupilla.ₔ quod voluit Joan.and.in regula,qui prior.de regulis iur.in.vj.in

3 Mercuria.Quod autem dicit † glo.in verbo licet ipsas, has quartas tantum facere quantum facit dimidia, et econtra verum habet in eo casu, in quo defuncto testatori superfuit vnicus filius:cuius propterea legitima est triens : ₔ sic quatuor vncie:quarta vero pars residui est quarta pars octo vnciarum, ₔ sic sunt due vncie:que vna cum triente,hoc est cum quatuor vncijs,faciūt sex vncias: ₔ sic dimidiam partem assis.Sed in casu nostro vt predixi,legitima dicti quondam Antonij non fuit triens,aut dimidia pars trientis : sed quinta pars semissis, hoc est

4 dimidie partis.Et † quāuis iste quarte debeantur,vel cōpetant in singulis rebus defuncti,vt communiter not.docto.in.l.filium quem. C.fam.ercíscun.l.scimus.§.repletionem.C.de inofficio.testa.Barto.ₔ doct.in.l.in quartam. ff.ad leg.falci.ₔ docto.in capitu.Raynaldus,de testa.per l.Plancius,et.l.lineam margaritarum.ff.ad leg.falci.realis tamen detractio seu,deductio non est fienda de singulis rebus,nisi ita procederet de cōsensu partium:sed est fienda in vna re vel pluribꝰ,prout infra.Primo enim inspicitur voluntas,ₔ dispositio testatoris,si de illa appareat:ₔ illa est seruanda:ₔ de hoc nullus dubitat : sinautem ille,cui competit ius detrahendi quartas huiusmodi,aliquid vēdiderit,ipse tenetur hoc in eas imputare.l.Marcellus.§.res que ab herede,ₔ quod ibi doct.communiter.

ff.ad trebellia.quod etiã voluit Azo in summa.C.ad tre-
bellia.quod ita procedit,vt etiã esto quod heres qui alie-
nauit de bonis hereditariis,vellet bona huiusmodi redi-
mere,ne illa sibi imputet in quartam trebellianicam,hoc
facere non possit inuito fideicommissario : quia cum hoc
ius eidem fideicommissario acquisitum extiterit per alie-
nationem factam ab herede,non potest ipse heres eo in-
uito hoc ius sibi auferre:maxime cũ hoc fuerit in odium
heredis alienantis introductum,vt voluit glo.in dicto.§.
res que.Pro hac conclusione,quam posuit Angel.in di-
cto.§.res que,quem ibi sequuntur Joan.de Jmo.⁊ Ale-
xand.de Jmol.⁊ quam etiam posuit Ange.in dicta.l.in
quartam,facit regula.mutare consilium,de regulis iuris.
in.vi.⁊.l.j.§.si rem depositam.ff.depo.Tenetur igitur di-
cta Joanna sibi imputare in dictas quartas vineam alie-
5 natam per prefatum Antonium.preterea esto quod† do-
mus Chancerie,quam eidem quondam Antonio legasse
pretenditur ipse quondam Lambertus, non veniret in
restitutionem fideicommissi vniuersalis, propter ea que
habentur per glo.⁊ docto.in.l.cum virum.C.de fideicom-
mis.⁊ in dicta.l. Marcellus.§. quidam . tamen imputari
deberet in legitimam eiusdem quondam Antonii,cũ ean-
dem Chancheriã habuerit ipse Antoni⁹ iudicio testato-
ris,⁊ de substantia eiusdem.l.quoniam nouella,⁊.l.omni-
modo.versicu.⁊ hec quidem.C.de inoffi.testa.pro quo fa-
cit.l.etiam.§.penul.ff.de bon.liber.Jsta est doctrina Bar
to.in dicta.l.in quartam,versic.venio ad quartam iure na-
ture debitam ⁊c.quem nullus scribentium post eum quo
ad hunc casum impugnat:sed sequũtur omnes.⁊ pro quo
vltra predicta allegat Ang.in dicta.l.in quartam,not.per
gloss.in.l.illud.C.de collat.vbi etiam hoc sequitur Ale-
xand.de Jmo.vbi plus dicit post Barto.et alius com-
muniter in dicta.l.in quartam,⁊ Bald.in repetitione.ca-
pitu.si pater,de testa.in.vj.quod etiam donatio facta
6 † filio in potestate,q̃ regulariter requirit cõfirmari morte
donantis.l.ante penult.C.de dona.inter virum ⁊ vxo.et
sic habet vim supremi iudicii,seu relicti:per ea que haben-
tur ⁊ not.per docto.in authenti.ex testamento,⁊.l.si do-
natione.C.de colla.imputatur in legitimã.Quo vero ad
quartam Trebellianicam an etiã debeat predicta Chan-
cheria in eam imputari,dico imprimis quod nullus scri-
bẽtium super hoc articulo dubitat,quin imputari debeat
pro ea parte,quam idem Antonius iure hereditario ha-
buit:⁊ sic pro dimidia parte.Quo vero ad aliã dimidiam
partem, quam iure prelegati habuit ab eodem domino
Martino,an videlicet etiam illa imputari debeat in tre-
bellianicam,de hoc sunt due opiniones,vna fuit Jaco.
de are.tenentis quod sic:quem sequetur Cyn.in dicta.l.fi-
lium quem habentem,post medium,versicu.tertio oppo.
ego dixi ⁊c.id ipsum voluit Barto.in dicta.l.in quartam,
versicu.vt ergo ista materia circa trebellianicam ⁊c.ibi,
quia aut queritur de imputatione quo ad ipsum cohere-
dem ⁊c.idem voluit ipse Barto.⁊ Pau.de cast.in.l.dedu
cta.§.numis acceptis.ff.ad Trebellianum. Jdem Sali-
ce.in dicta.l.filium quem,pro qua opinione allegari so-
let. l. Nesennius. ff. ad legem falcid.per quam idem vi-
dentur tenuisse Bart.in dicta.l.filium quem,in fin.Sen-
tiunt enim omnes isti, quod licet in trebellianica dedu-
cenda aduersus extraneum,hoc est aduersus non cohere-
dem,imputari non debeat ea pars corporis hereditarii,
quam habuit grauatus iure prelegati:illum tamen impu-
tare debet in trebellianica detrahenda aduersus cohere-
dem grauati:cum itaq; detractio Trebellianice in hoc ca-
su fienda sit aduersus dictam do.Martinum,coheredem
eiusdem quondam Antonii:debet etiam dicta pars habi
ta iure prelegati,⁊ sic tota Chanceria imputari in Tre-
bellianicam.Joã.vero de Jmo.in dicta.l.in quartam,te-
nuit contrarium:scilicet quod pars habita iure prelega-
ti in Trebellianicam imputari non debeat,per dictam.l.
in quartam,versicu.pro ea vero parte ⁊c.et allegatam.l.
deducta.§.nummis:⁊ idem tenuerunt Ange.Jo.de imo.
⁊ Rapha.in dicto.§.nummis acceptis,respondentes ad
dictam.l.nesennius,quod illa debet intelligi quando est
corpus non hereditarium illud quod percipiebatur a co-
herede,vel pecunia,vt etiam voluit ibi glo.sed si esset cor-
pus hereditarium,tunc solũ illud quod capitur iure he-
reditario debet computari in Trebellianicam,secũdum
eos.⁊ pro hoc adducunt rationem,que fundatur in glo.
super verbo a coherede,in fin.que vniformiter concludit
respectu coheredis ⁊ extranei:ergo,vt dicunt,vtrobique
idem videtur dicendum,argu.l.illud.ff.ad legem aquiliã.
et huic opinioni videtur adhesisse Alexand.in dicta.l.in
quartam.Magna tamen est autoritas Jaco.de Are.Cy.
Barto.⁊ aliorum predictorum.Propter quod non vide-
tur esse tutum recedere ab eorum opinione.⁊ vbi receden-
dum videretur,parum tamen prodesset eidem Joanne,
cum per ea que superius dixi appareat totam chanche-
riam debere imputari in legitimam eiusdem quondam
Antonii.¶ Ceterum si,vt predixi,imputatis vel compu
tatis vinea,⁊ chancheria,predictis in quartas premen-
tionatas,adhuc aliquid restet pro earũ supplemento de-
trahendum,videndum restat an eadem Joanna,relicta ⁊
heres prefati Antonii,eligere valeat vnam rem heredi-
tariam,puta domum dicti quondam Lamberti,vel plu-
res pretiosas:in quibus supplementum huiusmodi detra
hat.Ad quod respondeo,quod licet super hoc doct.ali-
quantulum varient:tamẽ illa videtur esse communis opi-
7 nio,quod ipsa Joanna hanc † rem eligere nõ valeat:siue
loquamur quoad Trebellianicam,siue quoad legitimam:
sed debeat expectari iudicis arbitrium,qui poterit eidem
dare seu supplere quartas prementionatas in vna vel plu
ribus rebus:vel eligere ipsas res de voluntate eiusdẽ do.
Martini,vt concludũt Barto.Ang.⁊ Joan.de imo.post
eum in.l.in quartam.ff.ad legem falcid.⁊ not.in.l.ii.C.eo.
tit.non enim potest etiam filius eligere ad arbitriũ suum
pro Trebellianica vel legitima,nisi quãdo prius aliena-
uit,quam conditio fideicommissi existeret,vt plene decla-
ratur in dicta.l.Marcellus.§.res que,per Barto.⁊ alios.
ff.ad Trebellianum. et ita tenet Barto.in.l. suus quo-
que, in vltima questione. ff. de heredibus instituendis
et idem tenet ibi Joã.And.de Jmo.declarando plenissi-
me istum articulum, quidquid ibi senserit Bald.⁊ licet
Cyn.⁊ Rayne.dixerint,quod quia in legitimam filius est
creditor, habeat potestatem eligendi legitimam in vna
re,per.l.creditoris.ff.de distractio.pigno.hec tamen opi-
nio non est communis:⁊ contrariam tenet Joan.de imo.
in dicta.l.in quartam,sequendo Barto.et plenius in di-
cta.l.suus,quoque,in principio,⁊ Bal.in dicta.l.scimus.
§.repletionem.C.de inoffic.testa.vbi referẽs dicta Cyn.
tandẽ non stat in eis:sed dicit,q̃ assignatio legitime fieri
debeat in re mediocri ad arbitrium boni viri.⁊ hoc ⁊ ple
nius,⁊ prolixius declarat idem Bald.vbi omnino viden-
dum est,in dicta.l.filium quem habentem,versic.vlterius
queritur de tali questione,filius rogatus ⁊c.C.fami.ercis.
vbi etiam respondet ad dictam.l.creditoris.ff.de distrac.
pign.que est fundamentum Cyn.dicens,q̃ licet filius di-
catur creditor in legitima , non tamen est creditor pro le-
gitima in vna re:sed in vna quaque re pro certa rata , vt
l.si patronus.§.j.ff. de bon.liber . quod declarat Barto.
in dicta.l.in quartam.quo fit vt si velit in vna re detrahe-
re integram legitimam , vel supplementum,manifestũ sit
quod in illa re plus vult, quam sibi debeatur:ergo iniu-
ste facit.l.si non sortem.§.si centum.ff . de condic. indebi.
vnde sicut debitor inuito creditore nõ potest soluere aliud
8 pro alio.l.ii.in princip.ff.si certũ peta.ita et creditor † nõ
potest accipere vnam rem pro alia:quia hoc esset vsurpa-
re quod sibi non debetur.⁊ hec est inuentio Bald.in di-
cta.l.filium quem,vt patet ex verbis eius.Sed in casu di-
cte.l.creditoris.ff.de distrac.pigno.creditor potest elige-
re vnam rem,quia ex pluribus rebus habet quãlibet obli-
gatam insolidum,vt plene declarãt glo.⁊ Bart post eam
in.l.moschis in prin.ff.de iur.fis.⁊ probatur in.l.quandiu.
C.de distrac.pigno.Non igitur sunt isti casus similes.⁊ sic
non procedit fundamentum Cy.quod etiam voluit Frã-
cis.de are.consi.clvj.exordiente,diligenter visis ⁊ conside-
ratis testamento ⁊c.versic.preterea nõ licuit ⁊c.etiã Ale-
xan.de Jmo. in dicta.l. Marcellus.§. res que,versi.quid
autem in legitima.vbi proposita questione , an legitima
possit in vna re deduci,⁊ factis multis remissionibus ad
multos super articulo huiusmodi scribentes,dicit eã esse
super hoc articulo breuem conclusionem,quod sit in arbi
trio iudicis,argu.l.non amplius.§.fin.⁊.l.seq.ff.de lega.j.
dicta.l.scimus,in princi.C.de inoffic.testa.⁊.l.ii.C.quan.⁊
qui.quar.pars debea.lib.x.⁊ esto quod filius eligere pos-
set rem aliquam,in qua legitimam deduceret:non esset ta-
men eidem fienda assignatio in re meliore:sed in medio-
cri,vt voluit Bal.in dicta.l.filium quẽ.versi.vlterius que-
ritur.⁊ in dicta.l.scimus.§.repletionem.Salice.in dicta.l.
filium quem,versi.⁊ sunt hec bene ponderãda,quia ex his
infero ⁊c.⁊ hoc ideo contingit,ne dum filio fauere deside-
ramus,

ramus, fideicommissarij commoda fraudemus. l. fin. §. sed & si quis. C. communi. de lega. l. legato generaliter. ff. de lega. j. & authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosanctis eccle sijs. quod si procedat etiam vbi facienda est deductio legitime per filium aduersus substitutum etiã fortasse extraneum: multo fortius pcedere debet in casu nostro: in quo fienda est deductio non per filium dicti quondam Lamberti: sed per Joan. relictum eius filium: & non contra extraneum substitutum: sed contra filiũ dicti quondã Lamberti. Accedat pmissis quod, vt audio, facta deductione predicte legitime, quinimo & dictarum duarũ quartarum in chancheria & vine superius mentionatis, paucum restabit pro supplemento detrahendum. Quo fit vt cum alia bona super sint, in quibus suppleri potest, modo videatur rationabile seu iustum, quod deductio seu suppletio huiusmodi fiat in re meliore, & multo maioris pretij, quã sit ipsum supplementum, quinimo & tota legitima. Pro quo bene facit quod voluit Bald. in. l. sancimus, in fin. princi-
9 pij. C. de dona. dicit enim † quod si ego & tu habeamus cõmune hospitium, nec possit cõmode diuidi: ille debet anteferri, cuius est maior pars: q2 maior pars debet aliquid operari. ¶ Ceterum quo ad libros dicti quondam do. Martini, & quos sibi legasse dicitur egregius quondam vir dominus Anderij eius patruus: qui deinde fuerunt in manibus & sub administratione prefati quondã Lamberti, patris & legitimi administratoris bonorum huius
10 domini Martini: tenebatur idem pater † eosdem illesos conseruare, & de eis quo ad proprietatem rationẽ reddere eidem domi. Martino. l. cum oportet. §. si cum tacitas. C. de bon. que libe. quod etiam voluit Bald. in addi. ad tracta. Barto. de duo. fra. circa princip. versi. sed quid si filius habet aduentitia bona &c. & idem dicit Bald. in matre, si dilapidet bona filij, in quibus habet vsumfructum. l. hac
11 Et edictali. §. omnib9. C. de sec. nup. Et licet † p ea parte, pro qua idem do. Martinus heres extitit eiusdem quondam Lamberti, confusa fuerint iura & actiones cõtra patrem cõpetentes: nõ tñ quod ea parte, pro qua heres extiteret prefatus Antonius. l. si ab eo, cum ibi not. C. de neg. gest. ¶ Aduertendum est, ad vnum, quod in meis allegationibus omisi. An videlicet per illam conuentionẽ quam fecisse leguntur prefati do. Martinus & Antonius, anno domini millesi. cccc xcj. & die. xv. mensis Aprilis, per quam voluerunt & consenserunt, ac pactum expressum, solenne & validum inierunt, quod substitutio facta per dictũ quondam Lambertum valida esset, & in suis robore & firmitate perpetuis temporibus remaneret &c. censeatur esse renũtiatum detractioni legitime, & Trebellianice. Dico & respõdeo quod do. Guido Pap. in decisionibus parlamẽti Delphinalis, decisione. cccc xxvij. exordiente, si quis filius iuret &c. multa inducit ad probandum partem negatiuam: & tandem subiũgit se ita vidisse cõcludi per dños. Pet. autem de ancha. consi. mihi. clij. exordiente, Pulchra
12 sunt dubia de quibus q̃ritur &c. aliter loquit. dicit † enim quod cum quarta trebellianica detrahitur contra voluntatem defuncti, quod est quando non apparet eundẽ voluisse illã detrahi. capitu. Raynaldus, in fin. de testa. & l. titia. ff. ad legem falcid. ille, qui approbat testamentum & iudicium defuncti, non potest postea contrauenire. l. non putauit. §. si quis sua manu. ff. de bon. poss. contra tabu. l. postq̃ legatũ. de peti. here. & l. fi. de inof. test. & quod talis approbatio ipsum priuat trebellianica: quia per approbationem videtur approbans remittere ius fideicommissi. Legitimã vero non censetur remittere, per rationes quas ibi ponit. Super quibus non insisto.

¶ De iure deliberandi. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Heres paulo post testatorem defunctus, vel intra annum, ius deliberandi ad suos heredes adeo transmittit: vt hi & Titio proximioribus venientibus ab intestato, & vulgariter ab eo substitutis preferantur. V. F.

¶ Consi. cccc viij.



Etiam si verum esset quod non adita hereditate nobilis quondam & honeste mulieris Claudie perdicis, nobilis & egregius quondam vir do. Guilielmus fabri legum doctor, & per eam heres vniuersalis institutus, ab humanis decessisset: quia tamen ille vita functus est & decessit intra annum, quinimo infra paucos dies a tempore mortis dicte quondam nobilis Claudie: ipse transmisit ius deliberandi ad eius heredẽ in vim cuius debuit idem heres preferri nõ solũ proximioribus abintestato eiusdem quondam Claudie: sed etiã substitutis vulgariter per ipsam Claudiam, si qui fuissent, per ea que plenissime examinat Joan. de Imo. in. l. si paterfamilias, versic. vltimo inducitur ista lex &c. ff. de heredibus institu. Angel. are. institu. de vulga. substitu. §. si seruum, versicu. quis autem preferatur &c. Pro quo allegari solet. l. cum antiquioribus, & quod ibi docto. C. de iure deliberandi. quod etiam voluit Joan. petr. ferra. in sua practi. tit. for. libel. quo agitur ex substitutione, super verbo substituit vulgariter, versic. quid si heres ante mortem. Quod si procedat, vt dicunt docto. prefati etiam quoad substitutum vulgariter: multo fortius, aut saltem non minus procedere debet quoad proximiorem ab intestato, qui neque institutus neque substitutus extitit, argu. l. quandiu. ff. de acquiren. heredi. Super quo articulo, vt pote non dubio, non insisto.

¶ De subdi. vasallor. Rubri.

¶ Epitome.

¶ Supremi principis est subditos priuare iure construẽdorum molendinorum, vt principalibus vtantur: non autem simplicis vasalli. Valet hoc Consilium pro subditis ad impugnandas eorum cum dominis transactiones, que nulla mota lite fiunt: & sic non sunt vt debent esse super lite incerta. V. F.

1 Edificare in suo nemo prohibetur: nisi iam prohibitus tandiu acquieuerit prohibitioni, vt legitima cucurrerit prescriptio.
2 Seruitutum quedam affirmatiue, quedam negatiue.
3 Seruitus & eius quasi possessio in libero homine non cadit: nec obligatio personalis induciť per prescriptionẽ.
4 Prescriptum dici non potest quod per modum cuiusdam facultatis fit.
5 Glossa & doctores intelligendi secundum iura que allegant.
6 Contractus a maiore populi parte factus, singularibus personis non preiudicat, quando principaliter singulorũ vtilitatem respicit, secundario vero & quasi accessorie vniuersitatis.
7 Mandatum quantumcunque generale donandi facultatem non continet, nec peremptoriam exceptionem remittendi.
8 Actore non probante reus absoluitur etiam si nihil prestiterit.
9 Consilium vna via electa videtur aliam interdixisse: sicut dominus comparens in iudicio vt litem tractet, non vt procuratori assistat, hunc videtur reuocare.
10 Vicarij sui iurisdictionem suspendere videtur in ea causa, quam quis ab eo ad se aduocat: sicut & in ipso Papa comprobatur.
11 Voluntatem mutasse non presumitur qui semel voluit.
12 Presumitur nemo iactare suum, nec donare, nec iuri suo renuntiare: sed potius alia queuis presumptio est assumenda.

¶ Consi. cccc ix.



Expenso casu mihi exhibito parte vniuersitatis & hominum oppidi seu castri de Solerijs, & dubijs ex casu huiusmodi elicitis dico & respondeo ad dubia huiusmodi prout infra. Premittens tamen ad illorum faciliorem solutionem q̃ etiam presupposito q̃ vniuersitas & homines eiusdẽ loci ab antiquissimis temporibus pro molendis eorũ bladis accesserint ad molendina magnifici viri domini Moderni eiusdem loci, & suorũ predecessorum: non propterea impedienda est predicta vniuersitas, vel homines prefati, quominus sibi edificent & faciant in suis predijs molendina, & sua blada in illis molant, aut moli faciant: & emolumentum quod inde percipitur percipiant. Cuique enim
1 † licitum est edificare in suo, etiam vsque ad celumetiam

dato ꝙ alteri noceat.l.fluminum.§.si.cum duabus seq.ff.de
dam.infec.l.si in. ff.de aqua plu.arcen.l.fi.⁊ ꝙ ibi Angel.ff.
de vsuca.l.altius,⁊.l.⁊ si in edibus.C.de serui.⁊ aqua.l.fi.ff.
de serui.⁊.l.fin.§.pen.ff.quod vi aut clã,⁊.c.significante,⁊ ꝙ
ibi Ostien.Joan.an.in nouel.Panor.⁊ docto.de appel.⁊
Barth.cepol.in suo tracta.seruitutum,sub rubrica de fur-
no.Quamuis enim idem dominus, cuius predecessores,
⁊ ipse dicuntur tempore longissimo inibi habuisse molen-
dina, prohiberi non valeat quominus eisdem vtatur.l.si
quis diuturno. ff. si seruitus vendicetur.l. hoc iure. §. du-
ctus aque.ff.de aqua quoti.⁊ est.⁊ argu.l.in summa.§.idem
labeo ait. ff. de aqua pluuia arcen. ipse tamen dominus
alios impedire vel prohibere nõ potest, quominus molen
dina faciant:nisi probet hanc seruitutem sibi deberi vel ex
pacto habito cũ predecessoribus,vel quia alias cum vni-
uersitas vel homines vellent facere molendina,fuit eis in-
hibitum per ipsum dominum, vel eius predecessores : ⁊
ipsi acquieuerunt inhibitioni : ⁊ deinde completa est pre-
scriptio.quo casu,vt dicunt Ostien.⁊ Joã.an.in.d.c.signi-
ficante,de appellat.intelligi potest.l. ⁊ in prouinciali, ⁊.l.
si manifeste.C.de seruituti.arg.l.j.C.que sit longa consuet.
Non autem inchoari potuit, nec cucurrit prescriptio hu-
iusmodi nisi a tempore quo ipsi voluissent edificare molen
dinum,⁊ propter prohibitionem sibi factam destitissent.
vt not.glos.⁊ docto.in.l.qui luminibus.ff.de seruitu.vrba.
predio.⁊ in.l.j.C.de seruitu.Bald.in.l.item lapilli, versicu.
tertio quero.ff.de rer.diui.⁊ Cepo.vbi supra. Idem etiam
not.cano.in.d.c.significante : facit quod voluit Bald.in.§.
prediorum,versi.deinde quero quando quis ⁊c.institu.de
2 seruitut.vbi referens Pet.dicit,quod † seruitutum que-
dam sunt affirmatiue,vt seruitus aque ducende,⁊ similes:
quedam negatiue,vt ne altius edifices . adijciens quod in
negatiua seruitute non acquiritur possessio nisi cum volẽs
vti libertate fuerit prohibitus ne ea vteretur,⁊ ipse pro-
hibitus prohibitiõi huiusmodi obtẽperauit.Ex hoc enim
tempore prescribere incipit seruitutem non ante.l.j.C.de
serui.⁊.l.fi.ff.quemad.serui.amit.Preterea etiã premitto,
ꝙ si vniuersitas ⁊ homines prefati vellent accedere ad alia
molendina pro molendis eorũ bladis,ipsi possunt hoc fa-
cere:quãuis longissimo tẽpore dicta eorum blada moluis-
sent aut moli fecissent in molendinis dicti magnifici do-
mini,vt post Pet.voluit Bal.in.d.l.j.versic.⁊ ex predictis
infert Pet.C.de seruitu.Talis enim accessus ad molen-
dina factus est per modum mere facultatis : ⁊ cuius pre-
textu pretendere non potest idem dominus se adeptũ ali-
3 cuius iuris quasi possessionem:⁊ quia etiam † seruitus nõ
cadit in libero homine,nec eius quasi possessio , nec etiam
obligatio personalis inducitur per prescriptionem.l.obli-
gationum.§.placet.ff.de actio.⁊ obliga.hec Bald.vbi su-
pra.Idem not.Ambrosi.de viua.in repe.l.de quibus,ver.
idem dico ego si omnes de populo veniant ad molendum
⁊c.ff.de legi.pro quo allegat.l.viam publicã.ff.de via pub.
4 Cum † enim accessus huiusmodi factus fuerit,vt prediri,
per modum cuiusdam facultatis , non potest dici prescri-
ptum.d.l. viam publicã.Quibus nõ obstant quedam pre-
tense preconisationes,quibus asseritur fuisse prohibitũ ci-
uibus , habitatoribus ⁊ incolis dicti castri de Solerijs,
ne alicubi preterquam in molendinis eiusdem magnifici
do.eorum blada molerent, aut moli facerent. Quoniam
respondeo quod non sufficit huiusmodi pretensas preco-
nisatiões factas extitisse,etiam si ille essent antiquissime,⁊
sepius repetite:nisi eis obeditum ⁊ paritũ extiterit : quia,
vt prediri,ad possessionem seu quasi acquirendam, ⁊ mul-
tofortius ad prescriptionem complẽdam,in seruitutibus,
seu iuribus negatiuis non sufficit fuisse inhibitum : sed
opus est quod inhibitioni paritum extiterit : hoc collegi-
tur ex not.per Ostien.in dicto capitu.significante.ibi , nec
tamen alium volentem ⁊c.⁊ quod ibi Joan.and.in nouel.
versi.⁊ licet circa materiam ⁊c.⁊ post Pet.Cy.in dicta.l.j.
versi.sexto queritur.C.de seruituti.⁊ Bald.in.d.§.predio-
rum, versicu.deinde quero : ibi ,ideo dic secundum Petr.
⁊c.insti.de seruitu.Cum igitur non obstantibus pretensis
prohibitorijs precomisationibus de non molendo alibi,
vniuersitas ⁊c.homines pro eorum libito voluntatis mo-
luerint alibi, ⁊ in alijs molendinis : dici non potest fuisse
prescriptum contra eos , vt non molant in alijs molendi-
nis : quinimo nec fuit acquisita quasi possessio iuris inhi-
bendi.Sed forte ad hec opponet aliquis de eo quod not.
Ostien.⁊ sequitur Joan.an.in.d.c.significante : vbi dicunt
quod licet ille qui longo tempore vsus est furnis,aut mo-
lendinis,alium volentem de nouo edificare furnũ vel mo-
lendinum prohibere non possit : nisi probet hanc seruitu-
tem sibi deberi vel ex acto cum predecessoribus habito,
vel quia alius volens edificare fuit prohibitus , ⁊ ille ac-
quieuit prohibitioni:hec tamen,secundum eos,fallit in do
mino vllie,qui hanc seruitutem sibi deberi asserit : de quo
sentire videntur,quod ipse possit prohibere , etiam si non
probet ex pacto vel prescriptione sibi deberi seruitutem.
Pro quo allegant.c.quo iure.viij.distinc.Sed respondeo
quod istud non obstat:quia cum tex.allegatus per Ostien.
⁊ Joan.and.loquatur non quidem in omni domino alicu-
ius loci seu ville,sed in Principe,ipse debet intelligi loqui
de domino ville qui ⁊ Princeps est:vide Ostien.⁊ Joan.
and.in.c.dilecto,de offic.archi.non de alio inferiore : quia
5 glos.⁊ † docto.intelligendi sunt secundum iura que alle-
gant , vt voluit Bart.in.l.non solum.§. liberationis.ff. de
liberatio.lega.⁊ post multos alios docto.Alexã.de Jmo.
in.l.si constante,versicu.tertio.respondent quod gloss.illa
⁊c.ff.solu.matrimo.idem sentit Alexand.de Jmol.in.l.si
prius,ver.eadem glo.ibi,eoipso ⁊c.ff.de noui ope. nuntia.
⁊ consi.cxxxviij.exordiente,opportune considerat in ijs ⁊c.
versi.non obstat ꝙ modo dixi ⁊c.in.j.volu.Cum igitur di-
ctus magnificus dominus de Solerijs non sit princeps,
vel supremus dominus dicti loci de Solerijs,in eo nõ ha-
bent locum not.per Ostien.⁊ Joan.and.in vero prealleg.
Et quamuis vniuersitas ⁊ homines prefati,si de alio non
appareat,eundem magnificum dominum compellere non
valeant ad eorum blada molendum in dictis eius molen-
dinis:vt post Petrum voluit Bald.in.d.§.prediorum,in-
stit.de serui.tamen idem dominus etiam ab eis , qui inibi
sua blada moli faciunt,exigere non debet vltra id quod ab
antiquo exigere consueuit. Cui non suffragatur quedam
pretensa transactio celebrata ⁊ inita, vt dicitur inter eum
ex vna parte , ⁊ honorabiles viros dominos syndicos ⁊
concilium commune loci predicti de Solerijs ex alia,anno
videlicet domini millesi.cccclxxxvj.⁊ de mense decembris.
Et quidem non quoad singulares personas dicti loci,vel
contra eas que eidem transactioni non inter fuerunt , vel
illi non consenserunt.l. si vnus. §. ante omnia . ff. de pa-
ctis.etiam si in transactione huiusmodi interfuisset maior
pars vniuersitatis ⁊ hominum eiusdem loci , per ea que
not.gloss.quam doctor.communiter approbant , in. l.ij.C.
6 que sit loci.consue. que vult,quod † per contractum factũ
a maiore parte populi vel vniuersitatis fieri nõ possit pre-
iudicium singularibus personis.c.cum omnes,de consti.l.
j.in prin.ff.de magi.cõuẽ.⁊ plene per Bar.in.l.ꝙ maior.ff.
ad munici.ꝙ saltẽ debuit procedere in hoc casu in quo ne-
gotiũ erat principaliter singulorũ, nõ principaliter vniuer
sorũ,⁊ secundario singulorum, per id qđ not.Bal.in.d.l.ij.
ver.quero nũquid per pactum.C.que sit lon.consue.Et ita
non obstant,si forte de eis opponeretur , not.per Bart.in
l.iiij.§.actor.ff.de re iudi.l.sicut.ff.quod cuiusꝗ vniuersita.
nomine.l.pen.C.de donat.inter vir.⁊ vxor.⁊.l.ciuitas.ff.si
certum pet.que secundum Bal.vbi supra intelligi debent,
quando negotium est principaliter vniuersorum,⁊ secun-
dario singulorum : non autem quando est principaliter
singulorum.Cui distinctioni,vt mihi videtur,non omnino
impertinenter,vel inepte adaptari potest quod not.Pan.
in.c.si.de ijs que fi.a maiore par.capit.Non igitur obstant
not.per Bar.in.d.§.actor ⁊ alijs locis preallegatis: quini-
mo fortius voluit Bal.in.l.prima.C.ne fili.pro pat.quod
etiam sentit in.l.primo.§.quibus.ff.quod cuiusque vniuer.
nomi.⁊ aperte Paul.de castr.in.l.ciuitas.⁊.§.actor. supe-
rius allega.quod dicta opinio Bar.nullo modo procedit.
⁊ mouetur,quia oportet quod primo fiat statutũ,ꝙ syndi-
cus obligare possit personas singulares:⁊ postea fiat syn-
dicetus : ⁊ si aliter fiat,talis syndicatus non haberet vim
legis:quia alia est forma legis condende:in qua requiritur
maior deliberatio.l. humanum.C.de legib.⁊ alia consti-
tuendi syndicũ.pro quo allegant similia: super quibus insi
sto.Etiã nec quo ad vniuersitatẽ dicti loci de Solerijs de-
buit vel de iure potuit dicta pretensa trãsactio eidem dño
suffragari.Quia licet syndici ⁊ alij aduersatores reipubli-
ce transigere valeant de re dubia.l.preses.C.de transac.nõ
7 possunt tamen donare:quia in mandato † quantumcun-
que generali,etiam cum libera,nunquam venit quod quis
possit donare.l.cõtra iuris ciuilis regulas.§.fi.⁊.l.seq.ff.de
pact.⁊.l.filiusfa.in princip.ff.de donat.hic autem non fuit
transactũ super re dubia.Cum enim consueuissent vniuer-
sitas ⁊ homines predicti ab antiquissimis tẽporibus,⁊ ci-
tra

tra molere sua blada in predictis molendinis, ad ratio-
nem trium Engranadeirarum bladi pro qualibet sarcina,
⁊ propterea se poterant legitima exceptione tueri ne ad
plus soluendum cum effectu cogerentur: non potuerunt
prefati syndici et commune concilium exceptionem hu-
iusmodi remittere: quia hoc facere posse, est posse dona-
re: quod talibus non licet, vt predixi. pro quo facit. l. si
quis delegauerit. ff. de nouat. per quam. l. not. ibi Barto.
quod procurator habens generale mandatum cum libe-
ra, non potest remittere exceptionem peremptoriam.
idem dicit Barto. ⁊ plenius in. l. fina. ff. de iis que in frau.
credit. Bald. Salic. et Mode. in. l. pactum curatoris. C.
de pact. nec dicat aliquis quod hic esset dubium, an prefa-
ti vniuersitas et homines tenerentur ad rationem quin-
que engranadeirarum pro sarcina. Quoniam respondeo
quod de hoc non constat, nec est super hoc assertioni di-
ctorum transigentium fides adhibenda: quia in prohibi-
tis certo casu permissis non statur verbo dicentis casum
permissum subesse. l. qui testamentum. ff. de proba. l. cum
quis decedens. §. titia. ff. de lega. iii. Preterea cum nulla
lis adhuc precederet inter dictum dominum ex vna par-
te, ⁊ prefatos vniuersitatem, ⁊ homines ex alia, de ⁊ super
dictis pretensis quinque engranadeiriis, ipsique vniuersi-
tas, ⁊ homines essent futuri rei, cum causa ipsa super eis
inchoata extitisset: ⁊ propterea eodem domino non pro-
8 bante, † prout nec probasset eius intentionem, venissent
absoluendi, etiam si nihil prestitissent. l. qui accusare. C.
de eden. l. fin. C. de rei vendica. ⁊ capitu. j. vt eccle. bene. nõ
video qualiter prefati syndici ⁊ commune concilium dici
possint bona fide transegisse adaugẽdo mulcturam de tri-
bus ad quinque engranadeiras. Pro quo facit quod vo-
luit Bald. in capitu. j. de controuer. inter vasal. ⁊ al. bene-
fi. dicit enim bonam vel malam fidem presumendam fuis-
se in vassallo transigente secundum statum cause. Nam si
dubius erat euentus litis, presumitur bona fides: alias se-
cus. l. cum hi. §. sed cum lis. ff. de transac. ⁊ dicta. l. preses.
C. eod. titu. cum igitur hic nulla esset causa, non poterat ex
statu cause iudicari quod euẽtus litis deberet esse dubius
quo ad vniuersitatem ⁊ homines, propter quem debue-
rint moueri syndici ⁊ commune consiliũ ad sic transigen-
dum. Et sic non est presumendum quod bona fide transe-
gerint: sed mala. Adiicio quod contra eos ⁊ transactionẽ
predictam facit, quia illa facta est pendente compromisso
facto ex deliberatione consilii generalis, aut quasi, vna cũ
communi, ⁊ quod factum extiterit in duos viros peritos:
per quorum sententiam, seu laudũ deliberauerant dictum
generale consilium, seu quasi, ⁊ commune, illam pretensam
controuersiam terminare: item per transactionem inten-
9 dam per dictum cõmune consiliũ, ⁊ syndicos: per † quod
videbatur tacite interdicta facultas ipsi communi consi-
lio transigendi, vel alias disponendi de ipsa pretensa con-
trouersia, sine generali consilio, arg. eius quod habetur in
capitu. si quem. §. secus, de procurat. in. vj. vbi si dominus
in causa compareat non vt duntaxat procuratori assistat:
sed vt eam tractet, videtur procuratorẽ reuocare: facit etiã
quod voluit Bald. in. l. solet. §. sicut. ff. de offic. proconsul.
10 vbi dicit, quod † quilibet inferior aduocãdo ad se causam
coram vicario suo pendentẽ, videtur eius iurisdictionem
suspendere quoad illam causam. faciunt not. per Gemin. in
capitu. fin. de offic. vica. in. vj. ⁊ quẽadmodum per simplicẽ
cognitionem de causa se factam, videtur reuocare iuris-
dictionem de manibus inferioris, quo ad illam causam, vt
not. Innocent. in capitu. cum. M. Ferrariensis, ad fin. et
quod ibi Anton. de butri. Joan. de imo. ⁊ Panor. de con
stitu. ita ordinarius inferior immiscendo se de causa ver-
tente coram suo vicario, videtur iurisdictionem reuocare
quo ad illam causam, non quo ad alias. ita Gemin. in di-
cto capit. fin. de offic. vica. in. vj. huius ratio redditur: quia
cum instituens vicariũ eum possit ex toto reuocare cle. si.
⁊ quod ibi glo. de procura. not. doct. maxime Cardi. in cle.
ij. de rescript. Inn. ⁊ alii in cap. sua, de offic. vicarii: ergo et
ex parte. capitu. pastoralis. §. item cum totum, de offi. de-
lega. ⁊ l. que de tota. ff. de rei vendi. Ergo a simili vide-
tur quod dictum consilium generale se intromittendo de
dicta pretensa controuersia, et pro illius decisione com-
promittendo in viros peritos, vel compromitti ordi-
nando, censeri debet tacite interdixisse ipsis commu-
ni consilio, ⁊ syndicis, ne de controuersia huiusmodi so-
li se intromitterent, vel alias eam tractauerit, quod effi-
cere potuit, vt pote id, cuius erat causa vt domini.

Est enim generale consilium in dicto loco populus eius-
dem loci: syndici vero ⁊ cõsiliũ commune, officiarii ipsius
generalis consilii seu populi, ad quod pertinet creatio et
destitutio ⁊ syndicorum ⁊ consilii communis. Quod si ita
est, imo quia ita est, potuit consilium generale ⁊ tacite et
expresse consilio cõmuni vel syndicis inhibere ne se de cõ-
trouersia antedicta intromitterent, per predicta. Non igi-
tur potuerunt transigere post dictam ordinationem, pre-
sertim pendente compromisso. ⁊ ita non valuit dicta pre-
tensa transactio. Quibus non obstat quod ex aduerso ⁊
parte dicti magnifici domini pretenditur: scilicet quod cũ
a tẽpore transactionis huiusmodi homines predicti mul-
cturam soluerint iuxta quantitatem seu summã in trans-
actione mentionatam, censeri debeant trãsactionem pre-
dictam ratificasse, ⁊ illam approbasse. Quoniam respon-
deo quod cum semel voluerint dictam pretensam cõtro-
uersiam terminari ⁊ decidi per paritos eligendos, ⁊ qui
11 pro decisione huiusmodi electi extiterant: non † presumi-
tur mutata eorum voluntas. cap. maiores, de baptis. cap. a
nobis. el. ij. de senten. excommuni. l. cum tacitum, ⁊ l. quin-
quaginta. ff. de probatio. Quod maxime procedere debet
in hoc casu, non obstantibus dictis pretẽsis solutionibus
factis post transactionem: quia non solum post, sed etiam
certo tempore ante, idẽ magnificus dominus eandẽ quan-
titatem certo tempore recipere tentauerat, ⁊ de facto re-
ceperat. Quo fit vt licet postea homines prefati, cõtinua-
uerint in solutione eiusdem quãtitatis: non propterea vi-
deantur approbasse transactionem antedictam: ne presu-
mantur suum iactare voluisse, aut donasse, et suo iuri re-
12 nuntiasse: quod † presumendum non est, vbi potest assumi
alia coniectura. l. cum de indebito. ff. de probatio. l. si cum
aurum. l. si is cui. §. flauius. ff. de solu. ⁊ l. quibus diebus. §.
dominus. ff. de condi. ⁊ demonstr. quod etiam voluit Bal.
⁊ plenius Pau. de cast. in. l. que dotis. ff. solu. matrimo. ⁊
Bald. in. l. si procuratori falso. ff. de condict. ob cau. idem
dicit Pau. de cast. consil. lxiij. exordiente, in causa quam
magnificus ⁊c. versicu. item non obstat ⁊c. Ange. consil.
xc. exordiente, cum lis ⁊ questio ⁊c. ⁊ Pet. de Anch. con-
silio. xxxj. exordiente, subtiliter et copiose ⁊c. Cum itaque
hic possit assumi alia cõiectura, quam approbationis, re-
nuntiationis iuris, ⁊ donationis predictarum, videlicet quod
illi soluerint ne in non soluendo iuxta quãtitatem, que ab
eis extorta extiterat etiam ante trãsactionem per aliquod
tempus, viderentur eum spoliare, ⁊ sic facerent rem illici-
tam: illa potius assumenda est.

De suspectis tutoribus. Rubric.

Epitome.

Tutores suspectos pro pupillo facere, matris, deinde
propinquiorum est officium. U. F.

1 Tutela testamẽtaria pupillari substitutioni adeo con-
formis est, vt neutra institui possit nisi ab habente in po-
testate eum, qui post mortem constituentis rursus in alte-
rius potestatem non sit recasurus.
2 Tutelarum datio quedam requirit, quibus omissis cor-
ruit.
3 Releuatus a confectione inuentarii non ideo releuatur a
confectione libri rationum: qui si non fiat, vel finita tutela
per tutorẽ exhiberi recusetur, contra hunc datur iuramen-
tum in litem.
4 Doli suspicione non caret tutor, qui sine inuentario facto
fructus bonorum pupillarium percipit, vel animalia eius
non superflua alienat, ⁊ non alibi quam penes se nutrire
vult pupillum, cuius successio ad eius vxorem esset obuen-
tura: non enim apud eum nutriri debet.
5 Tutor qui in emptiones prediorum vel ad honestum lu-
crum pupillarem pecuniam non collocat, tanquam legis
contemptor non vacat culpa.
6 Tutor suspectus etiam affinis est remouẽdus, aut saltem
ei curator adiungendus.
7 Modus tutorem remouendi, ⁊ nu. 10.
8 Tutelaris rationis redditio quamuis per testatorem re-
missa sit: tenetur tamen ad eam tutor: sed non ad exa-
ctum.
9 Alimentari per tutorem pupillus debet arbitrio iu-
dicis.
11 Testamentum, in quo filie, que dote contente bonis pa-

ternis renuntiarunt cum iuramento, preterite sunt, va-
let.
12 Heres si ante testatorem decedat, admittitur substitutus
per vulgarem in compendiosa comprehensam, a qua testa
mentum incipit.

¶ Consi. cccex.


Excusso casu mihi exhibito parte
Jacobi turni de Petra-
lata, ⁊ dubijs ex eodem elicitis, dico ⁊ re-
spõdeo breuiter ⁊ succincte ad dubia hu-
iusmodi prout sequitur. Et primo ad pri-
mum: pro cuius solutione premitto, quod
promissio tutele eiusdem Jacobi, quam fecisse dicitur pro-
uidus quondam vir Thomas turni, auus paternus dicti
Jacobi, videtur fuisse defectuosa. Eo preiertim ꝙ tutela
1 † testamentaria, cuiusmodi pretenditur fuisse ista, habet
consonantiam quandam cum pupillari substitutione: que
pupillaris substitutio fieri non potest nisi per patrem, vel
alium habentem pupillos vel pupillas in sua potestate. l.
moribus. in princip. ff. de vulga. ⁊ pupilla. ⁊ qui non sunt
post mortem illius substituentis in potestatem alterius
recasuri, dicta. l. moribus. §. nepotibus. ibi, et deinceps si
qui ⁊c. ⁊ probatur hoc, vt primo dixi, in. l. quo tutela. ff. de
reg. iur. Cum itaq; nõ possit auus pupillariter substituere
nepoti in potestatẽ sui patris recasuro. d. §. nepotib9. ergo
etiam non videtur posse de tutore prouidere nepoti pu-
pillo in potestatem eius patris recasuro: quod etiam vide
tur voluisse glos. in. d. l. quo tutela. §. nemo Quod si ita est,
imo quia est ita, videtur dicta prouisio non voluisse: pro
eo quia idem Jacobus erat recasurus, ⁊ de facto recidit
in potestatem Johannis turni eius quondam patris. nõ
obstat. l. si hereditas. §. qui filium. ff. de testa. tutel. quia ne-
pos ibi non recidit in potestatem sui patris: cum pater de
medio sublatus extiterit superstite auo, eodemque pa-
tre ipsius. Ceterum etiam si tenuisset prouisio: non debuit
tamen nec de iure potuit dictus Bertrandus gerere vel
2 administrare tutelã ⁊ bona dicti Jacobi turni: nisi † pre-
cesserint ea de quibus per glos. ⁊ Bartol. in. l. legitimos. ff.
de legi. tuto. ⁊. l. tutores. C. de administ. tutor. per Bal. in. l.
j. §. item solent. ff. de offici. prefec. vrb. ⁊ Ange. Areti. in. §.
actionum, in materia tutele, versic. octauo quid incumbat
tutori ⁊c. Que si obseruata non fuerint, potest tutela sibi
decreta cassari, ⁊ ipse Bertrandus remoueri secundum
Bart. ⁊ docto. vbi supra. Super quibus, an videlicet obser
uata extiterint, necne, nihil respondere valeo: cũ non vide-
rim decretũ administrationis. Fateor tamen quod vbi te-
stamentaria promissio valuisset, non cogebatur idem Ber-
trandus conficere inuentarium: quia ab eo fuerat releua-
tus per dictum quõdam Thomam de inuentario loquor,
quod ab initio, nisi releuatus extitisset, facere debuerat:
3 non † de libro rationum: quem facere debuit de receptis, ⁊
impensis, seu missis durante sua administratione: quia cum
ab huiusmodi libri confectione releuatus non fuerit, illũ
facere debuit. l. j. §. de officio. ff. de tute. ⁊ ratio. distrahen.
quem si non fecerit, vel finita tutela eum reddere recuset
Jacobo pupillo, poterit contra eum iurari in litem. d. §. de
officio, ⁊ quod ibi glos. ⁊ Bar. Et quia, vt audio, ipse Ber-
trandus cepit ⁊ quotidie capit presias ⁊ reuenutas eiusdẽ
Jacobi sine inuentario, hoc est libro rationum, non vi-
4 detur † sine dolo. l. tutor qui repertorium. ff. de admi. tuto.
Preterea cum dicatur intercepisse ⁊ sibi appropriasse de
bonis eiusdem Jacobi sui pupilli, non censetur esse sine
suspitione. quinimo nec sine dolo. l. tutor. §. nũc videamus.
⁊ quod ibi glos. super verbo intercepit. ff. de suspect. tuto.
Et quamuis potuerit alienare animalia superflua dicti
Jacobi. l. lex que tutores, in fin. C. de administra. tuto. non
tamen potuit alienare animalia necessaria ad culturã agro
rum: quinimo nec animalia non superflua. d. l. lex que tuto
res, in fin. arg. a contrario sensu: quod est validum in iure.
l. j. §. i. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdi. de quo Bal. in
l. conuenticula. C. de episcopis ⁊ cleric. Insuper cum idem
Bertrandus fuit pluries requisitus parte dicti Jacobi
vnici pupilli, ⁊ cuius patrimonium amplũ est ⁊ bone reue
nute, vt eidem alimenta ministraret: ipse tamen hec facere
recusauit ⁊ recusat: ita vt nisi deus ⁊ ipsius Jacobi pia
mater aliunde sibi prouidisset de ipsis alimentis, fuisset
ipse Jacobus millesies fame extinctus. Propter ꝙ etiam
redditur ipse Bertrandus non modicũ suspectus. dicta. l.
tutor quoque. §. tutor qui ad alimenta. ff. de suspec. tuto. ⁊
l. fin. ff. vbi pupil. educa. deb. ⁊. §. si quis tutor. ibi, ergo vt
suspectus remoueri poterit, qui non prestat alimenta, in-
stit. de suspect. tutoribus. Cui Bertrando nõ suffragatur,
si forte dicat, quod alimenta prestare paratus fuerit et
existat eidẽ Jacobo, dũtamẽ cum eo maneat. Quoniã re-
spondeo ⁊ dico, quod cum idem Bertrandus in vxorem
duxerit Ludouicam turni, sororẽ dicti Jacobi, ⁊ sibi sub-
stitutam, ⁊ sic eam apud quam est proxima spes successio-
nis ipsius Jacobi: nõ debet ipse Jacobus penes eosdem
ali. l. ij. C. vbi pupil. educa. debe. de quo Ange. Are. in di-
cto. §. actionum, in materia tutele, versic. vicesimonono ⁊
contra ⁊c. ibi vnum tamen tene cordi. quod nunquam ⁊c.
5 institu. actio. Preterea cum, vt † predixi, bona predicta
sint magne reuenute, ⁊ propterea idem Bertrandus an-
nis singulis vel vendiderit, vel vendere potuerit multos
fructus: cumque etiam vendiderit magnam quantitatem
animalium bouinorum, ⁊ vt dicitur quindecim numero,
⁊ sexaginta saumatas bladi: que omnia in hereditate re-
perit post mortem prefatorum Thome ⁊ Joãnis patris
⁊ filij: debuit ipse pecunias ex bonis huiusmodi redactas
conuertere in emptionem prediorum, vel collocare ad lu-
crum honestum penes aliquem mercatorẽ nomine ipsius
Jacobi, per ea que not. Bar. in simili in. l. dinus. ff. ad leg.
falcid. ⁊ Bal. in. l. j. ad fin. C. de condi. indebi. Quod quia
non fecit, videtur non excusari a culpa, vt pote legis con
temptor. Propter que existimo quod esto quod fortasse
6 † propter hec vel eorum aliqua nõ deberet idem Bertrã-
dus, vt pote coniunctus in affinitate dicti Jacobi pu-
pilli, ab ipsius tutela remoueri, propter infamiam vitan-
dam, secundum Salicet. in. l. tutores. C. de administra. tu-
to. ⁊. l. si tutor aliquo. ff. de suspec. tuto. deberet tamen co-
adiutor curator sibi adiungi, vt ibi: vbi glo. dicit illud esse
cõsilium: postea dicit posse remoueri: sed nõ bene firmat,
Sed quod possit remoueri videtur firmare gloss. instit. de
suspect. tuto. §. ostendimus, ⁊ ibi Ange. are. ⁊ Barto. in. l.
quod si forte. §. j. ff. de solutio. ⁊ ibi Joan. de imo. qui hoc
7 videtur relinquere iudicis arbitrio. Modus † autẽ pro-
cedendi contra dictum Bertrandum erit, quod mater di-
cti Jacobi cõtra eum libellum offerat, eum accusando de
suspecto: ⁊ causas suspitionis alleget: vel etiam, quod erit
leuius, poterit eadem mater adire spectabilem virum do.
iudicem loci, ⁊ sibi suspitionis causas explicare, eius nobi
le officium excitando, ⁊ illud implorando, vt eis verifica-
tis, ⁊ constito de eisdem, possit ipse do. iudex prouidere
indemnitati pupilli, dando tutori predicto coadiutorem
curatorem, sine quo administrare non possit, iuxta illa que
habentur in dicta. l. si tutor aliquo, ⁊ in. l. eum quem. C. de
suspect. tuto. ⁊ Barto. in dicta. l. quod si forte. §. j. vel eum
remouere, si sibi videatur. ¶ Ad secundum quesitum re-
8 spondeo, † quod non obstante pretensa remissione reddi-
tionis rationum, tenetur ⁊ tenebitur idem Bertrandus
reddere rationem de per eum administratis, ac receptis ⁊
expensis: pro quo pro nunc allegasse sufficiat quod notat
Ange. are. in dicto. §. actionũ in materia tutele, versi. xxv.
quero quid importent illa verba ⁊c. Ange. cõsil. mihi. cxl.
Alexand. de imo. consi. mihi. xlvij. in. j. volumi. ⁊ Joan. pe.
ferra. in sua practi. tit. for. libel. quo agitur ad reddendam
rationem tute. super verbo, analogistas esse vllo. Verum
est tamen quod non fiet in compotis reddendis scrupu-
losa inquisitio: hoc est, vt culpe leuis, vel leuissime, siue ne-
gligentie ratio habeatur, vt dicunt docto. communiter.
9 ¶ Ad tertium dico, quod † eidem Jacobo prouidendũ
est de alimentis: ⁊ illa poterunt decerni per dictũ do. iu-
dicẽ, vt probatur in iuribus superius allegatis: videlicet
in dicta. l. tutor quoq;. §. tutor qui. ff. de suspec. tuto. l. fi. ff.
vbi pupil. educa. debeat. ⁊. §. si quis tutor, instit. de suspect.
10 tuto. ¶ Ad quartum dico ⁊ respondeo, ꝙ † per ea que
dixi apparet quomodo sit procedendum contra dictũ tu-
torem: ⁊ hoc presupposito ꝙ idem Jacobus nondum cõ-
pleuerit decimum quartum annũ. Si vero eundem com-
pleuisset, posset petere sibi prouideri de curatore: de ⁊ cũ
cuius autoritate ⁊ licentia compellere possit dictũ Ber-
trandum ad reddendum ratione de per eum rectis ⁊ ad-
ministratis, ⁊ reliqua consignandum. ¶ Ad quintum et
11 vltimum respõdeo, ꝙ † licet prefata Ludouica ⁊ eius so-
ror fuerint preterite in testamento prefati quondã Tho-
me earum patris: quia tamen ille contente dotibus pro
et earum nomine per ipsum quondam Thomam consti-
tutis, cum iuramento renuntiauerat bonis paternis: non
potuerunt

potuerunt ex capite preteritionis pretendere testamentum predictum fuisse nullũ, per ea que voluit Bald. in. l. filio preterito. ff. de iniusto rupto & irrito testamento. ad quod facit. l. j. §. si parens, & quod ibi nota. ff. si quis a paren. fue. manumis. & c. quãuis pactũ, & q ibi notatur, de pac. in. vj. de quo Petr. Jac. in suis libel. tit. de condict. ex lege ordinando: de quo in decisionibus parlamẽti Delphinalis, decisione. cccccxcviij. exordiente, item quod non est necesse q pater instituat &c. ex quibus infero quod nõ obstante preteritione predictarum filiarum valuit testamentũ prefati quondã
12 Thome. ¶ Et cum dicto † quondam Joanni per compendiosam substitutionem, factam per verbum cõmune substituit, substitutus extiterit Jacobus eius filius: censetur idẽ Jacobus fuisse etiam vulgariter dicto Joanni eius patri substitutus, per ea que not. Bart. in. l. centurio, versicu. quero vtrum substitutio compendiosa facta per verbum commune &c. ff. de vulg. & pupilla. & Alexan. de Jmo. in. l. precibus. versi aduerte tamen, quia etiam isto casu quando a pagano &c. C. de impube. & alijs substit. Ab hac autem vulgari substitutione potuit testamentum prefati quondam Thome vires assumere: & sic in vim illius potuit eidem Thome succedere dictus Jacobus substitutus, si verũ sit quod viuo prefato Thoma testatore Joães eius filius ab humanis decesserit. Pro quo allegasse sufficiat not. per Alex. de Jmol. in. l. si pater filium. ff. de vulga. & pupilla. & l. apud Julianum. §. idem Julianus. ff. ad trebellia. in quibus locis videri possunt multe remissiones. sup quo articulo, vt pote non multũ dubio, vlterius non insisto. Premissa autẽ dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ De lege aquilia. Rub.

¶ Epitome.

¶ Qui de sublimi loco fuste deiecta, cõtra monitionẽ eius, qui de inferiore exclamauerat, mulum huius interemit, tenetur domino quãti plurimi eo anno mulus fuit. V. F.

¶ Consilium. ccccxj.

PRimum in facto, quod his diebus nõ longe decursis, existentibus Gulielmo barbe, filio prouidi viri Bertrãdi barbe, & Antonio taitenin, seruitore seu famulo prouidi viri Antonij Roberti, in loco seu nemore vulgo dicto Rochecolũbe, dicto videlicet Gulielmo in loco superiore seu altiore, & prefato Antonio famulo, vnicum quodã mulo eiusdẽ Antonij, in loco inferiore, prefatus Gulielmus post prohibitiones sibi factas per prefatum famulum, ne ligna inferius proijceret, proiecit fustem, seu petiam ligni: que sic periecta, seu verius dictus Gulielmus cum ea mulum predictum interfecit. Quesitum est an idem Gulielmus teneatur dicto Roberti emendare dictum mulum, vel de illo eidem satisfacere. Ad quod respondeo breuiter & succincte, quod cum ad hoc vt aliquis teneatur actione. l. aquilie, ad emendandum damnum per se alteri illatum, non requiratur dolus, seu etiam lata culpa: sed sufficiat leuis culpa, vel etiam leuissima. l. in lege aquilia. ff. ad legẽ aquiliam. not. glo. in. l. illud. ff. de libera. cau. & l. homo liber. §. j. ff. de acquiren. rerum domi. idem not. glo. in capitu. si culpa, de iniur. & damn. dat. palam est & manifestũ, si res ita se habeat, prout in facto presupponitur, eundem Gulielmum teneri ad emẽdationem dicti muli. l. ij. & alijs multis iuribus. ff. ad legem aquiliam. Et non solum tenetur emendare quantum valebat idem mulus tempore occisionis illius: sed etiam quanti plurimi fuit eo anno, quo occisus est. vt verbi gratia, si tempore occisionis valebat dumtaxat viginti florenis, & in aliqua parte anni occisionis valuisset triginta florenis, teneretur idem Gulielmus ad triginta florenos. l. ij. in princip. ff. ad legem Aquil. & insti. eo. titu. in princip. Et quia casus iste non videtur mihi habere aliquam difficultatem, ego vlterius non insisto.

¶ De receptis arbitris. Rubri.

¶ Epitome.

¶ Arbitri quod semel sanxerunt nõ retractatur ab ijs, qui ad arbitrium boni viri nõ recurrere promiserunt, nisi dolus aut magna oppressio aliud suadeant. V. F.

¶ Consilium. ccccxij.

PRout apparet ex instrumẽto compromissi dudum celebrati & initi per et inter vniuersitatẽ Carumbi, seu honorabiles viros dominos syndicos nomine illi⁹ ex vna parte, & Gulielmum cassani & quosdã alios particulares ex alia: ipse Cassani & alij renuntiauerunt etiã cum iuramento recursui ad arbitrium boni viri. Quo fit vt cum ex discursu libelli parte eiusdem Cassani in hac causa oblati non appareat fuisse propositum vel deductum, arbitros parte vniuersitatis ac dictorum Gulielmi & particulariũ assumptos & electos, inique & dolose arbitratos extitisse, seu etiam ipsos Cassani & alios in magna quãtitate oppressisse aut lesisse: nõ fuit nec est ipse Cassani cõtra proprium eius iuramentum recipiendus & admittendus ad prosequutionem dicti eius pretensi libelli, prout colligitur ex ijs que not. docto. communiter in. l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio, & capitu. quintavallis, de iureiur. & in alijs multis locis. Quamobrem cum tam ex compromisso superius mentionato, de quo constat publico instrumẽto, quod parte vniuersitatis loci predicti Carumbi exhibetur & producitur: quam per confessionem dicti Gulielmi Cassani factam in dicto eius libello, appareat de renuntiatione superius mentionata: nec parte ipsius fuerit deductus dolus dictorum arbitrorum, nec etiam magna oppressio vel lesio eiusdem Gulielmi Cassani, petunt honorabiles viri syndici & syndicario nomine vniuersitatis superius mẽtionate, seu eorum legitimus actor actorio nomine eorundem, dictum Cassani a prosequutione cause huius reijci et repelli, ac repellendum & reijciendum fore ordinari: & deinde se a presenti iudicio relaxari.

¶ Si res alien. pigno. dã. sit. Rubri.

¶ Epitome.

¶ Si res que aliena pretenditur pignori data sit, tertium possessorem hypothecaria conueniens probare debet eum, qui ea hypothecauerat, cum titulo ea possedisse. V. F.

1 ☞ Hypothecaria agens quid probare debeat.

¶ Consilium. ccccxiij.

PRincipalis difficultas processus agitati per & inter nobilem Antoniã de Laye supplicantem ex vna parte, & Antonium Arnulphi, Colinum vilaris & alios supplicatos ex alia, videtur in hoc consistere: an videlicet suffecerit & sufficiat eidẽ nobili Antonie probasse contra dictos supplicatos actione hypothecaria conuentos, quod tempore donationis mille florenorum. de qua in actis, & generalis obligationis, seu hypothece facte per nobilem quondam virum Franciscum de Laye seniorem, vel postea idem nobilis Franciscus donator & obligator, teneret & possideret vt & tanquam sua bona in discursu totius cause huius latius mentionata: que vt in actis deducitur, titulo concessionis in emphyteusim facte per heredem eiusdem nobilis Francisci postea peruenerũt ad dictos supplicatos: super quo articulo & glo. & doct. tam antiqui, quam moderni, videntur varie loquuti, vt apparet ex ijs que not. gloss. in. l. j. ff. de saluia. interdict. in. §. item seruiana, institu. de actio. in. l. rem alienam. ff. de pigno. acti. et in. l. cum res. C. si aliena res pign. da. sit: in quibus locis etiã videri potest doctorum controuersia. sed vt mihi videtur, omissa ampliore recitatione opinionum glo. & doct. prefata nobilis Antonia non videtur probasse sufficienter ad
1 victoriam obtinendam. cũ enim egerit † & agat nõ quidem contra dictum Franciscum, vel eius heredẽ: sed contra tertium possessorem, tenebatur ipse probare nõ solum q idem quondam Franciscus tempore hypothecationis predicte, vel postea, tenuerit & possederit: sed etiam quod illa tenuerit cum titulo, per id quod voluit glo. & quod ibi plene per Barto. in dicta. l. rem alienam. ff. de pigno. actio. quod etiã

volnit Alberi. in dicta. l. cum res, circa fin. versi. et licet sint subtilia ⁊c. vbi etiã affirmat se vidisse communiter observari. idem voluit Ange. Areti. in. §. item seruiana, versicu. tertio casu principali quando ⁊c. instit. de actionib. vbi relatis opinionibus, eandem mandat teneri opinionem Barto. quam dicit in practica obseruari: nisi appareret de fraude facta in damnum creditoris. Preterea si dicamus opinionem Barto. de qua in dicta. l. rem alienam, ⁊ aliorum predictorum non esse veram: quatenus in ea asseritur, quod creditor agens contra extraneum, etiam si causam habeat a debitore, debeat indistincte probare possessionem debitoris ⁊ titulum, ⁊ esse verius id quod dicit Cyn. in dicta. l. cum res distinguens inter extraneum habentem causam lucratiuam a debitore, ⁊ eum qui habet onerosam, ⁊ quod in primo casu sufficiat probare possessionem debitoris, in secundo non: quam distinctionem videtur sequi Bald. in dicto §. item seruiana, ⁊ in. l. de rebus. C. de donat. ante nupt. Jacob. Butri. in dicta. l. cum res, ⁊ Flori. in. l. ante omnia. ff. de probat. istud adhuc nõ suffragaretur eidem nobili Antonie: pro eo quia hic non est propositũ prefatos supplicatos habuisse causam lucratiuã ab ipso debitore: sed onerosam. Et quidem non a debitore: sed ab heredibus debitoris. ⁊ sic dictum Cyn. approbatum per Bald. Jaco. Butri. Floria. ⁊ alios magis communiter, non suffragaretur eidem Antonie: sed esset contra eam: ita vt dicamus Cyn. Bal. Floria. ⁊ sequaces sensisse, quod prefata Antonia probare debuerit possessionem dicti quondam eius debitoris, ⁊ titulum. Adiicio quod etiam quod dictũ Cyn. quatenus dicit, quod creditori agenti hypothecaria actione contra extraneum, habentem causam lucratiuam a debitore, probare sufficiat possessionem debitoris, limitari debeat ⁊ restringi, vt ita demum procedat eo casu, quo arguitur dolus autoris: quod plenius expressit Flori. in dicta. l. ante omnia, ⁊ Ange. areti. in dicto. §. item seruiana. Cuius illa est ratio: quia alias titulus possessoris etiam lucratiuus excluderet probationem nude possessionis debitoris, propter publicianam quam habet ad rem petendam ipse successor. l. i. cum multis sequentibus. ff. de public. habet ergo talis successor hypothecaria conuentus exceptionem dolo facis ⁊c. Et quamuis Salice. videatur aliter loquutus, ⁊ voluisse quod probatio solius possessionis sufficiat: si tamen attendatur ad dicta Salice. illa non faciũt pro eadem Antonia: imo contra eam. loquitur enim Salice. in hypotheca speciali: in qua quemadmodum propter mẽdacium non liceret debitori cõuento refricare questionem dominii, vel dicere reum non fuisse suã: ita nec ei qui ab eo causam habet, ⁊ qui eam tanquam suam ipsius debitoris ab eo acquisiuit. Hic autem sumus in hypotheca generali: quo casu si conueniatur actione hypothecaria aliquis particularis successor, etiam causam habens a debitore, dicere potest hãc rem particularem, pro qua cõuenitur, non fuisse debitoris. Et non solum hoc licet huic allegare: sed etiam hoc facere posset idem debitori, si pro ea conueniretur: nec in hoc argueretur eius dolus. Posset enim fateri se obligasse omnia bona sua, ⁊ eo non obstante dicere hanc rem non fuisse suã, ⁊ propterea nec obligatam. Et hoc voluit Salice. in dicta l. cum res, versicu. ⁊ hoc clarum in obligatione speciali ⁊c. Quod si procedit in casu, in quo loquitur Salice. scilicet in debitore conuento: multo fortius procedit, vel non minus, in habente causam ab eo etiam lucratiuam. Fateor quod, vt refert Cyn. in dicta. l. cum res, ⁊ post eum Alber. Jaco. baldu. antiquus gloss. quod quemadmodum sufficit agenti actione hypothecaria probare contra debitorem, quod bona fide possideret: pro eo quia: sibi non licet referre questionem, arg. l. si inter colonum. §. primo. ff. de pigno. ita etiam sufficit contra causam habentem ab ipso debitore. l. quod ipsis, ⁊. l. in omnibus. §. non debeo. ff. de regulis iuris. pro quo etiam inducuntur alia fundamenta per Cyn. ⁊ Alberi. vbi supra. Et hanc opinionem videtur tenuisse Alberi. gallar. secundum Joan. Andr. in additio. Specu. titu. de solu. §. primo. versicu. sed pone ⁊c. ⁊ Alberic. in dicta. l. cum res: cuius dictum, secundum eum, transcripsit Specu. in dicto versicu. sed pone. Quorum si vera esset opinio, obtinere deberet prefata Antonia: eo maxime quia, vt refert dominus Guido Pap. decisionem. ccccxxxii. de stylo curiarum patrie Delphinatis seruatur, quod probato quod debitor possidebat rem hypothecatã vt suam tanquam dominus tempore obligationis, iudices consueuerunt decernere hypothecariam creditori contra tertios possessores: et quod ita etiam secundum hunc stylum vidit iudicari in eminenti curia parlamenti Delphinalis. Quod si ita est, putarem hanc consuetudinem esse obseruandam: quia minime mutanda sunt ⁊c. l. minime, ⁊. l. si de interpretatione. ff. de legibus ⁊ constitutionibus ⁊c. facit quod nota. gloss. ⁊ quod ibi docto. in. l. nemo. C. de sententiis, ⁊ interlocutionibus omnium iudicum. Si vero hoc verum nõ existat, dubito de iure huius mulieris: tum propter predicta in prima parte allegata. Cum quia non reperio parte dicte Antonie deductum, quod prefatus Franciscus donator bona fide possideret ⁊c. quod tamẽ erat necessarium, 2
etiam si in hoc casu procederet. quod voluit gloss. in dicta. l. cum res: quia illa exigit possessionem ⁊ bonam fidem. Bonas fides vero nunquam presumitur nisi deducatur vel expresse, vt voluit Ange. in. l. cum qui. §. fina. versicu. sis tamen cautus. ff. de publicia. ⁊ alius Angelus in dicto. §. item seruiana, vel saltem tacite, vt colligitur ex iis que not. Panormita. in capitulo finali versicu. sed an sit necesse, de prescript. tum et quia non est parte dicte Antonie deductum, quod isti rei habuerint predia, de quibus in actis, a dicto quondam Francisco donatore, vel ab herede eius. Fateor quod hoc deductum extitit per supplicatos: sed non vidi responsiones parte eiusdem Antonie factas, ex quibus intelligere possem, an huic positioni, ⁊ alteri, in qua deductum est, quod Francisco donatori successerunt vniuersaliter Jacobus ⁊ Joannes filii, fuerit responsum per verbum credit, vel non credit. Quod ideo dico, quia si per verbum non credit, non posset ipsa Antonia vti his positionibus, que negate extiterint, vt not. Specu. titu. de positio. §. viii. versicu. sed secundum premissa ⁊c. Alberi. in l. non erit. §. fin. ff. de iureiuran. ⁊ Barto. in. l. non vtique. ff. de exceptioni.

De serui. ⁊ aqua. Rubri.

Epitome.

Seruitutem subditis piscari non liceat in flumine publico, non acquirit dominus loci per prohibitionem, cui ex incolis, quidam obtemperarunt, quidam nõ: sed quasi possessionem piscandi continuarunt. A. F.

1 Piscari cuilibet licet in flumine publico: nec sibi quisquam soli prescribere potest vsum piscandi, vt qui de iure gentium sit.

2 Piscandi quasi possessio acquiritur ex longa consuetudine post prohibitionem, cui paritum est, continuata.

3 Testes extra articulata deponentes vt non iurati, non probant.

4 Voluntas verbis an factis declaretur nihil interest, quam tamen facta magis demonstrant.

Consilium. ccccxiiii.

Visa per processum cause agitate per ⁊ inter venerabilem virum domi. Clauarium ⁊ procuratorem reuerendi in Christo patris domi. Abbatis sancti victoris, domini loci Aurioli, ex vna parte, ⁊ vniuersitatem hominum et incolarum eiusdem loci Aurioli ex alia, respon-
1 deo † ⁊ opinor, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, quod non obstantibus pretensis preconisationibus, seu inhibitionibus parte eiusdem domi. Abbatis, vel sui predecessoris factis, de nõ piscando in riperia crudonis, ⁊ infra certos limites in actis cause huius plenius mentionatos, potuerint ⁊ possint vniuersitas ⁊ homines prefati piscari in eadem riperia, etiam infra dictos limites: ⁊ quod propterea non debuerit nobilis vir domi. Baiulus loci predicti Aurioli facere aut fieri mandare proclamationes ⁊ inhibitiones in eadem causa latius mentionatas: ⁊ a quibus parte eiusdẽ vniuersitatis reperitur appellatum ad magnificum virum dominum Judicem primarum, ⁊ eius tribunal, seu sedem. Cum enim, vt apparet per depositiones testium parte eiusdem vniuersitatis in hac causa productorum riperia predicta seu flumen sit perenne ⁊ publicum, nullus prohibendus est quominus in eodem piscetur, ⁊ pisces capiat: quia vsus eius in commune omnibus patet. §. flumina. ⁊ quod ibi gloss. ⁊ docto. instit. de rer.

dixi.l. fina.ff. de vsucapio.& l.iniuriarum.§. si quis me. ff.
de iniuri. Nec potest quis per prescriptionem acquirere vt
solus piscetur in publico flumine, vel illius diuerticulo, di-
cta.l.fina.& quod ibi Barto.in versicu.quandoque compe-
tit ex iure &c.ff.de vsucapi.Joan.Fab.& Ange.areti.in di-
cto.§.flumina. Hec enim piscandi in flumine publico facul-
tas competit de iure gentium, dicto.§. flumina. Et ideo
nullo modo prescribitur, secundum Barto.vbi supra: pro
quo allegat dictam.l.fin.& l.viam.ff.de via publi. Quibus
non obstat.l.si quisquam.ff.de diuersis, & temporalibus pre-
scriptionibus. Quoniam respondeo, vt colligitur ex iis,
que not.Joan.fab.& post eum Ange.are.in dicto.§.flumi-
na, & videtur fuisse de mente Baldus.ff.de rerum diuisione
super rubrica.versicu.hic ergo queritur:ibi & hec prescri-
ptio &c. quod quis per prescriptionem acquirere non po-
test vt solus piscetur in publico flumine, vel illius diverticu
2 lo, dicta.l.fina.sed † hoc ius posset quis acquirere per con-
suetudinem: vt verbi gratia, si quis pluribus annis solus
piscatus extiterit, & alios piscari prohibuerit, sciente popu-
lo, & non contradicente. Eo enim casu videtur, vt dicit Jo-
an.fab.quod possit sibi ius querere ex tacito consensu po-
puli & secundum hoc videtur Joan.fab.intelligere dictam
l.si quisquam.vel etiam potest dici, secundum gloss.in.l.fin.
& l.si quisquam.superius allegatis. & quod vtrobique per
Barto.quod in casu dicte.l.si quisquam, ille prohibens pi-
scari erat & fuerat pluribus annis solus in quasi possessio-
ne piscandi.cui dicto adiiciendum est, quod etiam ille, pro-
hibuerat aliis ne inibi piscarẽtur, & illi inhibitioni parue-
rant, nec contrauenerant, vt voluit Christopho. de por.in
dicto.§.flumina: quod dicit bene declarari per Bald.in.l.in
tantum.in princip.ff.de rerũ diuisione, & acquirendo ipsa-
rum dominio.pro hoc etiam allegat ea que habentur in.l.
si priusquam edificatum esset ageretur ius vicino non esse
&c. ff.de noui operis nuntiatione. Non enim ad queren-
dam possessionem in talibus sufficit inhibuisse etiam plu-
ries, nisi paritum fuerit inhibitionibus, vt colligitur ex
iis que nota. Ostiens.in capitu. significante ibi, nec tamen
aliud volentem &c.et quod ibi Joannes Andreas in no-
uel.versic.& licet circa materiam sint &c. de appella.et post
Petr.Cyn.in.l.prima.versicu.sexto queritur.C.de seruituti-
bus, & aqua. Bald.in.§.prediorum. versicu. deinde quero:
ibi, ideo dic secundum Petrum &c.institu.eodem titulo et
idem Bald.in.l.item lapilli, versicu. tertio quero.ff.de re-
rum diuisione et qualitate et Joan. fabia. in.§. eque. ver-
sicu.sed qui erit modus probandi, institu.de actio. cum
itaque probatum non extiterit, quinimo nec propositũ par-
te dicti domini Abbatis, quod prefati vniuersitas & homi-
nes paruerint dictis pretensis inhibitionibus, palam in-
fertur non esse probatam quasi possessionẽ iuris impedien-
di eosdem vniuersitatem & homines quominus pro libito
voluntatis piscentur, & pisces capiant, in flumine predicto,
etiam inter dictos limites: cui non obstat si forte dicatur ex
aduerso, quod aliqui testes parte dicti domini Abbatis in
hac causa producti deposuerint homines Aurioli absti-
3 nuisse a piscatione. Quia respondeo quod † illis, quatenus
de hoc deponunt, non est standum: cum in hoc deponant
extra articulata, per ea que nota.Bart.& alii in.l.si duo pa-
troni.§.idem Julianus.ff.de iureiurando. deponunt enim
non iurati: non ergo probant huiusmodi pretensam pari-
tionem, seu obedientiam.& si attendatur ad processum cau-
se huius, non solum non est probata paritio, que probari
debuit: sed probatum est contrarium, scilicet quod nõ fue-
rit paritum: & non solum per testes parte vniuersitatis in
hac causa productos: sed etiam per testes partis aduerse,
& per illud pretensum parlamentum ex aduerso productũ:
in quo pretenduntur condemnati aliqui particulares de
Auriolo ad causam piscationis facte in predicto flumine.
Per que satis apparet non esse paritum dictis pretensis
inhibitionibus. Apparet etiam de cõtradictione: quia non
minus quis cõtradicere censendus est per factum contra-
4 rium inhibitioni, quam per verba: quia † non refert an vo-
luntas declaretur verbis, an factis.l. de quibus: ibi, Nam
quid interest &c.ff.de legi.facit.l. paulus. ff.rem ratam ha-
bere.l.si tamen.§.ei.ff.de edilit.edicto.& l.fina.ff.de diuortiis
& repudiis. forte facta fortiora sunt ad declarandum volun-
tatem, quam verba: que sepe proferuntur contra intentio-
nem proferentis.capitu.dilecti, de appellationibus, & capi-
tu.extimant, vndecima questione tertia, secundum Panor-
mitanum, consilio mihi ducentesimovigesimotertio. exor-
diente, illud de iure queritur vtrum visa remissione &c.pro
quo est optimus text. in dicta.l.si tamen.§.ei qui, & in alle-
gata.l.Paulus.& hec quoad materiam possessorii. Quo ve-
ro ad materiam petitorii, etiam non videtur idem domi-
nus Abbas habere bonam causam: rationibus & motiuis
in alia schedula exordiente, Christi nomine &c.circa finem
allegatis: quas hic refricare non oportet.

De acquir.& reti.posses. Rubri.

Epitome.

In possessorio retinende nisi necessaria probata sint, vin-
cit is pro quo iuris ordinarii pugnat ratio. V. F.

1 Possessorium retinende contra quos possit inten-
tari.
2 Possessionem vel quasi iurisdictionis allegare non potest
qui contra vnum aliquem de populo iurisdictionem exer-
cuit.
3 Dominus a subditis per metum extorquere presumitur
quod alias de iure regulariter non debebatur.
4 Consuetudo non probatur nisi causa eius immediata pro-
betur.
5 Prescriptio sine possessione vel quasi fieri non potest.
6 Testis de auditu non probat.
7 Testis vnicus non probat.
8 Prescriptionem impedit ignorantia cause prestationis.
9 Probatio dubia contra producentem interpretationem
accipit.
10 Prescriptio exigendi rem manu factam & faciendi eã non
eadem est.
11 Venditio iuris non probati non transfert ius in emen-
tem.
12 Instrumenti antiqui etiam narratiua verba an & quando
probent.

Consi.ccccxv.


Etiam si curia, seu clauarius loci
1 Aurioli intentare † po-
tuisset possessorium retinende, contra eos,
a quibus alias latas exegisset: cuius con-
trarium videtur colligi ex iis que not.Jo-
an.and. & Panormi. in capitu. peruenit,
de censi.Bart.in.l.si.ff.quo.bono.& in.l.si certis annis, & ibi
per Bal.C.de pac.et post Cy.Bald.in.l.ii.C.de serui.& a-
qua.non potuit tamen huiusmodi pretensum possessorium
intentare contra eos, a quibus latas nunquam exegisset, vt
pote contra quos dici non poterat fuisse vel esse, prout nec
est, in possessione, seu quasi, ab illis latas exigendi. Nõ enim
dici potest esse in possessione seu quasi exigendi ab vniuersi-
tate & omnibus singularibus: pro eo quia ab aliquibus exe-
2 gisse pretenditur: quemadmodum † dici non potest esse in
possessione iurisdictionis seu quasi populi vnus loci, vel
hominum illius, qui contra vnum ex illis iurisdictionem
exercuit. Pro quo allegare sufficiat nota.per Inno.Ostiẽ.
& Joan.and.in capitu.cũ dilectus, de capel.mona.res enim
inter alios acta aliis regulariter nocere non debet capitu.
penult.de re iudic.& capitu.inter dilectos.§.porro, cũ suis
simil.de fide instru.& maxime non debet huiuscemodi pre-
tensa possessio de persona in personam extendi in istis pre-
3 tensis latis: que, vt pote † de iure cõmuni indebite & etiã re-
gulariter insolite presumuntur et presumi debent per me-
tum extorte per ea que not.Bald.in capit.primo.§.pactio-
nes.de pace constan.Aluar.in capitu.i.quali.vasia.iura.de-
beret fide.Alexand.de Jmol.in.l.i.§.que onerande. ff. qua.
rerum acti.non da.& Franc.de are.consilio.xxiiii. exordien-
te, viso & diligenter considerato themate &c. versicu. venio
nunc ad tertium dubium. Nec opponat mihi aliquis, quod
forte ratione consuetudinis ex tacito consensu populi, seu
maioris partis illius, fuerit in dicto loco Aurioli intro-
ductum, vt lateres exigi possent. Quoniam respõdeo, quod
consensus populi seu maioris partis illius non est proba-
tus, quinimo nec scientia populi, seu maioris partis eius
consensus, parte dicte curie fuerunt propositi vel deducti:
quod tamen erat necessarium, secundum omnes in iure scri-
4 bentes. Sine † his enim, non inducitur consuetudo, vt po-
te que sunt causa immediata consuetudinis. Pro quo alle-

gare satis est not. per Bartol. & docto. in l. de quibus. ff. de
legi. per docto. in l. j. C. que sit long. consuetu. & per cano. in
c. fina. de consuet. Et hec quo ad pretensum possessorium: in
quo, vt mihi videtur, sub benigna supportatione magnifici
domini mei & preceptoris, debtierant obtinere vniuersitas
& particulares: a quibus probatum non reperitur fuisse la-
tas exactos. Quo vero ad petitorium, illud certum est cu-
riam prefatam seu dictum dominum Clauarium nihil pro-
basse, per quod in illo obtinere debeat. Non enim, vt predi-
xi, debetur lateres de iure communi, seu ordinario: vt etiam
apparet per quoddam pretensum capitulum in hac causa
parte dicte curie productum. Non est etiam probatus, imo
nec deductus aliquis titulus, ratione cuius dici possint de-
biti. Etiam nec est probata prescriptio: & presertim contra
vniuersitatem, vel contra eos a quibus nihil probatur exa-
ctum: quia quo ad eos, vt predixi, curia dici non potest fuis-
5 se in quasi possessione exigendi: ergo quo ad eos non † pre-
scripsit, regula sine possessione, cum ibi not. de regu. iuris.
in. vj. Cui accedat illud vulgare dictum, tantum prescriptum
quantum possessum. Etiam nec prescripsisse videtur quo ad
illos, a quibus pretenditur ipsa curia, vel Clauarij pro tem-
pore exegisse. tum vel quia non videtur plene probasse, quod
ab aliquo exegerit: vel quia non probauit exactionem hu-
iusmodi, presertim que fuit sine titu. factam esse per tempus
sufficiens. Primus enim testis, scilicet Victor Rolandi,
6 deponit de auditu † dici: & sic non probat. l. testium, cum
suis simili. C. de testi. Deponit etiam quod a decem annis
citra hoc dici audiuerit: & sic non deponit quod tempore
litis cepte preterijssent multi anni. Etiam Antonius Ro-
landi quo ad materiam petitorij nihil probat. Et quidem
non quatenus deponit se vidisse Latas exigi a triginta an-
nis citra: quia hoc dictum non concludit quod durantibus
triginta annis, vel per eos, curia vel Clauarij, qui fuerunt
pro tempore, Latas exegerint. ca. licet, & quod ibi Ostien.
Joan. andr. super verbo & citra, & docto. de probat. Bartol.
in. l. celsus, versic. Sed circa huius membri &c. de vsuca. Bal.
in. l. falsus, in tertia oppo. C. de falsa. & in. l. indicia. C. de rei
vendica. Non etiam probat quo ad illum Angelium artu-
selli: quia non deponit, de tempore: nec quo ad alias perso-
nas: quia illas non nominat. Et idem dicendum est de de-
positione Antonij artuselli, deponentis esse triginta an-
nos, vel circa, quibus nomine vniuersitatis loci predicti
Aurioli exigit a duabus personis, de quibus non recorda-
tur. Preterea etiam depositio domini Antonij de combis
non probat: & quidem non contra eos, quos non nominat:
non etiam nocet eius depositio per eum nominatis: & a qui-
bus dicitur exegisse. Tum quia non deponit de tempore
certo: vt sic videri possit quo anno seu quibus annis ab illis
Latas exegerit. Non etiam deponit de tempore sufficienti,
inspectis temporibus inchoationis cause huius, & deposi-
tionis illius. Tum & quia quo ad per eum nominatos, & exa-
ctiones quas fecisse pretendit, non habet contestem: & sic
7 † non probat. l. iurisiurandi. C. de testi. & c. tam literis, cum
suis simili. eodem titulo. Victor lageti & dominus Anto-
nius lageti monachus deponunt de auditu dici: quorum
propterea depositio non probat dicta. l. testium. Beatrisia
artuselle etiam deponit de auditu: & ideo quoad hoc sibi
non creditur. Dicit etiam se alias fuisse pignoratam: sed non
videtur in hoc habere contestem: nisi forte quis dixerit, quod
imo Angelinus artuselli sit contestis. Sed istud non vi-
detur multum prodesse: quia quoad pignorationem factam
idem Angelinus deponit de auditu dici a dicta Beatrisia
matre. Quo vero ad solutionem, quamuis dicat se soluisse,
seu numerasse pecuniam: dicit tamen quod tempore solu-
8 tionis huiusmodi ignorabat † causam, pro qua id debeba-
tur quod soluebat. Et sic dici non potest soluisse pro Lata
quod tamen esset necessarium ad prescriptionem &c. & vt in
posterum agi posset ad solutionem Latarum, per ea que not.
Bartol. in. l. cum de in rem verso. ff. de vsur. Salic. in dicta. l.
si certis annis, in. j. q. & quod ibi Bald. Alexand. de Jmo. C.
de pact. Jdem Alexand. consil. cxiij. exordiente, super primo
dubio &c. Et quia idem Angelinus non deponit se soluisse
pro Lata, vt pote ignorans causam &c. dici non potest ha-
bere in contestem prefatum Antonium Rolandi. Ber-
mundus valentini deponit de auditu dici: & sic non probat.
Jacobus bartholomei deponens se alias ex soluisse non ha-
bet contestem: non etiam deponit de tempore sufficienti.
Dicit quod sunt decem aut viginti anni, vel circa videre suo.
9 vbi † minus tempus inspiciendum est: & sic tempus decem
annorum: quia dubia probatio debet interpretari contra pro-
ducentem. c. in presentia. de probat. not. Alexan. de Jmo. in
l. inter stipulantem. §. stichum, & quod ibi Bart. ver. quandoque
sunt verba prolata &c. & quod ibi Alexan. de Jmol. ver. item
inquantum Bart. &c. ff. de verbo. obligatio. Deponit etiam
de Lata exacta pro clamore negato. Magister Bernardus
sicole non deponit de tempore sufficienti. etiam quatenus
deponit contra Aimedeum valentini, non habet contestem.
Et quatenus deponit de illis pretensis latis per eum confe-
ctis, nihil ad &c. Jlli enim potuerunt & possunt cruhci sed illa
confectio non probat solutiones, que sunt necessarie. & sic
huius depositio nihil nocet. Jdem dicendum est de deposi-
tione magistri Joannis Rogue. Finaliter & postremo quo-
ad petitorium non nocet, depositio nobilis Simeonis ala-
mandi. Et quidem non, quatenus deponit de extractione
illorum pretensorum Lateriorum: quia vt superius dixi con
fectio Lateriorum huiusmodi nihil nocet quo ad prescriptio-
nem iuris exigendi Latas. esto enim quod per posset hu-
iusmodi confectionem dici posset curia esse in quasi posses-
sione conficiendi lateres, vel si magis placet ipsam curiam
prescripsisse ius illos conficiendi, quod ridiculum est: non
10 † tamen inferretur quod propterea prescriptum sit ius la-
teres exigendi, per id quod ponit Rota decisione. cccxcviij.
exordiente, si aliquis episcopus habeat collationem &c. glos.
& Bartol. in. l. j. §. si quis. ff. de iti. actuque prima. Jnstrumen
tum vero venditionis parte dicte curie in hac causa produ-
ctum, quatenus ibi fit sermo de Latis, non nocet: post-
quam nec probatur, nec deducitur illum pretensum ven-
11 ditorem, † vel suos autores habuisse ius percipiendi La-
tas: quod tamen erat necessarium. l. cum res, & quod ibi
glos. & docto. C. de probationibus. Cui non obstat, si for-
12 te dicatur, quod † verba etiam narratiua in antiquissimis,
vel antiquis instrumentis probant saltem semiplene. Quo-
niam respondeo quod esto quod hoc verum existeret: hoc
tamen non prodesset dicte curie: pro eo quia, secundum
communem opinionem, illud instrumentum in hac ma-
teria & simili dicitur antiquum, a cuius confectione cucur-
rerunt centum anni, vt not. Alexand. de Jmol. multos re-
ferens in. l. cum aliquis. C. de iure deliber. quod dici non po-
test de dicto pretenso instrumento. Fuit enim confectum, seu
facta pretensa venditio, de qua ibi, anno domini millesimo
ccccxvj. & die. ix. mensis Januarij. Preterea non potest quo-
ad dictum pretensum petitorium prefata curia ius preten-
dere in latis in vim consuetudinis: quia, vt predixi, illa non est
probata, quinimo nec deducta. Ex quibus mihi videtur, sub
correctione cuiuslibet melius sentientis, quod alio non appa
rente domini arbitri &c. debent ferre sententiam pro vniuer
sitate & hominibus loci predicti Aurioli.

¶ De venatio. ferar. Rubri.

¶ Epitome.

¶ Venationem & aucupium nimis imperiosum est vetare.
Hec inter alias celebrior sit adnotatio. V. F.

1 ☞ Cemeterium vendi non potest, nec sacra terra nec vt ven
datur consuetudine introduci.
2 Exigendi verbum violentiam quandam notat.
3 Sepultura mortuorum requirit liberalitatem soluentium pro
ea, non coactionem: alias simonia est.
4 Consuetudo dici non potest que prescribi non potest.
5 Consuetudo introducenda requirit scientiam & consensum
populi.
6 Venatores captarum ferarum nullam portionem debent
dominis loci vbi illas repere.
7 Venatio ferarum iniuste prohibetur a Baronibus in nemo
ribus non muro clausis.
8 Venationis an & quando dominus loci particeps esse debeat.
9 Venatio et aucupium patrie damnosa propter nimiam &
nimis facilem capturam inhiberi possunt.
10 Jus gentium difficilius tollitur quam ius positiuum.
11 Prohibita regulariter certo casu permissa non presumuntur
permissa solo id asserentis verbo, nec de contrario.
12 Probatio enim dicenti incumbit: sicut quilibet probare te-
netur fundamentum sue intentionis.
13 Jnhibitionis non permissa cause cognitione & parte mandi
ta facte nulle sunt.
14 Priuilegium alijs incommodum contra iusgentium valere
non

non debet.
H Privilegium surreptio vitiat.

¶ Consil. cccc xvi.



Visis aliis quesitis et dubiis positis et descriptis in schedula mihi exhibita exordiente, Factum est tale questiones sequentes etc. ac rationibus et motiuis hincinde allegatis, dico et respondeo breuiter et succincte ad dubia huiusmodi prout infra, sub correctione tamen cuiuslibet domini melius sentientis. Et primo omisso primo quesito, quod fit super piscariis, cum illi responsum extiterit in alia schedula: venio ad secundum, factum et formatum super lectis, seu apertione cemeterii oppidi seu
1 castri Aurioli. Cui respondeo, quod cum † terra cemeteriata seu sacra vel benedicta, et ad sepeliendum Christi fideles deputata vendi non possit. c. dictum, et l. ii. j. q. j. c. questa est, et c. postquam. xiij. questio. secunda. et c. abolende. et quod ibi notat gloss. Ostiens. Joan. Andr. Henric. Boic. Panormita. de sepul. non potest nec de iure debet reuerendus Christo pater dominus Abbas venerabilis monasterii sancti Victoris aliquid exigere vel petere pro concedenda licentia aperiendi terram cemeterii castri prementionati, vel pro lectis, hoc est terra in qua sepeliuntur mortui. Et hoc est quod ponderauit Ostien. in dicto capitulo abolende dicit enim, Caueat igitur sibi petens: si enim dicat quod pro terra sine officio detur, succumbet: quia simoniacum est, dicto capitu. abolende. Nec prodest consuetudo, per id quod habetur in capitu. non satis, et quod ibi Ostien. de simonia. et capitu. fi. de consuetu. hoc etiam notauit et ponderauit Joan. And. in dicto. c. abolende, in fi. Et idem etiam fuit de mente Panormi. in d. capitu. abolende, versicu. quo autem ad secundum si bene capiantur eius verba. Attenta igitur forma petitionis, quam facit idem. d. Abbas, et quam colligo ex contentis in predicta schedula, dico et respondeo eundem do. Abb. male petere aliquid sibi dari vel pro concedenda licentia aperiendi terram cemeterii vel pro lectis. Nec eidem do. Abb. suffragatur quod parte eius deductum reperio in quadam alia schedula exordiente, Sequentes petitiones facit etc. in secundo articulo, quatenus ibi pretendit se et predecessores fuisse in possessione exigendi cubilia decedentium a tanto tempore, quod de contrario hominum memoria non existit. Quoniam respondeo quod cum verbum
2 exigendi † violentiam notet. capitu. sicut pro certo, responso. j. c. suam, c. ad nostram, et c. non satis responso. j. de simo. nct. Hostien. et post eum Joan. Andr. in capitu. ad apostolicam, de simo. non potuit per huiusmodi pretensam possessionem exigendi interdum consuetudo, de qua loquitur di-
3 ctum. c. ad apostolicam. Illa † enim requirit liberalitatem soluentium, non coactionem vel exactionem: hinc notat Ostien. et doc. in. d. c. ad apostolicam. quod si ii, qui dederunt, dederint coacti, hoc fuit simoniacum. capi. sua, et c. cum in ecclesie. de
4 simo. et ius naturale: et sic prescribi non potuit: † et consequenter nec est consuetudo. c. fina. de consuet. c. que contra, viij. distin. Preterea multa requiruntur ad introductionem consuetudinis, vt eleganter allegatum est per egregium virum do. Joan. barles, iurium professorem eximium, que deberent deduci, et iis fides fieri: que non puto hic interuenisse: et
5 inter cetera, prout ipse tangit, requiritur † scientia totius populi, aut maioris partis, et consensus illius: quia consensus est causa immediata consuetudinis, prout not. communiter scribentes in l. de quibus. ff. de legi. in l. j. C. que sit long. consue. et in. c. fi. de consuet. ¶ Deinde, omisso tertio quesito, super latis clauorum etc. cum illi fuerit responsum in alia schedula, venio ad quartum quesitum: in quo est sermo de petia animalium ferorum grossorum, que pro tempore capiuntur in territorio Aurioli. Ad quod respondeo, quod cuilibet licitum est et de iure permissum venari ad leones, apros, vrsos, ceruos, et alia animalia siluestria, et tam in suo, quam in publico loco et alieno: et quod capit iure gentium efficitur capientis. l. j. in fi. ff. de acqui. rerum domi. et. §. fere, insti. de re. diui. not. Jac. Rebuf. et Jo. de pla. in. l. j. C. de vena. fera. libro. xj.
6 Nec † de iure debetur dominis locorum aliqua pars animalium huiusmodi, etiam si capta essent in prediis ipsorum dominorum: quia vt predixi illa fiunt capientis, etiam si capta essent post prohibitionem ingressus factam per dominum fundi, vt no. gl. in. l. diuus. ff. de serui. rust. pred. per dictum. §. fere. insti. de re. diui. et. l. fi. §. sed cum in secunda. C. de fur. no. Cepo. in suo trac. de serui. tit. de aucupatione, in prin. Et vt dicit Jac. rebuf. in. d. l. j. C. de vena. fera. licet quis possit prohibere volentem ingredi fundum sui ipsius prohibentis causa inibi venandi, ne illum ingrediatur. dicta. l. diuus. l. quod cum. §. plane. ff. de acqui. rer. domi. et dicto. §. fere, insti. de re.
7 diui. Non tamen possunt Comites Barones, vel domini temporales, habentes iurisdictionem, iuste facere prohibitionem generalem, et sub pena, quod nullus audeat venari in eorum nemoribus vel forestis apros, ceruos, vel alias feras nisi foreste et nemora huiusmodi essent parietibus vel sepe circundate, ita quod fere adeo sic essent in eisdem incluse, quod ab eis exire non valerent. Si autem prefatus do. Abbas pretendat sibi deberi, vel quadrantem, vel aliam petiam de feris huiusmodi per venantes captis, vel pro tempore capiendis, sibi incumbit probatio: cum vniuersitas et homines dicti loci Aurioli habeant intentionem fundatam de iure communi. vbi aduerten-
8 dum est, quod † licet prescripsisset ius huiusmodi quadrantis contra beussarios, hoc est eos qui cum balista et beusa, seu herba venenosa venantur, et capiunt animalia huiusmodi, pro eo forte quod sine licentia domini vel curie cum his non venantur: non tamen ex hoc inferretur, quod etiam ius percipiendi quadrantem vel aliam petiam prescripsisset contra alios aliter, hoc est sine balista et beussa et licentia venantes, per ea que not. Bar. in. d. l. j. §. si quis. ff. de iti. actuque priua. et que ponit Rota deci. ccccxviij. exordiente, si aliqis episcopus habeat collationem etc. Cui accedat illud vulgare, tantum prescriptum quantum possessum: quod maxime debet hic procedere, vt pote in casu odioso, et in quo nititur idem do. Abb. detrahere naturali facultati, et iuri gentium: quo talia animalia primo occupanti conceduntur, etiam si capta extiterint in alieno. ¶ Ad quintum respondeo, et dico quod licet fortasse, vt dicit Jac. rebuf. in. d. l. j. de vena. fera. excessi-
9 na † venatio predicta quae fit cum instro vulgariter dicto Sauma per quam spoliaretur terra auibus huiusmodi, ac tot et tante caperentur, quod postea inueniri non possent, vel saltem raro: inhiberi valeat, ne nimis continuetur, pro eo quod interest reipublice ne quis re sua male vtatur. §. fi. insti. de iis qui etc. et quia talis venatio esset patrie damnosa: tamen vbi non sic spoliatur territorium, nec damnificatur respublica: quinimo vt audio nisi perdices aucuparentur etiam cum lumine damnificarentur in plurimo incole et habitatores illius oppidi, et etiam venatione non obstante semper reperiantur inibi multe perdices: non est fienda inhibitio huiusmodi. Cum enim de iure gentium has aues, quemadmodum et alia animalia fera, venari et capere liceat, vt apparet ex predictis, nec inhibitio venationis, et captionis earundem, vt pote libertati naturali contraria, fienda sit, nisi ex causa: quia bene-
10 ficium iuris etc. et † quia longe difficilius auferuntur ea que sunt de iure gentium, quam ea que sunt iuris positiui, si cesset causa, vt quia non fiat damnum reipublice, imo commodum non spoliatur vel priuatur territorium auibus huiusmodi, que semper et continue in eo multe reperiantur, non est fienda prohibitio: quia cessante causa etc. c. cum cessante, de app. Et vbi idem. d. Abb. vel curia pretenderet contra-
11 rium, eidem incumbit probatio. Et † quemadmodum in regulariter prohibitis, certo casu permissis, non statur verbo dicentis casum permissum subesse. l. quidam decedens. §. titia. ff. de leg. iij. et. l. g testamentum. ff. de proba. no. Jo. an. in addi. Spe. de reb. ecc. non alie. sup rubricam ita in regulariter permissis, certo casu prohibitis, stari non debet verbo dicentis casum prohibitum subesse, vt
12 contrariorum eadem sit disciplina. Et quia † ei qui dicit incumbit probatio. l. verius. ff. de prob. et quia etiam regulariter quis probare tenetur id quod est fundamentum sue intentionis. Pro quo allegasse sufficiat. l. actor. C. de probatio. et quod voluit Barto. et Alexand. in. l. hoc iure. ff. de verborum obligatio. ¶ Ad sextum quesitum dico et respondeo, quod cum vsus publicorum fluminum, cuiusmodi est huius de quo queritur cois, sicut vsus viarum publicarum, et littorum. l. j. §. j. ff. quid in flu. pub. et. l. fluminum. in prin. ff. de damn. infec. qui vsus hoc operatur et inducit, vt ius piscandi omnibus commune existat. §. flumina. et quod ibi gl. et doc. insti. de rerum diui. et Bal. in. l. lapilli. ff. eod. titu. non debuit prefatus dominus Abbas, vel eius officiarii prohibere, vel alias impedire vniuersitatem vel homines eiusdem loci Aurioli quominus iuxta facultatem de iuregentium eisdem attributam et concessam piscarentur, et pisces caperent in predicto flumine, etiam infra limites de quibus in
13 processu inter partes ipsas agitato. Fuerunt igitur † inhibitiones inciuiles, et iniuste, quinimo nulle, vt pote facte non premissa cause cognitione, et parte inaudita. Pro quo allegare sufficiat not. per Bar. in. l. prima. C. de execuutione rei iudica. per alios in. l. iudex. C. commina. episto. program.

in.l.de pupillo.§.meminisse.ff.de ope.noui nuntiatio.& per Angel.aret.in.§.curare. Institu.de actio.quod etiam satis confessus est idem domi.Abbas in.viij.articulo schedule exordientis,vt appareat.Quod si ita est,imo quia ita est, potuerunt vniuersitas & homines impune contrauenire,& piscari.Fuerunt ergo sententie condemnatorie contra eos promulgate,vt pote late contra innocentes,inique & iniuste.Et sic non potest idem do.Abb.exigere illas pretensas pecuniarias summas,in quibus aliqui particulares condēnati extiterunt.Pro quo si placet videatur quid voluerit sanctissime memorie dominus Innoc.papa.iiij.& post eum Ostien.vir quidem doctissimus & cōscientie timorate,& alij omnes in capitu.quia plerique,de immunitate eccle.Nec puto quod eundem reuerendum domi.Abbatem in aliquo defendat seu iuuet quoddam pretensum rescriptum seu priuilegium recolēde memorie illustrissimi domi.Regis Renati.Tum causis et rationibus alias pro ipsa vniuersitate allegatis.Tum & quia concessio de qua in eo videtur expirasse per mortem dicti quondam domi.Renati.Concessum est enim vt abundantius de piscibus predicti fluminis sibi prouideret,& pro sua complacentia & amenitate:que omnia
14 cessant.Tum & quia † cum vt audio incole & habitatores ex piscibus,quos capere consueuerunt & capiunt in predicto flumine,reportent & reportare consueuerint multa cōmoda,& propterea fuerit & sit damnosum vniuersitati & hominibus predictis,illud non valuit.l.secunda.§.merito.&.§.si quis a principe.ff.ne quid in loco publi.& presertim valere non debuit,vt pote concessum contra inigentium,& id quod de iuregentium eisdem competit:quod regulariter & sine magna causa fieri non debet,per ea que not.gloss.Cyn.& alij docto.in.l.finali.C.de si contra ius vel vtili.publi.Et vt
15 videtur sola taciturnitas † eius emolumenti,quod percipere consueuerunt & percipiunt homines prefati,videtur fuisse causa sufficiens ad inualidationem dicte pretense concessionis,per id quod post alios not.Panormi.in capitu.ad audientiam,&c.ij.de rescript.per.l.primā.ff.de natalibus restituendis.l.& si non cognitio,& quod ibi not.C.si contra ius vel vtili.public.& quod not.Innocen.in capitulo.cum dilecta,de rescript.De quo plenius dominus Felynus.in d.capitu.ad audientiam,vel sicu.amplia primo,ver.amplia secundo &c.

¶De confirmando tutore. Rubri.

¶Epitome.

¶Tutorem malum quem mater,cui id vix licet,dedit,non confirmabit temere circūspectus Iudex:sed ex inquisitione congruum in huius locum sufficiet. V. F.

1 ☞Tutores filijs quomodo mater dare possit,& an confirmatione indigeant.
2 Testatoris voluntas quomodo & quando seruanda.
3 Tutor ob sinistros mores nō confirmatus,legato sibi ea de causa facto caret:sicut ob suspicionem remotus.

¶Consilium.cccc.xvij.



Quia,vt notat Cyn.in.l.prima.C.de confir.tutor.mulieris consilium fragile est,& quia etiam mulier in sua potestate eius liberos non habet:non potest ma-
1 ter † etiam eius liberos impuberes heredes instituens,illis adeo efficaciter prouidere de tutore,quin sit necessaria iudicis confirmatio,& illius inquisitio.l.fi.in fin.ff.qui pe.tuto.per quem ter.hoc not.Cy.& Albe.in.l.mater.C.de testa.tute.& idem tenuit ibi Salic.dicens,relatis opinionibus,hanc esse veram:pro quo inducit verbum solet,in d.l.mater.quod non necessitat.l.prima.C.quomo.& quand.iudex.Et per quod secundum Salice.datur intelligi,quod quandoque non confirmatur.& sic aliqua inquisitio requiritur.Quo fit vt bene & laudabiliter fecerint domini Locatenentes dominorum viguerij & Iudicis loci Sancti spiritus,si non velo leuato,aut ex abrupto seu alias importune processerint ad confirmationem tutele liberorum et heredum honorabilis quondam viri Petri Serreti,et domine Tonete de scaussines,quam eadem Toneta dedisse seu reliquisse pretenditur cuidam Armando.de Borna:sed more prouidorum virorum:et bonorum magistratuum,quibus cura esse solet et esse debet de pupillis,dicente propheta,imo Deo per prophetam,pupillo tu eris adiutor,prius inquisierunt cum multis et bonis viris,et tam existentibus de cognatione dictorum liberorum quam alijs:qui omnes communi opinione et voto nominarunt honorabilem virum Ioan.angereti:& non solum non nominarunt dictum Armandum:sed etiam dixerunt,presertim pro maxima eorum parte,quod idem Armandus nihil possidet.Adiecit etiam honorabilis vir Gulielmus la boysse,grauaterius de la Pordieca,eundem Armandum non esse sufficientē ad regendum & Gubernandum liberos prementionatos,pro eo quia non curat nisi de magnis prandijs & cenis faciendis:& tandem repulso eodem Armando,prout repelli debuit,prouiderunt de eodem Augerej.Nec in hoc dici debent transgressores legis.Quoniam licet voluntas
2 † testatoris regulariter pro lege seruanda sit,auth.de nupt.§.disponat,colla.iiij.l.prima.C.de sacro sanc.ecclesijs.& capi.vltima voluntas.xiij.questio.secunda hoc tamen aliquando fallit,& signanter quando testatoris voluntas contrariatur vtilitati pupilli.capi.cum casu.non debet Iudex sequi testatoris voluntatem,etiam si ille fuerit pater:de quo tamen vt pote cuius consilium est prudentius & firmius,quam consilium matris,lex magis confidit,quam de matre,vt dicit Cyn.in dicta.l.prima.C.de confirma.tuto.Et quod eo casu non debeat iudex sequi paternam voluntatem,inquantum videt eam contrariari vtilitati pupilli,probatur in.l.vtilitatem.ff.de confirmando tutore vel curatore.vbi est casus de hoc,secundum Ang.in dicta.l.prima.C.de confirman.tuto.
3 Nec † solum debet idem Armandus repelli a tutela:sed etiam a pretenso legato sibi facto:quia eius culpa & defectu contigit quod tutela sibi relicta confirmata non extiterit.Est enim,vt audio & contra eum reperio propositum & obiectum,homo incuriosus & negligēs,prodigus in expendendo,tam in banquetis,quam abillamentis seu vestimentis,ac noctu dieque intendens quibuslibet ludis scortis:ex quibus non mirum si agnati,cognati,affines,& alij boni viri restiterint & resistant,ne is tutelam habeat.Et ita non est eis,aut predictis pupillis imputandum:sed malis moribus ac culpe & defectui eiusdem Armandi.Non igitur debet habere legatum,quasi per eum stet quominus tutela eidem confirmetur,et ipse eandem exerceat.Pro quo pro nunc satis est allegare in argumen.l.meuia.ff.de annu.lega.l.quid autem,in fin.& quod voluit Bald.in.l.nesennius.in fin.ff.de excusa.tuto.Si enim ille,qui propter suspitionem a tutela remouetur,legatum habere non debeat:cur non idem dicemus de illo,cuius mores tales existunt,vt propter suspitionem tutela sibi confirmari non debeat?Profecto,si non fallor,non occurrit mihi bona ratio,cum eadem causa videatur vtrobique:ergo idem ius statui debet.l.illud.ff.ad legem aquiliam.&.l.a titio.ff.de verborum obligationibus.

¶De hereditar.actionib. Rubri.

¶Epitome.

¶Heres huiusmodi,cui legitima debetur,hanc & trebellianicam intactas habet,vt nihil de eis debeat legatarijs:sed si quid vltra habet,ipse & fideicommissarius pro portionibus legata prestare tenentur. V. F.

1 ☞Legitima detrahitur ante legata etiam pia,& ante quartam trebellianicam:& nu.seq.
3 Heres quoad legitimam & trebellianicam ad legata non tenetur.
4 Legitima non est quota hereditatis,sed quota bonorum.
5 Legitima debetur deducto ere alieno & funeris impensa.
6 Heres legata soluendo si leserit suam legitimam & trebellianicam,plus solutum retinet in restitutione fideicommissi:quamuis testator dixerit legata per heredes soluenda.
7 Legata sub nomine proprio relinqui,vel sub nomine appellatiuo differunt.
8 Reparationes domus restituende heredi ne an fideicommissario incumbant,& de quo tempore,& quando.
9 Heres pendente conditione facit fructus rei legate suos.
10 Conditio non retrotrahitur,nec ea eueniente qui semel dominus fuerat,habetur ac si dominus non fuisset.

¶ Consil. cccc xviij.


DE casu mihi exhibito parte egregij viri do.
Martini Auderij, ac dubijs ex casu huius-
modi subtiliter elicitis, ac responsionibus
inibi subiunctis, dico & respondeo breuiter
& succinte prout infra. Premittens impri-
mis q̃d hic nõ est difficultas, nec factum dubium de ere alie-
no: qualiter videlicet solui debeat per heredem & fideicom-
missarium. De hoc enim & quo ad hoc est text. indubita-
tus in. l. secunda, & ibi per omnes scribentes. C. ad trebellia-
num. de quo etiam gloss. in. l. prima. §. fina. ff. eodem titulo.
Sed est difficultas et questio de legatis: qualiter videlicet
solui debeant in casu de quo queritur, si que adhuc restent
ad soluendum, et etiam super repetitione solutorum. Su-
per quo dubio, salua correctione cuiuslibet domini me-
lius sentientis, videtur mihi dicendum, quod cum apud
heredem honorabilis quondam viri Antonij auderij sint
duntaxat remansure, scilicet quarta debita iure nature, et
quarta trebellianica, heres non tenetur ad legata restantia
ad soluendum: quinimo etiam potest repetere soluta. Mo-
1 ueor † quia legitima debet detrahi prius quam legata. l. fi-
nali. §. et si prefatam. C. de iure deliberandi, et adeunda vel
acquir. hereditate, & voluit Benedictus capra, alias calla, in
consi. exordiente, Petrus Andree &c. & fuit de mente Ol-
drad. consil. mihi nonagesimonono, exordiente, quidam
habens tres filios &c. in fin. vbi dicit quod onus legato-
rum non minuit legitimam: pro quo allegat. l. quoniam in
prioribus. C. de inofficioso testamento. quod procedit etiam
si illa essent legata pia: quia etiam per illa non minuitur
legitima, secundum Bartolum, qui ita not. in. l. Papinia-
nus. §. si imperator. ff. de inofficio. testamento et in. l. si quis
ad declinandam, in fine. C. de episcopis et clericis & orpha-
notrophis, alias orphanotrophijs, xenodochijs, & ptocotro-
phijs, & asceterijs, & xenodochis, & ptochotrophis, & ascete-
rijs, & monachis, & priuilegijs eorum, & castrensi peculio, et
de redimendis captiuis, & de nuptijs clericorum vetitis, seu
2 permissis. detrahitur etiam legitima ante quartam trebel-
lianicam, vt colligitur ex ijs que not. gloss. in capitu. Ray-
naldus, super verbo licet ipsas, de testamen. quod etiam vo-
luit Joan. Andr. in regula qui prior, de regulis iuris in
sexto, in Mercuria. & Joannes de Jmola. & in. l. cohere-
di. substitutus. §. cum filie. ff. de vulgari & pupillari substi-
3 tutione. Heres † igitur non contribuit in legatis ratione
legitime, quam retinet. Etiam nec contribuit ratione trebel
lianice: quia illa debetur sine onere legatorum dicta. l. j. §.
finali. & quod ibi gloss. ff. ad trebellia. & l. fina. C. eodem titu.
quod etiam voluit Oldra. in dicto consilio. xcix. in fin. Pro
quo allegat dictã. l. fina C. ad trebellianum. & notata in dicta
l. secunda. C. eodem titu. & dicta. l. j. §. fina. & quod ibi not. ff.
eodem titu. l. quod dicit Oldrad. procedere presertim si sit
in residuo quod sufficiat ad legata. & quod trebellianica re-
tineatur sine onere legatorum, fuit de mente scribentium in
l. secunda. C. ad trebellia. quatenus inibi sentiunt & notant,
quod vbi heres non retinet in quotitate vltra quartam tre-
bellianicam: tunc non tenetur ad legata: quod ibi expresse-
runt Cyn. Alberic. & alij. Et si opponat quispiam. quod re-
licta et heres dicti quondam Antonij hic retineat vltra
quartam trebellianicam: quia vt predictum est, retinet le-
gitimam: respondeo quod istud non est retinere in quo-
titate hereditatis vltra quartam quia legitima non est
4 † quota hereditatis: sed quota bonorum, secundum Ja-
cobum Butrigarium qui ita not. in. l. si quis in suo. C. de
inofficioso testamento. quem refert Bald. in l. quoties. C.
heredibus instituendis. & Andre. sicu. in repeti. dicti ca-
pit. Raynaldus, & hoc etiam voluit Bartol. in. l. ex facto.
la secunda, versicu. istud displicet mihi &c. ff. de heredi-
5 bus instituendis. Legitima enim † debetur deducto ere
alieno et funeris impensa, dicta. l. Papinianus. §. quarta
autem. ff. de inofficioso testamento. Quarta autem bono-
rum, deducto ere alieno, non est pars hereditatis. l. non
amplius. §. fin. ff. de legatis primo. quod etiam voluit Bar-
to. in dicta. l. ex facto. Ex quibus infertur non obstare no-
tata per docto. in dicta. l. secunda. C. ad trebellianum, quate-
nus ibi notat. quod vbi heres retinet vltra quartam trebel-
lianicam, tenetur pro illo pluri ad onus legatorum. quia
docto. loquuntur vbi retinet plus in quotitate hereditatis:
quod non est hic: quia vt prediximus legitima, in qua, seu
propter quam plus retinet, quam sit trebellianica, non est
quota hereditatis. sed quota bonorum. Et sic non sumus
in illis terminis. Et quod in casu nostro non teneatur he-
res ad solutionem legatorum fuit satis de mẽte Oldradi in
6 dicto consil. xcix. Et puto † quod etiam prediximus quod non
solum non teneatur heres prefata ad solutionem dictorum
legatorum, seu partis eorundem: sed quod etiam possit
sibi prouidere quo ad soluta, scilicet per viam retentionis
fiende in restitutione fideicommissi vniuersalis. Nec me mo-
uet ad contrarium dicendum, quod quondam honorabi-
lis vir Lambertus auderij testator voluerit legata per eum
relicta exolui per heredes: quasi videatur ea ab ipsis no-
minatim reliquisse: et sic legata pro media parte videan-
tur fuisse ad onus prefati quondam Antonij. Quoniam
7 respõdeo, & † dico quod legata possunt relinqui multiplici-
ter: vno modo nominatim, & sub nomine proprio ab he-
rede, vel a fideicommissario, vt verbi gratia, si in casu
nostro testator dixisset, volo legata predicta exolui per
do. Martinum et Antonium: tunc dicerentur nomina-
tim relicta ab heredibus. Aliquando vero possunt relinqui
simpliciter: verbi gratia, si in casu nostro idem testator
simpliciter legasset, nec expressisset per quos voluisset lega-
ta exolui. Aliquando etiam possunt legata relinqui ab he-
rede: non tamẽ nominatim sub nomine proprio: sed sub no-
mine appellatiuo: vt verbi gratia, in casu nostro dictus te-
stator legata solui voluit, & non dixit per dominum Mar-
tinum & Antonium: & sic non nominatim sub nomine pro-
prio: sed dixit velle exolui per heredes: & sic quãuis nomi-
natim, hoc tamen fuit sub nomine appellatiuo. Quibus ca-
sibus legata censentur non dico es alienum: sed onus here-
ditarium, prout hec colliguntur ex not. per Paulum de
castro, Alexandrum de Jmo. & alios in. l. qui quadringenta.
ff. ad senatusconsultum trebellianum & carcianum. Nunc ad
propositum. id quod dicit Barto. in dicta. l. fina. C. ad tre-
bellia. & alij in dicta. l. qui quadringenta, quod legata reli-
cta nominatim ab herede debent per ipsum heredem ex-
solui, non per fideicommissarium, intelligendum est quan-
do illa relicta fuerunt nominatim ab herede, & sub nomi-
ne proprio. non sub nomine appellatiuo: vt quia dixit te-
stator, volo legata solui per Antonium &c. vt not. Alexand.
de Jmo. in. d. l. qui quadringenta. ¶ Ad secũdum quesitum
8 dico & respondeo, quod † si domus de qua in casu resti-
tuatur eidem domino Martino: ipse tenebitur ad expen-
sam necessariam vel vtilem in ea factam, non secundum
valorem vel extimationem temporis facte reparationis ab
initio, quia tunc domus erat prefati Antonij reparantis.
& ea est visus pendente conditione, sed secundum valorẽ edi-
ficij, tempore quo debet restitui, vt hoc probatur in. l. domos
hereditarias. ff. de legat. i. secundum Jacob. de are. Bartol.
Bald. Angel. Alexand. de Jmol. & modernos. Nec debet
9 † talis expensa cum fructibus seu pensione domus compen
sari: quia pendente conditione domus fuit heredis, non fi-
deicommissarij: & ideo heres interim lucratur fructus, vt no
tat gloss. singularis in. l. emptor, in princip. super verbo, su-
perfluum, in fin. ff. de rei vendica. notant Alexand. de Jmol.
post alios in dicta. l. domos hereditarias, & ad hoc allegant
illam gloss. Bald. Angel. & Joan. de Jmo. in. l. in insulam. §.
primo. ff. soluto matrimonio. Jn hoc enim casu limitantur &
locum non habent dicta. l. emptor, & l. sumptus. ff. de rei ven-
dica. quia ille loquuntur quando res ipsa tempore perce-
ptorum fructuũ erat simpliciter aliena. Jn casu vero nostro
quamuis domus esset restituenda in euentum conditionis,
que venit per nobilem dicti Antonij sine liberis vita fun-
cti, interim tamen. hec est pendente conditione erat sua eius-
10 dem Antonij, non aliena. Et quamuis † conditio postea
euenerit: euentus tamen illius non trahitur retro quo ad
dominium & commodum fructuum, secundum Bartolum
& alios in. l. fi. §. sed quia, cum sequen. C. communia de leg. l. j.
§. j. ff. ad Syllania.

¶ De hereditarijs actionibus. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Heres beneficio inuentarij, quod fecit, priuandus non est, si quedam de hereditate distraxit. V. F.

1 ☞ Penam legitime factum non meretur.
2 Vendi bona alia per heredem vtilius est, quam de pigno-
re capta creditoribus liberari.
3 Jnuentarij conficiendi rationes, & beneficia.



Viso casu mihi exhibito parte nobilis & generosi viri henrici gonelli, vniuersalis heredis cũ beneficio inuentarij spectabilis quondã viri domini Petri gonelli, exordiente, factum tale est spectabilis &c. & dubio ex casu huiusmodi subtiliter elicito, dico & respondeo, quod cum † legitime factum penam non mercatur.l.sancimus. C. de administratione tutorum.et.l. Gracchus, cum suis similibus. C. de adulterijs et eidem nobili Gonelli licitum extiterit soluere creditoribus in casu huiusmodi plenius mentionatis.l.fin.§.& si prefatam, & quod ibi docto. C. de iure delibe. per Ostien.in summa, titu.de testa.§.ad quid heres, versicu. sed quid si non sufficit &c.nõ meruit nec mereri debuit penam idem nobilis Gonelli propter solutionem, de qua in dicto casu. Et non solum potuisset idem Gonelli dare & soluere prefatis creditoribus pecuniam, vel alias res hereditarias: sed etiam pro eisdem creditoribus satisfaciendo, potuit vendere res hereditarias, vt satis probatur in.d.l. fina. ver.si vero creditores, & quod ibi per docto. Quod maxime procedit & procedere debet in hoc casu: in quo, vt audio, prefati creditores sunt de primis creditoribus dicti quondam domi. Petri, saltem post ipsum nobilem Hẽricum, & in quo
2 † vtilius fuit alia bona vendere pro fienda satisfactione, quam pati quod illi mitterentur in possessionem bonorum captorum de pignore, ac etiam inquantatorũ & deliberatorum ad instantiam eorũdem creditorum. Et ita dici non po-
3 test quod dolose illis soluerit. Preterea si heres † cum beneficio inuentarij, & qui de bonis defuncti inuentarium confecit, non ideo beneficio inuentarij priuari debeat, vt propterea perdat iura sibi debita, vel vt alijs creditoribus & legatarijs teneatur vltra vires hereditarias.d.l. fin.§.licentia, & quod ibi Cyn. Fulgo. Pau.de cast.& Alexan.de Imol.& doct.communiter, & ita etiam ibi hoc clare firmat Sali.dicens ita se consuluisse. Idem firmat Ioan.de Imola, in.l. Paulus.ff.ad legem falci.multominus dicto beneficio priuari debet idem nobilis Henricus, qui inuentarium solenne, & alias legitime cõfecit, & nihil mutauit vel subtraxit, sed solum, vt maius damnum creditorum & legatariorum effugeret, vendidit aliquas ex rebus hereditarijs, vt creditoribus in dicto casu nominatis satisfactionem impenderet: quinimo videtur quod potius fuisset eidem imputandum si passus extitisset fieri immissionẽ possessionis, de qua supra.

¶ Arbitrium tutele. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Tutoris heres ob malam fidem autoris non prescribit contra redditionem rationum: in hunc tamen in litem non iuratur, sicut iuraretur in autorem, si viueret. V. F.

1 ☞ Rationum redditio an & quando prescribi possit, & an in personalibus actionibus locum habeat, & numero sequenti.
3 Iuramentum in litem contra eum, qui tutelaribus rationibus obnoxius est, an & quando deferendum, & nu.5.
4 Probatio incumbit dicenti certam fructuum quantitatem esse perceptam.

¶ Consilium.cccclxix.



Intellecto casu mihi exhibito parte nobilis & generosi viri Henrici gonelli, heredis vniuersalis cum beneficio inuentarij spectabilis quondam viri domi. Petri gonelli, contra & aduersus heredes liberorum defun-
1 cti viri Guineti balbi, dico † & respondeo, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, prescriptionem, de qua in casu huiusmodi, non obstare, quominus idem nobilis Henricus conueniri valeat pro reddenda ratione tutelaris administrationis dictorum liberorum: quia cum idem domi. Petrus gonelli & teneretur, & se teneri intelligeret, vt pote vir peritissimus, ad reddendam rationem huiusmodi, non potuit ipse, quandiu vixit prescribere. capit. possessor male fidei, de regulis iuris, in.vj.& c.fin.de prescriptio.quo-
2 rum † dispositio, secundum magis communem opinionem modernorum doctorum, etiam sibi locum vendicat in prescriptione personalium actionum, vt colligi potest ex ijs que post Bartol.& contra eum notat Angel.per.n. Ioan.de Imol. Ange.areti.& alij Moder.in.l. sequitur.§.si viam.ff. de vsucap. Antonius de Butrio in dicto capit.fina.de prescript.& Ioan.and.in.c.per tuas, de donat.quamuis, vt refert domi. Guido pa. magnificum Delphinale parlamentum alias concluserit contrarium, sequutum opinionem Bart. Ostien.& quorundam aliorum, prout ipse refert decisio.cxcix.exordiente, An capitulum male fidei possessor &c.
3 Dico tamen quod † nisi probetur bona de quibus in inuentario peruenisse ad manus eiusdem nobilis Henrici, non poterit contra eum iurari in litem.l.prima.& l.alio.C.de in
4 lit.iuran. Etiam puto quod † quatenus dicti heredes conueniunt eũdem nobilem Henricum, heredem prefatum, pro pretensis fructibus & presijs bonorum dictorum quondam liberorum, ipsi tenentur probare fructus fuisse perceptos
5 in ea quantitate &c. Nec potest † contra eum iurari in litem, pro eo q: librum de receptis & administratis, quem idem quondam domi. Petrus facere debuit.l.j.§.officio, & quod ibi omnes scribentes.ff.de tute.& ratio.distrahen.non exhibet: eo quia illum non habuit, neque habet: quamuis contra eundem domi. Petrum iurari posset, si viueret. hec colliguntur ex ijs que eleganter prosequitur Bartol.consi.mihi cxlv.egrediente, cum predicta examinarem plura alia dubia occurrerunt &c.

¶ De donationibus. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Donationi irreuocabili a patre fiende filius aspirans, imprimis se emancipari procuret: aut saltem cum iuramento de non reuocando donationem inter viuos obtineat. V. F.

1 ☞ Voluntas vltima vsque ad mortem est mutabilis.
2 Donatio a patre filio facta in eius potestate existenti an & quando valeat.
3 Emancipatio coram iudice fieri debet.

¶ Consilium.cccclxx.



Vidi casum mihi missum parte prouidi viri Ioannis raynardi de Buxo, & dubia ex casu huiusmodi pertinenter elicita: ad que respondeo vt infra. Et primo ad primum dico, quod si prouidus vir Gulielmus raynardi de bonis suis disponat in fauorẽ eiusdem Ioannis eius filij per viam testamenti, aut alterius vltime voluntatis, ipse poterit
1 dispositionem huiusmodi reuocare: quia † vltima voluntas est ambulatoria vsque ad vite supremum exitum.l.iij.ff. de adimen.legat. Propter quod respondeo quod vtilius esset eidem Ioanni quod dispositio predicta fieret per modum donationis inter viuos, quam per modum testamenti, aut alterius vltime volũtatis. Caueat tamẽ dictus Ioãnes ne in hoc decipiat dictũ eius patrem, nec vijs illicitis eum ad hoc faciendum inducat: quia vt dicit veritas, hoc est Christus redemptor & saluator noster, nihil prodest homini si vniuersum mundum lucretur, detrimẽtum vero &c. Dico insuper quod si idem Gulielmus dictum Ioannem emancipet, & causa illius sibi donet donatione inter viuos, non erit necessarium obseruare illam solennitatem, quam ponit statutum Delphinale de donationibus non faciendis nisi obseruatis ijs, de quibus ibi: quia statutum huiusmodi expresse excipit seu reseruat donationes tunc factas vel faciendas causa emancipationis, vel contemplatione matrimoniorum, vt patet in dicto statuto, versicu. In premissis autem &c. Et consulo quod primo fiat emancipatio, & deinde statim post fiat donatio causa huiusmodi emancipationis: que valebit irreuocabiliter, tanquam facta filio emancipato.l. secunda. C. de inofficiosis donationibus. & lege siue emancipati, cum suis simili. C. de collationibus. Et per hoc pater responsio fere ad omnia alia quesita. Li-
2 cet † enim donatio inter viuos facta per patrem filio in eius potestate existenti regulariter non valeat ab initio, dicta lege secunda. C. de inofficiosis donationibus. & lege donationes, cum suis simili. C. de donationibus inter virum & vxorem tamen donatio facta filio emancipato valet, per iura predicta. Dico etiam quod si fieret filio non eman-

emancipato, et existenti in potestate donatoris illa valeret, si in ea interueniret iuramentum, secundum Bal. qui ita not. in. l. iij. C. de vsucap. pro dona. et in repetitione. l. ij. ff. de iureiuran. et sequitur Alexand. de Jmol. in. l. si donatione. C. de colla. quamuis aliqui cõtrarium tenuerint: sed quod predixi tenetur communiter per docto. ¶ Ad alium, in quo est sermo de lege municipali, iam patet responsio: quia si fiat donatio causa emancipationis, non erit necessarium obseruare illam legem. ¶ Ad id vero quod vlterius queritur, de loco in quo fieri valeat huiusmodi donatio, dico quod et emãcipatio de qua supra, et donatio poterunt fieri vel in loco Buxi, vel in alio loco, vbi voluerit idem Guilielmus: dum tamẽ
3 † fiat emancipatio coram aliquo iudice, vt probantur hec in. l. j. et quod ibi per docto. C. de emancipa. libero. et l. datam. C. de dona. facit. l. j. C. de contrahen. emptio. et vendi. Et cum sic facta fuerit erit irreuocabilis donatio, vt predixi. ¶ Si autem prefatus Guilielmus dictum eius filium emancipare nollet: tunc expediret obseruare legem municipalem, de qua supra: et vocari facere duos aut tres de proximioribus, si illi reperiantur in loco: aut si non reperiantur, vel vocati venire nollent: essent vocandi duo aut tres alij probi: sub quorum presentia, et coram aliquo magistratu fiat donatio huiusmodi cum iuramento de non reuocando eam: que fieri poterit in loco Buxi, vel alibi, prout elegerit donator.

¶ De heredita. vel actio. vendi. Rubri.

¶ Epitome.

¶ Agnoscunt plane Jurisconsulti suos Gonellos, quos vt sepe redeant humanissime excipiunt. Eiusdem est hoc argumẽti cum superiore: sed quia in illo nihil de causa pia, istud nonexplodimus. V. F.

1 ¶ Dolus et doli pena per quamlibet excusantur causam, adeo vt iuris error excuset a dolo.
2 Solutio que ex ordinatione iurie primo petentibus creditoribus fit, recte facta censetur, non in fraudem ceterorum creditorum.
3 Legatum pium vt es alienum detrahẽdum est, et expers est falcidie.
4 Filia in legato dotis prefertur ceteris legatarijs.
5 Ignorantia facultatum an et quando heredi prosit.
6 Indebitum legatum soluens an et quando sibi preiudicet.

¶ Consilium. ccccxxj.



Inspecto casu mihi exhibito pro parte nobilis et generosi viri Henrici Gonelli, vniuersalis heredis, cum beneficio inuentarij spectabilis quondam viri domi. Petri gonelli, exordiẽte, factum tale est etc. et dubio ex casu huiusmodi subtiliter elicito, dico et respondeo prout infra. Promittens quod dubium huiusmodi habet duas partes. Prima pars concernit solutionẽ factã nobilibus Nicolao et Joanni fogassie fratribus de vapinco: alia vero pars concernit solutionem factam venerabili conuentui beati Francisci, seu fratrum minorum Grationopolis. Premitto insuper quod legitime factum penam non meretur. l. Gracchus. C. de adult. et l. iancinus, cum suis simili. C. de administr. tuto. Adijcio
1 † quod quelibet causa, etiam si est iniusta excuset a dolo, et a pena que ratione illius incurritur. l. igitur. §. penulti. ff. de libera. cau. notat gloss. in. l. j. in fi. ff. de abigeis. et l. plagij. la. ij. C. ad leg. flaui. de plag. vbi etiam dicit glo. quod error iuris, quamuis non sit iusta causa, excusat a dolo. Quibus premissis dico et respondeo quo ad dictam primam partem, quod
2 † cum eidem nobili Gonelli soluere licuerit prefatis Fogassie creditoribus, vt pote primo venientibus, et qui primo sententiam seu iudicatum pro se ferri obtinuerant, et deinde bona capi, inquantari, et liberari viuente eorum quondam do. Petro debitore. l. si. §. et si prefatam, et quod ibi per docto. C. de iur. deliber. de quo Ostien. in summa, titu. de testa. §. ad quid heres, versicu. sed quid si non sufficit etc. dici non debet idem Gonelli ratiõe pretensi doli penam incurrisse, vel alias aliquid egisse quod sibi imputari debeat per alios creditores, vel legatarios dicti quondam domi. Gonelli. Quod maxime procedere debet in hoc casu, in quo missio in possessionem, de qua in eo, fuisset et sibi et alijs magis damnosa quam fuerit venditio bonorum inibi mentionatorũ: et quam missionem pati cogebatur, nisi alias eidem Fogassie solutionẽ impendisset, tanquam compulsus per magistratum, coram quo prefati Fogassie sententiã obtinuerãt. Nec in hoc potest dici eisdem gratificasse, argu. l. si is a quo. ff. de rei vendi. Et non solum potuit ipse nobilis Gonelli heres bona predicta vendere pro satisfaciendo pro creditoribus ante factis: sed etiam bona dare in solutum. d. l. si. §. si vero creditores. C. de iure deliberan. Preterea si heres cum inuentarij beneficio, et qui de bonis defuncti inuentarium confecit, nõ ideo quia aliqua bona in eo ponere omisit, beneficio inuentarij priuari debeat, vt ppterea perdat iura sibi delicta, vel vt alijs creditoribus et legatarijs teneatur vltra vires hereditarias, dicta. l. fina. §. licentia: et quod ibi Cyn. Fulgosi. Paul. de cast. Alexan. de Jmo. vbi etiam de hoc per Salice. referentem ita se consuluisse: multo minus dicto beneficio priuari debet idem nobilis Henricus. Quo vero ad secundam partem eiusdem quesiti est maius dubium, non quidem de perditione dicti beneficij: quia nõ puto eundẽ Gonelli ob hanc causam beneficium perdidisse: sed an perinde haberi debeat quo ad alios creditores et legatarios, acsi illi conuentui non soluisset, quasi sit quod ei imputari debeat per id quod notat gloss. in dicta. l. fina. §. et si prefatam, et quod ibi gloss. super verbo et eis satisfaciunt, et post eam Salice. et Alexan. de Jmol. per. l. dolo. ff. ad legem falcid. Sed tamen hoc non obstante puto eum non teneri: quia, prout ponitur in facto, ipse hoc fecit vt euitaret reductionem bonorum et hereditatis huiusmodi, per quam, si facta esset, conditio sui ipsius et aliorum creditorum et legatariorum facta fuisset deterior. Habuit ergo causam vendendi. Non obstant notata per glos. Salice. et Alexan. de Jmol. in dicto §. et si prefatam: quia illa procedunt vbi idem nobilis Gonelli putasset legatum prefato conuentui non deberi. etc. Adijcio quod vbi non subfuisset aliqua causa, propter quam potuisset potius eidem conuentui solutionem impendere, quam alijs legatarijs, prout hic fuit: vbi etiam at-
3 tendendum est, quod † cum hoc legatum fuerit et sit pium, propterea non defalcatur per legem falcidiam. authen. de eccle. titu. §. si quis autem heres, collat. ix. et transumptiue in authen. similiter. C. ad legem falci. illud detrahendum est et soluendũ vt es alienum, vt sensisse videtur Bart. in. l. ex asse. ff. ad legem falcid. et apertius Paul. de castr. in. l. si quis testamento. §. apud Julianum. ff. de legatis primo. vbi ex ini-
4 bi per eum notatis colligitur, quod † si esset legatum factum filie pro dote, ipsa preferretur ceteris legatarijs. l. ij. §. si sponsa, et quod ibi Bart. ff. de priuile. credito. Et subiungit idem Paul. in dicto. §. apud. Julianum idem videri in relictis ad pias causas, vt ante omnia deducantur, cũ de ipsis non detrahat falcidia. Et dicit Paul. quod ita videtur sentire Bart. in. l. si quis seruum. §. si. ff. de leg. ij. et d. l. ex asse, per. l. sed si non seruus, et. l. ex his alicui. ff. ad legem falci. Et sic non est quod alij legatarij, quibus saltem legatum est non in piam causam, eidem nobili Gonelli imputare valeat. Quod
5 maxime procedit † si nesciuit bona dicti quondam domi. Petri Gonelli, eius patrui, omnibus sufficere. Pro quo facit. l. fin. C. ne vxor pro mari. et alia allegata per Spec. titu. de instru. edi. §. dicto, versicu. quid si soluit vni legatum: vbi voluit idem Specula. quod licet heres cum beneficio inuentarij soluerit vni legatum: nihilominus habet beneficium inuentarij, argumen. l. voluntarie. C. de excusat. tuto. l. prima C. de his qui sponte mune. subuenit. lib. x. et dicta. l. fina. C. ne vxo. pro mari. Cui dicto non obstat quod auth. sed cum testator. C. ad legem falcidiam. et quod voluit Specula. tit. de testa. §. j. versicu. pone quidam instituit etc. ibi, si vero pluribus etc. Tum quia, vt dicit Joan. and. in dicto, versicu. quid si vni. dicta authen. sed cum testator. intelligitur de illo, qui subtiliter moneat mensuram substantie defuncti, vt etiam dicit ibi tex. In errante autem secus est, vt ibi notatur. Cum
6 † et quia ita demum est locus ei de quo ibi, quando legata sunt indebita, pro eo quia est locus falcidie, vel quia per eam resecantur: secus vero vbi propter aliam causam sunt indebita: cum eo casu soluens indebitũ, etiam si sciat iuris effectum, non sibi preiudicat in alijs, secundum Bartol. qui ita notat, in dicta auth. sed cum testator, ver. oppono. de. l. error etc. per dictam. l. fina. C. ne vxor pro marit. de quo per docto. in. l. non dubium. C. de testa. Esto itaque quod bona dicti quondam domini Petri non sufficerent creditoribus et legatarijs eiusdem: non propterea perdidisset idem nobilis Gonelli beneficium inuentarij, quo ad hoc vt teneretur vltra vires hereditarias, satisfacere creditoribus heredita-

riis ⁊ legatariis: nec impediretur in prosequutione eorum que sibi debebantur, etiam dato quod falcidiam detrahere non valeret.

¶Commu. de succes. Rubri.

¶Epitome.

¶Cũ patruus, qui sibi substitutas neptes dubitabat, eas ad renuntiandum bonis ⁊ beneficio minoris etatis cum sacramento adegisset, omisit mentionem enormis lesionis: respondetur, eas ex hoc capite bona posse petere. V.F.

1 ☞ Substitutio vulgaris adita hereditate expirat.
2 Substitutio vulgaris an ⁊ quando contineat fideicommissariam.
3 Substitutioni quid verbum, ⁊ suos, cõferat: ⁊ quid verbum si siue liberis, an extendant eam ad fideicommissum, ⁊ nume. sequen.
5 Liberi positi in conditione an censeantur positi in dispositione.
6 Fideicommissum inducitur ex tacita voluntate coniecturis fulcita, quamuis verba sint defectiua.
7 Onus honorem adiuuat, vt quis in dispositione positus censeatur.
8 Verba si siue liberis, quando generaliter ⁊ quando specialiter accipienda.
9 Pater ab institutione vniuersali excludens filias censetur eas etiam a reciproca substitutione excludere.
10 Neptis premortui filii an excludat patruum substitutũ cum conditione si siue liberis.
11 Testator familie ⁊ vsus patrie rationem habuisse presumendus.
12 Testator in dubio id voluisse videtur quod alias ex dispositione iuris ab intestato esset seruandum.
13 Liberi conditionaliter in substitutione positi an ⁊ quando substitutum excludant.
14 Statuta ad preterita negotia non trahuntur.
15 Frater a fratre institutus ⁊ de restituendo grauatus detrahit legitimam ⁊ trebellianicam de bonis paternis, ⁊ qualiter.
16 Fructus percepti an ⁊ quando minuant legitimam ⁊ trebellianicam.
17 Scriptura propria eius manu cui vtilis est scripta suspecta est.
18 Renuntiatio minoris cum iuramento an semper efficax, vtrãq; ex parte disputatur, tandem concluditur quod non.
19 Capi potest de persona qui minorẽ subdole lesit, ⁊ ad rescindendum cogi.
20 Reuerentia magna ⁊ metus, causa sunt rescindendi contractus.
21 Iuramentum dolo extortum contractum non validat, nec minorem representat maiorem.

¶Consilium. cccccxxii.



Dubia elicita ex casu mihi transmisso parte nobilis Marie ⁊ Delphine ysuarde, non videntur esse modica, ⁊ presertim primum: quo queritur an ipse nobiles Maria ⁊ delphina videãtur fuisse substitute per nobilem quondam virum Laurentium ysuarde, earum auũ paternum, nobili Joanni ysuardi, filio eiusdem Laurentii, ⁊ patri earũdem Marie ⁊ delphine. Ad quod dubium videtur dicendum quod non, saltem quo ad hoc vt post aditionem seu immixtionem paterne hereditatis, factam per dictum quondam nobilem Joannem, ipse nobiles Maria ⁊ delphina possint ⁊ valeãt in vim alicuius substitutionis facte per ipsum Laurentium eidem succedere, etiam post mortem Joãnis. Non enim dubito quin per illud verbum ⁊ suos, videantur prima facie, de quo infra non obstaret, eidẽ nobili Joanni earũ patri substitute, ⁊ quin eo vel non valente, vel nolente dicto nobili Laurentio suo patri succedere, potuerint ipse Maria ⁊ delphina dicto nobili Laurentio earum auo paterno in vim vulgaris substitutionis succedere, per ea que notat glo. ⁊ quod ibi per Bart. Pau. de cast. Alexan. de Jmol. ⁊ alios scribentes in. l. gallus. §. quidam recte. ff. de liber. ⁊ posthu.
1 sed † per hanc substitutionem eidem Laurentio succedere non possunt: pro eo quia illa expirauit per aditionem seu immixtionem paterne hereditatis, factam per dictum quondam Joannem. l. post aditam, ⁊ quod ibi docto. C. de impube. ⁊ aliis substitu. Sed in hoc restat dubium, an prefate nobiles Maria ⁊ delphina censeantur fuisse substitute ei-
2 dem Joãni suo patri. etiam per fideicommissum, † propter illud verbum ⁊ suos, positum in substitutione, de qua in casu: aut propter illa verba, si siue liberis: de quibus etiam in eodem casu. Super quo videtur dicendũ quod non. Et primo quidem non per verbum ⁊ suos, per id quod not. glo. in dicta. l. Gallus. §. quidã recte. ex cuius dictis colligitur substitutum, de quo ibi, fuisse vocatum vulgariter. Et idem videtur ibi sentire Bart. ꝙ expressius firmat ibi Pau. de cast. dicit enim sibi videri ꝙ vbi est ordo necessitatis precise, vel causatiue, procedat ꝙ dictũ est, seu quod substitutus solum censeatur substitutus vulgariter, ⁊ ꝙ ita loquatur glo. quasi testator videat se retulisse ad necessitatẽ huiusmodi: sed vbi non esset ordo necessitatis, sed dũtaxat affectionis vt verbi gratia, si quis instituat fratrem suum ⁊ liberos eiusdem, tenendo opinionem Bar. quod videantur vocati ordine successiuo: tunc ipsius fratris filii vocãtur in duobus casibus: scilicet si frater vel non potuerit, vel noluerit acceptare hereditatem, ⁊ sic in casum vulgaris substitutionis vocantur etiam si frater acceptauerit, ⁊ postea moriatur, ⁊ sic in vim fideicommissarie substitutionis, secundum Pau. de castr.
3 qui ita not. vbi supra. Que si ita † se habeant, videtur quod in casu de quo queritur censeri non debeant prefate nobiles Maria ⁊ Delphina per fideicommissum substitute: pro eo, quia prefatus quondam Laurentius precise necessitabatur instituere vel exheredare dictum Joannem eius filium, ⁊ causatiue prefatas Mariam ⁊ Delphinam. facit ad premissa, quia etiam si idem laurentius dixisset, Joãnem filium meum vniuersalem heredem mihi instituo, ac Mariam ⁊ Delphinam eidem substituo, non tamen censerẽtur ipse Maria ⁊ Delphina substitute per fideicõmissum: pro eo quia non esset adiecta dictio denotãs tractum temporis l. iam hoc iure, in verbo in vulgarem tantummodo. ff. de vulg. ⁊ pup. ⁊ colligitur ex his que notat glo. magna in. d. §. quidã recte, dum dicit, vel sic filium ⁊c. ⁊ quod ibi Bar. ⁊ no. Bar. in. l. centurio. post mediũ. ff. de vul. ⁊ pup. dum tractat, an compendiosa substitutio contineat vulgarem, in ver. secũdo opp. ad predicta. ⁊c. ⁊ in. l. lucius. q. pen. ff. de vulg. ⁊ pup.
4 Etiam non videtur † prefate nobiles Maria ⁊ Delphina per fideicommissum substitute propter illa verba si sine liberis ⁊c. Pro quo allegare sufficiat. l. si quis ita heres instituatur si legitimus. cum glos. ff. de heredi. institu. l. ex facto etiam. eo. titu. ⁊ l. potest. iuncta. l. sequenti. ⁊ quod ibi Bald. ff. de vulga. ⁊ pupilla. ⁊ quod not. gloss. quam ibi. sequuntur Jaco. de are. Cyn. Ray. Bart. Bal. Ange. Joan. de Jmo. ⁊ Moderni in. l. Lucius. la. ii. ff. de here. institu. Joan. and. in addi. Spec. tit. de testa. §. j. versi. huic questioni ⁊c. Petr. Corneus. ⁊ Barto. in dicta. l. centurio. in. l. si cum dotem, in in princi. ff. sol. matri. ⁊ in. l. si sic. ff. de lega. iij. ⁊ quod ponit Bal. ⁊ in. l. quod scitis prioribus continetur. C. de bon. que liber. ⁊ in. l. cunctos populos, versicu. venio adquintum responsum. C. de summa trinita. ⁊ fid. catho. ⁊ Joan. de Jmo. ⁊ Paul. de cast. in. l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de lega. primo. vbi etiam referunt istam esse communem opinio-
5 nem, scilicet † ꝙ filii vel liberi positi. in conditione non censeanturi nstituti, quod etiam consulendo firmant Petr. de ancha. consi. mihi. cxxvj. exordiente, ponderanda ⁊c. idẽ firmat in capit. si pater, de testa. in. vj. in capit. licet, de vo. ⁊ in repeti. capit. in presentia, versic. decimo quero, de probatio. Et quãuis multi doct. teneant opinionem dicte glo. que est in allegata. l. Lucius. multi tamen eam impugnãt: prout apparet ee iis que no. And. sicu. vulgo Barb. in repeti. l. cum acutissimi, post medium, versic. aggredior nunc secundã dubitationem ⁊c. C. de fideicommis. contra quem, prout refert Pau. de cast. in dicta. l. filiusfamilias. §. cum quis, ⁊ consil. ccxxxvj. exordiente, dubitatio vertitur ⁊c. tenet Bal. in antiquis recol. in. l. j. C. de condi. inser. Quod maxime videretur procedere hic: quia fauore liberorum dicti nobilis Joãnis ysuardi ⁊ vt haberent bona ⁊ hereditatem prefati Laurentii, videtur idem Laurentius in dicto suo testamento apposuisse conditionẽ illam si sine liberis ⁊c. vt expresse dicit gloss. in dicta. l. filiusfamilias. §. cum quis. Et ita videtur quod non sit ꝙ repugnet, quominus videantur ex hoc prefate Maria ⁊ Delphina tacite substitute, etiam si verba vsque quaque non conuenirent, vt dicit text. in simili in. l. fideicommissa. §. hec verba. ff. de lega. iij. facit. l. vnum ex familia. §. fin. l. peto in princip. ⁊ l. cum proponeretur. ff. de lega.

ij. vbi

ij.vbi fideicommissum inducitur ex tacita voluntate,ex quo
extant alique coniecture,licet verba sint defectiua:quã opi-
nionem dicit Pau.de cast.in dicto consi.semper sibi pla-
cuisse in puncto iuris:que saltẽ videretur facere in hoc casu:
in quo nõ solum sub verbis si sine prole ⁊c.posite sunt condi
tionaliter dicte nobiles Maria ⁊ Delphina:sed etiam di-
spositiue,propter verbum et suos.Pro quo facit quod in si-
mili voluit Pet.de ancha in repeti.capitu.si pater,de testa.
in.vj.vbi limitando gloss.dicte.l.Lucius,⁊ quod ibi docto.
7 sentit eam procedere ⁊ esse † verã,nisi testator aliquo onere
grauasset filios filiorum:quia ex hoc videretur eisdem reli-
quisse.l.alio.in fin.ff.de alimen.⁊ ciba.lega.quod etiam vi-
detur voluisse Barto.in dicta.l.centurio,versic.quero vlte-
rius.ff.de vulgari ⁊ pupilla.⁊ Pau.de cast.in.l.hereditas
ad Statium.ff.de here.institu.¶ Tamen his nõ obstanti-
bus adhuc videtur prefatas nobiles Mariam ⁊ Delphi-
nam non fuisse substitutas in hoc casu,⁊ eas,seu earum su-
perexistentiam non impediuisse quominus dominus Pe-
trus ysnardi,prefati Joannis quondam frater,in vim ex-
presse substitutionis succederet:quia vt apparet ex testamẽ
to dicti quondam nobilis Laurentij,idẽ Laurentius tem-
pore illius habebat multas filias naturales,⁊ legitimas:
quarum neminem heredem vniuersalem instituit,nec etiam
substituit,nisi post mortem omnium suorum heredum ma-
sculorum,⁊ dicti domini Petri:sed eas in certis quantita-
tibus seu summis particulariter instituit.dictum vero Jo-
annem ⁊ alios liberos masculos sui ipsius testatoris,si qui
8 nascerentur,sibi vniuersales heredes instituit.Quo fit † vt
dicta verba si sine liberis,posita in substitutiõe,intelligi de-
beant non qualiter de quibuslibet liberis:sed specialiter de
liberis masculis,hoc est vt ita demũ deberet repelli dictus
dominus Petrus substitutus,si superessent liberi mascu-
li:quia non est presumendum prefatum Laurentium testa-
torem plus dilexisse neptes ⁊c.filio,quam filias proprias
sui ipsius,nec voluisse easdem proprias filias esse deterio-
ris conditionis,quam dictas neptes.l.si viua matre.C.de
bonis maternis.quod tamen esset,si illa verba si sine liberis,
intellexisset idem testator tam de feminis,quam de mascu-
lis:quia dicte neptes fecissent deficere conditionem,non
autem filie.Propter quod videtur quod verba illa,si sine
liberis debeant restringi ad masculos.pro quo faciunt no-
tata per Barto.in dicta.l.Gallus.§.etiam,versi.quero in-
xta predicta testator.⁊c.⁊ quod voluit Richar.malum.ibi
per eum relatus in quadã questione per eum disputata etiã
faciunt pro dicta restrictione notata per Barto.in.l.fin.ff.
9 ad trebel.vbi dicit,quod pater qui excludit filias ab vniuer
sali institutione,censetur etiam easdem voluisse excludere a
reciproca substitutione,argumento.l.Lucius.§.pater.ff.ad
trebel.Cum igitur in casu nostro plus dilexerit,⁊ pretule-
rit idem testator masculos feminis etiam proprijs filiabus
in institutione vniuersali,⁊ in substitutione expressa facta de
dicto domino Petro:ergo ⁊ in substitutione predicta cen-
sendus est pretulisse dictum dominum Petrum prefatis
suis neptibus:hoc est filiabus dicti quondam nobilis Jo-
annis.⁊ reperio quod Pau.de cast.consil.lxxix.exordiente,
casus iste frequenter contingit ⁊c.refert se alias in contin-
gentia facti consuluisse pro ista parte in fauorẽ pij loci sub-
stituti filio testatoris si sine filijs decederet:⁊ tenuisse q ver-
bum filijs,debebat ibi accipi p filijs masculis,⁊ ad eos re-
stringi:quãuis alias appellatione filiorum veniant etiam
filie.ob quod in illo cõsilio cõcluserat q filia femina super-
stes filij non repellebat pium locum substitutum,⁊ hoc ne
videretur testator plus dilexisse neptem ex filio,quam pro-
prias filias.Et dicit ibi Paul.quod post eũ qui primo con-
suluit consuluerunt omnes doctores Florentini collegiali-
ter,quasi omnes aduocati consistoriales,vno excepto:demũ
domini Raphaeles Padue existentes:⁊ quod Fulgo.di-
cit se ita tenuisse in.l.j.C.de condi.inser.⁊ quãuis idẽ Paul.
in consi.huiusmodi referat doctores Bononienses ⁊ Pe-
rusinos non collegialiter cõsuluisse cõtrarium in dicto casu,
⁊ tenuisse q illa verba filijs ⁊ liberis intelligebantur etiam
de feminis,⁊ de natis ex feminis,⁊ sic q illa neptis exclu-
debat locũ pium substitutum,dicta.l.j.C.de condit.inser.l.
liberorum.ff.de verbo.significa.l.cum auus.ff.de condit.et
demonstra.⁊.l.cum acutissimi.C.de fideicommis.⁊ q idem
cõsuluit collegium Auenionis,⁊ quod quia postea visa fuit
questio dubia propter multas rationes,que hincinde alle-
gabantur,postea pluries requisitus pro prima parte consu-
lere recusauit:tamen in dicto cõsi.lxxix.idem Pau.voluit q
vbi substitutus est de descendentibus testatoris,prout di-
cit fuisse in illo casu,in quo tunc consulebat,quia erat alter
filius testatoris,vt etiam est in hoc nostro casu,prima pars
10 seu opinio erat verior,scilicet † q neptis premortui filij non
excludat patruum substitutũ:quia testator censetur habuisse
11 respectum ad agnationem suã masculinam,⁊ † voluisse bo-
na remanere in familia suorũ descendentium masculorum.⁊
hoc videtur maxime procedere in patria seu loco,in quo est
statutum,quod super existentibus masculis feminas exclu-
dit ⁊ repellit,prout esse audio in prouincia:quia testator cen-
setur ad communem vsum ⁊ statutum habuisse respectum,
vt etiam voluit Pau.in dicto consi.Pro quo facit dictum
Petri de ancha.in.l.tres fratres.ff.de pact.relatũ per Ale-
xan.de Jmo.in dicta.l.heredes mei.§.cũ ita.⁊ per Andre.
sicu.in capitu.Raynaldus,de testa.dicit enim idem Pet.
q si statutũ disponat,quod filij masculi excludant feminas
in successione parentum,⁊ testator illius municipij simplici-
ter sibi instituat heredes vniuersales suos filios,non vide-
tur instituisse filias:ex eo quia testator videtur disposuisse
ita vt disponit statutum municipij:⁊ sic videtur exclusisse
feminas,cum in successionibus parentũ,stante prefato sta-
tuto diuersa sit conditio ⁊ natura masculorum ⁊ feminarũ.
Secus autẽ esset si extraneus instituisset filios patris:quia
tunc veniunt etiam femine.l.si quis ita dederit,in princip.
cum suis simili.ff.de testamentaria tute.quoniam statutum
de illis non disponit.dicit etiam alibi Petr.de ancha.q di-
12 spositio † testatoris recipit in dubio intellectum,vt videa-
tur voluisse id quod abintestato ex dispositione iuris erat
seruandum,argu.capit.causam,de rescript.⁊.l.quero.§.in-
ter locatorem.ff.loca.multa alia similia inducit do.Andre.
13 sicu.vbi supra.videtur itaque ex his omnibus inferri,† q
licet superexistentia liberorum positorum cõditionaliter in
substitutione regulariter excludat substitutum ex expressa
mente testantis.l.filiusfamilia.§.cum quis.ff.de legatis.j.⁊
l.Lucius la.ij.cum suis simili.ff.de here.instit.hoc tamẽ fal-
lat in hoc casu:pro eo quia verbum liberis,positum in dicta
substitutione,videtur intelligendum de masculis.⁊ sic cum
masculi non superfuerint,sed sole femelle,nõ videtur quod
ex mẽte prefati testatoris debuerit repelli dictus dominus
Petrus substitutus.Quod si verũ sit,minus viderentur ee-
dem nobiles neptes substitute:quia minus est excludere ⁊
repellere substitutum,quam in vim substitutionis inuitari.
quod colligitur ⁊ apparet ex his que nota.glo.⁊ docto.ma-
gis communiter in dicta.l.Lucius,vbi communiter dicunt
filios vel liberos positos in conditione non censeri substi-
tutos.Sed nemo negat quin eorum superexistentia repel-
lat substitutũ.Et re vera si ante tempus huiusmodi testa-
menti conditum erat statutum de quo supra,puto non posse
defendi dictas nobiles Mariam ⁊ Delphinã neptes fuisse
14 substitutas.Si vero † esset conditum postea,non trahere-
tur ad preterita,per ea que habentur in capitu.ij.⁊ fin.cum
suis simili.de constitu.superesset tamen adhuc magne diffi-
cultas,propter illam varietatem,que fuit in casu superius
relato,⁊ in quo refert Pau.de cast.se ⁊ doctores Florenti-
nos,⁊ duos Raphaeles consuluisse vnum,⁊ doctores Bo-
nonienses ⁊ Perusinos nõ collegialiter,⁊ collegium Aue-
nionense cõsuluisse aliud.Quinimo remanet hic maior dif-
ficultas:p eo quia in casu proxime relato fuerat pius locus
substitut⁹:hic autem filius masculus testatoris substitutus
extitit:quod videtur facere pro opinione Pau.quia maior
est fauor liberorum,quã pie cause.sed contra opinionem
Pau.⁊ pro opinione doctorum Bononiẽsium,Perusino-
rum,⁊ collegij Auenionensis multum faciunt iura superius
allegata,scilicet.l.generaliter.§.cum autem.C.de institu.⁊
substit.l.cum acutissimi.C.de fideicommis.⁊.l.cum auus.ff.
de conditio.⁊ demonst.⁊ quod notat Bal.⁊ Sall.in dicta.l.
cum acutissimi:vbi dicunt dispositionem illius text.proce-
dere,etiam si filius testatoris esset substitutus:quia nihilo-
minus ex coniecturata mẽte testatoris liberi filij defuncti
excludunt patruum.⁊ ita fuit de mente glo.in.l.j.C.de do-
na.cau.mor.secundum Joan.de Jmo.qui hanc glo.reputat
singularem in.l.si cui.ff.eod.titu.⁊ pro dicto Bald.⁊ Salic.
est casus ad literam in dicta.l.cum auus.¶ Preterea cum
iste testator sciuerit distinguere inter suos posthumos ma-
sculos ⁊ feminas:cur cõiecturabimus eum distinguere ne-
sciuisse inter liberos masculos ⁊ feminas prefati quondam
Joannis ⁊ suorum posthumorum masculorum:non vide-
tur bona ratio.⁊ tamen in institutione per eum facta insti-
tuit vt predixi dictum nobilem Joannem ⁊ posthumos
masculos sui ipsius testatoris equis portionibus,⁊ suos.
Attende quod dicit suos,⁊ indistincte:⁊ postea in substitu-

tione dictum est,si sine liberis,etiam indistincte: per quod videtur censuisse non solum de masculis,sed etiam de feminis,postquam appellatione liberorum veniunt etiam femine.l.cognoscere.§.liberorum.ff.de verbo.significa.erat enim eidem testatori facile distinguere inter suos ꝛ suos,ac inter liberos ꝛ liberos:ꝛ quod verisimiliter fecisset.argu.capi. ad audientiam,de deci.quod quia non fecit,non videtur ab eius verbis recedendum.l.ille aut ille.§.cum in verbis,et.l. non aliter,cum suis simili.ff.de leg.iij.ꝛ his presuppositis,ꝙ in casu nostro appellatione suorum ꝛ liberorũ veniant etiã femine,videtur dicendũ quod dicte nobiles Maria ꝛ Delphina fuerint substitute,pro quo possunt allegari multe et varie rationes allegate ꝛ inducte pro hac parte p Andre. sicu.in.d.repe.l.cũ acutissimi.ꝛ que saltẽ in hoc casu procedere debet per ea que dicta sunt.s.ver.qđ maxime videreť ꝛc.

¶ Ad secundum questitũ dico ꝛ respondeo,quod presupposito quod dicte nobiles Maria ꝛ Delphina censeantur substitute,prefatus domi. Petrus heres institutus per di-
15 ctum nobilem Joannẽ eius fratrem,potuit † ex eiꝰ persona,secundum magis communẽ opinionem,detrahere duas quartas,scilicet legitimam ꝛ quartam trebellianicam.capit. Raynutius.ꝛ capitu. Raynaldus,de testa.de quo per glo. Barto.ꝛ alios in.l.Papinianus.§.meminisse.ff.de inoffic. testamen.ꝛ.l.quãquã.C.ad legem falcidiã.ꝛ Joan.de Imo. in.l.coheredi.§.cum filie.ff.de vulgari ꝛ pupil.ꝛ cum dicto nobili Laurentio superfuerint duo filij masculi,ꝛ quatuor filie,quorũ omniũ legitima fuit semis,seu dimidia pars bonorum eiusdem Laurentij,authen.nouissima.C.de inoff.testa.ꝛ in corpore vnde sumitur:qui semis erat equis partibus,si aliud non obstabat, diuidendus: ꝛ sic legitima Joannis ascendit ad vnam vnciã,que primo detrahenda est:ꝛ deinde detrahenda est pro quarta trebellianica quarta pars residui,vt colligitur ex ijs que notat glo.in.c.Raynaldus, sup verbo licet ipsas,de testa. Joan.an.in regula qui prior, in questione de porcis,de regu.iur.in.vj.ꝛ Joan.de Imol.
16 in dicta.l.coheredi.§.cum filie. ¶ Ad id vero † quod queritur de fructibus perceptis dico imprimis,quod percepti per dictum quondam Joannem non minuũt eas. Et quidẽ non legitimam:quia illa debetur de substantia testatoris.l. scimus.§.repletionem.C.de inoffic.testa.non etiam trebellianicam:quia sunt percepti iudicio testatoris,ꝛ per eũ qui erat de liberis primi gradus. Pro quo allegasse sufficiat.l. iubemus.C.ad trebel.ꝛ quod not.glo.ꝛ docto.in.l.in fideicommissariã.in princ.ff.eo.tit.de Quo vero ad fructus perceptos post mortem dicti Joannis,distinguẽdum est inter eos qui percepti extiterunt negligentia prefatarũ neptum fideicommissum non petentium,ꝛ eos qui percepti extiterunt mora,hoc est propter cõtradictionem eiusdem domi. Petri non restituentis,quãuis requisiti,iuxta determinationem Barto.ꝛ aliorum in dicta.l.in fideicommissariam.ꝛ forte si dicte neptes ignorauerint testamẽtum dicti quondam earum aui,non esset malum dicere,quod fructus percepti per dictum domi. Petrum,antequam de testamẽto huiusmodi notitiam habuerint,imputari debeãt in trebellianicam,per id quod de absente dicit Barto.in dicta.l.in fideicommissariam. ¶ Ad aliud vero quo queritur,an quitantia seu renuntiatio facta per dictas neptes easdem im-
17 pediat a substitutione:dico † ꝛ respondeo,quod supposito eo de quo in casu,scilicet quod primum sumptum quitantie huiusmodi pro parte scriptũ extiterit per dictũ quondã do. Pet.quod etiã asseruit notarius,qui illud degrossauit, ipsum primum sumptum fuit ꝛ est suspectum,arg.authen. de trien.ꝛ semis.§.ꝛ quod sepe,per quẽ.§.hec voluit Bal.in l.contractus.versi.deinde quero ꝛc.C.de fid.instru.ꝛ si suspectũ existat,nõ probat quia suspitio falsi pro falsitate habetur,nisi a parte producẽte veritas probetur.l.pen.ꝛ quod ibi Bal.in princ.C.de proba.ꝛ apertius Archi.in capitu.in memoriã.xix.dist.vbi vero probaretur veritas aliter quam
18 per dictum pretensum instrumẽtũ:tunc † prima facie videretur dictam pretensam quitantiã eisdem nobilibus Marie ꝛ Delphine obstitisse ꝛ obstare,saltẽ ratione iuramenti. Cõtra eas enim,ꝛ pro dicto do. Pet.seu eius heredibus faciunt vulgares regule.prima ꝙ remittentibus iura sua non est amplius ad illa regressus.l.queritur.§.si venditor.ff.de edil.edic.l.j.§.semel.ff.de succ.edic.ꝛ.c.quã periculosum.vij. q.j.Secundo cõtra eas facit iuramenti autoritas qua confirmatur minoris contractus alias nullus defectu solẽnitatis de iure introducte auth.sacra puberũ.C.si aduer.vẽdi. Tertio per ipsum iuramentũ est confirmatus cõtractus de iure canonico,qui alias de iure ciuili erat nullus.c.cũ cõtingat, de iureiur.ꝛ.c.mulieres.eo.tit.in.vj. Confirmatur preterea per iuramentũ cõtractus a iure ciuili prorsus reprobatus, vt pote super futura successione.c.ij.de pact.in.vj.vnde ꝛ de iure canonico datur regula,ꝙ omne iuramentum seruandũ est,quod sine dispendio salutis eterne ꝛ alterius detrimento seruari potest,dicto.c.cũ contingat,ꝛ.c.si vero.eo.tit. Propter que videtur prefatas nobiles Mariam ꝛ Delphinam non posse cõtrauenire. Sed his non obstantibꝰ,que nihilominus viderentur obstare,dico contrariũ.ꝛ moueor sequentibus rationibus iuramentũ enim tunc demum confirmat contractum alias inualidum,ꝛ beneficium restitutionis,ꝛ alia similia excludit,cum sponte prestitum est,scilicet nõ vi, dolo,aut metu.c.cum contingat.c.licet mulieres. ꝛ capitu. quãuis pactum,superius allegatis,ꝛ ita intelligitur verbũ sponte,positum in dicta authẽ.sacramenta puberũ,ꝛ in corpore vnde sumitur.dolus autẽ presumitur in contrahente cum minore propter enormen lesionem, vt probatur in.l.si superstite.C.de dolo,vbi text.notabilis.l.oẽs.§.Lucius.ff. de ijs que in frau.credi.ꝛ.l.qui testamentum.ff.de proba.de quo per Bart.in.l.si societatem.§.arbitrorum,versic.quero nunquid possit renũtiari ꝛc.ff.pro socio.pro quo facit quod voluit Bal.in.l.hac edictali.§.sacramenta.versic.iiij. quero, de pace tenen.vbi dicit ꝙ ex enormi lesione presumatur minorem iurantem fuisse dolo circũscriptum. Et licet videatur postea dicere hoc nõ seruari de consuetudine,quia minores faciunt refutationẽ corã quõdam tutoribus ꝛ curatoribus, ꝛ ꝙ tales refutationes seruantur,vt not.glo.in.l.iij.§.cõtrarium.ff.de cõtra.iudi.tute.postea tamen declarat consuetudinem procedere vbi nõ arguitur dolus ꝛ fraus,cum inibi subdit,ꝙ gl.ibi mature loquuta est:quia dicit,quod tũc valet refutatio,quando non interuenit fraus ꝛ dolus.subdit
19 etiam idem Bald.ꝙ † boni presides talia iuramenta ꝛ illicitas extortiones per capturam persone faciunt relaxari ꝛ cassari,per.l.illicitas.ff.de offic.presid.ꝛ ꝙ pluries ita fieri vidit.ꝛ pro hoc quod dolus presumitur in contrahẽte cum minore propter enormen lesionem,videtur optime facere.l. si quis cum alter.ff.pro empto.secundum intellectũ Jacobi de Are.cõmuniter approbatum:vbi non videtur bone fidei emptor,qui emit a minore,quẽ sciebat protinus in malum vsum consumpturum:ꝛ illa venditio inualidatur tanquam prodigi,nec validatur iuramento, secundũ ea que not.ff.de verb.ob.in.l.is cui bonis,per Barto.ꝛ.l.si quis pro eo.ff.de f.deiusso. Quod si ita est,multofortius videri debet malefidei,qui contrahit cum minore,quẽ cognoscit contrahendo consumere,ꝛ ledi enormiter:ꝛ debet contractus huiusmodi reprobari,nec debet iuramento validari,saltem ad tollendũ beneficium rescissionis,ꝛ hanc sentẽtiam sequutus est Antoni.de But.in dicto.c.cum cõtingat,versi.iiij.casus principalis ꝛc.in minore iurante non contrauenire ratione enormis lesionis:dicẽs se in facto ita consuluisse: quod est verum,ꝛ incipit cõsilium,iuris rigor plurimũ obuiat huic mulieri ꝛc.cum enim,vt audio,fideicommissum,de quo supra, quod veniebat eisdem nobilibus Marie ꝛ Delphine restituendum,esset magni valoris, magna bonorum effusio fuit in quitatione ꝛ remissione superius mentionatis,ꝛ que non solum magna et effusa liberalitas reputaretur in duobus adolescentibus,ꝛ mulierculis:sed etiam in vno magno milite:in talibus autem immoderate gestis quãtucũqꝫ iuratis,maxime ab illis qui sunt in iuuenili etate,adest presumptio seductionis. Tum quia iactationes non presumuntur a iure,nisi a mala causa.c.super hec,de renũtiatione. Tum ꝙ talis immensa liberalitas repugnat nature mulierum, de quibus dicit.l.quod earum genus est auarissimum.l.si ego. ff.ad velleianũ.ꝛ.l.si stipulata,in fi.ff.de iure do. Hec ꝛ alia multa inducit Ant.de but.in dicto eius consil.etiã pro hac parte facit,quia iuramentum nõ est adinuẽtum vt esset iniquitatis vinculũ.c.inter cetera.xxij.q.iiij.ꝛ rursum iuramentum debet habere tres comites,veritatẽ videlicet,iudiciũ,ꝛ iustitiã.c.animaduertendum.xxij.q.iiij.in hoc vero casu euidens presupponitur iniquitas,cũ in eo ꝛ mulieres ꝛ minores vigintiquinqꝫ annis pretẽdãtur ꝑ summa duorũ milliũ ꝛ quinquaginta florenorũ remisisse iura,que habebãt in bonis dictorũ quondã Laurentij ꝛ Joãnis,ascendẽtia ad duplũ ꝛc.iuris enim presumptiõe,ꝛ fragile ꝛ infirmũ est etatis huiusmodi cõsiliũ,ac multorũ insidijs ꝛ captionibus expositũ.ꝛ ideo dicit text.ꝙ naturalis equitas suadet talibus subueniri.l.j.ff.de mino. Accedat preterea nimia patrui reuerentia:quoniã puelle,ꝛ existẽtes in domo ꝛ sub regimine ꝑroni senis,docti,ꝛ astuti,ꝛ circa extorsionẽ huiusmodi remissionis per vigilis:ꝙ saltem ex eo apparet,ꝙ eius ꝑpria manu

scripsisse

scripsisse refertur totū primū sumptū illius pretense remis-
20 sionis,vsqꝫ ad versi.exceptioni huius cōtractus ꝛc.hec† autem magna reuerentia est causa sufficiens ad rescissionē contractus:sicut ꝛ metus.l.ij.§.que onerande.ff.qua.re.acti.non da.quia ergo ex qualitate facti dol⁹ colligitur.l.j.ꝛ quod ibi nota.ff.de dolo.proculdubio videtur dicendum, dolum interuenisse in remissione ꝛ quietatione superius mentionatis.ꝛ pro hac parte reperio Petr.de anch.sepissime consuluisse,vt videri potest in consi.clxxxi.exordiente,visa diligēter ꝛc.ꝛ consil.cccxxxiij.exordiente,in supradicta quitatione ꝛc.ꝛ in alijs multis.hoc etiam voluit idem Joan.in repetitione capit.canonum statuta.versic.ego etiam consului in ciuitate Senarum.etiam pro hac parte consuluit Rapha. cuma.consil.clxxx.exordiente,videtur prima fronte dicen-
21 dum ꝛc.vbi etiam dicit,ꝙ iuramentū † dolo extortum non validat contractum,nec minorem iurantem representat maiorem cum non valeat,vt nota.glo.in dicta.l.hac edictali.§. item sacramenta, in verbo, querimoniam. Quamuis dolus non vitiet contractus, nisi causam ei dederit secundum ea que habentur in.l.eleganter in princip.ff.de dolo,ꝛ in.l. dolus.C.de rescin.vendi.tamen iuramentum saltem ad confirmandum interpositum vitiat: quia cum lex loquitur de iuramento confirmatorio, exigit dolum ꝛ metum abesse. Possunt igitur prefate nobiles Maria ꝛ Delphina,si de remissione ꝛ quitatione huiusmodi sufficienter appareret, contrauenire ex capite enormissime lesionis,ꝛ ratione doli presumpti.Quod maxime etiā ex illo colligitur,quia quāuis idem quondam do.Petrus ꝛ ingenio ꝛ manu multum laborauerit,vt has nobiles ab auitiua successione,ꝛ alijs iuribus repelleret:si tamen attendatur ad dictum pretensum instrumentum,dicte nobiles Maria ꝛ Delphina nō renuntiauerunt beneficio.l.ij.C.de rescin.vendi.ꝛ capit.penul.de emptio.ꝛ vendi.nec iurauerunt non venire cōtra ex capite beneficij de quo in his iuribus.Solum enim pretenduntur cum iuramento asseruisse se fuisse ad plenum informatas de certis pretensis iuribus,ꝛ renūtiasse beneficio minoris etatis ꝛ restitutionis in integrū,ac etiam promisisse ꝛ iurasse, ꝙ aduersus renuntiationem beneficij minoris etatis ꝛ restitutionis in integrum iuratā, seu aduersus iuramentū dispēsationem non impetrarent quacūqꝫ occasione ꝛc.Per que verba non apparet easdem nobiles se exclusisse, aut excludere voluisse,nisi a beneficio minoris etatis ꝛ restitutionis in integrum:non autē ab alio,quod datur ratione deceptionis excedētis dimidiā partem ꝛc.de quo habetur in dictis iuribus proxime allegatis.ꝛ quod diuersum est a beneficio minoris etatis ꝛ restitutionis in integrum: prout aperte colligitur ex ijs,que notant gl.ꝛ docto.in authen.sacramēta puberum.C.si aduers.vendi. solum ergo censeri debent excluse a beneficio minoris etatis ꝛ restitutionis in integrū: quia causa limitata parere debet effectum limitatum.l.in agris.ff.de acquir.rerum domi.ꝛ hoc etiam voluerunt communiter omnes scribentes in.d.c.cum contingat.Nec opponat mihi aliquis, quod in remissione ꝛ quitatione huiusmodi prefate nobiles Maria ꝛ Delphina iurauerint non impetrare dispensationē contra renuntiationem,seu aduersus iuramentum quacunqꝫ occasione,lesione,parua,magna, seu maxima.Quoniam respondeo quod hec non obstant: quia,vt apparet ex contextu dicti pretensi instrumenti,iste nobiles non iurant non venire cōtra quitationem ꝛ remissionem predictas,vel non petere dispensationem contra iuramentum sic prestitum:sed renuntiant beneficio minoris etatis ꝛ restitutionis in integrum,ꝛ cum iuramento ꝛ promittunt ꝙ aduersus hanc renuntiationē seu iuramētum nō impetrabunt dispensationem quacūqꝫ occasione,lesione ꝛc. vbi itaqꝫ ex capite lesionis etiā maxime vellent venire cōtra quitationē pretextu beneficij minoris etatis,vel restitutionis in integrum,vel etiam si vellent petere dispensationem aduersus iuramentum,per quod se astrinxerunt ad non veniendū contra dictā renūtiationem:tūc possent fortasse pretendi velle venire contra iuramentum a se prestitum.sed veniendo cōtra dictas quitationē ꝛ remissionem,non beneficio minoris etatis ꝛ restitutionis in integrum,sed ex beneficio dicte.l.ij.C.de rescin.vendi.quod datur etiam maioribus enormissime deceptis:nō censentur ipse nobiles venire contra iuramentum ꝛ promissionem predictas : quod ore aperto voluit Anto.de but.in dicto capit.cum contingat, in quarto membro:pro quo allegat dictā.l.ij.C.de rescind. vendi.ꝛ quod nota.glo.ꝛ Joan.and.in dicto capitu.penul. de emptio.ꝛ vendi.gloss.ꝛ Barto.in dicta.l.ij.quod etiam videtur voluisse Joan.de imo.in repeti.dicti capit.cum cōtingat,in.iij.membro.

De fide instrumento. Rubri.

Epitome.

Instrumentum suis substantialibus carens,veluti indictione, nomine Principis,signo ꝛ nomine notarij, fidem non facit. V. F.

1 Testamentum cancellatum quas presumptiones det.
2 Argumentum a contrario sensu legum ꝛ doctorum valet.
3 Instrumentum debiti cancellatum apud tertium repertum presumi non facit liberationem.
4 Instrumentum tres perfectiones habere debet.

Consilio.cccxxiij.

DIcit Joan. de imo.in.l.proxime.§.fin.ff.de ijs q̄ in testa.delen.quod penes quecunqꝫ reperiatur testamentum,siue clausum,ꝛ sigillatum,siue apertum ꝛ in aliquo cancellatum
1 vel inductum,presumi † debeant cancellatio ꝛ inductio huiusmodi fuisse consulto facte,ꝛ sic cum voluntate testatoris,preterquam in relicto libertatis, vel pie cause.Pro quibus allegat not.per glo.in.c.ex literis,de fi. instru.ꝛ quod habetur in dicta.l.proxime.§.fin.et quod ibi Barto.ꝛ nota per Barto.in.l.labeo,ꝛ.l.postquā.ff.de pact. dicit insuper idē de Imo.vbi supra,ꝙ presumi debeat cancellationem vel inductionem huiusmodi fuisse factas tempore testamenti.Pro quo allegat in arg.l.si quis ex argentarijs.§.si initium.ff.de eden.ꝛ quod voluit Bald.in.l.j.ff.de ijs que in testa.delen.sed Pet.prout refert ꝛ sequitur Ly. in.l.si vnius.C.de testa.tenuit,quod licet deletio seu inductio testamenti reperti penes testatorem,facta presumatur ab eodem testatore:secus tamen si testamentum huiusmodi penes eum repertum non extiterit.l.si chirographum.ff.de proba.ꝛ idem voluit Bald.in dicta.l.si vnius.versicu.querit hic Pet.ꝛ idem ibi Sali.versi.in dubio autem an presumatur ꝛc.referēs quod id ipsuꝫ tenuerit Rayne.arg.l.labeo,ꝛ l.postquā.ff.de pact.idem Ang.in dicta.l.si vnius.pro quo facit quod post Jaco.de are.voluit Bal.in.l.j.in fin.ff.de ijs que in testa.delen.vbi querens post Jaco.de are.an in dubio testamentum presumatur consulto deletum, dicit quod sic,si reperitur apud testatorem,arg.d.l.si chirographum.ff. de proba.ꝛ.l.labeo.ff.de pact.ergo a contrario sensu secus est.si testamentum huiusmodi non reperiatur penes testa-
2 torem,sed penes alium:quo † argumento non solum vti licet a contrario sensu legum,aut statutorum:sed etiā a contrario sensu notatorum per docto.ꝛ magistros.l.qui testamento.§.mulier.in fin.ff.de testa.ꝛ hec opinio videtur esse magis communis:propter quod non videtur esse tutum in iudicando ab ea recedere,per ea que notant docto.in capi. j.de constitu.in cap.prudentiā,in princ.de offi.deleg.ꝛ in.l. cum prolatis.ff.de re iudica.cum igitur testamentum prouidi quondā viri Joānis Martini,seu nota illius que cancellata extitisse pretenditur non penes eundē Martini,sed penes notarium,ꝛ quidem non penes eum,qui eā recepisse dicitur,sed penes alium,presumi non debet,per predicta,ꝙ illa cancellata extiterit per prefatum Martini,ꝛ sic consulto:sed potius per alium,ꝛ sic incōsulte:ꝛ ita prefate Margarete nocere nō debeat.Quibus non obstat quedam pretensa scriptura facta in pede predicti testamenti,ꝛ vt pretenditur sequētis tenoris die.xxiij.Augusti.lxx.P.T.Jo. de fide,Petro teste,Jo.borboñ,vigneto desiderij,ꝛ Jacobo pariseli.Cum quia cum scriptura huiusmodi,si ꝛ quatenus in ea aliquid veritatis contineri valeat,facta extiterit nō quidem anno,mense,ꝛ die testamēti superius mētionati, ꝛ tempore illius,vel statim post ipsum:sed post ex lōgo interuallo,illa fidem non facit,vtpote carens suis substātialibus,signāter indictione,nomine pape, Imperatoris,ꝛ cuiuslibet alterius in principis laici,loco,ac nomine signo,subscriptione notarij : de quibus per gl.in.l.generali.C.de tabula.lib.x.per Panor.ꝛ docto.in capit.j.de fide instru.post Specu.in loco insibi allegato.dicta igitur pretensa scriptura nullam fidem facere potest:presertim etiam cum illa nihil dicat,nec per eam appareat quis cancellauerit, vel induxerit testamentum superius mentionatum, vel qui cancellanti ꝛ inducenti authoritatem vel licentiam prestiterit.

Etiam nec apparet quis vel cancellationem ⁊ inductionem
prementionatas fecerit, vel qui verba predicta, die .xxiiij. Au-
gusti. ⁊ reliqua scripserit. Sunt igitur verba huiusmodi habē-
da perinde acsi inibi descripta non fuissent. Quo casu can-
cellatio, vt superius dixi, vt pote vel facta, vel reperta penes
tertium, non noceret prefate Margarete. Pro quo facit qđ
in simili voluit Alexā. de Imo. ⁊ post eum Iason de May
3 no in. l. labeo. ff. de pact. Dicunt † enim quod si instrumen-
tum debiti reperiatur cancellatum apud tertium, non pro-
pterea inducitur presumptio liberationis. Pro quo allegāt
Ang. in. d. l. si vnius. C. de testa. volentē quod illud non no-
ceat creditori argu. l. cancellauerat in fin. ff. de ijs que in te-
sta. delen. Pro quo adducit idem Alex. quia qū instrumen-
tum cancellatū reperitur esse penes debitorē, presumitur ei
traditum per creditorē vigore solutionis debiti: quo soluto
creditori tenetur ei dare instrumētum debiti, vt notat idem
Alexand. in. d. l. labeo. merito ergo videtur debitor libera-
tus. Que ratio cessat quando reperitur penes tertium, cui
tradi potuit instrumentum causa custodie, vel ob aliam cau-
sam. Et quia super ista materia reperio plene fuisse scriptū
per egregium virum dominum Georgium de Sarronis,
presertim in quadam schedula exordien. viso testamento ⁊c.
non videtur multum vlterius insistēdum hoc excepto, quod
allegata ex aduerso per spectabilem virum dominum Gu-
lielmum menerij iurium professorem eximium in schedula
exordiente, iura eleganter ⁊c. quatenus inibi pretenditur, ꝙ
iura allegata per dictum dominum Georgiū loquuntur in
testamento in scriptis, ⁊ quod in testamento nuncupatiuo
videtur esse aliud, secundum Pau. de cast. in. l. fin. ff. de ijs
que in testa. delen. Quoniam respondeo quod licet Pau.
de cas. id dicat quod in dicta schedula recitatur: ipse tamen
in eo non persistit: sed subiūgit, quod licet semel viderit ita
consultum Florentie per quosdam: alij tamen hoc minime
approbarunt. ⁊ hoc putat idem Pau. esse securius: quia te-
stator totam vim probationum censetur posuisse in instru-
mento. Et ideo si illud cancellauerit, censeatur voluisse ir-
ritare totam voluntatem. Per que apparet quod de men-
te Pau. de cast. fuit, quod iura predicta procedant in testa-
mento nuncupatiuo, seu instrumēto vel scriptura de eo con
fecta. Etiā nec obstare videtur quod in dicta schedula op-
ponitur de suspitione falsitatis note p̄dicti testamenti pro-
pter cancellationem ⁊c. Pro quo allegantur notata per gl.
⁊ doc. in. l. iubemus, C. de proba. ⁊ per Baldum. in. l. si veri-
tas. C. de fideicom. Quoniam respondeo, quod illa proce-
dunt in instrumento penes partem existēte, ⁊ per eam pro-
ducto raso, cancellato, vel inducto in loco suspecto, reman-
te instrumento, seu tenore illius in alijs illeso. Hic autem lo-
quimur in nota tota cācellata, ⁊ penes tertium reperta: quū
non est verisimile fuisse cancellatam per ipsam Margare-
tam, per predicta. Alijs autem in schedula predicta allega-
tis fuit alias responsum. Consulo tamen ꝙ prefata Mar-
gareta, seu eius heredes instent et procurent, quod nota
predicti testamenti degrossetur, ⁊ redigatur in formam pu-
blicam: quod fieri debet: pro eo quia habet perfectiones re-
4 quisitas ad hoc vt degrossari debeat. inquit † enim Bal. in
l. contractus, C. de fide instru. ⁊ refert et sequitur Pau. de
cast. consi. ccv. exordiente, ad primum quesitum ⁊c. quod tres
sunt perfectiones requisite ad hoc vt scriptura notarij fidē
faciat. Prima quod contineat locum ⁊ tempus actus cele-
brati, ⁊ testes necessarios, Secunda ꝙ contineat perfectio-
nem actus. Tertia ꝙ contineat subscriptionem notarij cum
signo. Primas duas perfectiones habet nota superius men
tionata: sed non habet vltimam, quia non est adhuc redacta
in mundum. Sed due prime perfectiones sufficiunt ad hoc
vt perueniatur ad vltimam etiam per alium notarium de
commissione iudicis, si ille qui notam confecit mortuus est.
c. cum. P. tabellio, de fid. instru. ita dicit Pau. de cast. in con
sil. superius mentionato.

De donatio. Rubrica.

Epitome.

Donatio inter viuos quanuis omniū bonorū ⁊ mortis
mentionē faciat: si tamē liberā testandi facultatē nō adimat,
⁊ cū iuramēto nō reuocari promittatur, valet. A. F.

1 Donatio quanuis mortis mentionem faciat: est tamen
donatio inter viuos, si per iuramentum donantis irreuoca-
bilis fuerit nuncupata.
2 Donatio causa mortis, que per pactum naturam donatio-
nis inter viuos induerat, mortis causa censetur, si contin-
gat casus reuocationis.
3 Pactum contra substantiam contractus cui apponitur an
⁊ quando valeat.
4 Iuramentum rem valere facit omni meliore modo quo va-
lere potest.
5 Donatio omnium bonorum an ⁊ quando valida.
6 Interpretatio in dubio fit contra proferentem.
7 Statutum de donatione simpliciter loquens non compre-
hendit iuratam.
8 Donatio etiam de bonis dotalibus valet propter iura-
mentum.
9 Liberorum natiuitas quando non reuocet donationē ante
factam.

Consilio. ccccxxiiij.



Viso casu parte nobilis ⁊ hono
rabilis viri Antonij dalbonis mihi ex-
hibito, ⁊ dubijs ex casu huiusmodi eli-
citis, dico ⁊ respōdeo ad dubia huius-
modi prout infra. Et primo ad primū
dico ⁊ respōdeo, ꝙ licet donatio, in qua
fit mentio mortis, regulariter presuma-
tur in dubio esse donatio causa mortis. l. senatus. §. j. ⁊. l. seia.
ff. de don. cau. mor. ⁊. l. seia. ff. de do. pre. de quo Cy. in. l. ij. C.
de iur. dot. gl. ⁊ doc. in. l. si. C. de pac. ⁊. l. stipulatio hoc modo
concepta. ff. de verb. obli. ⁊ per Bal. in. l. si mortis. C. ad leg.
1 fal. tñ quia † in donatione de qua in. d. casu nobilis Marga
reta donatrix conuenit, promisit ⁊ ad sancta dei Euangelia
iurauit donationē eidem nobili Antonio eius fratri factā
attendere, tenere, seruare, complere, firmiterq; ⁊ inuiolabi-
lium obseruare, nunquam que contrafacere dicere vel veni-
re de iure vel de facto ac donationem huiusmodi nullo vn-
quam tempore verbo vel in scriptis tacite vel expresse reuo-
care aut reuocari facere cēsenda est donatio huiusmodi fuis
se ⁊ esse in effectu donatio inter viuos. l. si alienam. §. marcel-
lus, ⁊ quod ibi glo. super verbo nullo casu, et apertius in. l.
vbi ita donatur. ff. de dona. cau. mort. notat gloss. in. l. sed in-
terim. ff. de donatio. inter vir. ⁊ vxor. ⁊ Bal. in. l. ij. C. de iur.
dotium hoc voluit Francisc. de Are. consi. mihi. lx. iiij. exor-
diente, diligenter ⁊ mature ponderatis. versicu. prima ra-
tio ⁊c. facit quod voluit Bald. in. l. cum quis. ff. de condit.
ob cau. vbi querit, an valeat pactum quod donatio causa
mortis non possit reuocari: ⁊ arguit quod nō: ⁊ tandem con
2 cludit quod imo valeat † pactum, ⁊ faciat donationem hu-
iusmodi esse donationem inter viuos. d. l. vbi. ff. de don. cau.
mor. idem ⁊ per eandem. l. voluit Alexand. de Imo. quando
factum est pactum, quod donatio reuocari non possit, prout
ipse notat in. l. que dotis. ver. vj. limitatur. ff. solu. matrimo. ⁊
Pau. de cas. consi. xcviij. quod incipit, Notandum est primo
quod licet donator iste ⁊c. fuit igitur donatio inter viuos, ⁊
per consquens irreuocabilis. §. alie autem, cum suis similib.
insti. de dona. nisi forte peruenisset postea aliquis ex casib⁹,
propter quos reuocari potest donatio inter viuos, de qbus
in. l. si. iunctis ijs de quib⁹ ibi per doc. C. de reuocan. dona. ⁊
c. fin. ⁊ quod ibi gl. ⁊ doct. de dona. Sed forte opponetur de
eo ꝙ not. gl. in dicta. l. si alienā. §. Marcellus, super verbo ac-
cepit, que videtur expresse decidere, ꝙ vbi est factum pactū
de non reuocando donationē causa mortis, subintelligitur,
nisi totius prime voluntatis peniteat. Sed istud nō obstat.
tum quia gl. illa loquitur quando fit pactū, ne donatio causa
mortis aliquo certo casu reuocetur. Hic autē factum est pa-
ctū, ne vllomodo reuocetur: ꝙ hoc operatū est, vt donationē
factā causa mortis transire fecerit in donationē inter viuos,
d. l. vbi ita donatur. contra quā loqueretur glo. si intelligeret
ꝙ etiā facto pacto de non reuocanda aliquomodo donatio-
ne causa mortis, nō posset donatio huiusmodi reuocari. Tū
etiā quia glosse predicte cōtradicit alia gl. que est in. d. l. sena
tus. §. mortis causa. ff. de dona. cau. mor. ⁊ hec vltima videtur
verior, vt colligitur ex ijs que post Iac. de are. not. Barto. ⁊
doc. in. d. l. si alienā. §. Marcellus. quatenus tamē loquuntur
de donatione causa mortis facta extra testamentū ⁊ codicil
los. dicta gl. nō obst. etiā nec obstare videt quod ponit An-
ge. consi. mihi. ccxc. exordiente, do. Antonia de Florētia. vbi
videtur voluisse, ꝙ licet donator promiserit omnia ⁊ singu-
la contenta in donatione attendere, obseruare, ⁊ perpetuo
firma ⁊ rata habere, contraque ea, vel eorum aliqua non de-
disse

disse, nec fecisse, nec etiam dare vel facere in futurum, pos-
set idem donator per penitentiam totius voluntatis hu-
iusmodi donationē causa mortis reuocare: quod etiā vide-
tur voluisse Alexan. in d. l. que dotis, versi. sed iuxta hoc ca-
dit dubitatio &c. Quoniam respondeo quod hic non solum
est factum pactum de quo supra: sed etiā fuit conuentum de
donatione nō reuocanda. Et ita sumus extra terminos con
silij Ange. Preterea nec ex casu super quo consuluit Ang.
nec ex verbis eius colligitur quod donatio illa iurata exti-
terit. Ea autem de qua in presentiarū sermo habetur iurata
reperitur. Quo fit vt cum iuramentum per eandem nobilem
Margaretam de non contraueniendo aut reuocando ean-
dem donationem prestitum seruari possit, sine interitu ani-
me, illud seruandum sit. c. cum contingat, et capit. quem-
admodum, cum suis similibus de iureiurando. Forte vero,
et vt mihi videtur fortius opponetur contra donationem
predictam, quod illa non transiuerit in donationem inter
viuos, de. l. cum precario. ff. de preca. & quod per illam legem
voluit Barto. in dicta. l. vbi ita donatur, in. j. oppo. vbi dicit
3 † Barto. quod quando pactum apponitur contra substan-
tiam contractus: nec pro eo transire potest in alium contra-
ctum, quia verborum significatio hoc non patitur vt trans-
eat in formam alterius contractus: tunc non valet pactum.
etiam Bald. in. l. ij. ver. quero an valeat pactum &c. C. de iur.
emphy. sentit, quod vbi pactum implicat contradictionem,
nō valet. In casu vero nostro hoc cōtigisse videt: in quo nō
est dictū dictam nobilē Margaretā donare causa mortis,
quo casu propter pactū factū contra substantiā donationis
causa mortis transit, donatio causa mortis facta. d. l. vbi ita
donatur: nec est, vt bene declarat Bart. aliqua repugnantia
vel cōtradictio. Sed dictum est eam donare donatione cau
sa mortis: que verba videntur habere expressam repugnan-
tiam ad donationem inter viuos. Nam si expresse donauit
donatione causa mortis, quomodo dici potest quod non
hac donatione, sed donatione inter viuos donauerit? Re
vera si non decipior istud videtur esse vrgens contrarium.
Super cuius solutione potius vellem audire, quam audiri:
Attamen, sub correctione cuiuslibet domini melius sentien
4 tis, dico & respondeo, quod cum iuramentum † eam vim
habeat, vt rē facere valeat omni eo meliori modo, quo vale-
re potest. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legatis. iij. et vt
prediri seruari possit sine interitu anime illud seruari debeat
per ipsam Margaretam. d. c. cum contingat. cum suis simi.
¶ Uenio ad secundum quesitum. in quo queritur an presup
posito q donatio de qua supra fuerit & sit donatio inter vi-
5 uos, illa debeat censeri valida vel inualida. pro eo quia † est
facta de omnibus bonis presentibus & futuris. Super quo
articulo dico, quod prefata nobilis Margareta fecit duas
donationes, quamuis eodē contextu: vnam videlicet prefa-
to nobili Antonio de medietate bonorū inibi expressorum.
Aliam vero sui ipsius Margarete liberis pcreatis & pro-
creandis de omnibus alijs suis bonis psentibus & futuris.
Et quamuis de hac facta dictis liberis dubitari valeat, an
saltem valuerit quo ad tunc presentia. propter ea que notat
Bar. Bald. Sali. & Moder. in. l. fi. C. de pac. Joā. de Imo. et
Alex. de Imo. in. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de ver-
bo. oblig. Tamen quia iste articulus non concernit prefatū
Antonium sed liberos eiusdem Margarete, ego super eo
non insisto: hoc excepto, q quia iuramentum, vt prediri, fa-
cit rem valere omni eo meliore modo quo valere potest,
d. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. ij. notat Bart. in. l. si
quis pro eo, versus fi. ff. de fideiuss. censeri debeat predicta do
natio fuisse valida ad minus quo ad tunc presentia, et de-
bet potius censeri valida quo ad tunc presentia licet in-
ualida quod futura, quam ecōtrario, videlicet inualida quo-
6 ad presentia, & valida, quoad futura: quia in dubio † fieri de-
bet interpretatio contra proferentem. l. semper in stipula-
tionibus. ff. de regulis iuris. et. l. veteribus, et quod ibi per
Bartolum. ff. de pact. Debet igitur fieri interpretatio con-
tra dictam Margaretam proferentem: & sic q valeat dona-
tio respectu presentium bonorum: quod sine dubio est ma-
ioris preiudicij, iuxta illud. Ad presens oua cras pullis sunt
meliora, vt nota. in. l. cum hi. ff. de transact. & ita etiam con-
suluit Franciss. de are. consilio. liiij. exordiente, in causa ma-
gistri Blasij de cortona. &c. in fin. & quicquid sit de validi-
tate vel inualiditate donatiōis predicte in toto vel in par-
te illud certum est, quod propterea donatio facta prefato
nobili Antonio censeri nō debeat inualida. Non enim per
eam abstulit sibi prefata Margareta facultatem testandi.
Non etiam debet vtile & taxatum, de quo certi sumus, vi-
tiari per inutile. ¶ Ad tertium quesitum dico & respondeo,
7 quod † cum predicta donatio fuerit iurata, illa dici nō po-
test fuisse nulla, vel reuocanda propter dispositionem sta-
tuti Delphinalis, super donationibus inter viuos nō fien-
dis nisi cum solennitate de qua ibi. Pro quo allegare suf-
ficiat dictum capi. cum contingat, & quod ibi gloss. & docto.
de iureiuran. & quod notat Barto. & docto. in. l. si quis pro
eo. ff. de fideius. & quod habetur per text. gloss. & Docto. in
authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. Nec oppo-
nat aliquis quod lex ciuilis, & pari ratione statutum etiam
laicorum potest inualidare contractum quantuncunque iu-
ramento firmatum. l. non dubium & quod ibi Bald. C. de
legi. l. si quis inquilinos. §. fin. & quod ibi Bald. ff. de lega. j.
l. que sub conditione. ff. de cōdit institu. vel etiam quod lex
habeat vim capituli quantum ad remissionem iuramenti. l.
adigere. §. fin. & quod ibi gloss. ff. de iur. patro. quod videtur
voluisse Bald. in multis locis. Quoniam respondeo quod
predictum statutum non remittit iuramentum, nec dispo-
nit quod eo non obstante valeat contractus: quinimo nec
de eo facit aliquam mētionem in sua dispositione, vt est vi-
dere ex tenore illius: quāuis postea procedens ad alium ar-
ticulum, hoc est querelarum interponendarum super reuo-
catione donationum, faciat de iuramento mentionem: ibi,
vocatis donatarijs & iuramenti si interuenerit obtenta di-
spensatione vbi de iure fuerit obtinenda. & loquitur ibi sta-
tutum tam de iuramentis que interponerētur contra dona
tiones factas seruata solennitate eiusdem statuti, quam su-
per alijs, propter dictionem implicatiuam etiam. Quo fit
vt quēadmodū nec annullat, nec annullare presumitur iu-
ramentum interpositum in donatione facta iuxta solenni-
tatem eiusdem statuti: ita nec annullat iuramentum presti-
tum in donatione nō solēni: qđ etiā ex verbis illius colligit,
quatenus inibi est sermo de obtētione dispēsationis iura-
menti: vbi, vt inquit text. de iure fuerit obtinēda. Per que
verba clare patet, nō esse dispositum per statutum, quod eo
non obstante possit donator impugnare donationem, & ve-
nire contra eam. & si per statutū huiusmodi hoc dispositum
extitisset, subesset questio, an statuto hoc fieri possit, ppter-
ea que habentur in capitu. venerabilem. de elect. capitu. fin.
de foro competen. per Bart. in. l. omnes populi, in. iij. que-
stio. princip. versicu. item si statutum diceret &c. ff. de iusti.
& iur. & quod plene prosequitur Alexand. de imol. consil. lix.
exordiente, viso instrumento & titulo questionis &c. in. j. vo-
lumi. & consilio. cij. quod exorditur, cum statutum &c. in. iiij.
volumi. super quibus vt pote non necessarijs vlterius non
8 insisto. Non etiam puto quod † donatio predicta dici de-
beat nulla, vel infringi per eo quia facta est de bonis dota-
libus. Tum quia cum fuerit iurata, illa fuit per iuramen-
tum confirmata, in dicto capitu. cum contingat. Non enim
solum obligatur eadem Margareta propter iuramentum
ad obseruantiam donationis antedicte: sed etiam firmata
est donatio huiusmodi iuramento, vt probatur in simili in
capitu. quāuis pactum, de pact. in. vj. vbi renuntiatio alias
nulla de iure ciuili firmatur iuramento. & idem etiam sentit
glo. & tenent docto. cōmuniter in alio simili in dicta authen.
sacramēta puberū. & quod cōtractus in casu dicti capit. cum
contingat, firmetur iuramento, tenuit glo. in dicto cap. quā-
uis pactum, Bart. in dicta. l. si quis pro eo, in tertio mēbro.
ff. de fideius. Calde. cardi. Flo. Joan. de imo. & Panormi. in
dicto capitu. cum contingat: vbi etiam firmat idem Calde.
hoc idem tenuisse Joan. mona. in dicto capitu. quāuis pa-
ctum. idem tenuit Frider. de se. consil. cxliij. exordiente, pun-
ctus questionis &c. & hec est communis opinio docto. in iu-
re scribentium: a qua, prout dicitur in locis vulgaribus, nō
est in iudicando recedendum: cum nec notorie male sen-
9 tiat, nec rationaliter conuincatur. ¶ Etiam nec † puto do-
nationem predictam debuisse vel debere reuocari propter
natiuitatem liberorum, si qui postea nati extiterint, vel in
futurum nascentur ex dicta Margareta: quia hic fuit co-
gitatum de liberis nasciturs: quod ideo patet, quia pre-
fata Margareta donauit liberis natis & nasciturs. Non
igitur obstat. l. si vnquam. C. de reuocan. dona. que eo casu
non procedit, vt voluit Barto. in. l. titia. §. Imperator. ff. de
legatis secundo. pro quo facit. l. qui iure. ff. de testamento
militari. quamuis enim dicta. l. si vnquam, censeatur intro-
ducta fauore liberorum: potest tamen illi renuntiari, vt vo-
luit Barto. vbi supra. Joan. de Imo. in dicto capit. fin. de
dona. & in dicto capi. cum contingat, circa fin. Roma. consi-

filio.xxvi. Andre.sicu.vulgo Barbatia,in repeti.cap.Raynaldus.de testa.Pro quo facit,quia reuocatio que fit ex dispositione dicte.l.si vnquam, fit ex quandam tacita conditione,que ab initio inest ex presumpta volūtate donatoris, ac si in donatione dictum esset,dono tibi si liberos non suscepero,vt notat Bald.in dicta.l.si vnquam.Cum igitur in casu nostro cogitauerit de liberis nascituris,ꝛ tam iam natis.quam illis quibus donauerat omnia alia sua bona,non videtur quod ab initio subintellecta extiterit predicta conditio.


¶ De impube.ꝛ alijs substi. Rubri.

¶ Epitome.

¶ Substitutio cum conditione si sine liberis,hos ipsos liberos vocat etiam per fideicōmissum,ex coniecturata mente testatoris. V. F.

1 ¶ Substitutio vulgaris quando locum habeat,ꝛ quando expiret.
2 Substitutio vulgaris an contineat fideicommissariam propter illa verba ꝛ suos,vel illa si sine prole.
3 Substitutio vulgaris per verbum tractum temporis denotans an ꝛ quando fideicommissariam complectatur.
4 Fideicommissum ex coniecturis induci potest,licet verba sint defectiua.
5 Honorem onus adiuuat, vt eo magis censeatur quis substitutus.

¶ Consilium.ccccxxv.



Species facti est huiusmodi. Dudum fuit in humanis nobilis ꝛ potens vir.Petrus de croso,dominus Castri de ludresio:qui fecit ꝛ condidit eius vltimum ꝛ nuncupatiuum testamentum:in quo inter cetera inibi disposita ꝛ fieri ordinata,fecit ꝛ instituit eius heredem vniuersalem nobilem ꝛ generosum virum Blasium de croso eius filium naturalem ꝛ legitimum,et suos : et sibi, si sine prole legitima de se ꝛ legitimo matrimonio procreata seu procreanda decederet,substituit in omnibus ꝛ singulis iurisdictionem eiusdem loci de ludresio tangentibus,solum et duntaxat primogenitum filium masculum nobilis Claudie de croso eius filie,ꝛ ex ipsius proprio corpore ꝛ de legitimo matrimonio tunc procreatum seu procreandum.fecit ꝛ alias substitutiones in dicto eius testamento latius declaratas.Qui testator permanens in volūtate huiusmodi vita functus est ꝛ decessit, superstite ꝛ sibi superuiuente dicto nobili Blasio eius filio ꝛ vniuersali herede : qui vt dicitur distraxit ꝛ dissipauit maiorem partem totius hereditatis ꝛ bonorum dicti quondā nobilis Petri eius patris,ꝛ presertim eorum,in quibus idem nobilis Petrus substitutiones fecit.ꝛ alias prout in dicto casu plenius exponitur.Quesitum est de sequentibus.Primo an idem nobilis Marcus cēsendus sit per verba de quibus supra eidem Blasio eius patri substitutus.Secundo an presupposito quod per verba huiusmodi idē Marcus censeri debeat fuisse ꝛ esse eidē Blasio substitutus,possit ꝛ valeat ipse Marcus petere sibi restitui bona dicti quondam nobilis Petri testatoris, ea videlicet,in quibus extitit substitutus,ꝛ vtrum in ipsius preiudiciū potuerit idem Blasius pater alienare bona hereditaria,ꝛ an de bonis huiusmodi satisfieri debeat creditoribus eiusdem Blasij patris . Christi nomine innocato.viso casu superius mentionato,ꝛ dubijs predictis,dico ꝛ respondeo ad illa prout ecce.Et primo ad primū:premittens pro illius faciliore solutione,quod hic non est dubiū
1 gn † per illud verbū,ꝛ suos,fuerit ipse nobilis Marcus eidē nobili Blasio eius patri vulgariter substitutus,et qui vel non volente vel nolente dicto Blasio eidem quondā nobili Petro eius patri, succedere,potuerit idē Marcus eidem nobili Petro suo auo paterno in vim vulgaris substitutionis succedere,per ea que not.glo.ꝛ quod ibi per Bar. Pau.de cast.Alexand.de Imo.ꝛ alios in.l.Gallus.§.quidam recte.ff.de liber.ꝛ posthu.sed hec vulgaris substitutio expirauit per aditionem hereditatis,seu immixtionem dicti nobilis Blasij.l.post aditam.C.de impube.ꝛ alij substit.

2 Restat ergo † dubium in hoc,an p̄fatus nobilis Marcus censeatur etiam per fideicōmissum fuisse substitutus dicto nobili Blasio,propter illud verbum ꝛ suos,positum in dicta substitutione,aut propter illa verba si sine prole ꝛc.de quibus etiam in eadem substitutione.super quo videtur prima facie dicēdū quod non.Et primo quidem non per verbum ꝛ suos,per id quod notat glo.in dicta.l.Gallus.§.quidam recte:ex cuius dictis colligitur,substitutum fuisse vocatū vulgariter.Et idem videtur ibi sentire Barto.quod expressius firmat Pau.de cast.in dicto.§.quidam recte : vbi sibi videri dicit,quod vbi est ordo necessitatis precise vel causatiue, procedat quod dictum est,scilicet quod substitutus solū censeatur substitutus vulgariter:ꝛ quod ita loquatur glo.quasi testator videatur se retulisse ad necessitatem huiusmodi:sed vbi non esset ordo necessitatis,sed duntaxat affectionis,vt verbi gratia,si quis instituat fratrem suum,ꝛ liberos eiusdem,tenendo opinionem Barto.quod videatur vocati ordine successiuo:tunc ipsius fratris filij vocabuntur in duobus casibus,scilicet si frater vel non potuerit, vel noluerit acceptare hereditatem,vel etiam si acceptauerit, ꝛ postea moriatur.Que si ita se habeant,videretur quod in casu de quo queritur censeri non debeat idem nobilis Marcus per fideicommissum substitutus,pro eo quia prefatus quōdam Petrus precise necessitabatur instituere vel exheredare dictum Blasium eius filium, et causatiue prefatum Mar-
3 cum.pro quo facit,quia etiam † non censeretur idem nobilis Marcus per fideicōmissum substitutus,si p̄fatus quondam testator dixisset,Blasium instituo,ꝛ primogenitū nobilis Claudie filie mee substituo:pro eo quia nō esset adiecta dictio denotans tractū temporis.l.iam hoc iure,in verbo in vulgarem tantummodo.ff.de vulgari ꝛ pupillari.et probatur ex notatis per gloss.magnum in dicto.§.quidam recte,dum dicit,vel sic filium ꝛc.ꝛ quod ibi Barto.ꝛ nota. Barto.in.l.centurio,post medium,dum tractat an compendiosa substitutio contineat vulgarem.versicu.secundo oppono ad predicta ꝛc.ꝛ in.l.Lucius.quest.penul.Etiam nō videtur idem primogenitus nepos ex filia per fideicōmissum substitutus sub conditione si idem nobilis Blasius sine prole.ꝛc.per id quod notat glo.magis communiter approbata in.l.Lucius,la.ij.ff.de heredi.instit. quam tamen opinionem prout apparet ex ijs que notat Andre.sicu. vulgo Barbatia,in repeti.l.cum acutissimi.post medium, versicu.aggredior nunc secundam dubitationem ꝛc.C.de fideicom.multi impugnant:ꝛ contra quā idem Barb.adducit multa.ꝛ magna fundamēta ꝛ vt dicit Pau.de cast.cōsi. cccxxvi.exordiēte,dubitatio vertit ꝛc.cōtra eā tenuit Bal. in antiquis recollectis.in.l.prima.C.de condit.inser.nam si (vt dicit) testator fauore liberorum,ꝛ vt habeant bona,videatur apposuisse conditionem si sine ꝛc. vt expresse dicit gloss.in.l.filiusfamilias.§.cum quis.ff.de legatis primo.vel etiam lex,que talem conditionem subintelligit ex coniecturata mente defuncti,dicta.l.cum acutissimi.C.de fideicommis.ꝛ.l.cum auus.ff.de condition.ꝛ demonstra.quid repu-
4 gnat † dicere,quod ex hoc tacite videantur in casu dicte.l. Lucius,liberi substitui, vel in casu nostro dictus nobilis primogenitus nepos:licet verba vsquequaque non conuenirent,vt dicit text.in simili in.l.fideicommissa.§.hec verba. ff.de legatis.iij.facit.l.vnum ex familia.§.fin.l.peto.in principio.ꝛ.l.cum proponeretur.ff.de lega.ij.vbi fideicommissum inducitur ex tacita voluntate,ex qua extant alique coniecture,licet verba sint defectiua.ꝛ hanc opinionē dicit Pau. in dicto consilio sibi semper placuisse in puncto iuris:que saltem videretur procedere in hoc casu,in quo non solum sub verbis, si sine prole legitima ꝛc.positus est conditionaliter:sed etiam dispositiue.propter verbum ꝛ suos.Pro quo facit quod in simili voluit Petrus de Ancharano repetitione capitu.si pater, de testam.in.vi.vbi limitando gloss.dicte.l.Lucius, ꝛ quod ibi per doctores sentit eam
5 procedere et esse veram , nisi † testator aliquo onere grauasset filios filiorum : quia ex hoc videretur eisdem reliquisse.l.alio,in fin.ff.de alimen.ꝛ ciba.lega. quod etiam videtur voluisse Barto.in.l.centurio.in versicu.quero vlterius.ff.de vulgari ꝛ pupillari.ꝛ Paulus de castro.in.l.hereditas ad statium.ff.de heredibus instituendis.Propter que, ꝛ alia multa que adduci possent, si opportunitas se offerret , dico pro nunc , sub correctione cuiuslibet melius sentientis, quod non obstantibus superius allegatis pro parte contraria, videatur idem nobilis Marcus dicto nobili Blasio eius patri substitutus per fideicommissum.

sum. Ad secundum quesitum non est opus respondere: cum
illi plene responsum extiterit.

¶ Que sit longa consuetudo. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Vasallus, qui semel subditos ad prestationem obligatos
habet, si ea non vtatur quia non cõtingit occasio: iure suo ta-
men semper vti poterit. V. F.

1 ☞ Certum id existimandum est quod per probationes cer-
tum fieri potest.
2 Consuetudine inueterata induci potest q̃ incole ad quasdã
prestationes teneantur, adeo vt tituli et priuilegij illa vim
habeat.
3 Consuetudinem vel legem dessuctudo non tollit, cum illis
interim non fuit opus vti, nec casus contigit cur vteremur.
4 Vasallus an & quando seruitij libertatem prescribat aduer-
sus dominum.

¶ Consilium.ccccxxvj.



Exhibito mihi casu viso, & ijs
que super eo elegantissime scripsit reueren-
dus pater & vir egregius dominus Anto-
nius de borna iurium professor eximius di-
co et respondeo, quod etiam preupposito
quod homines de Fayno talliari non possent de iure com-
muni, vel alias cogi per dominũ loci de Fayno ad cõtribuẽ-
dum in casibus inibi mentionatis, vt videtur sensisse Joan.
an. in addi. Specu. titu. de feu. §. quoniam, versic. & not. q̃ va-
salli &c. in addi. exordiente, hucusq; rofre. &c. Petr. Jacob. in
suis libellis, sub rubr. de cau. ex qui. vasal. quantum est de iur.
scrip. debet amittere feu. Cuius contrarium voluit Spec. in
d. §. quoniam, ver. & not. & ante eum Rofre. in suo tracta. li-
bel. sub rub. i. sacra. cuiuslibet vasal. & que conti. sacra. De quo
per Jo. Raynau. in comprehenso. c. imperialem. §. firmiter,
versic. quero vltimo &c. & multis sequentibus, post Jo. blan.
in summa, tit. qui. mo. feu. amitta. tamen quia, prout ponitur
in facto, ipsi homines de Fayno in suis recognitionibus re-
cognouerunt, ac etiam se submiserunt & promiserunt soluere
census expressos, & alia vsagia consueta, iuxta visus & consue
tudines nobilium & valuassorum castri & mandamenti Ma-
chini, ipsi de Fayno talliari possunt, & contribuere tenentur
in predictis casibus: si tamen verum sit q̃ ita fieri & obseruari
consueuerit in castro & mandamento Machini. Nec debent
submissio, recognitio, & pmissio huiusmodi ex eo impugnari,
quod dicti homines de Fayno non se submiserint, conuene-
rint, & promiserint specifice & nominatim contribuere in di-
ctis casibus. Quoniam respondeo quod licet submissio, re-
1 cognitio & promissio huiusmodi videatur incerte: quia † ta-
men possunt ex fiendis probationibus certificari et decla-
rari per probationem visus, obseruantie & consuetudinis, ille
debent censeri certe. l. mela. §. quedam. ff. de alimen. & ciba.
lega. l. quidquid. C. de aduoca. diuerso. iudic. l. ij. C. de senten.
que sine cer. quanti. profe. & l. in summa. ff. de re iudi. hec vo-
luerunt in simili Pet. Cy. Bal. Sali. & docto. in. l. priuilegia.
C. de sacrosanct. eccle. Per que patet non obstare. c. auditis,
& quod ibi per docto. de prescript. imo potius facit pro hac
parte, si bene perspiciatur tex. illius. Non est autem dubium
quin prefati homines de Fayno se potuerint ad visus, con
suetudinem et obseruantiam huiusmodi obligare, prout
eleganter ostendit idem do. de Borna. Potuit etiam per
2 † consuetudinẽ inueteratam induci, quod homines castra et
mandamenti Machini ad premissa tenerentur. l. cum satis.
§. caueant. C. de agico. & censi. lib. xj. facit. c. super quibusdam.
§. preterea. & quod ibi glo. de versi. signi. & quod habetur in. l.
hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quoti. & c. j. de presc. in. vj.
p̃ que iura probaĩ quod talis inueterata obseruantia habet
vim tituli, & etiã priuilegij. Nec puto quod huic domino de
Fayno obstare debeat quod ex aduerso ponitur, scilicet qd̃
nec ipse nec sui predecessores dictos homines talliauerint,
vel eos ad contribuendum compulerint in pretio terre em-
pte: si tamen verum sit quod casus eosdem talliandi vel com-
pellendi non occurrerit, per ea que voluit Bart. in. l. in filijs.
C. de decu. lib. x. per dictum do. de borna pertinentissime al-
legatus, & quod ibi Joan. de pla. & quod notat idem Barto.
in. l. cum scimus, circa medium, & quod ibi Joan. de pla. C. de
agrico. & censi. libro. xj. vbi per illum text. secundum eundem
3 Bart. est optimum argumentum, † quod si terre recommen-
date teneantur alicui ciuitati vel principi in suis caualcatis
mittere exercitum, vel dare pecuniam, & per centum annos
nunquam prestiterint, pro eo quia ciuitas vel princeps non
indiguit, non perditur hec facultas: quod etiam voluit Lu-
doui. Roma. ff. de arbi. in repeti. rubr. Bald. in. l. imperium.
ff. de iurisdi. om. iudi. Ad quod facit quod voluit Angel. in
quodam suo consi. exordiente, iam sunt octoginta anni. in fi.
&c. vbi consuluit, quod si Januenses ab imperatore obtinue-
rint priuilegium exercendi represalias contra Florentinos,
& eo centum vel pluribus annis vsi non extiterint, pro eo q̃
nullus Florentinus transiuit per eorum districtum: non pro-
pterea perdiderunt priuilegium. Quod etiam confirmatur
per id quod dicit Joan. and. in. c. Joannes, de cle. coniuga.
dicit enim quod nõ visus non tollit legem, quando homines
non sunt vsi illa lege pro eo quia casus nõ accidit. Et ita vo-
lunt ibi docto. Etiam facit quod voluit Joan. and. in addi.
4 Specu. in tit. de feud. super rubri. vbi tenet † quod vasallus
non prescribit libertatem aduersus dominum, qui eius serui
tio visus non est pro eo quia non occurrit casus, in quo esset
opus eius seruitio: quod refert & sequitur Pan. in. c. ad au-
dientiam, & quod ibi Jo. de Jmol. de prescrip. etiam optime
facit quod notat Ang. & Flo. in. l. hec autem iura. ff. de serui.
vrba. predio. vbi volunt quod si dominus steterit per cẽtum
annos quod vasallo nõ imposuerit onus vel seruitium, vel
etiam ciuitas in castro sibi subiecto per centum annos visa
nõ fuerit iurisdictione, non propterea prescribitur, dicta. l. in
filijs. C. de decurio. lib. x. possunt & alia multa pro hac parte
induci: sed quia premissa cum alijs per dictum domi. Anto-
nium allegatis mihi videntur sufficere, ego vlterius non in-
sisto. Concludens cum eo, & eius opinioni adherendo, qd̃ si
constet de submissionibus, recognitionibus & promissioni-
bus superius mentionatis, insuper & de consuetudine castri
& mandamenti de Machino, possunt homines de Fayno
talliari, & compelli ad contribuendum in pretio censuum &
redditũm per ipsum do. de Fayno acquisitorum.

¶ De in integrum restitu. mino. xxv. anno. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Filia minor que bona patri, in cuius potestate est, remi-
sit, ad dispensationem iuramenti & restitutionem petendam
expectet tempus, quo sui iuris erit. Interim vero coram te-
stibus & notario protestari clam potest, quamuis de prescri-
ptione secura sit. V. F.

1 ☞ Codicillaris clausula quid operetur.
2 Pene binubarum mulierum an extendantur ad viros secun
das vxores ducentes.
3 Secunde contrahi nuptie impune possunt de licentia quo-
rum interest.
4 Remittentes iura sua cũ iuramento an & quando regressum
habeant contra remissionem, & nu. 7.
5 Juramenti vires & autoritas.
6 Minor per iuramentum representatur maior.
8 Lesio enormis in minore quam habeat prescriptionem.
9 Captura persone minorem fraudantis decerni potest per
bonum presidem, vt a contractu per dolum inito discedatur.
10 Minor sine autoritate curatoris quamuis cum decreto iudi
cis nihil tute agit.
11 Mulierum nature repugnat liberalitas.
12 Metus paternaq; reuerentia rescissioni cõtractus sufficiũt.
13 Dolus an & quando vitiet contractum & iuramentum.
14 Erroris iuris & facti effectus circa restitutionem in inte-
grum.
15 Juramentum ad incogitata non trahitur, nec obligationem
auget.

¶ Consilium.ccccxxvij.



Exhibito mihi casu
parte nobilis et generose mulieris do-
mine Honorate Rodulphe, & dubijs ex
eodem elicitis, dico & respondeo ad ea-
dem dubia prout infra. Et primo ad pri-

mum dico ⁊ respondeo prout ⁊ quemadmodum egregius
vir dominus Franciscus dalmatij iurium professor exi-
mius eidem respondit, qui dixi plenam veritatem: ⁊ sic
eius responsioni adhereo. Idem facio super secundo quesi-
to: hec excepto, quod sub sua correctione dixerim, mihi vide-
1 tur quod † cum per clausulam codicillarem, de qua ibi, fue-
rint ipse nobilis Honorata ⁊ sorores rogate, nõ quidem sub
conditione, vel in diem, de restituendo bona ⁊ hereditatem
testatricis earum matris nobili viro Alziario rodulphi, ea-
rum patri, heredi instituto: non potuerunt ipse filie detra-
here nisi vnam quartam, secundum communem opinionem,
de qua per gloss. Barto. Bald. Ange. ⁊ docto. in. l. papinia-
nus. §. meminisse. ff. de inofficio. testamen. per glo. ⁊ Bartol.
in. l. quãquam. C. ad legem falcid. per Bald. in. l. filium quem
habentem, versi. item quero quid si filius. C. famil. erciscun. ⁊
Panor. in. c. Raynutius, de testa. fateor quod si testamen-
tum ab initio valuisset, vt quia illius tempore non fuissent
nate prefate Honorata ⁊ sorores, ⁊ clausula codicillaris fuis
set concepta de futuro: quia testamentum ab initio valuisset,
licet postea per earum natiuitatem fuisset ruptum: potuis-
sent ipse Honorata ⁊ sorores detrahere duas quartas: prout
hec colliguntur ex ijs que notat Bald. ⁊ Angel. in dicto. §.
meminisse, ⁊ Bal. in dicta. l. filium quem, versicu. item quero
⁊c. Sed quia hic testamentum ab initio fuit nullum, ⁊ clau-
sula concepta de presenti: ille censentur pure grauate. Et sic
non detrahetur nisi vna quarta. Et ita reperiuntur Bartol.
Bal. ⁊ alij pluries consuluisse. ¶ Ad tertium quesitum etiã
respondeo prout idem dominus primo consulens: cuius re-
2 sponsioni non obstat ꝙ pretenditur, iura † punientia con-
uolantes ad secunda vota extantibus liberis ex primo ma-
trimonio loqui in mulieribus binubis. Quoniã respondeo,
prout etiã ipse dixit, ꝙ eedem pene locũ habent in viris bi-
nubis, auth. de nupt. §. si vero expectet, colla. iiij. ⁊ auth. de nõ
eligendo secundo nubentes. §. quia vero contra binubos,
colla. j. ⁊ l. generaliter. §. penulti. C. de secun. nup. notat Azo
in summa, eo. titu. §. item quecunque. Ostien. in summa, eod.
titu. §. penul. versicu. quicunque. Cyn. in. l. hac edictali. §. his
illud. C. de secun. nupt. Joan. and. in addi. Specul. titu. de se-
cun. nupt. super rubri. Bald. in. l. femine, circa finem principij
versicu. quero quid contra ⁊c. ⁊ consuluit Oldra. consi. mihi.
lxxv. exordiente, quidam habuit vxorem ex qua duos habuit
filios: vxor decessit ⁊c. de quo per Matthe. de matha. in suo
tracta. successi. abinte. in secũdo membro, ⁊ plenius per Lu-
doui. bologni. in addit. Nec prodest ad penus legis euitan-
das quod nobilis quondam Silona de rosseto testatrix in
eius testamento dixerit ⁊ voluerit, quod prefatus nobilis
Alziarius posset de medietate bonorum sui ipsius nobilis
Silone toties quoties eidem placeret, ⁊ sibi videretur fa-
ciendum, disponere ⁊ ordinare ad libitum voluntatis. Quo-
3 niam esto † quod eadem nobilis Silona impartiri potuis-
set licentiam iterum matrimonium contrahendi sine metu
penarum legalium eidem nobili Alziario, vt voluit Bal. in
l. filium quem habentem, versicu. item ex eo quod litera dicit
⁊c. C. fami. erciscun. ⁊ in. l. femine. C. de secun. nupt. motus ea
ratione quia sanctio testatoris equiparatur sanctioni legis,
auth. de nupt. §. disponat, colla. iiij. Tamen non videtur per
verba predicta ipsa nobilis Silona licentiã predictam fuisse
impertita. Pro quo pro nunc allegasse sufficiat quod voluit
Raph. fulgo. consi. lxiij. exordiente, Blasius quondã Joan-
nis petri ⁊c. vbi idem voluit in eisdẽ terminis, vel parum dif
ferentibus. ¶ Venio ad quartum: super quo primo dico, qđ
contra eandem nobilem Honoratam, ⁊ pro dicto nobili Al-
4 ziario faciunt vulgares regule. Prima est, quod † remitten
tibus iura sua non est amplius ad illa regressus. l. queritur.
§. si venditor. ff. de edilit. edic. l. j. §. semel. ff. de successo. edict. ⁊
c. quam periculosum, cum ibi notatis. vij. q. j. Secundo con-
5 tra eam facit iuramenti † autoritas, qua confirmatur con-
tractus minoris alias nullus defectu solennitatis de iure
introducte, auth. sacramenta puberũ. C. si aduers. vendi. Ter-
tio quia per iuramẽtum firmatur contractus de iure cano-
nico, qui alias de iure ciuili erat nullus. c. cum contingat, de
iureiuran. ⁊ c. mulieres, eodem titu. in. vj. Confirmatur pre-
terea per iuramentum contractus a iure ciuili prorsus repro
batus, vt pote super futura successione. c. ij. de pact. in. vj. Et
nimirum si grandem autoritatem ius canonicum iuramento
prestiterit: quia etiam a lege diuina magnam habet autori-
tatem, vt etiam in ea dictum sit, redde deo iuramenta tua. c. si
peccatũ. xxij. q. ij. ⁊ c. ⁊ si Christus, de iureiur. vnde ⁊ de iure
canoni. datur regula, quod omne iuramentum seruandum
est, quod sine dispendio salutis eterne, vel alterius detrimen
to seruari potest, dicto. c. cum contingat. Propter que vide-
tur prefatam nobilem Honoratam venire non posse contra
remissionem, quitationem, donationem, ⁊ alia per eam cum
iuramento iuramentis conuenta, ⁊ ꝙ illa exclusa extiterit ab
omni remedio predictorum rescisiuo. Et quidem quod con-
trauenire non posset beneficio minoris etatis, ⁊ per benefi-
cium restitutionis in integrum, hoc satis clarũ est: cum be-
neficium huiusmodi tollatur etiam per vnicum iuramentum
a minore prestitum, auth. sacramenta puberum. C. si aduers.
vendi. quod etiam voluit glos. in. l. ij. C. de rescin. vendi. quate
nus ibi notat, ⁊ post eam docto. magis communiter, quod
6 † minor per iuramentum representatur maior. idem notat
glos. in. c. penul. in fi. secunde gl. de iureiuran. ¶ Sed his non
obstantibus, que mihi in proposita questione obstare non
videntur, dico contrarium, ⁊ quod remissio, quitatio ⁊ dona
tio predicte fuerint nulle, vel ꝙ saltem possit eadem Hono-
rata petere secum dispensari de iuramento ⁊ iuramentis per
eandem prestitis, ⁊ deinde. easdem impugnare, ⁊ obtinere
illarum rescisionem, quatenus de facto vel alias processerũt,
prout per multa ⁊ magna fundamenta clare prosequutus est
⁊ ostendit dictus dominus primo scribens: qui adeo mate-
riam collegit, vt nihil addi possit, nec addi expediat. rei enim
satis demonstrate frustra adijcitur demõstratio. l. j. §. fi. ff. de
dot. prele. Etiã plenitudo adiectione nõ indiget. c. bene qui-
dem. xcvj. dist. Propter que decreueram nihil vlterius scribe
re, ne diceretur mihi illud Horatij, in syleuã ne ligna feras:
aut enim eandem dicã ex superfluo: aut si noua voluero dice-
re, ab eodem domino primo scribẽte occupata sunt meliora.
Tamen vt satisfaciam votis partis dicam vnum verbũ. Et
7 † primo quidem quod iuramentum tunc demum confirmat
contractum alias inualidum, ⁊ beneficium restitutionis, ⁊
alia similia excludit, cum sponte prestitum est, sine vi scilicet ⁊
dolo. c. cum contingat. c. licet mulieres, ⁊ c. quamuis pactum,
superius allegatis. Et ita intelligitur verbum sponte, positũ
in dicta auth. sacramenta puberum, ⁊ in corpore vnde sumi-
tur. Dolus autem presumitur in contrahente cum minore
propter enormen lesionem, vt probatur in. l. si superstite. C.
de dolo: vbi text. notabilis. l. omnes. §. lucius. ff. de ijs que
in fraudem creditorum. ⁊ l. qui testamentum, de probatio-
nibus. ⁊ per Bartol. in. l. si societatem. §. arbitrorum, versicu.
quero nunquid posset renuntiari. ff. pro soci. Bald. etiam
in. l. hac edictali. §. sacramenta, ver. quarto quero, de pace iu-
8 ra. fir. tenet, ꝙ † ex enormi lesione presumatur minorem iu-
rantem dolo fuisse circumscriptum. Et licet videatur postea
dicere hoc non seruari de consuetudine: quia minores faciũt
refutationem eorum quondam tutoribus ⁊ curatoribus, et
quod tales refutationes seruantur, vt not. glo. in. l. iij. §. con-
tractum. ff. de contra. iudi. tute. postea tamen declarat con-
suetudinem procedere, vbi non arguitur dolus et fraus cũ
subdit ꝙ gloss. ibi mature loquuta est, quia dicit quod tunc
valet refutatio, quãdo nõ interuenerit fraus ⁊ dolus. Sub-
9 dit etiam idem Bald. quod † boni presides talia iuramẽta
⁊ illicitas extorsiones per capturam persone faciũt relaxari
⁊ cassari, per. l. illicitas. ff. de off. presi. ⁊ quod pluries ita fie-
ri vidit. Et hanc putant aliqui fuisse mentem Dyn. dicen-
tes iuramentum non obesse minori, nisi ipse sit certioratus
de beneficio restitutionis, quasi presumatur dolo deceptus.
Cuius opinionem sequutus est Cy. in. l. ij. C. de rescin. vend.
Jo. And. in. c. pe. de emp. ⁊ vẽd. Et hec opinio vt dicit Jo.
de Imo. in. l. sciendum. ff. de verb. oblig. habet multam equi-
tatem, ⁊ quam ibi sequitur Fran. de Aret. ⁊ ita voluit Bal.
quo ad propositum nostrum in. d. l. ij. C. de rescin. vendi. ⁊ in
d. l. hac edictali. §. item sacramenta. in vltima. q. distinguen
do enim dicit, quod aut minor qui iurauit contraxit cum
autoritate curatoris, aut sine. Primo casu, vt dicit, non po-
10 test per eum peti restitutio. Secundo casu † peti potest, etiã
si interuanisset decretum iudicis: quia scientiã iudicis non
interpretatur scientia adulti. Ita notat ipse Bald. in. d. l. ij.
versi. sed hic dubitatur. C. de rescinden. venditio. Et pro hac
sententia, quod dolus presumatur in contrahente cum mi-
nore propter enormẽ lesionem, videtur optime facere. ff. pro
emptore. l. si quis cum sciret, secundum intellectum Jacob.
de Aret. communiter approbatum: vbi non videtur bo-
nefidei emptor qui emit a minore quem sciebat protinus
in malum vsum consumpturum: et illa venditio inualida-
tur tanquam prodigi nec validatur iuramento secundum
ea que notantur. ff. de verborum obligationibus. l. is cui
bonis, per Bartolum et. l. si quis pro eo. ff. de fideiussorib.

Quod

Quod si ita est, multo fortius videri debet malefidei, qui cō-
trahit cum minore, quem cognoscit contrahendo consumere
⁊ ledi enormiter: ⁊ debet contractus huiusmodi reprobari,
nec debet iuramento validari, saltem ad tollendum benefi-
cium rescissionis. Et hanc sententiam sequutus est Anto-
nius de butri. in. d. c. cum contingat, versicu. quartus casus
principalis ⁊c. in minore iurante non contrauenire ratione
enormis lesionis: dicens se in facto ita consuluisse, ⁊ est ve-
rum, cuius consilium exorditur, Juris rigor plurimum ob-
uiat huic mulieri ⁊c. Cum enim, vt ponitur in facto, bona
materna, in quibus eadem nobilis Honorata ⁊ eius soror
successerunt, vel que ad eos spectabant, valerēt decem, mille
florenis, ⁊ ipse nobilis Alziarius, qui ex paterno officio te-
nebatur dictas eius filias pro modo ⁊ qualitate personarū de
suo patrimonio. l. si. C. de dot. promis. ⁊ l. quero. ff. de iur. dot.
opulētus ⁊ diues existeret, magna fuit bonorū effusio in qui-
tatione ⁊ remissione superius mentionatis, ⁊ que non solum
magna ⁊ effusa liberalitas reputaretur in muliercula: sed etiā
in quolibet, etiam in milite. In talibus autē immoderate ge
stis quantūcunque iuratis, maxime ab iis qui sunt in iuue-
nili etate, adest presumptio seductionis. Cum quia iactatio-
nes non presumuntur a iure nisi a mala causa. c. super hoc, de
11 renuntia. Cum quia talis immensa liberalitas † nature
mulierum repugnat, de quibus lex dicit quod earum genus
auarissimum existat. l. si ego. ff. ad velleia. ⁊ l. stipulata, in fi. ff.
de iure dot. Hec ⁊ alia multa motiua inducit Anton. de bu-
tri. in dicto eius consilio. Etiam pro hac parte facit, quia iu-
ramentum non est adinuentum vt esset iniquitatis vincu-
lum. c. inter cetera. xxii. q. iiii. Et rursum iuramentum debet
habere tres comites, veritatem videlicet, iudicium ⁊ iusti-
tiam. c. animaduertendum. xxii. q. iiii. ⁊ c. v. de iureiuran. In
hoc autem casu euidens presupponitur iniquitas, cum ⁊ mu
lier, ⁊ minor. xxv. annis, pro duobus mille florenis ⁊ modico
pluri remiserit summā quinque milium quo ad bona mater-
na, ⁊ quidquid vltra habitura erat in bonis paternis. Juris
enim presumptione ⁊ fragile ⁊ infirmū, est etatis huiusmodi
consiliū ac multorū insidiis ⁊ captionibus expositū. Et ideo
dicit tex. quod naturalis equitas suadet talibus subueniri. l. i. ff.
de minori. Accedat ad hoc sexus fragilitas, que sepe consue
uit etiam cōtra propria cōmoda laborare. Accedat preterea
12 nimia † patris reuerentia: quoniam puella, ⁊ existens in domo pa
tris: hec autē nimia reuerentia est cause sufficiens ad rescis-
sionem contractus: sicut metus. l. i. §. que onerande. ff. qua.
rer. acti. non de. facit. c. sane, de renuntia. Quia ergo ex quali-
tate facti dolus colligitur. l. i. ⁊ quod ibi notatur. ff. de ex-
cept. doli. Proculdubio videtur dicendum dolum interue-
nisse in remissione ⁊ quitatione superius mentionatis. Et
pro hac parte reperio Petr. de ancha. sepissime consuluisse,
vt videri potest consi. clxxxi. exordiente, visa diligenter nar-
ratione de qua supra ⁊c. consil. cccxli. versicu. restat vltimo de
quodam dubio ⁊c. consil. cccxxxiiii. exordiente, in supradi-
cta quitatione ⁊ pacto gratuito ⁊c. ⁊ Paul. de cast. in ter-
minis nostre questionis allegatus per dictum domi. primo
allegantem consilio. clxxvii. exordiente, contra superius con-
sulta facere videtur ⁊c. vbi per eū inducuntur multa ⁊ equa,
⁊ magna fundamenta. Premissa etiam voluit Pet. de an-
cha. in. c. repeti. c. canonum statuta, versicu. ego etiam con-
sului in ciuitate Senarum ⁊c. de consti. Etiam pro hac par-
te consuluit Rapha. cuma. consilio. clxxx. exordiente, vide-
tur prima fronte dicendum ⁊c. vbi etiam dicit quod iura-
mentum dolo extortum non validat contractum, nec mi-
norem iuratum representat maiorem, vt notat gloss. in di-
cta. l. hac edictali. §. item sacramenta, in verbo querimoniā,
⁊ quod ibi Bald. quia iuramentum non debet esse vincu-
lum iniquitatis, vt predixi, ⁊ notat Bartolus de sacramen.
per met. interpo. in dicta authentica sacramēta puberum, in
13 fin. Quamuis † enim dolus non vitiet contractum nisi cau-
sam ⁊ dederit, secundum ea que habentur in. l. eleganter, in
princip. ff. de dolo, ⁊ in. l. dolus. C. de rescin. vendi. tamen iu-
ramentum saltem ad confirmandum vitiat: quia cum lex lo-
quitur de iuramento confirmatorio, exigit dolum ⁊ metum
abesse. Nec reiteratio iuramenti magis confirmat quitatio-
nem, remissionem, ⁊ alia predicta: sed magis offendit, ⁊ ini-
quitatem multiplicat. argumen. l. doli mali. §. diuersum. ff. de
noua. Preterea aduertendum est in hoc casu, quia vt puto
14 prefata nobilis Honorata errasse † presumitur non solum
in facto, ⁊ circa valorem bonorum suorum: sed etiam in iu-
re: quatenus videlicet existimauit testamentum dicte quon-
dam nobilis Silone eius matris de iure valuisse, ⁊ omnia
eius bona in vim illius spectasse ⁊ pertinuisse dicto nobili
Alziario: ⁊ quatenus etiam non cogitauit quod per con-
tractum secundi matrimonii idem nobilis Alziarius priua-
tus extiterat proprietate omnium bonorum, que ab eadem
Silona ad ipsum peruenerant. Que iuris ignorantia presu-
mitur in minore. l. regula, in princip. ff. de iur. ⁊ fact. ignoran.
Quo fit vt cum prefata Catherina dicta iura ignoraret,
15 non videtur de eis cogitasse. Juramentum † autem non tra
hitur ad incogitata. l. fina. C. de non numera. pecu. l. fina. ff.
qui satisdare cogantur. ⁊ capitu. veniens, de iureiuran. Ad
quod facit, quia iuramentum obligationem non auget, sed
ei intra suos limites manenti addit religionis vinculum, vt
voluit Oldra. consi. clxxxvii. exordiente, Cum mulier dona-
trix ⁊c. ⁊ consi. ccliiii. quod incipit, Ex forma istius statuti
⁊c. Pro quo allegat dictam. l. fina. C. de non numerata pecu
nia. l. si libertus. ff. de oper. liber. capitu. petitio, ⁊ dicto capit.
veniens, ⁊ quod ibi per Innoc. ⁊ Ostien. de iureiuran. Hoc
dictum Oldradi commemorauit Bald. in dicta. l. fina. circa
princi. C. de non numerata pecu. Nec opponat aliquis quod
prefatus nobilis Alziarius bona dicte quondam Silone
tenuerit vt ⁊ tanquam legitimus administrator prefatarum
nobilium Honorate, ⁊ sororis. Quoniam respondeo quod
prefate filie hoc potuerunt ignorasse, scilicet quod earum no
mine hec bona administraret. Etiam predictum iuramen-
tum extendi non debuit ad illam bonorum medietatem, que
eidem nobili Honorate ⁊ sororibus veniebat restituenda in
vim substitutionis post mortem ipsius Alziarii, etiam si ipse
non conuolasset ad secunda vota. l. de iis, cum suis simili. ff.
de transact. Ex quibus omnibus concludo vna cum prefato
domino primo scribente, prefatam nobilem Honoratam
posse petere. ⁊ debere obtinere dispensationē pretensi iura-
mēti, ⁊ iuramentorum per eam prestitorū: quod intelligo post
mortem dicti nobilis Alziarii: quia ante nō potest: cum sit filia
naturalis ⁊ legitima eiusdem nobilis Alziarii, ⁊ in ipsius
potestate existat. l. lis nulla. ff. de iudic. interim vero non cur
ret prescriptio: quia non valenti agere ⁊c. l. i. C. de bo. mater.
⁊ l. i. §. fina. C. de anna. excep. Poterit autem ⁊ secrete coram
domi. officiali ⁊c. vel etiam coram notariis ⁊ testibus prote-
stari seu declarare se intendere petere dispensationem ⁊c.
tēpore ⁊ loco opportunis, cum scilicet fuerit sublatum ob-
staculum patrie potestatis.

¶ De codicil. Rubri.

¶ Epitome.

¶ Codicillis fideicommissum in testamento relictum adimi
potest. V. F.

1 ¶ Voluntas vltima vsque ad mortem ambulatoria.
2 Codicillis hereditas directo nec dari nec adimi potest: obli
que sic, ⁊ nu. 4.
3 Testamentū a substitutione vulgari vires potest assumere.

¶ Consilium. ccccxxviii.



Intellecto dubio casus mi
hi exhibiti parte
nobilis viri Petri de vlmo, dico ⁊
respondeo ad dubiū huiusmodi prout
infra. Pro cuius solutioni premitto
1 quod † vltima voluntas est ambulatoria
vsque ad vltimum victe exitum. l. quod
si iterum. ff. de adimen. lega. l. cum hic
status. §. ait oratio. ff. de dona. inter vir. ⁊ vxo. ⁊ c. vltima vo-
luntas. cum suis simili. xiii. q. ii. Premitto insuper, quod licet
2 † hereditas directo dari non possit vel adimi in codicillis. l.
hereditas. C. de iis qui. vt indig. ret. l. hereditatem, cum suis
simili. C. de codicil. dari tamen potest vel adimi verbis obli-
quis, dictis. ll. ⁊ l. quidam. §. i. C. de necessa. ser. here. instit. ⁊ l.
ii. §. fi. cum suis simili. ff. de iur. codici. Quibus premissis dico
⁊ respōdeo quod quia substitutio facta de propinquiore ma-
sculo Manginariorū fuit, ⁊ est compēdiosa, facta per verbū
substituo, quod est commune. l. iam hoc iure. ff. de vulg. ⁊ pup. l.
generaliter. C. de insti. ⁊ substi. ⁊ l. precibus. C. de impu. ⁊ aliis
substi. notat Bar. in. l. centurio, circa fi. ff. de vulg. ⁊ pup. illa
comprehendit duas substitutiones, scilicet vulgarē ⁊ fidei-
cōmissarium, ⁊ voluit Bar. ⁊ docto. in. d. l. centurio, ⁊ Alex.
de Imol. in dicta. l. precibus, versicu. in eadem ibi est alia
⁊c. vbi etiam per alios scribentes. Quatenus igitur occur-
reret casus vulgaris substitutionis, vt verbi gratia, si ante

mortem dicti testatoris morerentur prefatus nobilis Petrus et omnes eius liberi masculi: vel si post mortem eiusdem testatoris ipsi Petrus et liberi masculi eiusdem repudiarent hereditatem prefati testatoris, ita quod ipsi vel eorum aliquis nollent esse eius heredes: tunc propinquior masculus Manginariorum posset succedere in vim vulgaris substitutionis, non obstante reuocatione predicte substitutionis
3 facta in codicillis: quia † a substitutione vulgari potest testamentum vires assumere: pro quo allegasse sufficiat notata per Alexand. de Imol. in l. si pater filium. ff. de vulga. et pupil. et l. apud Julianum. §. idem Julianus. ff. ad trebellia. Nec igitur dicamus hereditatem adimi posse in codicillis, quod fieri non potest. d. l. hereditatem, et aliis iuribus superius allegatis, posset propinquior masculus Manginariorum succedere in vim vulgaris in casibus superius mentionatis. Sed quatenus occurreret casus fideicomissarie substitutionis, vt verbi gratia, si post mortem prefati testatoris dictus nobilis Petrus adeat et acceptet eius hereditatem, quamuis postea moriatur sine liberis masculis: vel sui liberi masculi sine aliis liberis masculis: dico quod dictus propinquior masculus Maginariorum nihil petere poterit in et super bonis prefati testatoris in vim dicte fideicommissarie
4 rie substitutionis: quia licet † hereditas, vt predixi, adimi non possit codicillis: fideicommissum tamen in eis adimi, hoc est reuocari potest, quemadmodum et dari, vt sic contrariorum eadem sit disciplina. Pro quo videtur text. in l. si quis ita. §. fina. ff. de adimen. lega. Et quod reuocatio huiusmodi, quatenus eueniret casus dicte fideicomissarie substitutionis, valuerit et valeat, probatur per ea que notat Ioan. de Imol. in casu multomagis dubio in l. si ita scriptum. §. regula. ff. de libe. et posthu. que saltem in hoc casu habent locum. Nec huic dicto obstant imo faciunt pro, si bene inspiciantur, ea que notat Bar. in l. si iure. ff. de lega. iii. Dicta autem reuocatio non nocet institutioni facte de dicto nobili Petro, nec substitutioni facte de eius liberis masculis: quia dictus testator illas non reuocat: sed duntaxat substitutionem factam de propinquiore masculo Manginariorum. Remanent igitur firme. l. sancimus. C. de testa. et l. precipimus, in fin. cum suis similib. C. de appellationibus. Que omnia dixerim breuiter et succincte, pro eo quia opportunitas non se offert, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

De administra. tuto. Rubri.

Epitome.

Tutorem, qui pupillum defendere non promisit, sed tantum ei vtilia procurare, et euitare damnosa, iudex ex officio suo etiam non implorato remouere potest. V. F.

1 Tutor quid promittere debeat in datione tutele, et quid sufficiat, vel non.

Consilium. cccclxix.



In prouisione tutele honeste impuberis Claudie durande, quam fecisse dicitur honorabilis vir magister Joan. vinonis notarius, tunc pretensus locum tenens egregii viri domini Judicis Aurayce, de Ho-
1 norato borrilhoni, debuit † idem borrilhoni specialiter promittere quod prefatam Claudiam pupillam defenderet. l. fi. §. omnem autem: vbi etiam hoc notant Cy. Bart. Ange. et Sali. C. de administra. tutorum, Bartol. in l. legitimos. ff. de legiti. tuto. Bart. Pau. de Cast. et Alex. de Imo. in l. pretor. in prin. ff. de noui ope. nunt. Ange. in auth. vt hi qui obli. §. fi. colla. vi. Alexan. de Imol. consi. cxxix. exordiente, consideratis his que in prescripto themate etc. et Paul. de castr. consi. cccliii. versicu. postquam iste tutor etc. et Ange. are. in §. actionum, in materia tute. versicu. octauo quid incumbat tutori etc. institut. de actio. Et idem Ange. in §. fina. in materia tutele, versicu. sexto obiicitur quod non iurauit etc. Institu. de exceptio. Nec sufficiat quod idem Honoratis promiserit vtilia dicte Claudie durande procurare, et inutilia pretermittere, vt etiam expresse voluit Bartol. in dicta. l. pretor, vbi etiam idem voluerunt Pau. de castr. Roma. et Alexa. idem Bar. in d. l. legitimos. idem etiam Cy. Bar. Ange. et Salic. in dicto. §. omnem, et idem Salic. in l. tutores, versi. quero. xv. C. de administrati. tuto. et Alexand. de Imo. in dicto consi. cxxix. vbi, et in dicta. l. pretor, in princip. bene respondet dicto Bal. qui prima facie videretur sensisse contrarium in dicta. l. fina. §. omnem, quatenus ibi sentit idem Bal. sufficere, quod in tutelis et curis debet apponi, quod tutor et curator promittunt subire defensionem pupilli sine vlla cunctatione seu mora, vel equipollens. dicit enim idem Ange. respondendo in dicto consil. quod posito quod Bald. bene diceret: eius tamen dictum predictis non obstaret: pro eo quia ex verbis eius non infertur, quod sufficiant illa verba, scilicet, Et promisit vtilia facere et inutilia pretermittere: quia text. in dicto. §. omnem, requirit quod tutores specialiter promittant, quod ipsi sine cunctatione siue mora defensionem minorum subibunt: quod promissum non videtur formaliter et specialiter per illa verba, promitto vtilia facere et inutilia pretermittere. esto quod dici possit hoc esse equaliter seu sub generalitate promissum. Sed hoc non sufficit, dicto. §. omnem: vbi non requiritur specialis promissio, vbi tamen per alia verba, quam per ea que formaliter posita sunt in dicto. §. omnem, esset promissa specialiter in effectu defensio, satis esset. Et hec fuit intentio Bald. in dicto. §. omnem. Et quod non sufficiat promittere facere vtilia et inutilia preter mittere, clare apparet per ea que notat Bald. in addi. Specula. titu. de tuto. versicu. tutor tenetur etc. Ex quibus omnibus infero quod datio tutele huiusmodi cassanda est: quod aperte fuit de mente Barto. in dicta. l. legitimos, ad fin. principii, versicu. et aduerte: vbi refert se vidisse multas tutelas cassari propter omissionem promissionis de defendendo etc. et quod datio tutele aliter facta non valeat tenuit verbo aperto Sali. in dicto. §. omnem, in princip. et Alexan. de Imol. in consilio. predicto, et Ange. Areti. in dicto versicu. octauo quid incumbat tutori etc. Et satis fuit de mente Cyn. in dicto. §. omnem: vbi dicit, quod propter omissionem promissionis de defendendo reprobantur facta tutorum. Debet igitur idem Honoratus tanquam non tutor propter omissionem promissionis huiusmodi, et quia etiam de defendendo non cauit, remoueri ab administratione tutele dicte Claudie durande, quam de facto gessit et gerit. Cui non obstat quod voluit Pau. de cas. in d. consi. trecentesimoquinquagesimosecundo, quatenus ibi sentit tutorem consanguineum non esse amouendum ab administratione propter omissionem dicte promissionis. Quoniam respondeo quod Pau. ibi loquitur in tutore dato in testamento: cuius datio valuit: licet non valuerit decretum administrationis propter dictam omissionem. Sed hic loquimur in eo qui datus est a iudice, et cuius datio non valuit propter dictam omissionem: et sic in eo qui nunquam fuit nec est tutor. Et puto quod super huiusmodi articulo potest egregius vir dominus iudex Aurayce ex suo incumbenti officio procedere, et non pati quod iste, qui tutor non est, bona pupille administret, per ea que scripsit egregius vir dominus Guilielmus maynerii iurium professor eximius. Cum enim dicta Claudia, vt pote pupilla, sit persona miserabilis, hoc est digna misericordia, per ea que notant Innocen. et docto. in c. significantibus, de offic. delega. et Bald. in l. prima. C. quan. Imperat. inter pupil. et vidu. potest et debet idem domi. iudex eius officium etiam non petitum impartiri, per ea que notat Bartol. in l. dies cautioni. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. dicit enim quod iudex debet eius officium exercere quod intelligit per precedentia, etiam si non fuerunt imploratum: alias punitur. Pro quo allegat. l. sancimus. §. primo. C. de administratione tutor. et l. nec quidquam. §. aduocatos. ff. de offic. proconsul.

Depositi. Rubrica.

Epitome.

Debitor qui consentiente creditore pecuniam deposuit, merito petit instrumentum debiti cancellari. Valquinus Filiolus.

Consilium. ccccxxx.



Cum probi viri Petrus Joannes, Stephanus, et Jacobus gaumare animo soluendi deposuerint sexaginta duos florenos, in quibus teneri dicebatur prouido viro Antonio filioli loci de Alisano, illi videntur a debito

huiusmodi liberati.l.obseruatione.C.de solutio.l.acceptam, et quod ibi per Sali.in.iiij.opposi.C.de vsur.τ.l.qui mutuã.§.i.ff.mand. Quod presertim procedere debet, quia depositum huiusmodi factum est de cõsensu prefati Antonij, τ in manibus eius quẽ ipse pro depositario nominauit τ elegit. Et ita censetur per huiusmodi depositum eidem nobili Filioli satisfecisse: quia satisfacere est sicut voluerit creditor τc. l.si rem.§.omnis.ff.de pig.act.τ arg.c.consuluit.de vsu.per que iura hoc notat Spe.tit.de obliga.τ solu.§.ij.ver.quid si lata. Idem dicit Bald.in.l.per diuersas, versicu.decimotertio quero. C.mandat. Pro quo allegat.§.vendite, institut. de reum diui. Quod si ita est, imo quia ita est, non immerito petierunt et petunt dicti Petrus τ fratres instrumentum debiti cancellari.

¶ De suis τ legitimis liberis. Rubri.

¶ Epitome.

¶ Quatuor aut infra dant natis iura triẽtem: semissem vero dant natis quinqꝫ vel vltra. V. F.

¶ Consilium. cccc.xxxi.



Mihi exhibito parte honeste mulieris Joãnete marine neptis ex filio prouidi quondam viri Antonij marini senioris, casu viso, τ dubijs ex casu huiusmodi elicitis, dico et respondeo ad dubia huiusmodi breuiter τ succincte prout sequit̃. Et primo ad primũ respondeo, ꝙ cum eidem quõdã Antonio super fuerint due filie naturales τ legitime, τ tres neptes ex Antonio quondam filio, que tanquam succedentes in locum eiusdem filij sui patris, tenẽt vicem vnius: legitima omnium horum, hoc est duarum filiarum, τ trium neptium, est triens, hoc est tertia pars bonorum dicti quondam Antonij senioris, authẽ. de trien.τ semis.§.j.colla.iij.τ trãssumptiue auth.nouissima. C.de inoff.testa. Hec autem tertia pars debet diuidi in tres partes, seu tres tertias: quarum trium partium vnam habere debent dicte tres neptes equaliter inter eas diuidendã. Si ergo ponamus quod bona dicti quondam Antonij senioris valerent duobus mille florenis, legitima dictarum duarum filiarum τ trium neptium ascendit ad sexcentos sexaginta sex Florenos τ octo grossos: qui primo debent diuidi in tres partes: quarum quelibet ascendit ad ducentos et viginti duos florenos, duos grossos, quinqꝫ pataceos, τ vnũ denarium. Et vna istarum debebatur dictis neptibus: que diuidenda est in tres partes, quarum alteram habere debet prefata Joanneta pro sua legitima: que si non fallor ascendit ad septaaginta quatuor florenos τ septẽ patacos. Ex quibus infertur, quod cum eadem Joanneta habuerit in dotẽ centum florenos, τ quedam alia, non potest aliquid vlterius petere pro sua legitima.

¶ Qui testamenta facere possunt. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Impubes nunquam, cecus aliquando testari potest: sed si testentur opportune τ sint de liberis, substituti in casum non existentium liberorum cõsequuntur dimidiam partem bonorum substituentis, altera penes scriptas ab illis heredes remanente pro legitima τ Trebellianica. Vasquinus Filiolus.

¶ Consilium.cccc.xxxij.



Masculus minor quatuordeciz annis testari non potest.l. si frater.C.qui test.fac.pos.l.ij.quando prouoca.non est neces.§. preterea. institu. qui. non est permis.facere testa.τ.l.qua etate, et quod ibi glo.docto.ff.de testa. Etiam cecus testari non potest, nisi cum soleunitate, de qua in.l.hac consultissima.C.qui testamen.face.pos.nisi testaretur inter liberos suos, secundum Baldum Ange.Salice.Pau.de Cast. et Alexand.de Jmol.in.d.l. hac consultissima. Quo fit vt si verum sit quod Antonius Michaelis, filius quondam naturalis τ legitimus ac heres vniuersalis quondam Joannis Michaelis, tempore cuiusdam pretensi testamenti per eundem editi nondum compleuisset quatuordecim annos, aut saltem nondum attigisset vltimum diem anni decimi quarti, dictum eius pretensum testamentum fuit τ est nullum, vt pote factum ab eo, qui testari non poterat.d.l.si frater, τ alijs iuribus ad hoc superius allegatis. Preterea etiã fuit nullum dictum pretẽsum testamentum si tempore illius idem Antonius erat cecus τ hoc propter omissionez solennitatum dicte.l.hac consultissima: que in eo obseruate non fuerunt: prout clare colligitur ex sola inspectione instrumenti seu scripture dicti pretensi testamenti. Et hec sunt sine dubio. Ex quibus infertur, quod in his casibus τ eorũ quolibet eidem Antonij succedunt τ succedere debent vniuersaliter honorabiles viri Ludouicus et Petrus Michaelis, eiusdem Antonij patrui, vt pote eius proximiores in gradu cognationis, auth.de hered.ab intesta.§.si vero neqꝫ fratres.colla.ix.τ auth.post fratres fratrumqꝫ filios.C.de legi. here. ¶ Preterea vbi esset verum, quod tempore dicti pretensi testamenti idem Antonius compleuisset quatuordecim annos, vel saltem vltimam diem decimi quarti anni attigisset, nec cecus extitisset, quia tamen. vt audio ille vita functus est τ decessit sine liberis, est locus substitutioni dudum facte per dictum quondam Joannem eius fratrem de propinquiore in parentela: in vim cuius possent prefati Ludouicus τ Petrus Michaelis, quõdam patrui eiusdem Antonij petere a pretensis heredibus ipsius Antonij sibi restitui bona τ hereditatem, que quondam fuerunt prefati Joannis Michaelis, detractis detrahendis, detrahende vero essent due quarte. scilicet quarta debita iure nature, que est tertia pars omnium bonorum prefati quondam Joan.aut. de trien.τ semis.§.primo.τ transsumptiue in authen.nouissima.C.de inofficioso testamento.τ quarta trebellianica: que est quarta pars residui, vt notat gloss.in capit. Raynaldus, super verbo licet ipsas, de testamen. Joan.Andr.in regula qui prior, in quest.quam ibi facit de porris, de regu.iur.in vi.τ Joan.de Jmo.in.l.coheredi.§.cum filie.ff.de vulgari et pupillari substitutione. Et effectualiter iste due quarte in hoc casu ascẽdunt ad valorem dimidie partis bonorum prefati quondam Joannis.

¶ De dotis promis. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Cogi non potest pater doti equare donationem propter nuptias, nec viuens aliquid pro legitima filio assignare. V. F.

¶ Consilium. cccc.xxxiij.



Ponitur in facto quod de τ cum autoritate, licentia, et consensu prouidi viri Joannis Sauterij, patris naturalis τ legitimi honeste iuuenis Raymundi Sauterij eius filij, idem Raymundus matrimonium licet clandestinum contraxit per verba de presenti cum honesta iuuencula Philippa filia quondam naturali et legitima Stephani fare: cui Raymundo in dotem et pro dote sui ipsius constituit et assignauit ipsa Philippa omnia bona sua. Nunc autem parentes, seu cognati, affines et amici eiusdem Philippe dicunt et affirmant se non permissuros aut passuros quod ipse Raymundus eandem Philippam ad domum patris transducat, nisi pater ipse qui quinque liberos habere dicitur, scilicet duos masculos et tres filias nuptas, que dotibus contente bonis paternis renuntiauerunt, donet ipsi Raymundo dimidiam partem omnium bonorum suorum. Super quo quesitum est an ad hoc faciendum cogi possit. Ad quod respondeo breuiter et succincte, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, quod licet paternum officium sit dotare filiam, hoc est pro filia dotem constituere marito, et pro filio facere donationem propter nuptias.l.finali.C.de dotis promissione, et nuda pollicitatione. facit.l. Pomponius Philadelphus.ff.familie erciscunde et. l.qui liberos.ff.de ritu nupt.et propterea possit pater cogi de iure facere donationem propter nuptias pro filio, queadmodũ cogi potest cõstituere dotẽ ꝓ filia, tamen

non potest pater cogi ad donandum filio: quod procedit etiam quo ad eius legitimam. In illa enim nullum ius habet filius quadiu pater viuit.l.j.§.si impuberi, et quod ibi Bart. ff.de colla.bono.et quod etiam voluit Barto.in.l.fi.ff.de lib. agno. Joan.de Jmo.in.l.lex cornelia.ff.de testa. Panor.in c.Raynutius,in fin.eo.titu.in.c.transmisse, qui filij sint legi. Joan.de Jmo.in.l.si cum dotem.ff.soluto matri.etiam satis colligitur ex ijs que magis communiter volunt doct.in auk. si mulier.C.de sacrosanct.eccle. Propter quod laudo quod, si dictus Joannes gauterij spõte velit donare ipsi raymundo quartam partem dictorum eius bonorum, idem Raymundus illam cum gratiarum actione pro nunc recipiat:nec contendat eum cogere ad plus donandum. Fateor, vt predixi-quod de iure communi cogi posset donare dicte Philippe donatione propter nuptias tantũ de bonis suis, quantum ascẽdit dos eiusdem Philippe.auth.equalitas,et quod ibi gl.et doct.C.de pact.conuen.tam super dot.de quo Panor.c.fin.de dot.post diuorti.restituen.Sed vt notat glos.in dicta auth.equalitas, dispositio illius de consuetudine non seruatur,et ita se habet consuetudo in Delphinatu:vbi licet, constituatur dotes pro mulieribus,quamuis etiam fiant pacta super lucris hincinde faciendis: non tamen consueuerũt fieri donationes propter nuptias, que equarentur dotibus. Et sic non puto dictum Joan.gauterij cogi posse ad donandum donatione propter nuptias ipsi Philippe tantum, quantum ascẽdit ipsa dos. Est ergo melius, vt predixi, vt prefatus Raymundus gratis recipiat quod sibi gratis offertur. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

❡ De actio. Rubri.

❡ Epitome.

❡ Eum, qui quempiam ad arreragia predefuncto Rectori Capellanie debita vt procuratorem suum scienter agere permisit, recte videri egisse, et illa petere potuisse Bertrandus ait. V. F.

1 ☞ Actio personalis non sequitur fundum.
2 Procuratorio nomine quempiam in iudicio pro se comparere qui scit, an eum constituere videatur, et nu.4.
3 Tacens quod consentire videatur speciale est in iudicijs: secus alibi, quando non agitur de fauore tacentis.
5 Confessio facta etiam in processu nullo valet, et preiudicat confitenti.
6 Arreragia debentur successori.
7 Instantia quando transferatur in successorem.

❡ Consilium.cccccxxxiij.



Onsiderato casu mihi inhibito parte egregij viri domi. Joannis cornille iurium professoris eximij, et dubijs ex casu huiusmodi subtiliter elicitis, dico et respondeo breuiter et succincte ad dubia huiusmodi prout ecce. Et primo ad primum, quod etiam supposito quod trãsactio de qua ibi, posset ex aliquo capite vel ratione, per ipsum dominum Cornille, modernum rectorem capellanie inibi mentionate, impugnari, et agi prima actione ad censum primo impositum: non esset tamen fortasse hoc consulendum eidem domi. Cornille: pro eo quia difficile erit probare quod isti futuri aduersarij, liberi videlicet dñe Mabilie, fuerint heredes illius dñe Beatricis de beniuento dicte cappellanie fundatricis. Et ita non poterit late contra eos experiri actiõe personali pro solutione arreragiorũ, etiã si per eum probetur eosdem liberos tenere et possidere bo-
1 na eiusdem Beatricis: quia † actio personalis non sequitur fundum.l.j.§.si heres.ff.ad trebel.et.l.fina.§.lucius.ff.de contrahenda emptio.l.fideicommissum.§.tractatum.ff.de iudi.et l.eris alieni.C.de donat.agere vero hypothecaria, aut saluiano interdicto, esset forte periculosum in hoc casu, propter prescriptionem et alia, que forte possent opponi. ❡ Ad se-
2 cundum dico, quod super hoc, an † videlicet eo ipso quod ego scio aliquem procuratorio nomine mei ipsius in iudicio comparere, censear illum constituere procuratorem, sunt opiniones, prout colligitur ex notatis per Innoc.et alios cano. in.c.ex parte decani, de rescript. Panor.in.c.quamuis, de re iudi.et plenissime per Alexan.de Jmol.post Bart.et alios in l.sepe.ff.de re iudic.et vt dicit Alexand.de Jmo.in.d.l.sepe, relatis opinionibus, et earum sequacibus, iste articulus est valde dubius: et vt affirmat, vtraque pars est sustentabilis. Omissa autem recitatiõe opinionum huiusmodi, quia volo esse breuis, et quia de negotio viri peritissimi est mihi sermo adhereo pro nunc opinioni et dicto Innoc.in.d.c.ex parte decani: quem sequuti sunt Archi.et Joan.an.in.c. qui ad agendum, de procurator.in.vj. Innoc.in.c.inter dilectos, in glo.super verbo inter alios, de fide instru.et in.c.in nostra, glos.penul. de procuratorib.et.c.cum in iure, in gl.magna, de offic.deleg. Cardi.flo.in.c.cum olim, el.j.de offic.delega.et in.c.ex parte,
3 vbi dicit † quod in iudicijs est speciale vt tacens videatur consentire, licet secus sit in extraiudicialibus quando nõ agitur de fauore tacentis.l.filiusfamilias.§.inuitus.ff.de procu. Hanc etiam opinionem sequitur Bald.in.l.ij.§.voluntatẽ.ff. solu.matri.et.l. Julianus.ff. qui satisda.cogan.vbi auth.qua in prouincia.C.vbi de crimi.agi oport. Paul.de castr.in.d.l. sepe, per rationem illius legis, et per.l.qui patitur.ff. mandati. Idem tenet in.l.Caius.ff.de pignorati.actio.per.l.j.§.magistrum.ff. de exercito.actio.et.l.fina.C.quod cum eo. Eandem opinionem sequutus est Roma.in.l.que dotis.ff. solu. mat.vbi pro hoc dicit esse casum in.c.fi.de iureiur.inducendo satis subtiliter. Eã etiã tenuit quo ad casum nostrũ Panor. in.d.c.ex parte decani.et in.c.quamuis, preallegatis. Facit ad premissa, quia dñi Jo.bastoni, qui pro dña Mabilia interuenit, comparuit pro rea: et sic pro ea que propterea necessario habebat se defendere, quoniam iudicium redditur in inuitum.l.inter stipulantem, in.§.j.ff.de verbo.obligat.et.l.quoties.§.j.ff.de noxal.actio.et sic videtur vtiliter fecisse idem do. Bastoni comparens pro eadem Mabilia, vt notatur per Antonium de Butri.in cle.j.de procurat.quod etiam existimo fuisse de mente Alexan.in hoc casu: quamuis alias magis videatur sentire contrarium, in.d.l.sepe, versi.quarto saluari potest. Preterea esto quod ex scientia et patientia censeri non deberet quis constituere procuratorem eum, quem scit agere vel defendere pcuratorio nomine sui ipsius sciẽtis
4 et patieutis: tamen † scientia et patientia huiusmodi saltem induceret presumptionem mandati contra dominum, hoc est contra scientem et patientem, nisi probet illum non esse procuratorem. Et ita proprie loquitur Innocen.in.d.c.cum in iure, de offic.deleg.in magna glos.quod dictum est singulare, secundum Joan.de Jmo.in.d.l.sepe, et approbat Anto. de butri.in.d.c.quamuis, et idem Anton.et Joan.de Jmo.in allegato.c. ex parte decani, et Gemi.in.d.c.qui ad agendum. Quod maxime procedere debet in hoc casu, vbi prefata Mabilia non solum sciuit, et passa est eundem do.Bastoni comparere procuratorio nomine eiusdem, et eam defendere: sed etiam eum nominauit eius procuratorem, vt legitur in processu, vbi apparet eãdem domi.Mabiliam dixisse, se esse contentã stare ordinationi domini officialis, et in causa procedere summarie et de plano, vocato tamen domino Joanne bastoni eius procuratore: et per hoc etiam probatur scientia eiusdem Mabilie. dictus vero domi. Bastoni non solum in causa predicta interuenit ante id de quo supra: sed etiã post-
5 ea, et pluries, testantibus actis. Illud autem certum est, † quod confessio facta etiam in processu nullo valet, et preiudicat confitenti: quia vt dicit Innoc.in.c.qualiter et quando, el.ij. illa non requirit tel am: et nocet non solum in ea instantia, in qua facta est, sed etiam in alia. ❡ Ad tertium dico et respondeo,
6 quod † arreragia debentur successori, per allegata in dicto casu in respondendo ad dictum dubium: et de hoc notat Gemin.in.c.presenti, ibi allegato, et plenissime Panor.in repetitione.c.cum esses, versic.secundo principaliter quero et c.de testa. vbi videri potest. De hoc etiam plenissime, et pro ista parte ponit Paul.de leaza.in disputatione mihi.vij. exordiente, Lata sententia et c.in.j.q. ❡ Ad quartum respondeo, quod nisi esset periculum interponende oppositionis vel appellationis, parte censuariorum, non esset forte malum procedere vt scriptum est in responsione ad dictum quartũ dubium: sed dubitandum est ne opponant vel appellent ipsi censuarij: quod si ita fieret, esset periculosum. ❡ Ad quintum respondeo prout responsum est, quod bonum est dare interrogatoria contra istos liberos: in quibus interrogentur an sint heredes aut bonorum possessores prefate quondã Mabilie, et an in solidum aut pro parte, et si pro parte, pro quota, et pro quota parte quilibet eorum heres existat. ❡ Post
7 predicta † aliquantulum substiti, pro eo quia domi. Anto. girardi predecessor videtur in capellania, videbatur egisse non nomine capellanie, sed suo: quod si ita fuisset, non videretur in vos translata instãtia: sed opus esset nouo processu, per ea

per ea que notat Innoc.z cano.in.c.quia.v.de iudic.Ostien. in.c.ex parte,versi.hoc autem notandum zc.de aliena.iudi. muta.cau.fact.z Rota,deci.mihi.ccclxxvij.alij habent.ccc lxxx.z exorditur.Ex hoc insurrexit aliud dubium.Quibus tamen non obstantibus,puto vos in illa initatia successisse, z illam ad vos translatam: quia re vera idem do. Girardi censetur egisse nomine capellanie.Pro quo allegasse suffi ciat quod plene et per subtiliter prosequutus est et voluit Pau.de leaza.in.d.sua disputatione.ij.q.que videri potest z debet,quia subtilis z elegans.

¶ De seruitu.et aqua. Rubric.

¶ Epitome.

¶ Seruitus scindendorum lignorum in alieno territorio immemoriali tempore acquiritur: nisi ligna habitatoribus loci,in quo excinduntur,non sufficerent. V. F.

¶ Consilium.ccccxxxv.



PArte vniuersitatis z hominũ loci Podilhanterij,territorij z iurisdictionis Prouincie,cõtra quosdã particulares habitatores z incolas loci Freyssinose, territorij z districtus Delphinalis,casu fuit mihi exhibit⁹:ad cuius dubium per me elicitum dico z respondeo breuiter et succincte,z sub correctione cuiuslibet domini melius sentiẽtis,ad dubium huiusmodi q̃ si prefati hoies Freyssinose tã per se, quã per eorũ predecessores fuerunt in possessione seu quasi scindendi z capiendi ligna in nemore de quo ibi,z ea secũ deportãdi ad dictũ locum Freyssinose,z hoc per tẽpora legitima, vt ponitur in casu, hoc est per tps de cuius initio hominũ memoria nõ existit:huiusmodi possessio seu consuetudo tuenda est pariter z defendenda,sm Ostiẽ. Jo.And. Panor.z alios,qui ita notant in.c.dilecti.de arbit.pro quo dicto allegari solet.c.cum sint.z.c.ad apostolice.de deci.l.si quis diuturno.ff.si serui.vendi.l.ij.§.fina.ff.de aqua plu.arcen.z capitu.super quibusdam.§.preterea,cum suis similib: de verborum significatio.habet enim talis antiquissima possessio vim concessionis tituli.d.§.preterea.Pro quo facit.c.j.in fin.de prescri.in.vj.et quod habetur,in.l.hoc iure.§.ductus aque.ff.de aqua quoti.z esti.z in capitu.nos antiquus, distinctio.lxv.z in.c.hoc quippe.iiij.qõ.vj. Fateor,secundum Ostien.Joan.Andr.Panormi.z alios in.d.capitu.dilecti, de arbitr.quod vbi nemus predictum non sufficeret incolis z habitatoribus dicti loci Podilhanterij z prefatis hominibus loci Freyssinose: tunc in perceptionẽ lignorum preferendi essent vniuersitas et homines eiusdem loci Podulhanterij, vt pote domini nemoris de quo supra.argumen. c.suggestum,de deci.z capit.quid per nouale.§.fina.de verborum significatio.de quo est bonus text.in.l.preses. C.de seruitu.z aqua:ad quod etiam facit,secundum Joan.Andr. in.d.capitu.dilecti.c.presenti.de offic.ordi.z capi.secundum §.vbi autem,de deci.in.vj.Quod procederet etiam si consuetudo esset quod data certa pecunie quantitate prefati homines de Freyssinose et sui precedessores consueuissent ligna scindere z participare in predicto nemore.l.venditor. §.si constat.ff.commu.pred.Quod etiam voluerunt Ostien. z Joan.Andr.in.d.c.dilecti,z Paul.de castr.in allegato.§. venditor.

¶ De naturalibus liberis. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Nec Tullius triduo, nec trimestri valla prudentius responsum edidissent.Spurio,aut quorundam bonorum incapaci frustra negotium facit in iudicio is,cui alias non competeret ius auferẽdi:eius enim potius esset,cui id ius competeret. V. F.

1 Mors eius qui in conflictu erat quomodo et quando probetur.
2 Presumptio non est quod quis liberos habeat, nisi appareat.
Dominus rei sue quilibet est tam in contractibus,quam in vltimis voluntatibus.
4 Conditionis vires in dispositionibus.
5 Naturales liberi an et quando institui vel substitui possunt.
6 Incapaci relictum vel ei qui solidum capere non potest ad quos applicetur.
7 Nepos auo ab intestato succedere ex sua persona nõ potest, nisi saltem in vita eius conceptus extiterit.
8 Transmissio a quibus et ad quos fiat.
9 Delictum generationis naturalium liberorum quos afficiat.
10 Genus masculinum non cõcipit femininum in legibus penalibus et odiosis, vt est.l.finali.C.de naturalibus liberis.
11 Liberum arbitrium quando quis habere non dicatur.
12 Succedere auie neptis non potest ex sua persona cum amitased ex persona patris sic.
13 Accrescit portio, que in persona filie excluse defecit coniunctis: et ibidem, quod accrescendi ius potentius est successorio edicto.
14 Conditionalis dispositio quando et quomodo locum habeat.
15 Beneficium.l.fi.C.de edic.diui Adria.tol.in quibus z quando locum habeat.
16 Institutus a patre spurij an spurium ipsum instituere possit heredem, vel ei donare z elargiri.
17 Spurij quedam habent specialia.

¶ Consilium.ccccxxxvj.



VIso processu cause agitate per et inter nobilem virum Lancelotum de comerijs, filium donatũ nobilis z potentis quondam viri Hugonis de comerijs, supplicantem ac nobilem Philippam di comerijs,z quosdam alios inibi plenius nominatos,supplicatos,videtur sub benigna supportatione huius insignis curie,z cuiuslibet alterius domini melius sentientis,quod idem nobilis Lãcelotus debuerit et debeat in hac causa obtinere,saltem quatenus concernit dictam nobilem Philippam,seu eius heredem.Sufficienter enim apparuit z apparet de intentione dicti nobilis Lanceloti.Et quidẽ quod bona, de quibus agit̃,fuerint nobilis z egregie quondam mulieris domine Francesie de sancto Petro,constat,z apparet tam ex propositis z deductis hincinde, quã ex depositionibus testium in hac causa productorum. Apparet insuper quod ipsa do.Francesia pridem,condidit eius testamentum in quo heredem vniuersalem instituit z nominauit dictum nobilem Hugonem de comerijs eius filium naturalem z legitimũ,z eidem Hugoni,si sine liberis masculis ex suo proprio corpore z de legitimo matrimonio procreatis ab humanis decederet,substituit prefatu nobilem Lancelotum,z nobilem Artus eiusdem Lanceloti fratrem:Cui si sine liberis masculis zc.substituit eundem Lancelotum: Apparet (inquam) hoc per publicum instrumentum testamenti dicte quondam domine Francesie, in hac causa primo parte nobilium Joannis de mogijs, domini de lacelario,z Joanne de comerijs productum: deinde parte eiusdẽ nobilis Lanceloti.Preterea etiam clare apparet q̃ mortua eadem do.Francesia,dictus quondam nobilis Hugo bona z hereditatem eiusdẽ adimit,z q̃ postea sine liberis masculis vita functus est z decessit.Etiam mors dicti Artus suf-
1 ficienter probata † est probatur enim per testes eũ fuisse in illo discriminoso z criminoso cõflictu guerre de Mõthery, z postea nõ apparuisse,z ibi fuisse famã,quod ipse inibi occisus extiterat:per que sufficienter apparet de morte,saltem quo ad id de quo agit̃ in hac causa:vbi non agit̃ de preiudicio irreuocabili,arg.l.fi.§.si quis in bello,vbi etiam hoc notat Bar.z plenius Ang.ff.de ijs qui notan.infa.z Saly.in
2 l.si quidẽ.C.sol.mat.Quod autem sine† liberis masculis decesserit,eo ipso apparuit z apparet, quod non constat liberos huiusmodi superfuisse.l.ex facto.§.si quis autem susceperit,z quod ibi Bar.z Ang.z Pau.de cã.ff.ad treb.quod maxime pcedere debet in hoc casu,vbi non apparet eundem nobilem Artus vllo vnquam tempore liberos masculos vel alios suscepisse.Hec autem de quibus,vt predixi,sufficiẽter apparet,videntur sufficere eidem nobili Lanceloto supplicanti ad victoriã obtinẽdã in hac causa, saltem quatenus concernit dictam nobilem Philippam, seu dictos pretensos eius heredes.hec enim voluit z ita disposuit dicta quõdam domina Francesia, scilicet quod mortuo dicto quon-

dam nobili Hugoni de comerijs,ipsis Lanceloto & Artus
fieret restitutio bonorum de quibus in hac causa: & mortuo
eodem Artus fieret restitutio portiõis eundem concernen-
3 tis,ipsi nobili Lanceloto:cuius † dispositio cum purificata
extiterit, seruanda est.auth.de nuptijs.§.disponat testator,
colla.iiij.& c.vltima voluntas.xiij.q.ij.habent enim homines
liberum arbitrium sibi concessum in rebus suis.l.in re man-
data,& quod ibi Barto.& docto.C.manda.& l.polla.C.de ijs
qui.vt indig.facit ꝙ voluit Ostien.in Summa, tit.de consti.
§.qñ constitutio,ver.si tangit ius meũ &c.facit etiã.l.sed si le-
ge.§.cõsuluit.ff.de peti.here.que si procedãt in contractibus
vel in volũtatibus inter viuos, multofortius procedere de-
bent in vltima volũtate,post quã aliud velle nõ possunt vita
4 functi.l.j.C.de sacrosanc.ecc.facit ad premissa,qꝛ † quemad-
modum si deficiat conditio,sub qua aliquis fuit heres insti-
tutus vel substitutus, institutio vel substitutio huiusmodi
euanescit.l.suus quoq;.l.lucius qui fratrem.ff.de heredi.in-
stitu.l.j.& l.qui liberis impuberibus.ff.de vulga.& pupil.& l.
si heredi plures, cum suis simili.ff.de condi.institu. Cuius
illa est ratio:quia conditiones demonstrant voluntatem te-
statoris: que semper inspicienda est.l.in conditionibus pri-
mum locum.ff.de condi.& demon.ita dispositio conditiona-
lis adueniente conditione sumit effectum.l.cedere diem.ff.
de verbo.signi.l.pecuniam.ff.si cer.peta.& l.qui heredi.§.fin.
ff.de condi.& demon.per que iura hoc voluit Barto.in qua-
dam eius disputatione exordiente Perusine ciuitatis statu-
to &c.pro quo facit.c.olim,el.j.de restitutione spoliato.l.sub
conditione.ff.de solut.& l.qui absenti.§.j.ff.de acqui.pos.per
que iura idem voluisse videtur Alexan.de Imo.consi.xxviij.
exordiente, visis quam elegantem & in facto & in iure &c.in
iiij.volum.Et quamuis dicta nobilis Philippa ad impu-
gnationem substitutionis superius mentionate, & boni iu-
ris eiusdem nobilis Lanceloti proposuerit ipsum Lancelo-
tum fuisse filium spurium dicti quondam nobilis Hugonis,
& per eum susceptum ex Francesia de tractu, pretensa vxore
legitima Petri bonam, & quod propterea, cum se affirmet
fuisse filiam naturalem & legitimam dicti quondam Hugo-
nis,& sic prolem legitimam prefate quondam do.Francesie,
2 lidatur iuramento: quia † iuramentum est de iure naturali, quo iure nō curatur patria potestas. Et idem voluit Ambro. de vina, in quodam suo consilio exordiente pridem fuit contractum matrimonium &c. post Guliel. de Montelau. in clemen. Romani. de iureiurand. Barth. vulpis & catho sic. in. l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. Pactum etiam per quod filiafamilias dote cōtenta promisit & cum iuramento conuenit non habere regressum ad bona paterna, validatur iuramento. c. quamuis pactum. & quod ibi docto. de pac. in. vj. de quo docto. in authenti. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. & capitu. cum contingat. de iureiuran. Quo fit vt pacta et conuentiones celebrate et inite per et inter dictum Aynardum & Gulielmum grossi eius filium & in ipsius potestate constitutum seruari debeant ratione iuramenti per dictum Gulielmum prestiti dicto. c. quamuis pactum. vbi de hoc videtur esse tex. Consulo tamen dicto Aynardo pro contentionibus et discordijs euitandis inter eius filios quod ipse disponat & testetur de bonis suis, & heredes instituat prout deliberauerit, dictum vero Gulielmum heredem particularem instituat in rebus & pecunia sibi donatis et in aliqua pecuniaria summa magna aut parua prout voluerit idem Aynardus. Cū enim ea que iam donata extiterūt ipsi Gulielmo pro omnibus iuribus, actionibus droyturis et portionibus ac iure quocunque ipsi Gulielmo competentibus aut competituris quomodocunque in bonis paternis &c. dempta & reseruata legali escheuta & successione legitima dum et quando venerit, & locum sibi vendicabit: ascendant longe vltra legitimā eiusdem Gulielmi grossi que est decima nona pars bonorum dicti Aynardi cum supersint nouem liberi. auf. de trien. & semis. §. j. colla. iij. & transsumptiue in auf. nouissima. C. de inof. testa. nihil vlterius petere poterit idem Gulielmus. Et quidem nō iure legitime vel pro ea. quia eam habet & longe vltra. Nec etiam propter illam factā reseruationē de escheuta & successione legitima, dum & quādo casus euenerit, & locum sibi vendicabit: quia sic non eueniet casus aut legitime successionis quo ad eum, qui nec ex testamento nec abintestato inuitabitur ad legitimam suc-

cessionem. Que dixerim breuiter et succincte et sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ De pascuis. Rubri.

¶ Epitome.

¶ Pascentium eorundem animalium in duobus territorijs diuerso tempore decima vtrique parochie debetur: nisi consuetudo aliud suadeat. V. F.

¶ Consilium. lj.



Actum tale est. Prouidus vir Joannes alacris, cuius predecessores et ipse parochiani extiterūt loci playsiani. licet nūc aliquando se cōferat et aliqua parte anni inhabitet locum mirandole habet animalia veluti auere minutum, et alia que pro parte anni nutriuntur et depascuntur in territorio dicti loci playsiani et in decimaria prioratus eiusdē loci, et pro parte in territoriū dicti loci Mirādole, et decimaria prioratus loci huiusmodi q̄ vt dicit anno p̄sentialiter elabēte fetus suos ediderint in loco seu territorio playsiani quesitum est an decima fetuum seu agnorum et animalium huiusmodi spectet et pertineat in solidū prioratui et priori Playsiani, an ve spectat et pertineat prioratui et priori Mirandole vel vtrique, Ad quod respōdeo breuiter et succincte sub correctione cuiusibet melius sentientis qd̄ super hoc seruanda est consuetudo, si que sit, et de illa appareat. argumen. capi. cum sint. §. j. capitu. ad Apostolice. §. j. de decimis. capitu. vxore. §. j. et c. certificari de sepulturis. quod etiam voluit Hostien. in. d. c. ad apostolice. versi. respondeo si apparet etc. et in summa tit. de deci. §. cui danda versi. sed mixte etc. et Albe. in suo dictiona. in verbo decima. §. decima tertio. si vero non appareret de consuetudine tunc dicit Hostien. in dicto capitu. ad apostolice. quod si per partem anni animalia moranē in parochia domini sui, et per partem in aliena parochia: tunc equum est vt inter ipsas parrochias viriliter diuidatur decima: ar. l. qui saltum. ff. de lega. ij. et capit. relatum. el. ij. §. vltimo. de testa. facit capitu. fi. j. qō. ij. c. vulterane. xij. quest. ij. et c. j. §. lampades. de offic. custo. et per eadem iura dicit glo. in dicto capit. ad apostolice. equum esse quod si per medietatem anni animalia depascūtur in territorio vnius ecclesie et per aliā medietatē in territorio alterius ecclesie decima diuidatur inter ipsas ecclesias idem fuit de mente beati Thome. ij. ij. questio. lxxxvij. articulo tertio in responsione ad secundū articu. dicit enim quod pastor qui diuersis tēporibus in duabus parochijs gregem pascit, debet proportionaliter vtrique ecclesie decimas soluere et in hanc sentētiā tanq̄ vltimo loco recitatam. videtur declinare Alber. in suo dictiona. in verbo decima. §. decima tertio. ver. sed secundū Alanum. etc. et hoc nisi vt predixi cōsuetudo aliud disponeret. sequendo igitur istam sentētiam vt pote magis communem, quāuis Hostien. aliter dicere visus sit in dicto. §. cui danda. versi. sed mixte. etc. dico quod decima de qua supra diuidi debet inter prioratus seu priores predictos; ita quod si quod medietate anni depascuntur animalia in territorio seu parochia Playsiani, et pro alia medietate in territorio seu parochia Mirādole, decima diuidi debet per medium.

¶ De actio. et obliga. Rubri.

¶ Epitome.

¶ Actionem publicianam, aut rei vendicationem, si neque tu, neque autor tuus bona fide possedistis, intentare rite nō potes. V. F.

1 ☞ Actio illa in libello intentata censetur, que ex narratione resultat.
2 Probari quid oporteat, vt quis in rei vendicatione et publiciana actione vincat: et quibus h̄e competant.
3 Ecclesia rei donate dn̄ium acquirit etiam sine traditione.
4 Publiciana sine bona fide non procedit. et in fi.

¶ Consilium. lij.



Rocessum vidi agitatum per et inter honorabilem virum Petrum de abbacia actorem ex vna parte, et venerabilem virum dominum Petrū de arctassio reum ex alia. et licet hincinde multa dici possint et valeant: tandem tamen et conclusiue existimo dictum de Abbacia non posse in hac causa obtinere pro cuius dicti declaratione premitto quod vt dicit Bartolus, et post eum alij docto. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liberis et
1 posthumis. illa † actio censetur fuisse in libello intentata, que ex narratione resultat. pro quo allegat Barto. ea que dici solent in l. prima. §. j. ff. de edendo. et in l. edita. C. eodem titulo. Alexand. vero in dicto. §. quidam recte. multa inducit que possunt ibi videri. Quo fit vt cum in libello eiusdem de Abbacia narratum extiterit domum de qua in actis, spectasse et pertinuisse iure dominij seu quasi bone memorie reuerendo in christo patri domino Garcie de mota olim Olorensi episcopo a quo idem de Abbacia causam habere pretendit, censeatur ipse de Abbacia alternatiue libellando
2 intentasse rei vendicationem et publicianam. sed in † neutra istarum obtinere potest. et quidem non in rei vendicatione: pro eo quia non probauit domum huiusmodi sibi spectare iure dominij: et hoc certum: multa enim necessaria sunt ad probationem illius. vt apparet per ea que habentur per text. gloss. et docto. in l. cum res. C. de proba. que probata nō extiterunt. Non etiam in publiciana: et hoc multis de causis. Tum quia non est probata, quinimo nec proposita aut deducta traditio seu quasi vel adeptio possessionis domus de qua supra: sine qua tamen publiciana non competit emptori, donatario vel alteri huiusmodi: quod intelligo ex persona sui ipsius. l. sine autem. in princi. et. §. primo et l. cum sponsus. ff. de publi. not. glo. magna. in. §. sed iste. institu. de actio.
3 et in tātū est necessaria traditio, seu quasi, quod licet † alias sit spirituale in ecclesia vt in rebus ei venditis vel donatis transeat dominium absque traditione. l. fina. C. de sacro sanctis ecclesijs. Tamen est magnum dubium apud maiores vtrum ecclesie competat publiciana non facta traditione. et consequenter nunquid dicta. l. fi. habeat locum in publiciana: super quo articulo Joannes Andreas, et post eum Cardi. Floren. et Panormita. in capitu. secundo, de consue. tenet quod non: motus rationibus de quibus ibi. idem tenet Spec. tit. de emphy. §. nunc aliqua. versic. lviij. Lap. Florent. in capitu. Abbate sane de re iudicat. in. vj. et Bald. in l. quoties. C. de rei vendi. et in l. prima. versicu. caue tibi. etc. C. si plur. vna sententia fateor quod multi contrarium tenent in hoc articulo: sed nos non sumus in ijs terminis. Tum
4 etiam † quia non est allegata bona fides, que tamen secundum Angel. in l. eum qui. §. publi. versicu. sis tamen cautus etc. ff. de publi. allegari debuit. Tum et quia domus aliter confinata est in instrumento venditionis dudum facte dicto domino de mota, quam in libello parte ipsius de abbacia in hac causa oblato: nec est probata, quinimo nec deducta corporis idētitas. quo fit vt presumentur esse due domus non vna. l. Pomponius scribit si frumentum. §. fina. ff. de reivendi. l. prima. et quod ibi Bar. C. si vnus ex pluri appella. nota. Barto. in l. demonstratio falsa. in fin. ff. de conditio. et demonstratio. et Joannes Andreas in capit. auditis. de in integrum restitutio. quo fit vt esto quod nos essecimus in casu in quo alias posset donatarius, qui non possedit, intētare publicianam ex persona sui autoris, deberet tamen idem de abbacia succumbere vt pote non probans quod pro domo de qua supra publiciana cōpetierit coram domino de mota. Preterea in instrumento approbationis et venditionis factarū per bone memorie reuerendissimum in Christo patrem et dominus dominum Cardinalem de Fuxo asseritur quod domus illa pertineret camere Apostolice. nec inibi aliquid exprimitur per quod appareat eūdem domi. Cardinalem vel nobilem Arcantonum de montegaudio potuisse procuratorio nomine eiusdē vēdere rem camere Apostolice. et sic non videtur idem quondam domi. de Mota bona fide emisse: sine qua publiciana non competit. Que omnia dixi vt plenius videāt, et quod rectius fuerit consulant domini aduocati eiusdem domini de Abbacia.

¶ De prescrip. xxx. vel. xl. annorum. Rubri.

¶ Epitome.

¶ Male fidei possessor, sed et se debitorem esse sciens tempore nullo prescribit. V. F.

1 ☞ Peccatum prescribentis non tollitur per negligentiam non petentis.

Canon

2 Canon etiam in foro seculari an ⁊ quando sequendus.
3 Heres an ⁊ quando animam defuncti a peccatis liberare
cogi possit.

Consilium. liij.



NOn solum in malefidei pos-
sessore rei a-
liene, sed etiam in debitore eo videlicet
qui se scit debitorem alterius sibi locum
vendicat capit. possessor malefidei. de regu-
lis iuris. in. vj. ⁊ capit. fin. de prescrip. Quo
fit vt cum prouidus quondam vir Antonius Reyzolis se
sciret ⁊ cognosceret debitorem defuncti viri Joānis Gui-
gonis nō potuerit idē Reyzolis vt pote in mala fide exi-
stens, quandiu fuit in humanis, prescribere per dicta iura
quod etiam colligitur ex ijs que notat Joannes Andre. ⁊
Petrus de Anchara. in capitulo secundo. de exceptioni. in
vj. Ange. in. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsuca. Anto. de Bu-
tri. in capitu. fina. de prescrip. Bald. in. l. prima. versicu. sed
vlterius oppono. C. de seruitu. ⁊ aqua. ⁊ consilio. clxxj. exor-
diente, queritur an sciens se debere in tertia par. ⁊c. Pet. de
Ancharano consilio mihi quinto exordiente pro parte no-
bilis viri ⁊c. ⁊ consilio. cxxxvij. exordiente visa predicta fa-
cti narratione Paul. de Castr. consil. clxxxij. exordiente vi-
sis ijs ⁊c. in secūdo dubio. ⁊ Joannes de Jmo. in dicta. l. se-
quitur. §. si viam. vbi etiam refert ⁊ affirmat istam esse com-
munem opinionem. ⁊ quāuis Barto. in dicto. §. si viam. vi-
deatur sensisse contrarium: ex ijs tamen que ipse notat. in
l. omnes populi. in. iij. questio. principa. ff. de iustitia ⁊ iure.
colligitur quod primo dixi esse verius et hec propter vi-
tandum peccatum debitoris in quo esset si primo eo scien-
te se esse debitorem prescriptio procederet: quia peccatum
1 † prescribentis non tollitur per negligentiā non petentis, ⁊
hanc etiam opinionem sequutus est Roma. in. d. §. si viam.
et hec opinio maxime debet procedere in hoc casu in quo
idem quondam Reyzolis non solum sciebat se esse debi-
torem, sed etiam iurauerat certis terminis et dilationi-
bus eo viuente preteritis ⁊ elapsis. pro quo allegasse suffi-
ciat quod not. Hostien. hoc tenens in summa titu. de pre-
scrip. §. que res prescribi. versic. oppono tamen ⁊c. Humber.
de Bouen. in sua solenni repetitione authent. sacramenta
puberum. §. superest videndum nouissime. versicu. tertius
effectus. C. si aduersus vendi. ⁊ Panormita. in dicto capitu-
lo finali de prescriptio. ⁊ esto quod lege ciuili aliter dispoſi-
2 tum extiterit: quia † tamen lex ciuilis hanc prescriptionem
cum mala fide admittit, sequendus est canon non lex ciuilis
etiam in foro seculari. per id quod nota. gloss. in dicta regu-
la possessor malefidei. doct. in capitulo primo. de noui ope-
ris nūtiatione. et in. l. priuilegia. C. de sacro sanctis ecclesijs.
possent et alia multa pro hac parte allegari, sed quia pre-
missa sufficiunt vlterius non insisto: hoc excepto qđ quāuis
aliqui visi fuerunt tenere contrarium, hoc tamen heredes
dicti Reyzolis efficaciter non releuat. Cum quia possent
cōueniri actione hypothecaria aut Saluiano interdicto: cū
possideant res obligatas, ⁊ que per dictum quondā Rey-
zolis tenebantur tēpore facte obligationis, vel postea pos-
3 sesse extiterunt. Cum etiam † quia cogi possunt liberare
animam defuncti a peccatis. per id quod habetur in capi-
tu. fina. de sepul. ⁊ in capi. in literis. de rapto.

De testamentis. Rubric.

Epitome.

Summatur vt in primo notabili. V. F.

1 Testes septem ad validitatem tam institutionis, quā
substitutionis, sunt necessarij: nisi in fideicommissaria facta
in codicillis, aut in testamento cum clausula codicillari.
2 Substitui extraneus pupillo in testamento non satis solē-
ni per patrem non potest.

Consilium. liiij.



SVbstitutio, quā fecisse pre-
tēdit de-
functus vir Bonifacius Giraudi de baudeto
Giraudi eius fratri de iure non valuit, nec va-
lere potuit defectu solēnitatis testium. ⁊ qui-
1 dem non in vim vulgaris: quia † quemadmodum heredis
institutio pro sui efficacia regulariter exigit septem testes.
lege hac consultissima. cum suis simili. C. de testa. ita ⁊ vul-
garis substitutio que est secunda institutio. ⁊ per quā de-
ficiente primo gradu, hoc est gradu institutionis succedit
immediate testatori. hinc dicimus quod adita hereditate
vulgaris substitutio euanescit. l. post aditam. C. de impube.
⁊ alijs substitu. Non etiam valuit in vim fideicommissarie:
quia illa etiam exigit regulariter septem testes. ideo autem
dico regulariter: quia si fieret in codicillis, vel in testamen-
to cum clausula codicillari, si non valet ⁊c. sufficerent quin-
que: secundum communes, ⁊ vulgatas conclusiones super
quibus vt pote non necessarijs non insisto: quum in dicta
pretensa substitutione non interuenerunt quinque testes.
Etiam nec valuit aut valere potuit dicta pretensa substitu-
2 tio tanquam pupillaris: quia † quemadmodum pupillus
si testari posset, non posset extraneum sibi heredem insti-
tuere in testamento imperfecto, hoc est non solenni: ita nec
pater potest eius filio impuberi in testamento minus so-
lenni siue imperfecto pupillo substituere extraneum. per id
quod habetur in dicta. l. hac consultissima. §. ex imperfecto.
C. de testamen. ⁊ per Bart. in. l. secunda. ver. quarto requiri-
tur. ff. de vulgari ⁊ pupilla. substitutione. quod, etiam voluit
Barto. in dicta. l. ij. versic. sed quero quid si testamentum mi-
nus solenne ⁊c. Joan. de Jmo. in cap. Raynutius. in. l. ma-
teria pupillaris de testamen. Alexan. de Jmo. in. d. l. ij. versi.
sexto requiritur. hoc etiā ⁊ plus voluit Salic. in. l. si in testa-
mento. C. de impuber. ⁊ alijs substit.

De probationibus. Rubrica.

Epitome.

Probationes tam in petitorio, quam possessorio pro
exitu causarum iudicem potissimum dirigunt. Vasquinus
Filiolus.

1 Instrumenti degrossati fides quando est ambigua, ad
protocolum est recurrendum. ⁊ quid si duo instrumenta re-
pugnent. nu. 4.
2 Protocolum quod dicatur, ⁊ vnde dicatur.
3 Notario delere primam schedam et aliam conficere pro pro-
tocolo an liceat.
5 Testibus ne magis quam scripture: ⁊ an consanguineis te-
stibus credendum.
6 Testium numerus quandoque eorum insufficientiam restau-
rat, ⁊ instrumentariorum testium fides censetur approbata.
⁊ numero sequent.
8 Societas omnium bonorum inter cōiuges contrahi an possit,
et an ita vt alter pecuniam ministret: alter nihil.
9 Judicium saltem per duos testes probandum: alias ad inte-
grandam probationem iungi nequit.
10 Hereditas in contractibus dari non potest: nec per consue-
tudinem aliter introduci.
11 Juramentum suppletiuum an et quando deferri possit.
12 Testes alij post priorum publicationem an ⁊ quādo produ-
ci possint.

Consilium. lv.



COntrouersia quā
mouisse et suscitasse leguntur Pe-
trus columbi ⁊ consortes contra ⁊ ad-
uersus honestas mulieres Bartholo-
meam de sancto Flore relictam proui
di quondam viri Joannis tutele et
honestam iuuenen Egidiam eiusdem
quondam Joannis filiam naturalem ⁊ legitimam ⁊ vniuer-
salem heredem mota est pretextu ⁊ ad eiusdem quarte par-
tis bonorum prefate Bartholomee seu vt aptius loquar
dimidie partis illius pretense medietatis, quam eadē Bar-
tholomea olim donasse pretēditur ipsi Egidie eius filie aut
pro ea in dotem constituisse probo quondam viro Bertran
do columbi ⁊ dimidie partis bonorum, dicti quondam Jo-
annes tutele in quorum bonorum possessione ⁊ pro partibus
seu quotis huiusmodi petierunt ipsi Petrus et consortes
se Ressaysiri. Et quia difficultas controuersie huiusmodi
videtur pro parte occasionem sumpsisse ex diuersitate scri-

pturarum factarum per magistrum Gulielmum Fabri no
tarium de et super pactis et conuentionibus, que facte
pretenduntur per et inter prefatos Bartolomeum Ber-
trandum et Egidiam: mihi videtur aliquid fuisse et esse
de scripturis huiusmodi premittendum. In primis, quod
vel ex inaduertentia notarij qui processum mihi missum
degrossauit vel alias matrimonium, et alia de quibus in
eis leguntur facte diuersis diebus primo enim secundum
datam de qua in illo folio papiri per runces inducto, et
quod repertum dicitur in bursa prothocollorum dicti Gu
lielmi Fabri legitur matrimonium et alia de quibus ibi
facta fuisse anno domini Millesimo.cccclxxxviij.et die ter
tia mensis. Maij secundum vero datam alterius schede ma
trimonium, et alia de quibus ibi facta legitur anno pre-
dicto ⁊ die quarta mensis Maij secundum autem datam
pretensi instrumenti parte prefati Petri in hac causa pro-
ducti ⁊ inserti folio.6.matrimonium et alia de quibus ibi
facta leguntur anno incarnationis domini Millesimo.cc-
cclxxxviij.⁊ die quarta mensis Martij ex quarum scriptu-
rarum variatione multa possunt inferri: super quibus ta-
men non videtur multum insistendum: quia puto erra-
tum forte per degrossantem. Preterea premittendum est
1 quod † quando dubitatur de fide instrumenti degrossati
⁊ in formam authenticam redacti recurrendum est ad pro-
thocolum vt pote continens primam, ⁊ matricem scriptu-
ram: per id quod habetur in authentica de tabellio.§.illud
quoque et quod ibi Angelus de quo Barto.in.l.si libra-
rius.versic.si vero scripserit.ff.de regulis iuris.in.l.sempro-
nius proculo.ff.de legatis secūdo.⁊ in.l.si quis ex argenta-
rijs.§.pretor ait.⁊ ibi Alexan.de Imo.ff.de eden. pro quo
benefacit, secundum Alexand.in dicto.§.pretor ait l.veluti.
in versicu.vel minus plene editum ⁊c.eod.tit.potest tamen
2 de hoc queri † que ex dictis duabus schedis censeatur esse
prothocolum dicti pretensi instrumēti: propter ea que no-
ta. Alber.in.l.contractus.versicu.quero vtrum prothoco-
lum, ibi tabelliones enim.C.de fide instrumen. dicit enim
quod notarij primo notant in quaterno papiri diem an-
num locum testes, ⁊ alia substantialia instrumētorum, ⁊ le-
gunt coram partibus: ⁊ partes confirmant. ⁊ istam scriptu
ram appellant prothocolum: idest primam scripturam.
deinde magis distincte ponunt diem contractus in qua-
ternis membranis que appellantur imbreuiature quibus
preponunt signum suum ⁊ subscribunt, hec sunt imbreuia-
ture confecte per me talem notarium tali anno ⁊ indictio-
ne. ⁊ subiūgit idem Alberi.quod ad istas scripturas recur-
ritur, quando dubitatur de fide instrumenti traditi parti-
bus. Pau autem de cast. consi.cciiij.exordiente ad primum
quesitum dicendum est ⁊c. sentit, quod licet schedula nota-
rij defuncti contineat nomina testiū. ⁊ quod coram eis anno
mense, ⁊ die illis ⁊ in tali loco actus talis gestus est, sit per-
fecta, vt authenticum ⁊ in publicam formam redigi valeat
per subrogandū a iudice illa tamen nomine prothocoli con
tineri non videtur cum secundum communem vsum lo-
quendi prothocola dicuntur libri notariorum cōtinentes
originales scripturas licet secundum eū scriptura schedule
huiusmodi magis dici deberet prothocolum, quam illi libri
eo quia ista est magis originalis ⁊ prima cum nullam ha-
beat precedentem sed libri sic: quia conficiuntur ex talibus
schedulis prothocolū enim dicitur a prothos quod est pri-
mum vt nota.gloss.in authent.de tabellio.§. penultimo.su-
per verbo prothocolum. et sic ex dictis verbis Pauli de
castro videretur colligi quod inter dictas duas schedas illa
videatur esse prima, ⁊ matrix seu originalis scriptura que
reperitur per cruces inducta: ⁊ idem fuit de mente Pau-
li consilio.ccxx. exordien.dubitatur primo ⁊c.versicu. no-
no dubitatur ⁊c. dictus etiam magister Gulielmus interro-
gatus.respondit illam fuisse primam ⁊ se illam scripsisse. ⁊
super ea recitasse seu publicasse contractum matrimonij di-
ctorum Bertrandi, ⁊ egidie, ⁊ aliorum: ⁊ propter quod vi-
deretur: quod vbi dubitatur de fide instrumenti parti ex-
pediti potius recurrri deberet ad dictū schedū inductum,
3 quam alium que scripta reperitur in libro nisi † forte dica-
mus licuisse dicto magistro Gulielmo corrigere illud pri-
mam schedam nouū prothocollum faciendo. vt videtur vo-
luisse Joannes Andreas, in additio. Speculo titulo de in-
strumen.edi.§.instrumentum.versiculo sed nunquid confe-
cto ⁊c.in addit.exordiente putat Nicola. ⁊c. ⁊ Alexander
de Imol.consil.septuagesimo exordiente viso processu ⁊c.
versicu.primo enim non videtur obstare ⁊c.in primo volu-

4 mine vbi multa inducit que possunt ibi videri. et † inter
cetera refert et verum est Baldus in.l.Imperator.versi.sed
nunquid per vnum instrumentum ⁊c.ff.de statu hominum.
quesisse an per vnum instrumentum probetur error alte-
rius ⁊ determinasse quod si est repugnātia neutra scriptu-
ra valet.l.scripture.C.de fide instrumento. nota.idem Bal.
⁊ Imo.in.l.cum proponebatur.ff.de legatis secundo.sed si
in vna est plus, quam in altera, aut illud plus potest redu-
ci ad minus. vt in summis, ⁊ valet de minori summa.arg.l.
diem.§.si plures.ff.de arbit.aut non potest reduci: vt quia
vna scriptura est plenior quam altera, vt quia continet plu-
ra capitula. ⁊ tunc pleniori scripture standum est.arg.l.si ita
scriptum fuerit titius. ff. de heredibus instituendis, ⁊ que
persone institui non possunt. Possunt ⁊ alia multa hic di-
ci, sed quia non videtur necessarium super ijs insistere cau-
sis de quibus infra, ego vlterius non progredior. probatur
enim per testes in hac causa productos, ⁊ ita etiam aliquā-
do confesse sunt prefate Bartholomea, ⁊ egidia, seu egre-
gius vir dominus earum procurator eandē Bartholomeā
cōstituisse ⁊ assignasse in dotē ipsius egidie dimidiam par-
tem suorum bonorum. de hoc enim deponunt multi testes
super nono articulo schedule exordientis, vt vobis magni-
fico ⁊c.infert folio.33. Etiam probatur per multos testes
ex aduerso productos, ⁊ examinatos super vndecimo arti-
culo eiusdem schedule prefatos Bertrādum ⁊ egidiam con
traxisse societatem omniū suorum bonorum tūc presentium
5 ⁊ futurorum, quibus † potius credi debet quam illi schede
inducte. Pro quo allegasse sufficiat communem doctrinam
de qua per In docto, capitu.cum Joannes Eremita.de fide
instrumen.in.l.in exercendis.C.eodem titu. ⁊ per Barto.et
alios in.l.prima.§.si dubitetur.ff.quemadmodum testamen-
ta aperiantur, describantur, ⁊ inspiciantur. ⁊ quāuis aliqui
ex predictis testibus sunt consanguinei vel affines prefato-
rum Petri columbi, ⁊ consortum aut alterius eorūdem, nō
propterea videntur a testimonio repellēdi. cum etiam fra-
ter regulariter admittatur pro fratre in causis ciuilibus: per
id quod voluit Azo in summa.C.de testib.gloss. ⁊ Albe.in
l.parentes.C.eod.titu.glos.in capitu.cum canonicis. ⁊ capi-
tu.insinuante. ⁊ ibi Imo.de officio delegati. Specu.titu.de
testibus.§.primo.versicu.sed nunquid frater ⁊c. ⁊ Barto.in
l.qui testamento.§.quecunque versicu.quero quid in fratre
⁊c.ff.de testamē. multo fortius ergo amitti debent alij con-
sanguinei in gradu remotiores vel affines in quibus nō est
6 tanta affectio. et esto † quod testes huiusmodi non essent
omni exceptione maiores: quia tamen sunt plures duobus,
id quod deest in idoneitate suppleretur per numerum. per
id quod nota. Jacobus Butrigar.in.l.iij.post princip.ff.de
testibus. vbi dicit quod licet testes amici non faciant inte-
tegram fidem dicta.l.iij. in verbo, amicus tamen si tres te-
stes amici producti extiterint in casu in quo alias sufficie-
bant duo integri supplebitur propter tertium. et sit pro-
pter maiorem numerum defectus resultans ex amicitia.ar-
ticu.l.ob crimen.§.finali.ff.de testibus. pro quo gloss.in di-
cta.l.tertia.§.primo.in verbo numerus, ⁊ voluit Joannes
de Imola in dicta.l. qui testamento. ff. de testamen. pro
quo facit quod nota.gloss.in.l.si quis ex argentarijs.§.pri-
mo cum ibi nota.per Bart. ⁊ Alexandrum de Imola.ff.de
eden.per Pau.de Cast.consilio.xciij.exordiente non sequen
do ordinem ⁊c. Joannes And.in additio. Specu.tit.de no-
torio crimine.§.fama.in addi.incipiente allegato supra ⁊c.et
Nicol.de Neapo.in.l. excusantur.in princip.ff.de excusatio.
7 tuto. Preterea † dicti testes sunt pro maiori parte testes in-
strumentarij qui propterea vt pote a partibus approbati
videntur esse idonei. per ea que not. Bald. ⁊ Salice.in dicta
l.parentes. Restat igitur concludendum probatū esse par-
te dictorum Petri Columbi et consortum quod prefata
Bartholomea non solum partem quartam sed partem di-
midiam omnium bonorum tunc presentium et futurorum
constituerit in dotem pro dicta egidia: est etiam probatum
quod affrayramentum de quo supra factum extiterit de bo-
8 nis tunc presentibus ⁊ futuris. Nec † videtur quod affrayra
mētum huiusmodi valeat cum effectu impugnari quasi so-
cietas omniū bonorum contrahi nō valeat inter coniuges.
l.cum hic status.§.sed si inter virum.ff.de donationibus in-
ter virum ⁊ vxorem. Et hoc pro eo quia videtur contrahi
causa donationis.l.societas.§.donationis causa. ⁊ quod ibi
gloss.ff.pro soc.que prohibetur inter coniuges.ff. ⁊.C.de do-
natio.inter virum ⁊ vxorem. Quoniam respondeo quod hec
non obstant: esto enim quod societas prohibeatur contra-
hi inter

hi inter coniuges ex causa donationis. dicto. §. si inter. non tamen prohibetur passim τ indistincte quinimo contrahi permittitur tam rei particularis, quam omniũ bonorum. l. vxorem. in princip. ff. de legatis tertio. τ. l. alimenta. §. fina. ff. de alimen. τ ciba. leg. Et presertim non debuit prohiberi in hoc casu in quo apparet illam non esse contractã causa donationis. Dicti enim coniuges sibi inuicẽ cõmunicarunt bona sua tunc presentia τ futura. Et sic prefatus Bertrandus octuaginta libras τ oues sexaginta: et prefata egidia illam dimidiam partem que etiam eidem Bertrando in dote constituta extiterat: que non probatur ascendere vltra ducentos τ quinquaginta florenos: quia si prout oportet attendatur ad depositiones testium super hoc articulo productorum bona dicte Bartholomee non probantur valuisse tempore facte constitutionis vltra quadringentos aut quingentos florenos. Etiã communicarũt sibi futura, τ licet idem Bertrandus nõ esset multum industriosus, sed satis simplex, τ ruralis, laborabat tamen τ negotiabatur in ruralibus, in quibus non requiritur tanta industria τc. τ in ijs acquirere poterat τ per consequens eadem egidia. Non igitur videtur hec societas contracta extitisse ex causa donationis: que vt dicit gloss. in dicta. l. societas. §. donationis causa sit contrahi dicitur quãdo sic cõuenitur, vt in ea nihil ponat alter contrahentiũ, vt verbi gratia, nec pecuniam nec operam, τ lucrum tamen ad eum pertinent. Hec enim non est societas: quinimo alius cum illo sic cõtrahens magis dicitur eius mercenarius. Preterea si dici posset afferamentum predictum contractum extitisse ex causa donationis, quod non videtur, ista donatio fuisset mutua et reciproca: quia isti contrahentes hincinde ponebant in afferamento, τ quesita, τ queranda: talis autem donatio non est prohibita inter coniuges. l. quod autem. §. si vir. ff. de donatio. inter virum, τ vxorem. non enim dici posset vera donatio, sed onerosa: per ea que nota. gloss. in. l. licet inter priuatos. C. de pactis. pro quo facit quod voluit Oldra. consilio. cxxx. exordiente ad habendum aliqualem notitiam τc. τ sequitur Joannes Andreas, in additio. Spec. de instrumẽto. edi. §. porro. versicu. fuit etiam alia questio τc. Alber. τ Salice. in dicta. l. fina. C. de pactis. Ange. in. l. hereditarium. ff. de bonis authoritate iudicum possidendis, τ venũdandis. τ in. l. sancimus. C. de dona. Joan. de Imo. τ alij in. l. acquilius regulus. ff. eodem tit. Pro quo etiam facit quod in casu multo magis dubio nota. Cyn. Bald. Salice. τ Paulus de cast. in l. si non puelle. C. de inofficioso testamento. Adijcio etiam quod hic interuenit iuramentum vt deponunt testes: per quod firmatur donatio inter coniuges, vt nota. Barto. in. l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. τ in. l. seius τ augerius. in fin. ff. ad legem falcidiam. Fredericus de senis, consil. suo. cxxxvij. Joannes de Lig. in clemen. Romani. de iureiuran. Franc. de Aret. consilio. lxxiij. exordiente diligẽter τ mature ponderatis τc. versicu. sed dubium est propter iuramentũ. Alexand. de Imo. consilio. clvij. in secundo volumine Joan. de Imola in capitu. cum contingat. de iureiuran. Petrus de Ancharano consilio. cclxxxvi. τ Bartholomeus Veronen. in suis singula. in singulari. ij. incip. cantela est, quod fiat donatio cum iuramento τc. τ Joannes de Imola in. l. si quis inquilinos. §. fina. ff. de legatis primo. vbi etiam dicit ita se consuluisse. reperiuntur etiam alij multi: τ quidem non contemnende authoritatis viri qui ita consuluerunt τ hec fuit originalis opinio Guliel. a qua qui a communis est, nõ esset in consulendo aut iudicando recedendum: nisi forte aliud de cõsuetudine obseruaretur in patria. Nec videtur hic multum attendenda illa pretensa spes de succedendo Joanni tutele vel alijs: per id quod habetur in. l. post emancipationem, τ quod ibi Bart. ff. de libera. lega. τ per eundem Barto. in. l. fina. in fin. C. de pactis. spes enim deduci potest in contractum. l. specie. C. de dona. quod tamen fieri non potest de pretensa spe. hereditatis viuentis intelligo in spem dicta. l. fin. C. de pactis. facit. l. j. §. si ab impubere. in verbo prematura enim est spes. ff. de collatio. bono. τ quod spes non sit probabilis, hoc declarat Barto. vt predixi dicta. l. fina. in vltima questio. τ in. l. qui rome. §. duo fratres. in prima oppo. τ plenius in sexta vbi Ange. τ moder. ff. de verb. obliga. Illud vero pactum parte dictarũ Bartholomee τ Egidie propositum τ deductum in tricesimo septimo articulo schedule exordientis, pro verificatione τc. inserte folio. 88. non reperitur vt videtur sufficienter iustificatum. de eo enim solum dixerũt aliquid tres primi testes, scilicet Thomas tutele, Joães bonefidei, τ nobilis Jacobus audiberti. Primus autem deponit pactum huiusmodi factum fuisse inter prefatos Petrum columbi, τ Joãnem tutele in diuersorio vacce: secũdus autem deponit plene de pacto, τ quod eo presente tempore cõtracti matrimonij inter dictos Bertrandum columbi, τ egidiam factũ extiterit in domo Joannis tutele tertius vero titubando dixit aliquid fuisse dictum: veruntamen affirmat se non esse bene certum, nec velle recipere in sua conscientia, primus autem non probat: quia non fuit in contractu, τ quia etiam deponit de pacto inter alios τ in alio loco contracto, τ esto quod illa conuentio de qua deponit idem Thomas facta in diuersorio, si sufficienter probaretur, dici posset facere indicium τ adminiculari probationi parti, quod factum pretenditur tempore contracti matrimonij: quia tamen illa non ꝓbatur nisi per vnũ testẽ nullũ facit indicium, nec adminiculatur, in aliquo eidẽ
9 probationi indicium † enim probari debet. saltẽ per duos testes. vt nota. gloss. in. l. fina. τ ibi Bartol. τ alij. C. familie erciscun. Innocen. in capi. sicut. el primo. de simo. Barto. in l. fina. ff. de questio. τ Angel. in. l. fina. ff. quod metus causa. quod nisi fiat nihil releuat, nec potest iungi cum alia probatione ad eam integrandam. per ea que τ eleganter τ subtiliter voluit Bald. in. l. si quis ex argentarijs. §. primo. in quarto notabili versicu. sed vt intelligatis, debetis scire τc. ff. de eden. quem cõmemorat, τ sequitur Alexander de Imo. consilio. xi. exordiente sentio in dubium reuocari τc. τ consilio xix. exordiẽte. in hijs que in themate narrata sunt τc. in quarto volumine. dicit enim ipse Bald. quod licet ex pluribus speciebus probationum in sua specie perfectis, simul cumulatis possit resultare perfecta probatio. iuxta id quod nota. gloss. in. l. secunda. §. etas. ff. de excusa. tuto. secus tamen est si species huiusmodi essent in sua specie imꝑfecte. τ ideo hinc secundum eum vnus testis deponens de veritate, vnus de fama, τ alius de indicio non probant: quia vnus testis deponens de fama non probat famam, τ vnus deponens de indicio non probat indicium, τ sic probatio fame, τ indicij sunt in suis speciebus imperfecte: nihil igitur releuat depositio dicti Thome, τ idem videtur de prefato audiberti, qui licet vt predixi, dicat aliquid fuisse dictũ, quod bona primo morientis peruenire deberent ad superuiuẽtem, subiungit tamen se non esse bene certum in suo intellectũ, nec velle recipere in sua conscientia, ex cuius verbis patenter colligitur istum effectualiter nihil diceret non enim dicit sic conclusum, sed dicit aliquid fuisse dictum: potuit enim, τ aliqd imo multa dici de hoc pacto, τ tamen non concludi. Preterea si primo dixisset sic conclusum, postremo tamen subiunxit se non esse certum nec velle recipere τc. Et sic esset varius aut titubans, ratione cuius repelleretur: iste etiam minus dicit quam testis deponens sibi videri qui non probat iuxta not. per Joan. Andre. in additio. Specu. titu. de teste. §. nunc tractandum. prope fin. τ Barto. in. l. qui tamen. §. si arbiter. ff. de arbit. Remanet igitur depositio solius secundi testis, que non sufficit etiam ad delationem iuramẽti in supplemẽtum probationis plenioris. Pro eo quia causa grauis est τ ardua. Et hoc secundum communem conclu-
10 sionem docto. Ubi vero † pactum de quo supra probatum extitisset, remansisset illa difficultas an illud de iure valuerit τ quidem videtur quod nõ vt pote factum de futura successione τ sic de danda hereditate in contractu, quod fieri non potest. l. pactum quod dotali. C. de pactis. l. hereditas. C. de pactis conuentis tam super, quam super donatione. τc. τ. l. stipulatio hoc modo concepta, cum multis similibus. ff. de verborum obligatio. τ ponit ample Alexan. de Imo. consil. xviij. in tertio volumi. Nec videtur posse per consuetudinẽ introduci vt valeat. vt voluit Bald. in. l. ij. C. que sit lon. consuetu. Alexand. de Imol. in. d. l. stipulatio hoc modo concepta. versicu. an autem possit consuetudine τc. et in. l. pactum quod dotali τ. l. fina. C. de pact. superius allega. τ in. l. pactũ. C. de collationi. Pro quo dicto illud potissimum allegatur quod vbicũque pactum est reprobatum, eo quia est contra bonos mores non validatur statuto, vel cõsuetudine. vt nota. glo. C. de decre. decu. lib. decimo quam ita declarat Barto. in. l. omnis populi. in tertia questione principali. ff. de iustitia τ iure. hoc autem pactum ideo a iure reprobatum est, quia est contra bonos mores, τ inducit votũ captande mortis. non ergo potest consuetudine introduci vt valeat, licet Bald. senserit contrarium in. l. cum archimedoram. C. vt in pos. lega. τ in. l. de quibus. ff. de legi. Pro cuius dicto bene facit quod voluit Joannes. de Imo. in. l. ille autem. in fi. ff. de heredibus instituendis. sed prius dictum videtur secu-

rius. quod etiam sequutus est domi. Jaso. de May. in d. l. pactum quod dotali. Sed hec nõ videretur obstare si dictũ pactum fuisset probatum sufficienter: quia licet pactum factum de succedẽdo simpliciter vel vniuersaliter secundũ cõmunem opinionem non valeat, pro eo quia hereditas dari non potest in contractu. dicta. l. hereditas. et aliis vulga. et quia per pactum sic factum auferret sibi paciscens facultatem testandi: quod facere non licet etiam indirecte, seu per obliquum. illud tamen pactum de quo in actis non videtur ex hoc reprobari: quia vt apparet tam per illas pretensas scripturas quam etiam per testes, prefati coniuges sibi aliquid retinuerunt: videlicet Bertrandus viginti libras, ⁊ prefata egidia aliam summam pecuniariam, ⁊ de hiis poterant ipsi disponere. Et sic per huiusmodi pactum nõ erat superstes vniuersaliter primo decedenti successurus, nec in quota hereditatis, sed solum in aliis bonis, continet enim hereditas iura actiua et passiua. Et ita cessant ille due rationes, quas proxime dixi. ⁊ propter quas secundum docto. reprobatur pactum future successionis. Et vt videtur pro hoc facit determinatio Oldrad. in dicto consilio. cxxx. ⁊ Joannis de Jmo. in dicto. §. porro. vbi superius allegaui. Et hoc videtur fuisse de mente Alexandri de Jmola in dicto consilio. xxviii. in tertio volumine. vbi in multis locis loquẽs de simili pacto ponderauit verbum sine diminutione, in eo appositum, licet enim hereditas vel vniuersalis successio cõtinens iura actiua ⁊ passiua solum debeatur ex testamento, vel abintestato. dicta. l. hereditas. quod non solum procedit in tota hereditate, vel tota successione, sed ⁊ in quota que deberi non potest ex contractu: vt voluit Petrus de ancharano, ⁊ post enim Joannes de Jmola. extra de testamen. super rubrica, quos sequutus est Alexand. de Jmola. in dicta. l. stipulatio hoc modo concepta. ⁊ in dicta. l. fina. prope fin. C. de pact. licet Petrus Cyn. ⁊ Bald. ibi teneant contrarium. pro primo dicto tamen multum stringit dicta. l. pactum quod dotali. ⁊ l. hereditas. Quamuis inquam hereditas, ⁊ vniuersalis successio, ⁊ tota, ⁊ quota solum deberi possit ex testamento vel abintestato, non ex contractu ex eo tamen promitti possunt, ⁊ deberi omnia bona presentia, quinimo p̃sentia, ⁊ futura aliquo reseruato, de quo possit sic paciscens disponere vel testari: quod satis colligitur ex hiis que nota. docto. in dicta. l. fina. C. de pactis, ⁊ alibi in multis locis, de donatione omnium bonorum presentium ⁊ futurorũ: quam ideo affirmant cõiter non valere: quia per eam aufertur indirecte libera testandi facultas. si ergo talis aliquid sibi retineret, vel de presentibus vel de futuris, non videretur debere impugnari donatio. Metus autem ille qui parte dictarum Bartholomee, et Egidie allegatus est in articulis exordientibus addendo articulis ⁊c. insertis folio. 139. visus est prima facie esse optimum fundamentum ad rescisionem dicti affrayramenti, si sufficiẽter probatus extitisset, sed tamen plenius ponderata materia videtur non sufficere: quia licet proponatur metum vel coactionem adhibitum circa matrimonium tunc contrahendũ, non tamen id ipsum dicitur de affrayramẽto propter quod videtur, quod etiam dato quod matrimonium dici potuisset meticulosum, ex hoc tamẽ nõ inferretur quod dictũ affrayramentum etiam fuisset meticulosum per theoricam quam ponit Jnno. ⁊ sequitur Hostien. Joannes Andreas, Antonius de Butrio, ⁊ alii docto. in capitu. cum locũ. de sponsa. ⁊ eum commemorat Bald. in tractatu schisma. versiculo, preterea expressum videtur ibi, ⁊ hoc probatur. preterea de dicto metu solum deponunt duo testes, quorum alter est familiaris, ⁊ persona domestica, scilicet illa Francesia, que propterea non est testis omni exceptione maior: quamuis forte super hoc posset deferri iuramentum in supplementum probationis plenioris: quia licet illud regulariter non deferatur in causis magnis, vel arduis, hoc tamen fallit quando pars probauit plus quam semiplene: per ea que nota. Alexander de Jmola in. l. tertia. ff. de iureiurando. et Panormita. in capitu. mulieri. eodem titulo. possent etiam alii testes, si qui reperirentur, in causa petitorii produci non obstante prima productione, ⁊ publicatione, ⁊ hoc quia ad ad alium finem, vt infra dicitur. quo vero ad coactionem seu metum qui opponitur ad impugnationem donationis seu constitutionis facte per dictam Bartholomeam, reperitur sufficienter probatum, quod Joannes tutele erit vir mirabilis, ⁊ solitus verberare vxorẽ quando contradicebat eius voluntati, ⁊ qui per eam timebatur: deponũt preterea prefata Margarita, ⁊ Martinus doladille decimas quartus testis, quod prefatus tutele eandem Bartholomeam verberauit pro eo: quia nolebat dotare prefatam egidiam: per que videtur probatam esse constitutionem ante dictã fuisse meticulosam. per ea que ponit Jnno. in capitu. accedens de conuer. coniuga. Bar. in. l. prima. §. que onerande. ff. quarum rerum actio non datur. in. l. ad inuidiam. C. quod met. ⁊ in. l. si ob turpem. versicu. ⁊ ideo in questione de facto ⁊c. ff. de condictione ob turpem causam. ⁊ Panormita. in capitu. causam matrimonii. de officii delegat. huic enim probationi suffragatur genus mulierũ quod est auarissimũ. l. si ego. ff. ad velleya. ⁊ l. si stipulata. in fin. ff. de iure dotiũ. et vbi non putaretur sufficiens probatio, saltem deberet deferri iuramentum in supplementum probationis plenioris per ea que dicta sunt in precedenti articulo. possent etiã alii testes produci si qui essent in causa petitorii non obstante publicatiõe facta, ⁊ hoc propter variationem finis agendi. per id quod habetur in capitu. veniens. el secundo. ⁊ quod ibi gloss. super verbo quos vtraque pars. Jmo. ⁊ docto. de testi. ⁊ quod nota. Jnno. in capitu. causam que. eodem titu. ⁊ Barto. in. l. cum lite mortua. presertim in. versic. secundus effectus. ff. iudi. sol. ¶ Predicta concernunt materiam petitorii, super qua requisiit pars videri, ⁊ scribi propter finalem victoriam. Quo vero ad materiã possessorii in qua processum est, ⁊ super qua lata est sententia, existimo spectabilem virum dominum Uicesenescalum iuridice processisse quatenus sñia per eum lata cõcernit dimidiã partem illius dimidie donate vel in dotem constitute per dictã Bartholomeam. Quo vero ad dimidiã partem bonorum que fuerunt Joannis tutele videtur quod sententia huiusmodi nõ possit bene defendi: quia videtur per testes sufficiẽter probatum, quod post mortem Joannis tutele dicti Bertrandus, ⁊ egidia tenuerũt, ⁊ possederunt bona eiusdem tutele: de hoc enim deponunt secundus tertius, ⁊ septimus testis, sup vigesimooctauo articulo schedule partis aduerse exordientis, vt vobis magnifico ⁊c. inserte folio. 33. ⁊ quãuis allegata per Paulum de castro, consilio. cvi. exordiente, dicta donatio sine dubio ⁊c. videãtur refragari intentioni partis aduerse, illa tamẽ non concludũt in hoc casu: loquitur enim Paulus in dubio, ⁊ in casu donationis facte per virũ vxori que ipso iure erat nulla tanquam a iure improbata, ⁊ ad cuius obseruãtiam vir donator nõ tenebatur, nec cogi poterat: quinimo si fuisset per eũ facta traditio, illa nõ valuisset eo viuente. l. tertia. §. sciendum. ff. de donationibus inter virum ⁊ vxorem. hic autem nõ sumus in dubio: quia testes deponunt dictos Bertrãdum, ⁊ egidiam possedisse, ⁊ bona rexisse vt dominos. Preterea vt dictũ est dictũ affrayramentum non fuit nullum sed validum, ⁊ efficax, ⁊ ad cuius obseruantiam ipsi Bertrandus, ⁊ egidia sibi vicissim ⁊ mutuo tenebantur, ⁊ cogi poterant. Propter quod videtur dicta in consilio predicto non obstare dicti parti aduerse. ⁊ pro ea benefacere. l. j. C. de acqui. posses.

¶ De testibus. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Testium depositiones nerui processum. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Testi postquam partem alloquutus est an dictum suum reformare liceat.
2 Judex testem, quem ad partis instantiã reaudire non posset ex officio suo interrogare potest.
3 Testis factum plene narrare debet ad dicti sui validitatem.
4 Testes alii super eisdem attestationibus iam visis produci non debent.
5 Procurator reuocatus iterum constitui potest cum ratificatione castrorum: et an ⁊ quando hec ratificatio valeat.

¶ Consilium. lvi.



X actis cause agitate per ⁊ inter nobilem ⁊ honestam mulierẽ pierreã de plana vxorẽ ⁊ personã cõiunctã nobilis ⁊ honorabilis viri Pauleti aydini ciuis Auinioñ. ⁊ nobilem Laurẽtiũ Rodulphi actores originarios ex vna parte, et Gulielmum

Aycardi

Aycardi reum originarium ex alia, videtur, sufficienter infitiata intentio eorundē nobilium Pierre & Laurentij: & nihil fuisse propositum et probatum in instantia huiusmodi, quod eorundem actorum intentionem sufficienter elideret, quod etiam asseruit spectabilis vir dominus Andreas de Scalis qui in causa huiusmodi sententiam vltimam dicitur promulgasse motus. vt asseruit depositionibus quorundam pretensorum testium coram eo & in tertia instantia parte dicti Aycardi productorū: qui tamen pace sua salua dixerim, moueri non debuit ad reuocandum sententiam primi iudicis saltem eatenus quatenus confirmata extiterat per magnificum virum dominū Constantium Sarini iurium professorem eximium, & iudicem primarum appellationum. Et quidem non pretextu depositionis eiusdem Jacobi carterij: quia vt apparet ex actis cause huius idem carterij in dicta prima instātia productus, & tempore depositionis per eum facte de & super pretensis cessione remissione, & quietatione iuris reducendi octauam, & dimidiam partem Burdigali in eisdem actis plenius mentionati que facte fuisse pretendebantur parte dicti Gulielmi, dixit, & deposuit, se de ijs non recordari quamuis subiecerit quod tūc essent quatuordecim anni elapsi, vel circa, quod ipso loquente existente in villa insule martici, & in aula domus dñe Joannote aymesse, idem carterij viderat fieri quendam actum siue contractum per manum notarij de quo etiam dixit non recordari, & hoc in presentia nobilis Joannis arlatani, quid tamen contineret ille actus respondit non recordari. Quo fit
1 † vt postea non quidem statim, & antequam verisimiliter loqui potuerit cum eodem Gulielmo producente, non etiam ante publicationem dicte eius pretense depositionis, sed diu post hec omnia, & ex annorum interuallo non potuerit eius dictū corrigere nec deponere prout visus est deponere in dicta tertia instantia: non enim, vt voluit Innoc. in c. cum dilecti de accusa. Bald. in l. presbiteri. C. de episco. & cle. & Franc. de Aret. in l. quidquid astringende. ff. de verborum obligat. testis correctio eum excusat, nec in eo presumitur recordatio veritatis, nisi fiat antequam testis loquatur cum parte, & ante aperturam processus, & quod tunc non liceat, etiam voluit Bald. in feud. titu. de controuers. inuestitu. super rubrica. post gloss. in autenti. de testib. §. quia vero. colla. vij. ad quod facit quod voluit Specul. titulo. de teste. §. satis vtiliter, versi. sed nunquid, & post eum, & Mathe. Cardi. Flor. in clementi. ij. versicu. octauo quero &c. de testib. qui loquentes de testibus repetendis ante publicationem, voluit eosdem testes nunquam posse nisi ex causa induci, vt si forte non fuerunt de omnibus recordati, vel si nō fuerūt plene examinati per quod satis datur intelligi, quod hoc fieri non possit post publicationem. & hoc apertissime dicit textus in §. quia vero multi. versicu. illud tamen. & ibi hoc notant Angel. & Jacobus de Belloursu in authentico. de testibus collatione septima. Sed nec hoc rescripto impetrari potest, vt dicitur expresse in dicto versiculo, illud tamen. in fine ibi, neque si diuina hoc iussio preceperit. Nam rescripta contra ius elicita a iudicibus omnibus refutari preceperunt Imperatores Theodosius & Valentinianus. l. rescripta. C. de prec. impe. offe. gl. in d. §. qz vero, alias ad quid quererent an ante publicationem &c. quod etiam sentit gl. ij. post Joan. & Laur. in c. cum causa. de testib. & facit quod fortius voluit Anto. de But. in
2 c. per tuas de testib. vbi voluit quod † licet iudex possit ex suo officio interrogare testem quandocunqz, tamen ad partis instantiam hoc facere non potest, nec incontinenti, nec ex interuallo siue hoc fiat, vt addant aut vt corrigant, & hoc metu subornationis que presumitur, & vere in casu nostro videtur non modica presumi: tempore enim dicte prime examinatiōis idem carterius nihil dixit de burdigallo nihil de Joanne aycardi, non nominauit illum gastonis pretensum notarium. nihil etiam dixit de illis verbis que vt nouissime deposuit habita extiterant inter eum & dictum Joānem aycardi super emptione facta cum gratia redimendi de quibus verisimilius debebat tunc recordari si hec vera erant, quam ex longo interuallo. non igitur videtur valuisse dicta secūda depositio. ad cuius inualidationem etiam facit, quia vt ex ea colligitur, ipse reperitur aut varius aut vacillans, nō solum qz aliter nunc ꝙ tēpore prime examinatiōis deposuit: sed qz nūc refert se dicte eius prime depositioni, & sic dicit se non recordari: qz ita primo dixerat & cū hoc, imo contra hoc subiunxit ea que superius dixi de cōtractu facto super burdigallo de gastonis & alijs predictis. preterea etiam ad ipsius impugnationem facit, quia nihil deponit de specie contractus, nec per quos seu inter quos cōtractus huiusmodi celebratus extiterit: sed solum dicit dixit quod longum tempus erat: quod in aula dñe Joannete aymesse in villa insule martici factus est vnus contractus tangens burdigallum cabane bolenque qui factus est prout sibi videtur per magistrum gastonis notarium, de cuius substantia non recordatur addiciens quod in eo presentes erant prefati Joannes aycardi
3 Joānota & nobilis Joannes arlatani si † enim testis ad sui dicti validitatem factum plene narrare debeat alias nō probat: vt not. Bal. in l. Lucius. ff. de his qui notan. infa. si probatio testis debeat necessario concludere: pro eo quia non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse. l. neque natales, & l. ad probationē. C. de probat. profecto palam infertur eundem carterium nihil probare. Etiam nec aliquid probat depositio eiusdem Joannis Guliel. in dicta tertia instantia parte dicti Gulielmi examinati, & producti: quoniam cum super huiusmodi pretensis cessione remissione, & quietatione producti, & examinati extitissent prefati nobiles Joannes arlatani, & Jacobus carterij, & eorum depositiones publicate ac etiam per partes seu earum procuratores,
4 & aduocatos hincinde visi, & perpense fuerint, non † debuerunt alij testes super eisdem produci, & admitti. c. fraternitatis, & quod ibi doctor. de testib. & cle. testibus. eodem titulo. que etiam in foro Cesaris seruanda sunt responsum Barto. Paulus de cast. Francis. & Moder. in l. per hanc. C. de temporibus appellatio. facit dicta authen. de test. §. quia vero. collat. vij. Cui non obstat si forte ex aduerso opponatur, ideo primam testium productionem factam parte dicti Gulielmi in prima instantia non fuisse rite factam: quia fecta est parte absente hoc est dicto nobili Laurētio, qui ante per aliquod tempus reuocasse pretenditur honorabilem virum magistrum Joannem Alardi. Tum quia illa reuocatio non va-
5 luit. c. secundo. cum suis simili. de procura. in. vj. tum: & † quia postea idem magister Alardi denuo cōstitutus est per prefatum nobilem Laurentiū eius procurator cum gestorū ratificatione: quod fieri potuit etiam tacite. l. iij. §. falsus. ff. rem ra. habe. pro quo fuerit regula. ratihabitionē. & quod ibi gl. & docto. de regu. iuris. in. vj. l. licet. ff. de iudi. & quod post glos. not. Bartol. & Moder. in l. si mater. §. hoc iure. ff. de except. rei iudica. Bartol. & sequaces. in l. si tutor. C. in quibus cau. in integr. restitutio. non est neces. nec opponat aliquis, quod hoc non procedat in gestis per procuratorem reuocatum. l. dispensatorem. ff. de solutio. vbi dicitur quod factum procuratoris reuocati ratificari non possit: quoniam respondeo ꝙ mandatum aliquando reuocatur ratione actus, aliquando ratione persone, aliquando vero dubitatur cuius ratione hoc fiat. quāuis igitur in primo casu ratam haberi nō possit, hoc tamen non procedit in secundo & tertio casibus vt not. Bald. in l. falsus, versicul. tertio. queritur. C. de furt. quod si ita est, imo quia est ita, dicta pretensa reuocatio impedire non debuit, quominus postea potuerint gesta per dictum Alardi ratificari etiam ad commodum primo reuocantis. & postea ratificantis. etiam nec opponat aliquis de. l. bonorum. ff. rem ra. habe. quoniam respondeo quod illa loquitur in casu in quo certo & limitato tēpore debuit interuenire cōsensus aut ratihabitio, que si non interueniat, imputatur cōsentire aut ratificare debent tacita renuntiatio, vt colligitur ex his que not. Bald. & Salicet. in l. finali. C. ad Macedo. in casu autem nostro non erat tempus limitatum infra quod idem nobilis Laurentius teneretur prebere consensum gestis per prefatum Alardi: vel illa rata habere, cum hec facere potuisset, & pendente iudicio, & post latam sententiam contra eum vel pro eo. vt colligitur ex dicta. l. licet. ff. de iudi. & ex not. per gloss. Bartol. & docto. in dicta. l. si mater. §. hoc iure. ff. de exceptione rei iudicate. restat igitur prefatos nobilem Joannem Aratani, & Jacobum carterij fuisse rite receptos in prima instantia: & propterea non debuisse dictum Joannem Guliel. recipi & admitti in dicta tertia instantia & admissum nihil probasse, dicta cle. testibus. vbi hoc decidit. illud autem apparet sine quocunqz fundamēto qz ex aduerso reperitur aliquādo oppositum sit quod ideo admissio libelli seu articulorum in prima instantia parte dictorum nobilium Pierre, & Laurentij non valuit: qz facta, vt aliquando pretendit pars aduersa die festi beati Ambrosij, vel vt alibi asseruit dies festi conceptionis gloriosissime virginis Marie vel die festi beati Nicolai: quia horum vtrumque falsum est: facta est enim admissio die septima mensis Decembris qua die non celebratur festum beati Ambrosij, sed quarta Aprilis, nec festum beati Nicolai sed sexta Decembris. nec festum conceptionis beate virginis Marie, sed die octaua eiusdem mensis.

De diuers. rescrip. Rubri.

Epitome.

Rescripta qui petunt probata narrent, vel narrata probent: si se illis iuuare sperant. A. F.

1 ☞ Presumptio voluntatis partium tam in contractibus, quam vltimis voluntatibus, qualis.
2 Consuetudo vt dicatur consensus populi aut maioris partis requiritur.
3 Subreptio an & quando ipso facto literas vitiet.
4 Restitutionem in integrum iuramentum an & qñ impediat.
5 Possessioni insistens an sine animo eam acquirit.
6 Patientia an & quando possessionem transferat.
7 Iuramento an & quando dispensari nequeat.
8 Restitutio in integrum materiam petitorij concernens peti non potest per viam exceptionis in materia possessorij retinende.
9 Consensum scientia & patientia facit.
Societas liberorum natiuitate non soluitur.
10 Doctor qui primo errauit recantare debet, & sñiam mutare.

Consilium. lvij.



Uoniam cum pe-
ritissimo sermo habendus est, ero pau
cis contentus & succincte responde-
bo super ijs de quibus nunc interro-
gor: & primo ad illud peremptorium
quod deduxerunt & vt pretenditur iu-
stificarūt honeste mulieres dña Bar-
tholomea de sancto flore mater & egidia filia per processum
fol. 106. vbi insertum est rescriptum regium: dico & respon-
deo quod rescriptum huiusmodi fuit in multis vel surrepti-
tium vel obreptitium. & primo quidem propter hoc quia in
eo. fol. 57. exponitur prefatam egidiam & defunctum Ber-
trandum columbi affrayramentum inter se contraxisse ac
omnia eorum bona presentia & futura sibi inuicem commu-
nicasse cum pacto & conditione quod si vnus eorundem con
trahentium moreretur sine herede legitimo etiam bona
peruenirent ad superuiuentem salua primo decedenti facul
tate testandi pro anima ad ipsius voluntatem, & secundum
bonorum facultates: quod pactum non reperitur sufficien-
ter probatum etiam pro eo quia in rescripto huiusmodi. fol.
58. exponitur prefatos contrahentes & Bartholomeam ma
trem eiusdem egidie per pactum de quo supra solum intel-
lexisse de liberis, & quod ipsorum duntaxat super existētia im
pedire posset effectum pacti de quo supra: non autem super
existentia collateralium, vel etiam ascendentium primi de-
cedentis: quamuis magister Guliel. Fabri notarius grossi
ingenij aliter scripsisset, & per verba alterius substantie: que
tamen intentio probata non apparet. & sic nō obstat. l. si repe
1 tendi. C. de condictio. ob cau. nec † sufficit dicere presumen-
dum esse quod partes hoc voluerunt postquam nec dixisse
nec expressisse apparent. quod procedit non solum in contra-
ctibus in quibus non talis nec tam larga fit interpretatio,
sed etiam in testamentis. l. in ambiguo. ff. de reb. dubi. l. quo-
ties circa principium versicu. neque enim. ff. de heredibus
institu. facit. l. iubemus. C. de testa. in quibus tamen fit ple-
nior interpretatio. l. in testamentis. ff. de regu. iuris. & c. cum
dilecti. cum ibi not. ff. de donat. & pro eo quia in predicto re-
scripto fol. 68. expositum est illam esse patrie consuetudi-
nem, quod toties quoties inter maritum & vxorem factum
est affrayramentum in contractu matrimonij inseritur pa-
ctum predictum, quod post decessum vnius sine liberis dece
dentis eius superstes eidem succedat: que consuetudo non
fuit probata: illi enim duo testes qui super ea producti & exa
minati extiterunt, deponunt de facti contingentia & alias
multum imperfecta. super quo non insisto: quia vt predixi
peritissimo loquor, vt videre potest probata per eos non con
cludere consuetudinem: insuper & pro eo quia inibi exposi-
tum est dicto fo. 58. pactum de quo supra fuisse consuetudi-
ne approbatum. quod etiam non apparet probatum. testes
enim super hoc articulo interrogati nō deponūt ad rhom-
2 bum requisita † ad consuetudinē: que multa sunt: & inter ce-
tera cōsensus populi aut maioris partis illius, vt not. docto.
in. l. de quibus. Albe. C. que sit lon. consue. super rubr. Cano.
in. c. fin. de consue. sunt & alia super quibus non insisto. Pre-
terea & pro eo quia folio. 69. opponitur, quod grandis esset
inequalitas & in iustitia si pro positiōe aut pmissione de po-
nendo duntaxat octuaginta libros torronen. &c. & sexaginta
oues de portu cum bonis dictarum Bartholomee & egidie,
que valent quatuor aut quinq; mille libris turronens. auus &
fratres dicti quondam Bertrandi lucrati essent dimidiam
partē predictorum bonorum, medio dicti affrayramenti. hic
enim expressum est falsum propter illa verba, tantummodo
cū de contrario appareat ex verbis affrayramenti non enim
idem Bertrandus solum cōtraxit affrayramentū super pre-
dictis, sed etiam super omnibus bonis futuris tacitū est, si
hoc dici oportet, quamuis non multum expediat illum ha-
buisse & parētes & alios cōsanguineos quibus succedere po-
terat expressum est quantum bona prefatarum Bartholo-
mee & egidie nunc valeant, non quantum tunc valerent, aut
si pretendi posset illud fuisse expressum, non est probatum de
tanto: nihil enim tunc habuit eadē egidia nisi dotem per di-
ctam Bartholomeam matrem constitutam, que non probatur
valuisse florenis sexcentis: preterea & pro eo quia in dicto re-
scripto expositum est affrayramentum huiusmodi fuisse per
metum contractū: quod tamen vt alias dixi non reperitur
probatum ex quibus cum alias scriberem in hac causa, existi
maui hoc rescriptum in nullo releuare prefatas mulieres: quia
3 † quidquid sit in literis surreptitijs ad lites, in gratiosis ta-
men surreptio ipso facto ipsas vitiat: quod procedit non so-
lum in literis pontificis, sed etiam aliorū principum secun-
dum Panor. post alios in. c. ad audientiam. de rescript. pro
quo allegat. l. j. ff. de nata. resti. & l. & si non cognitio. C. si con-
tra ius. & Inn. in. c. cum dilecta. de rescri. multas remissiones
ponit Feli. in. d. c. ad audientiam, versi. amplia secundo. hanc
regulam &c. Quod autem rescriptum huiusmodi fuerit gra
tiosum negari non potest. hoc enim apparet ex illius serie &
in multis locis: & signanter in eo quod mandat eandem egi-
4 diam restitui in integrū: que † tamen per iuramentū a se pre
stitum a beneficio huiusmodi etiam si lesa fuisset: exclusa ex-
titerat, etiam presupposito quod de illo certiorata non fuis-
set secundum Bartol. quem repulsa opinione Dyn. docto.
communiter sequuntur in multis locis, licet vt alias dixi nō
putem eandem egidiam fuisse lesam ea lesione propter quā
potuerit obtinere dictum beneficium. Preterea cum preten
datur fundamentum quod dudum assumpseram super. l. mi-
nus instructus. C. de acquir. poss. non fuisse sufficiens causis
allegatis in duabus schedulis productis in causa p quas pre
tenditur eidem legi fuisse sufficienter responsum. Dico fun-
damentum huiusmodi fuisse, & esse sufficiens. & primo qui-
5 dem ad id q opponitur in prima schedula quod † insistens
possessioni predij vel hereditatis, non habens animum pos-
sessionem acquirendi, sed dudum & antea acquisitam conti-
nuandi illā non acquirit secundum glos. quam Bart. ibi re-
putat singularem. in. l. iij. in prin. ff. de acqui. poss. respondeo,
quod illa gl. impugnatur a doct. & contra eā tenent ibi idem
Bar. Ang. Jo. de Imo. & Alex. de Imo. Ang. in. l. si in ven-
ditione. ff. communi. pred. Barto. in. l. gerit. ff. de acquirenda
here. Bar. Ange. & Joan. de Imo. in. l. sequitur. §. idem La-
beo. ff. de vsucap. & Bald. in disputa. incipiente, accusatus de
vi turbatiua &c. & Joan. de Imo. in. l. qui fundum. ff. pro em-
pto. Et quia hec est communis & fulcita iuribus & rationi-
bus, nō est ab ea recedendum cum ratio euidens non vrgeat
secundum omnes sententias docto. in cap. j. de constitu. in. c.
prudentiam. in princip. & in. l. cum prolatis. Ad aliam vero
rationem in qua dicitur presumi posse dictum columbi in-
habitasse domum, & bona rexisse tanq̄ maritum, dico quod
cum per depositiones testium appareat eosdem columbi, &
egidiam possedisse, & rexisse bona tanquam dominos &c. non
est ad presumptionē recurrendum: quia veritati opinio non
opinioni veritas cedere debet, & q̄uis ex dispositione cōsue-
tudinis possessio bonorū dicti quondā Joannis tutele con-
tinuata vel trāslata extiterit in dictā egidiam sine apprehen
sione contra dispositionē. l. cum heredes. in prin. ff. de acqui.
6 pos. q fieri potest: nihil tamē obest quin † post mortē eiusdē
Jo. tutele, & sic postq̄ ipsa egidia effecta est possessor, censeri
debeat eadē egidia tanq̄ obligata tradidisse possessionē pro
parte, & indiuiso, & hoc in patiendo &c. d. l. minus instructus,
& q̄uis Bald. videatur voluisse q ad hoc vt per scientiam &
patientiā huiusmodi censeatur tradidisse ille qui obligatus
erat, requiratur animus vt idē no. in. l. pen. ver. & no. q in ista
inuestitura. C. de exequu. rei iudi. ipse tamē post gl. quam ibi
sequuntur Cy. Bar. Pau. de ca. & alij in. d. l. minus instructus.
aliter loquitur, & idē ibi Alb. qui omnes volūt aduerbiū diu,
ibi positum, importare facti contingentiam non iuris mini-
sterium

sterium.ad illa vero que ipse Bar.⁊ Pau.de ca.in.l.qui iure.
ff.de acquiren.pos.⁊ Inn.in.c.cum eccle.super verbo affuisse
de cau.possess.⁊ propriet.est facilis responsio non enim lo-
quuntur in sciente,⁊ patiente obligato ⁊c.sed in eo qui alias
pati non tenebatur.Et sic non est propter quod debeat pre-
sumi.casus autem non est in ea que in vim affrayramenti te-
nebatur expendere res ⁊ bona pro dimidia parte.⁊ quod di-
citur eandem egidiam non habuisse annum dimittendi pos-
sessionem ⁊c.Respondeo quod si constaret eam nõ habuisse
istum animũ ista esset bona ratio:quia tunc presumptio di-
cte.l. minus instructus cederet huic veritati.sed de hoc non
apparet: propter quod remanet presumptio.l. scilicet quod
illa habuerit animũ dimittendi ⁊ tradẽdi pro dimidia parte
postquam passa est dictũ Bernardum tanquã condñm possi
dere ⁊ regere bona ⁊c. Ad id vero quod dicitur prefatam
egidiam adhuc existere infra annum ⁊ diem a morte dicti
quondam eius patris, patet responsio,ex iis que supra dixi
post gl.⁊ docto.in.d.l.minus instructus.qui communiter sen
tiunt sufficere momentum temporis.Ad id vero quod vlte-
rius opponitur ⁊ dicitur quod vbicunq; duo concurrunt in
possessorio retinende possessionis ille prefertur qui habet
potiora ⁊ antiquiora iura,dico quod hoc placet pro nunc.
sed nego minorem subintellectum videlicet quod quo ad di-
midiam partem communicatã per affrayramentum ⁊c.ipsa
egidia habeat potiora ⁊ antiquiora iura quia cum illa com-
municauerit,⁊ deinde sciens possideri passa sit,ipsa desiit ha-
bere ius in hac parte per predicta,prodeceret vero quod pre-
tenditur per egregium dominum schedulantem si hec pars
possessa pretenderetur in vim iuris vel tituli ab alio habiti,
non ab ipsa.Ad id vero quod vlterius opponitur ⁊ dicitur
restitutionem in integrum peti posse ope exceptionis,dico
hoc non prodesse dicte egidie. Tum quia per iuramentum
exclusa est a beneficio huiusmodi:vt predixi.nec sibi suffraga
7 tur absolutio obtenta seu dispensatio: tum † quia cum illa
prestita fuerit parte non vocata, illa non valuit secundum
communem opinionem. in capitu. primo.⁊.c.debitores. de
iureiurando. de quo satis plene. Alexand.de Imol.consilio
ccxxiiij.exordiẽte visi facti narratione ⁊c. Tum ⁊ quia cum
non solum fuerit ipsa egidia obligata ad non veniendum
contra affrayramentum,sed etiam fuerit contractus affray-
ramenti huiusmodi iuramento firmatus, secundum magis
communem conclusionem,non videtur posse obtineri renun
tiatio iuramenti quo ad hoc vt proficiat ad rescissionem:vt
etiam prosequitur.Alexã.de Imo.in.d.consi.vbi videri po-
test. q; propter negotiorum occupationem, ⁊ quia nuntius
8 festinus est non possunt plene videre.Propterea ista† resti
tutio in integrum vt pote concernens materiam petitorii
non videtur posse peti per viam exceptionis in materia pos-
sessorii retinende:per ea que no.Bar.in.l.naturaliter.§. nihil
commune.ff.de acqui.poss.⁊ gl.in.l.si de eo.§.fi.eo.ti.⁊ Ang.
Aret.in.§.quadrupli.in materia interdicti vti pos.institu.de
actio. Nec videtur eadem egidia lesa in patiendo possideri
⁊c.postquam per contractum ad hoc tenebatur, passa est
enim id quod quilibet diligens ad hoc obligatus passus ex-
titisset,ergo ⁊c.l.fi.C.de in integ.restitu.mino.Non nego ta-
mẽ quin serenissimus do.potuisset ⁊ posset in hoc casu con
cedere beneficiũ restitutionis in integrũ.Est enim princeps
⁊ imperator in regno ⁊ aliis terris suis:⁊ sic supra ius.c.p-
posuit.de concessio.prebẽ.sed opus esset exponere ⁊ narrare
id quod est probatum ad euitandum omnem surreptionem
⁊ obreptionem.Insuper ad id quod dicitur a sufficienti di-
uisione dictam egidiam consensisse aut dissensisse:aut sumus
9 in dubio:dico† ꝙ quia apparet de titulo ac sciẽtia ⁊ patien-
tia eiusdem egidie, consequenter apparet eam consensisse
presumptione iuris.d.l.minus instructus.Et sic non obstat
glos.que est in regula is qui tacet.de regul.iur.in.vj.distin-
guens inter cõcupiscibile ⁊c.que etiam non loquitur nec lo-
cum habet quando precederet titulus:quia alias loqueretur
contra text.dicte.l.minus instructus.Postremo ad respon-
sionem que datur in predicta schedula dico ⁊ respõdeo quod
illa presupponit quod dictum affrayramentum fuerit nullũ
vel inutile ⁊ contractum inter personas inhabiles ad con-
trahendũ,⁊ que non iurassent: quorum omniũ contrarium
puto esse verum.nec apparet quinimo nec deductũ est egre-
diam habuisse illam reuerentiam ad prefatum quondam
Bertrandum,propter quam non fuerit ausa contradicere:
imo magis contrarium.pro eo quia dictum est illam fuisse
simplicem ⁊c.Ad contenta in alia schedula exordiẽte,plura
sunt de monstrantia ⁊c.fo.cexxvij.quatenus concernunt, vel
illam dimidiã partem quam in dotẽ constituit dicta Bar-
tholomea eidem quondam Bertrando suo genero,vel di-
midiam huius dimidie que est quarta pars bonorum eius-
dem Bartholomee,sufficiens,vt opinor,patet respõsio par-
tim ex predictis ⁊ partim ex aliis scriptis,quibus addi po-
test quod licet ipso iure per matrimonii solutionem redeat
dominium fundi dotalis ad vxorem superstitem non tamẽ
possessio.l.dotis actione.C.solu.matri. qua sola ratione dici
poterat eandem egidiam non potuisse agere possessorio.pro
dicta eius dote insolum vel pro parte,etiã si affrayramentũ
factũ non fuisset,quo vero ad ipsam Bartholomeam consti
tuentem, cum non sit stipulata dotem sibi reddi, palam est
eam agere non potuisse. Aliam rationem in qua dicitur
quod licet vbi cõtrahitur societas,acquiratur possessio socio
quo ad bona quesita seu presentia,non tamen quo ad futu-
ra respondeo:quod hoc est verum,sed tamen nõ obstat:quia
licet ab initio possessio horum bonorum de quorum posses-
sione est contentio inter partes non fuerit quesita ipsi quõ-
dam Bertrando: quia nec illa possidebat prefata egidia:
potuit tamen postea acquiri,scilicet post mortem Ioannis
tutelle per cuius mortem eorum possessio continuata est
in ipsam egidiam, ⁊ deinde vt predixi pro parte acquisita
dicto quondam Bertrando etiam in instrumento apposi-
tum est precarium quod operatur translationem possessio-
nis ⁊ dominii non solum quo ad tunc presentia sed etiã. quo
ad futura,non vt dominium ⁊ possessio huiusmodi dici de-
beant ex tunc quesita sed ex nunc.⁊ hec est magis communis
sentẽtia: super qua tamen non multũ insisto in hoc casu pro-
pter variationem scripturarum:per premissa apparet non
obstare quod vlterius opponebatur aduersarios non po-
tuisse experiri pro cõmunicatiõe horum bonorum nisi actio-
ne personali pro socio:quia respondeo quod hoc esset verum
nisi ille Bertrãdus vidente,⁊ patiente predicta egidia pos-
sedisset vt dominus.id autem quod opponitur absurdũ esse
quod ipsi columbi actionibus ⁊ oneribus hereditariis non
subiecti habere possunt,⁊ possidere medietatem bonorum
⁊c. non obstat:quia hoc contingit ex scientia ⁊ patientia pre
dictis.Idem enim esset in eo qui vendidisset ⁊ postea pretio
non soluto esset passus possideri rem venditam per empto-
rem.preterea hic possunt cõueniri ipsi columbi competenti
actione pro huiusmodi oneribus supportandis.vlterius ve-
ro non obstat id quod opponitur de literis regiis:quia vt
predictum est,ille fuerunt surreptitie:non etiam probatum
est quod dicta egidia fuerit lesa propter reciprocam com-
municationem.hic enim non inspicitur quid euenerit, sed
quid tunc erat hoc est tempore contracti affrayramenti.ar-
gumen.l.de fideicommisso.C.de transact.⁊.l.si pater puelle.
C.de inoffic.testamen.pro quo facit.l.ex nulle.§.primo. ff.de
euictionibus.l.si voluntate. C.de rescindenda venditione.⁊
c.cum dilecti.cum suis simili.de empt.⁊ venditio. Ad id de-
quo postremo opponitur in literis mihi missis scilicet quod
ex opinione mea si vera esset sequeretur quod prima fron-
te esset iniustum,videlicet,quod medio dicti affrayramenti
ipsi colũbi nihil attinẽtis prefatis mulieribus in preiudiciũ
etiam liberorum qui ex matrimonio eiusdam egidie impo-
sterum nascentur.habebant partem bonorum ipsorum Io-
annis tutelle ⁊ Bartholomee preter omnem intentionem
contrahentiũ,dico ⁊ respondeo quod licet ex dicta mea pre-
tẽsa opinione sequitur hos columbos habituros hanc par-
tem,non est tamen hoc iniustum:⁊ quidem non quo ad Bar
tholomeam que in dotem constituit dictam diuidiam partẽ
bonorum suorum nec stipulata est eandem sibi reddi nec etiã
aliter conuenit aut pacta est cum eadem egidia quominus
posset vel sibi liceret in ⁊ super bonis huiusmodi contrahere
affrayramentum.⁊ si pacta esset quominus hoc facere liceret
adhuc nõ passim fuisset eadem egidia impedita hoc facere.
l.si ita quis promiserit.§.ea lege.ff.de ver.obli.⁊.l.ea lege.C.
condi.ob cau.Et quod dicitur ꝙ hoc esset contra voluntatẽ
eiusdem Ioannis tutelle qui voluit egidiam filiam ⁊ suos
liberos sibi succedere, ⁊ post illam solam Bartholomeam
dico quod istud non est contra voluntatem: non enim pro-
hibuit contrahi affrayramentum ⁊c.quinimo illud contra-
hi audiuit,sciuit ⁊ passus est propter quod debuit cogitasse
quod in vim illius habiturus esset dictus quondam Ber-
trandus dimidam partem bonorum suorum, que postea per
viam intestati ⁊ sic per legalem alienationem translata est in
istos columbos: quãuis enim potuerit idem Ioãnes dicta
eius bona non relinquere egidie filie nisi forte vsq; ad legi-
timam:postq; tamẽ reliquit,⁊ ipsa acceptauit,sequutum est
reliquum,scilicet quod prefatus Bertrandus ⁊ successiue
isti aduersarii partem eorum habuerint ⁊ habere debeant.

Cogitaueram autem ab initio. an dictum affrayramentum
posset rescindi ex natiuitate futurorū liberorū. per. l. si vnquā.
sed mihi visum est qđ non. Pro eo quia non fuit mera dona
tio in qua solū locum habet lex illa, si vnq̄. secundum cōmu-
nem conclusionē. loquitur enim in donatione. & sic in ea que
proprie est donatio cuiusmodi non est assayramentū de quo
supra. ¶ Scribo nō qđ vellem: sed quod mihi videtur q̄uis
10 enim † consuluerim vt consului & me tederet male cōsuluisse
non tamen me puderet ex bonis & vericidis motiuis mu-
tare cōsiliū, & in fauorē harū dñarū que me adierunt, & quarū
cause afficior. vt enim dicit Bald. in. l. de his qui ante aper.
tab. decesserūt. quotidie in intellectu generant̄ noue opinio-
nes ex nouis motiuis. allegat. l. sicuti. ff. de arbit. Papa mu-
tat cōstitutiones. c. nō debet. de consangui. & affi. & c. statutū.
de rescrip. in. vj. Papinianus vir acutissimi ingenij mutauit
opinionem. l. fi. §. sed cum in secunda. C. de fur. hoc enim fecit
& Julianus vir non contemnēde authoritatis & scientie hoc
etiam sepissime fecit Imperator Justinianus in cuius scri-
nio pectoris &c. hoc idem fecit beatus Augustinus. c. vides.
xxiij. q. vj. hoc igitur facere profecto non me puderet: & si pu-
deret facerē, tamen deberem, & facerem. c. qualiter & quādo.
el. j. de accusa.

¶ De feudis. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Inuestitura feudi, nisi a supremo domino petatur & obti-
neatur, manca est: & que ex ea sequuntur non valent. V. F.

1 ☞ Instrumento iuuare se non possunt in eo non nominati,
nisi his successerint.
2 Producens instrumentum censetur tacite confiteri in eo
contenta.
3 Instrumentum antiquitate plurimum iuuatur.
4 Inuestitura feudi a quo peti & obtineri debeat.
5 Excusat quelibet causa a dolo & pena que ratione doli in-
curritur.

¶ Consilium. lviij.



PErlegi processum diu est
ceptum & postea agitatum tam per & inter
nobiles quondā. Jacobum & honoratum
claperij fratres & antonetam fresquete ex
vna pte. & nobilē Bertrādū de massilia cō-
dñm de Olyolis ex alia, q̄ eorum successores ex pretextu, &
ad causam iurisdictionis opidi seu castri territorij & distri
ctus loci de turricio & aliarum rerum iurium in actis cause
huius plenius expressorum, qui re vera videtur mihi inuolu
tus & infrascatus. Tum propter ineptā & alias minus suffi-
cientē articulationē, & deductionē mediorū, quibus prefati
claperij fresquete & dñs de olyolis se habere pretendebant
dñium iurisditionem & alia iura in oppido seu castro ac terri
torio & districtu dicti loci turricij Tū & propter multitudi-
nem vt dixerim infinitam instrumentorum hincinde in ipsa
causa productorū & que pro magna eorū parte vel nō faciūt
ad causam vel saltem, ea ratione seu causa vident̄ ad eam im-
pertinētia: q2 nō sunt deducta media ex quibus apparere va
leat aut colligi instrumenta huiusmodi posse suffragari aut
prodesse parti instrumēta huiusmodi producēti, vt pote que
nec aliquis eius predecessor, saltem de quo appareat in eis,
1 nominata nō extitit. Cū tamē † instrumēto iuuari nō valeat
nisi qui in illo vel nominatus vel inibi noīati, vniuersalis aut
saltē particularis successor extiterit. l. ad probationē. la. j. iun-
ctis ijs que ibi habent̄ per Bal. & alios. C. de proba. facit. l. fi-
deiussores. §. pro aurelio. ff. de fideius. l. fi. & qđ ibi no. in prin.
per gl. & Bar. C. de re. credi. c. porro. de priuile. & l. j. in prin. ff.
de his que in testa. delen. Tū & propter inexarentā multitu
dine testium hincinde productorū, & super multis imperti-
nenter ac etiā minus sufficienter propositorū: prout videri,
& apparere potest ex processu cause huius. Propter que re-
uera difficillimū est aliquid boni super eodē processu vel re-
spondere vel scribere: quibus vel saluis vel premissis dico
mihi videri sub correctione cuiuslibet dñi melius sentientis,
dictum nobilē Bertrandum non bene nec iuste potuisse pre-
tendere, ea que parte eius proposita extiterunt & deducta in
quadā eius schedula exordiēte, pcedēdo in causa principali
&c. inserta. f. 10. signanter quatenus ibi pretēdit se ad quondā
nobilē Alziariū de mōte Albano, a quo se causam habuisse
pretēdebat: & predecessores esse & fuisse dños insolidū castri
territorij & districtus dicti loci turricij. Et quaten⁹ ibi negat
prefatos nobiles Jacobū & honoratū claperij antonetā fre-
squete, & eorū predecessores inibi iurisditione aliquem ha-
buisse. Cum tamē harū assertioni quarum verisimiliter colli
gi posset & colligatur ex instrumētis in processu cause huius
parte eiusdem Bertrandi exhibitis & productis: & presertim
ex instrumento parte eius producto & inserto. fo. 88. & facto
anno. M cccLxxix. die. x. mēsis Maij quo caueri pretēdit̄, q̄
anno mense & die huiusmodi nobilis quondā Raymundus
de monte Albano pretēsus maior seu superior dñs dicti loci
de turricio, & eius territorij & districtus procuratorem cōsti
tuit ad laudandum & inuestiendū nobilem quondam virum
Raymūdū fresqueti emptorem medietatis indiuise castri
de turricio & eius territorij, & districtus: & que laudatio & in-
uestitura postea facte extiterunt per procuratorem eiusdem
nobilis Raymūdi anno predicto & die. xx. dicti mensis. nam
prout obstat alio instrumento parte dicti de olyolis in hac
2 causa producto & inserto fol. 89. per † quorum productio-
nem idem do. de olyolis censet̄ & censeri debet fuisse tacite
confessus cōtenta in eisdē, per ea que habentur in. c. cum ve-
nerabilis. & qđ ibi Inno. de exceptionibus. c. cū olim. de cen-
sibus. faciūt no. in. c. imputari. de fi. instr. in. l. post legatū & q̄
ibi Bar. in prin. ff. de ijs qui. vt indigi & l. sicut iniquū. C. de fi.
instru. & gl. in. c. presentiū. de testi. Et iuuant̄ predicta instru-
menta & cōtenta in eis per ea que habētur in quodā alio in-
strumento parte dictorū claperiorū in hac causa producto, &
inserto, fol. 27. quo apparet pridem anno videlicet dñi M.
cccLxxix. & die. iij. mensis Junij, nobilē quōdam virū petrum
de petra foco nepotem seu felezenū dñi Joānis de petra fo-
co ratificasse venditionē factā per quondam dñm Joannem
de petra foco dicto nobili Raymundo fresquete de medie-
tate castri de turricio. produxit etiam idem do. de olyolis
aliud pretēsum instrumentū factum anno dñi. M cccxciiij.
& die nona mensis Decēbris: & insertū fo. 92. per quod pretē
debat cōstare & apparere q̄ anno mēse & die huiusmodi pre-
fatus quondā Ludouicus fresqueti cōdñs dicti loci de tur-
ricio etiā condñis eiusdē loci suo & nobilis ysnardi fresqueti
eius fratris noibus, cōfessus fuerit & recognouerat dicto no
bili Raymundo de mōte Albano tenere & tenere velle sub
maiori dñio & seignoria prefati nobilis Raymūdi de mon-
te Albano & alias prout ibi. preterea attendendum est qđ
nobilis quondā vir Ayellus de pugeto filius quōdam nobi
lis & legitimus nobilis Gulielmi de pugeto, olim quōdam
turricij sub conditionibus & modis de quibus in instrumen
to infra mentionato constituit in dotem & pro dote nobilis
catherine eius sororis nobili quōdā viro Antonio fresqueti
tunc presenti &c. medietatē iurisditionis censuum, seruitiorū
& aliorū de quibus ibi prout constat instrumēto, in hac causa
producto inserto fol. 26. & sumpto anno domini. M cccLxx.
& die. xiiij. mēsis Augusti. puto autem quod ab isto antonio
descēderūt prefata nobilis antoneta & Ludouicus fresque-
ti autores dictorū claperiorū, quamuis ex defectu eorū qui
hanc causam conduxerunt hoc deductum non extiterit: & q̄-
uis alias non appareat de iure dictorum quōdam nobiliū
3 Gulielmi de pugeto: q2 † tamen instrumentū constitutionis
dotis huiusmodi antiquissimum est magnā facit presum-
ptionem quinimo probat vt videtur: qđ no. glo. in. c. si papa.
de priui. in. vj. & c. cum olim. de censi. & Joan. de Imo. in cle-
men. prima. de probat. per verba enim enuntiatiua contenta
in priuilegijs vel in antiquis instrumentis probatur dñium
antiquissimū vt ibi. quod etiā voluit Fran. de are. cōsi. xxxvj.
exordiente presupponitur in facto: circa medium. facit quod
voluit Bald. in. l. proprietatis. C. de probat. & l. conuenticu-
la. C. de episcop. & cleri. Etiam per multos testes parte di-
ctorum claperiorum in hac causa productos fuit clarissime
iustificatum & probatū prefatos nobilis antonetam & Lu-
douicum fresqueti fuisse in possessione seu quasi castri ter-
ritorij districtus & iurisditionis dicti loci de turricio ibi
qui habuisse officiarios pro iustitia ministram: veluti iudi-
cem balliuum & alios & qui eam inibi exercuerunt. Proba-
tur etiam eos fuisse habitos tentos & reputatos palam &
publice pro dominis eorūdem castri territorij & districtus:
prout hec & alia plurima fauētia ad materium: plenius col-
liguntur ex depositionibus predictorum testium. Cum igi-
tur prefatus quondam Ludouicus fresqueti medietatem
iurisditionis pro indiuiso dicti castri de turricio dictis no-
bilibus Jacobo & honorato vendiderit, prout constat & ap-
paret publico instrumento in ipsa causa producto: inserto
fol.

fol. 8. et facto anno domini millesimo. cccclxxvij. de mense martij. Cuius postea possessionem adepti extiterunt anno domini millesimo. cccclxxviij. de mense Aprilis prout constat alio instrumeto producto in causa, inserto fo. 80. Cumque prefata quodam nobilis antoneta fresquete, dederit et donauerit prefatis Jacobo et Honorato tunc presentibus etc. dominium et Seignoriam quod et quam habebat in castro de turritio et eius territorio cum omnibus iuribus et pertinentiis suis etc. prout constat publico instrumento sumpto et facto anno domini. M cccclxx. die. xvj. mensis Januarij inserto fol. 49. quorum possessionem fuerunt prefati claperij adepti, ac castrum territorium et districtum predictos tenuerunt et possederunt, et pro inibi exercenda iurisdictione habuerunt officiarios veluti iudicem balliuum et alios: et qui pro talibus se gesserunt reputarunt et nominarunt, fueruntque habiti tenti et reputati publice et notorie: palam infertur vt superius dixeram dictum nobilem bertrandum dominum de olyolis non iuste pretendisse aut pretendere potuisse prefatos claperios et eorum predecessores nullam tunc habere, vel antea habuisse iurisditionem in castro territorio et districtu superius mentionatis. Nec procedit quod parte eius pretendebatur, scilicet quod castrum territorium et districtus huiusmodi, et alia iura. que olim spectauerunt prefatis nobilibus Ludouico, et antonete, et eorum predecessoribus, in commissum ceciderunt ea videlicet ratione qua prefati nobiles Jacobus et honoratus inuestituram non obtinuerant quinimo nec petierant prefato domino de olyolis pretenso, minore et superiore domino dicti castri de turritio. sed ad recolende memorie illustrissimo domine rege Renato. Tum
4 † quia ab ipso illustrissimo domino Renato vt pote maiore et primo domino directo, et apud quem remansit dominium directum, debuit de iure communi peti et obtineri inuestitura. per id quod not. gloss. et post eam Aluar. et prepo. in c. Imperialem. §. illud quoque el. j. de prohibita feud. aliena. idem voluit Jacob. Ardi. in summa, tit. qui mod. feud. cuncta. sub rubric. an sufficiat consensus maioris domini. idem Jo. de Blaua. Idem etiam voluit Joan. And. in addi. Spec. titu. de feu. §. quoniam. ver. tricesimooctauo. etc. pro quo allegat certa iura. que possunt ibi videri. idem voluit Cyn. in l. fina. q. fi. C. de iure emphyteu. idem voluit glo. in emphyteu. vt not. in d. l. fina. et ibi Cyn. et alij quod etiam voluit Azo. in summa co. tit. ver. sed queri potest. huius ante dicti reddi solent due rationes: prima propter frequentiam alienationum. rerum feudatum ex quibus primus dominus iuste timere potest amissionem sui iuris: secunda quia apud alium infeudatem nullum dominium remansit: quia transtulit in vltimum alienantem vt not. gloss. titu. de legem Corra. §. similiter. et Joan. and. in dicto, versicu. tricesimooctauo. etc. Tum quia cum prefati nobiles Jacobus et honoratus ignorarant dictum nobilem Bertrandum esse dominum superiorem dicti
5 castri turritij non est † eis imputandum ad dolum consequenter nec ad penam doli, quia quelibet causa etiam iniusta excusat a dolo et pena que ratione doli incurritur legis. §. pe. ff. de lib. cau. et no. gl. in l. j. in fin. ff. de abigeis. et l. plagij. el. ij. C. ad leg. fau. de plagiar. non enim constitit eisdem claperijs de alienatione locorum de ruesco bastite et pretensi iuris superioritatis saltem priusquam fieret fides de quadam pretensa permutatione olim facta vt asseritur per et inter dictum nobilem Bertrandum et nobilem alziarium de monte Albano.

De acquir. posses. Rubrica.

Epitome.

Possessorio iudicio retinende vincit is, qui docet de titulo: nisi alius de antiquiore possessione monstret. V. F.

1 Possessio antiquior censetur iustior: posterior censetur clandestina.
2 Possessio etiam in beneficialibus sine titulo acquiritur.
3 Vincere quis debeat in mero possessorio retinende.

Consilium. lix.



1 IN iudicio † possessionis retinende ille vincit et vincere debet, qui probat de antiquiori possessione: quia huiusmodi antiquior possessio censenda est iustior: alia vero et posterior presumitur clandestina. c. licet causam. et quod ibi per Inn. super verbo plures. versic. ad hoc potest respondere quod meliositas etc. idem voluit ibi Panor. in viij. not. versicu. tertio, possessionis prioritas etc. idem voluit Bartol. in l. j. §. quod ait pretor, versicu. ex predictis habes. ff. vti pos. Cyn. Bald. et Salice. in l. j. C. eod. titu. Cyn. videlicet in versicu. decimo queritur. ibi, sed qualiter apparebit quem melius probasse. Bald. vero in ve si. aperte quod aut probatur de possessione anteriori etc. et Salicet. in versiculo nunc reuertor ad glos. etc. et idem tenuit Jacob. de Are. prout refert Cyn. vbi supra idem voluit Barto. in quodam suo consilio exordiente in questione domini Syoli. Pau. de Castr. consil. suo quinto. exordiente, in causa que vertitur coram domino vicario, versic. secundo principaliter est videndum. et consilio centesimoseptuagesimooctauo. quod incipit fundamentum prefati domi. Vicarij non est bonum etc. Alexander de Imo. in dicta. l. si duo. Joan. Ferra. in sua prac. titu. for. libel. pro turbat. poss. in gl. super verbo, tenet et possidet nec opor-
2 tet (vt videtur) quod † ad victoriam obtinendam agens hoc iudicio etiam in causa beneficiali probet titulum: quia etiam in beneficialibus acquiritur possessio sine titulo vt colligitur ex ijs que not. Petr. de Ancha. in re pe. c. j. in prin. de regulis iur. in vj. Anto. de Butr. in capi. ex insinuatione. de procurato. et Panormi. recitando. in. c. in literis. versi. tertia opinio habet. de restitutio. spoliato. et quod ad obtinendum in iudicio huiusmodi non sit necessarium probare titulum, videtur probari in capitu. audita, et quod ibi Panormi. de restitutio. spoliato. Quo fit vt cum venerabilis et egregius vir dominus Joannes de vaesco in hac causa supplicans sufficienter probauerit de antiquiori possessione prioratus loci salientis debeat ipse in iudicio per eum intentato obtinere: probauit enim se adeptum possessionem seu quasi huiusmodi prioratus anno domini. M cccclxc. et die. vij mensis Nouembris: domini autem aduersarij eiusdem in hac causa aut de nulla possessionis adeptione docuerunt aut si de aliqua docuerunt quia potius dicenda est inquietatio seu turba, illa fuit et est recentior. Et quidem illa quam pretendit reuerendus in Christo pater dominus Abbas sancti Antonij, vt pote facta si tamen facta appareat anno predicto. M cccclxc. et die xvj. mensis nouembris. Et illa quam apprehendisse dicitur frater Joannes de montesilnio vt pote que apprehensa pretenditur anno predicto et die. ix. mensis decembris. Debet igitur per predicta ipse de vaesco in hoc mero possessorio possessionis retinende obtinere: etiam si verum esset quod domini eius aduersarij in hac causa probassent de titulo: et ipse non,
3 quia quamuis ceteris paribus ille vincat et vincere debeat in mero possessorio retinende qui probat titulum. d. capitu. licet. §. quamquam autem. ibi, maxime cum ijdem fauentini etc. et quod ibi gloss. super verbo possessionis titulum. et Panormi. in viij. notabili. et in ver. glo. in verbo, sed quare. etc. de prob. Anto. de Butr. in c. literis. ver. oppono quod agenti. etc. de resti. spolia. et Cyn. post Jaco. de Are. in d. l. j. ver. decimo queritur ibi, item apparet quis potius et melius probasset. C. vti poss. vbi etiam Sali. ver. quero nunc quarto ibi aut neuter de antiquiori etc. Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune ver. secundo oppono circa predicta etc. et quod ibi Alex. ver. vnde dicit Bart. etc. et ver. sed si queritur an sententia lata etc. ff. de acquiren. possessione. Bar. in d. l. si duo in princip. versi. sed circa principium huius legis etc. ibi, sed si vterque probat etc. ff. vti possi de. et in dicto suo consi. exordiente in questione domini Cyoli etc. Bald. in l. qui accusare. circa fi. C. de eden. Alexand. de Imo. consi. cx. exordiente visis acutissimis dubitationibus. in. j. vo. et Ange. Are. in §. quadrupli in materia interdicti vti possid. ver. si vero testes vnius vtriusque partis. insti. de act. hoc tamen non procedit vbi cetera paria non existunt: vt in casu nostro in quo parte de Vaesco probatum est de possessione antiquiori. eo enim casu probans possessionem eiusmodi vincit probantem possessionem recentiorem etiam si est cum titulo vt plene colligitur ex ijs que notat Bartolus in dicta. l. si duo. ipse et alij superius relati in dicta. l. prima. C. vti possidetis. Nec opponat aliquis quod ita demum procederet si parte prefati de Vaesco oppositum extitisset quod pretensa possessio dictorum aduersariorum fuit et est clandestina respectu sue possessionis alias non. per id quod nota. Bartolus et clarius Joannes de Imola Alexander et Moderniores. in l. si de eo. §. finali. ff. de acquirenda vel amittenda possessione. Quoniam respondeo quod oppositio huiusmodi non obstat: posset enim procedere vbi dicti domini aduersarij probassent se possedisse et possidere: sed hoc non fecerunt solum enim visi sunt probare quod post adeptam possessionem per dictum

dominum de vaesco conati sunt ⁊ illi possessionem adipisci: quam tamen vt pote non vacuam adipisci non potuerunt ⁊ sic reuera nunq̄ possederunt. non igitur fuit opus opponere ⁊ opponendo deducere eorum pretensam possessionem fuisse vel esse clādestinam respectu possessionis eiusdem do. de vaesco. Preterea domi. de vaesco antiquiorem possessionem seu quasi dicti prioratus salientis sed etiam titulū. probauit enim collationem de illo sibi factum per reuerendum in Christo patrem dominum Joannem Andream gracensem episcopū gubernatorē auenionis ⁊ comitatus venayni factam anno predicto millesimo ccccxc. ⁊ die quarta mensis nouembris ac etiam facultatem quam habet in conferendis beneficijs tam in viennensi prouincia in qua existit prioratus salientis, quam quibusdā alijs. Et sic nō solum probauit idem domi. de vaesco se habere possessionem sed etiam titulum canonicum sufficientem obtentionem ⁊ acquisitionem huiusmodi prioratus ⁊ suorum iurium, qui tamen sufficeret etiam si duntaxat colorarет predictam possessionem per id quod magis communiter no. docto. loquentes in iudicio possessionis recuperande in. d. ca. in literis in. iiij. opinione quam magis communiter dicit Panor. approbari.

¶ De noui operis nuntiatione. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Opus quod faciebam post nuntiationem non possum continuare: quod si fecero, tenebor id quod post nuntiationem edificaui diruere. V. F.

1 ☞ Nuntiatio noui operis causam exprimi postulat, ⁊ probari, si hoc petatur.
2 Noui operis nuntiatio quando contemni non debeat.
3 Articuli non releuantes repellendi: qui nec magis releuant si admittantur cum clausula saluo iure ⁊c.
4 Publicatis attestationibus potest adhuc per facti euidentiam fieri probatio.

¶ Consilium. lx.



Untiatio noui experis facta parte nobilis et honorabilis viri Bartholomei Pauli ⁊ per eum Jacob iesse
1 annizdor fuit † ⁊ est legitime facta. Facta est enim cum adiectione cause: quia idem Pauli est dominus direct⁹ domus de qua in actis: ⁊ hanc causam idem nobilis Pauli deduxit ⁊ probauit in prosequutione dicte eius nuntiationis, Quis ad causam huiusmodi exprimendā, vel probāda minime teneretur postq̄ non apparet fuisse ex aduerso postulatū vel petitū hanc causam exprimi ⁊c. pro quo allegare sufficiat q̄ voluit gl. in. l. j. in princ. ⁊ qd̄ ibi Bart. in oppo. penul. ⁊ in. q. ij. ff. de noui ope. nuntia. Ex ea enim causa ⁊ expressa ⁊ probata apparet interfuisse ⁊ interesse eiusdē nobilis Pauli ne fieret viseta de qua in actis: cum ⁊ ex demolitione parietis fiat ⁊ facta extiterit domus predicta deterior: ⁊ ita hoc facere eidem Jacob non licebat nec licet. per id quod habetur in aut. qui rem. ⁊ quod ibi glo. et docto. C. de sacrosanc. eccle. faciunt not. per Joannem de Imo. ⁊ docto. in. l. diuortio. §. si fundum. ff. soluto matrimonio. Apparet igitur eundem Pauli habuisse causam legitimam non fiendi: licet ad obtinendam demolitionem eius quod post ⁊ contra nūtiationem edificatum extitit, suffecis-
2 set † eidem Pauli quod idem iudeus non probauerit certum esse eundem Pauli non habere ius nūtiandi: ⁊ sic non debuit nuntiatio huiusmodi contemni etiam si ius iudicandi non habuisset per id quod post Rofre. in libel. suis voluit Barto. in dicta. l. prima, in prin. versic. oppono supra ne quis eum ⁊c. ⁊ ver. venio ad questiōes ⁊c. ff. de no. ope. nunt. ⁊ Specu. tit. de no. oper. nuntia. ver. sed nunquid verum est, iunctis ijs que not. idem specu. in princip. eiusdem tituli. dicta etiam nuntiatio facta fuit non quidem inepte sed aptissime, dicto vez Jacob tunc presenti, ⁊ operarijs: ⁊ in opere ⁊ per verba aptissima, ⁊ tam personaliter, quam impersonaliter concepta. ita vt nec per ipsum Jacob, nec per illos operarios nec etiam alios aliquid fieri potuerit post nuntiationem antedictam, quod demoli non debeat per iam optime ⁊ congruentissime in hac causa allegata. Nec putet sibi suffragari idem Jacob parte sui deducta in quibusdam articulis exordientibus q̄ non licuerit ⁊c. erant enim prout ⁊ sunt articuli huiusmodi impertinentes vt pote talis qui etiam si veri essent, ⁊ probati extitissent non debebant nec etiam debent impedire demolitionem eius quod post
3 nuntiationem edificatum extitit: debebant † ergo repelli non admitti ad probandum. l. ad probationem. C. de proba. l. non hoc. C. vnde cogna. ⁊. c. cum contingat. cum suis simili. de officio delegat. admissi ergo ⁊ etiam probati partem opponentem non releuant: pro eo quia parte ⁊ opponente ⁊ resistente non sunt precise sed conditionaliter admissi, scilicet cum clausula saluo iure impertinentium, ⁊ sic sub conditione si admittēdi existerent. Et quia hec cōditio purificata non extitit illi habentur pro non admissis. Ita dicit Joan. de Imo. in. l. si quando. ff. de lega. j. quod etiam satis voluit Bald. in. l. momentanee. in fin. C. qui leg. perso. ⁊ fuit de mente. Barto. in. l. ambitiosa. questio. penulti. ff. de decre. ab ordi. facien. illud autem vt puto in dubiū non vertitur, quin idem nobilis Pauli sufficienter probauerit dictā eius nuntiationem, ⁊ quot gradus seu marchie edificate extitissent tempore facte nuntiationis de hoc enim stat instrumentū. ⁊ depositiones multorum testium in nullo reprobatorū, quibus propterea credendū est, per iura vulgatissima, ⁊ vbi hec non sufficerent, deberet deferri iuramentum. in supplementum probationis plenioris. l. in bonefidei. cum suis simili. C. de iureiuran. Probauit etiam quod post nūtiationem predictam edificati sunt quatuor gradus seu marchie: quinimo ⁊ plures. de hoc enim deponunt ad minus duo testes de quo etiam apparere potest per euidentiam facti per quam etiam post publicationem depositionum testium ⁊ illarum notitiam fieri potest probatio. vt not. Bald. in. l. si quis testibus. ad fin. C. de testi.

¶ De pact. pignor. Rubri.

¶ Epitome.

¶ Ut in primo. V. F.

1 ☞ Pacto inter contrahentes fieri non potest quin fructus pignoris in sortem imputentur nisi in pignore pro dote nō soluta.
2 Extensio casus exorbitantis a iure communi non fit.

¶ Consilium. lxj.



Jcet tempore trāsactionis dudum celebrate ⁊ inite per ⁊ inter nobilem virū Antonium de Joyes loci pontis sancti Spiritus ex vna parte, ⁊ nobilem virum Joānem Esberardi eius socerum, dictus socer pro summa septingentarum viginti nouem librarū, ⁊ quindecim solidorum erroneñ. in quibus remansit debitor eiusdem Antonij: ipsi Antonio impignorauerit, ⁊ in pignus tradiderit iura predia ⁊ possessiones, in instrumento transactionis huiusmodi plenius designatas ⁊ descriptas per eundem nobilem Antonium tenendas ⁊ possidēdas donec ⁊ quousque sibi satisfactum extiterit de dictas septingentis ⁊ vigintinouem liberis: ⁊ quindecim solidis turronē. et quāuis etiam voluerit ac pactus fuerit ⁊ conuenerit idē nobilis Joannes quod fructus ex iuribus predijs. ⁊ possessionibus huiusmodi, non computarentur in sortem dictarum septingētarum ⁊ viginti nouem librarum ⁊ quindecim solidorum, ego tamē cōsulo eidem nobili Anto. quod ipse potius sibi solui expostulet summā predictam, quā subipse pacti ⁊ conuentionis prime mētionatarum iura ⁊ predia predicta retineat, donec de summa huiusmodi satisfactum exti-
1 terit: quia † reuera eis nō obstantibus tenebitur idem nobilis Antonius fructus perceptos ⁊ percipiendos imputare in sortem. l. j. ⁊. ij. C. de pigno. acti. l. j. ⁊ vlt. C. de pac. pig. c. j. c. ij. ⁊. c. conquestus. de vsu. cui dicto nō obst. c. salubriter. de vsuris. Quoniā respondeo quod text. ille loquitur in fructibus perceptis ex predijs pignori datis genero pro dote constituta: cuius fructus maritus suos facit propter onera matrimonij que sustinet. l. pro oneribus. C. de iure dotium. not. glo. in dicto. c. salubriter. dicta vero summa per eundem nobilem Esberardi ipsi nobili Anto. debita, non est pecunia dotalis, sed est pecunia eidem nobili Anto. donata per quondam nobilem Antonium de Joyes eius patruum,
2 ⁊ sic non sumus in casu dicti capitu. salubriter. quum † ca-

sus

sus est exorbitans a iure communi:ideo non extendendus.l. quod vero.ff.de leg.facit.l.si vero.§.de viro.ff.solu.matri.et quãuis pro defensiõe pacti de quo supra facere videat, ꝙ in vim transactionis predicte, ꝛ in ea idem nobilis Anto.dictum nobilem Esberardi eius socerũ liberauit et quietauit. de obligatione,ꝛ onere quibus tenebatur supportare onera matrimonij eiusdem nobilis Antonij ꝛ nobilis Claudete ipsius nobilis Joannis Esberardi filie,mihi tamen magis placet pro omnium scrupulo euitando,quod prediri,scilicet quod non obstantibus pacto ꝛ conuentione superius mentionatis idem nobilis Antonius teneatur et debeat computare fructus perceptos et percipiendos in sortem que dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ De suis ꝛ legitimis liberis. Rubrica.

¶ Legitime parti sorores tres dotibus contente renũtiarunt. Id quod minus legitima in dotibus habuerunt ceteris duobus fratribus accrescit:nõ heredi vniuersali. Et quũ per verbum commune reuertatur compendiosa facta est: hec pupillarem continet, exclusa matre. Vasquinus Filiolus.

¶ Consilium.lxij.



2 secundum dico, et respondeo quod † quatenus reperirentur dotes et vestes de quibus ibi, solute debonis communibus inter patrem predictorum Thome, et sororum, et prefatum patruum consonum esset rationi, quod idem patruus recompensaretur, pro dimidia parte: quia dicte sorores dotari debuerunt non quidem de bonis communibus, sed de bonis propriis earum patris per id quod voluit Speculo titulo de iudiciis. §. sequitur videre. versiculo. quid si vnus ex fratribus hoc idem tenuit Baldus in. l. fin. C. de dotis promissione. et nuda pollicitatione. idem Bald. authen. ex testamento. C. de collat. de quo plene per Alexã. de Imo. consi. mihi centesimo decimo quarto. exordiẽte videretur circa consultationem premissam quod intelligo nisi prefati patrues, & pater Thome, & sororum fuissent ad eo socii quod per expressa capitula societatis licuisset dotare filias vnus fratris de bonis communibus. l. si socius pro filia. ff. pro socio. & sic opportuisset quod societas omnium bonorum fuisset expresse contracta cum hoc, quod onus dotãdi esset cõmune. dicta. l. si socius pro filia. prout plenius prosequitur Aleran. vbi supra. ¶ Venio ad tertium super quo
3 dico quod super hoc articulo, an videlicet † salarium constitui debeat tutori, & presertim ad sui postulationẽ. Sunt varii modi dicendi prout colligitur ex iis que not. gl. & quod ibi Bart. in. l. in eos. ff. de tute. & l. i. §. penulti. ff. manda. Ioan. de ana. in capitu. qualiter & quando. el. ii. §. licet. versicu. vltimo dixi de &c. de accusationi. Barto. in. l. tutoribus. §. principalibus. ff. de administratione tutorum. vel curatorũ. Angelus Areti. in. §. actionum. in materia tutele. versic. vlti. scire debes &c. institu. de actio. & in. §. sed & propter paupertatem. institut. de excusa. tuto. & Paulus de castro consilio. cxl. exordiente ad bene examinãdum &c. versicu. super. vi. dicendum est &c. qui tamen loquuntur eo casu quo ab initio vel durante tutela petiit tutor salarium statui aut decerni qui non videtur esse casus non pro eo quia tutela prefati quondã Thome fuit finita etiã antequam moreretur. Propter quod dicto articulo aliter pro nunc non examinabo, et eo obmisso dico quod prefatus patruus olim tutor tenetur reddere rationẽ de per eũ administratis, in qua describet expensam per eum factam, et dictas si quas ipse vel filius eius in cultura bonorum fecerint, aut in recollectione fru-

ctuum

ctuum reddet etiam rationem de fructibus, & ratione reddita facilius perpendi poterit an salarium fuerit vel sit eidem exsoluendum. ¶ Ad vltimum dico, & respondeo quod licet Joannes desiderij pater quondam dictorum Thome, & sororum testari potuerit inter liberos in presentia trium aut duorum testium. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testamen. ipse tamen non potuit in dicto testamento substituere prefatum eius fratrem, vt voluit Bartol. & post eum alij. in. l. prima. ff. de vulga. vbi etiam Alexander de Jmola. ff. de vulgari & pupilari. Salice. in. l. si testamento. C. de impube. & Joannes de Jmol. in cap. Raynutius. in materia pupillari. de testa. & hoc non habet dubium quamuis secus esset secundum Bartol. Alexand. Joannes de Jmol. & alios scribentes, vbi dictus testator eadem Thome substituisset dictas eius sorores que erant de liberis testatoris, & ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ De secun. nup. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Ne Hercules quidem, qui Cerberum ab inferis extraxit, tria eius capita ad vnum redigere potuit. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Successiuus ordo in substitutione an & quando attendatur.
2 Trebellianica semel in vnius personã detracta non est per aliam iterum detrahenda.
3 Binuba mulier secundum virum et filium prioris matrimonij seruates seruandis heredis instituere non prohibetur.
4 Census & arreragia soluere tenetur maritus qui dotalia bona, de quibus illa debebantur, tenet.
5 Expense cultorum prediorũ tempore contracti matrimonij quem afficiant eo soluto.

¶ Consilium. lxix.



Visis testamentis prouidorum quondam virorum, & honestarum mulierum Joannis constantij & Stephani & Joannete eius filij, & filie & Guarcenete dicte Joãnete, & Jacobi p̃positi filie naturalis, & legitime. viso insuper casu mihi exhibito exordiẽte Joannes constantij. &c. & dubijs ex casu huiusmodi subtiliter elicitis. dico & respondeo ad dubia huiusmodi prout infra, & primo quidem ad primũ, & tertium dico & respondeo prout, & quemadmodum egregius, & spectabilis vir dominus Gulielmus Meynerij, dominus & preceptor meus. Quo vero ad secundum quesitum dico quod super hoc sunt opiniones ex dotrina enim Bartol. in. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & posthumis. colligitur quod licet prefatus quondam Joannes Constantij primus testator eidem Stephano eius filio si sine liberis &c. ab humanis decederet, substituerit dictam Joannetam eius filiam, et suos, ipse tamen
1 † Joãneta & Guarceneta censeãtur inuitate ordine successiuo. primo videlicet dicta Joãneta filia, vt pote magis dilecta per ipsum Joãnem testatorem. ac demum, & post ipsius Joannete mortem eadem Guarceneta, & secundũ hanc opinionem cõsuluit idem spectabilis dominus Gulielmus. Ex doctrina autem aliorum doctor. & que videtur hodie magis communis colligitur quod in hoc casu facte substitutionis per dictum quondam Joannem constantij testatorem, & in vim eiusdem substitutionis simul succedere debuerint quelibet videlicet pro dimidia parte prefate Joãneta, & Guarceneta post mortem Stephani fratris, & auunculi. per id quod habetur in. c. Raynutius, & quod ibi per Joan. de Jmo. de testamen. de quo per eundem Jo. & alios Modernos. in. d. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liberis & postumis, & sensit Joannes de Jmo. in. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. secũdum quorum opinionem si vera est, debuit ipsa Guarceneta mortuo Stephano eius auunculo habere dimidiam partem eorum que veniebant restituenda in vim substitutionis facte eidem Stephano de prefata Joanneta & suis & esto citra preiudicium veritatis quod eadem Guarceneta videretur per verbum, & suos, inuitata ordine successiuo, & substituta dicte Joannete eius matri post tamen eius mortem. illud saltem certum esset quod cum eadem Joanneta vita functa sit, & decesserit ante dictam Guarcenetam, eidem Guarcenete reddi & restitui debuit id quod habuit de bonis et hereditate dicti quondam Joannis Constantij in vim substitutionis de qua supra, nullis quartis deductis, & quidem non legitima qua nulla eidem Joannete competebat in bonis prefati quondam Stephani eius fratris, non
2 † etiam Trebellianica: quia cum illa detracta extiterit ex persona eiusdem quondam Stephani, illa non venit vlterius detrahenda. l. prima. ff. ad Trebellia. quod dixi de legitima non detrahenda, intelligo quo ad bona in quibus idem Stephanus extitit heres institutus: quia non nego quin eadem Joanneta habere debuerit legitimam in bonis prefati quondam Joannis eius patris, & que vt clarissime ostendit dictus do. Gulielmus ascẽdit ad duas vncias seu sextam partem omnium bonorũ eiusdem quõdam Joãnis, propter dictam tamen substitutionem factam de eadem Guarceneta. per verbum et suos, non potuit ipsa, Guarceneta. nec potest eius heres aliquid petere in bonis prefatorum Stephani & Joannete aliunde quesitis: quam ex prefato quondam Joanne testatore eorum patre: quia illa non veniebant in restitutione fideicommissi. l. cum heredi. §. cum filie. ff. de vulgari & papillari substitutione. & per hoc patet responsio ad primum quesitum ex ijs que subiunguntur post allegationes prefati domini Gulielmi. ¶ Ad aliud vero quesitum quo queritur an testamentum eiusdem quondam Joannete validum existat tute respondere non valeo, pro eo quia illud non habeo ex integro, nec videre potui an in eo interuenerit sufficiens testium numerus, & alia pro solemnitate requisita. Puto tamẽ quod si septem testes interuenerint, & rogati, & fuerint alia obseruata que obseruari debuerunt illud valuit. Et tamen verum quod si ille due zone argentee per eandem Joannetam dicte Guarcenete eius filie relicte iure institutionis non ascendant ad legitimam, que est tertia pars bonorum eiusdem Joannete. auth. de trien. & semis. §. j. collat. iij. et transumptiue in auth. nouissima. C. de inofficioso testamento. Ipsam Guarceneta potuisset, & hodie possunt eius heredes agere ad supplementum eiusdem legitime. l. omnimodo. C. eodem titulo. quia in illa grauari non potuit dicta. l. omnimodo. l. que nuper. & l. quoniam in prioribus eo
3 dem titulo. ¶ Ad alium quesitum quo queritur, an † testamentum factum per dictam Guarcenetam sit validum, in quo heredes equis portionibus instituisse dicitur Joãnem Girardi eius filiũ naturalem & legitimum, ex primo marito, & prouidum virum Petrum Ponceti eius secundum virum. Respondeo quod sic: in eo enim interuenit sufficiẽs testium numerus, & alie iuris solemnitates nec est de iure prohibitum quominus vxor etiam binuba heredem instituat eius secundum virum cum effectu: dumtamen non plus sibi reliquat quã vni ex liberis primi matrimonij illi videlicet cui minus quando sunt plures. l. hac edictali. C. de secundis nuptijs. quod hic non fecit. cum & filium ex primo matrimonio & hunc secundum virum equis portionibus heredes insti-
4 tuerit. ¶ Ad alium quesitum quo queritur, an † idem Ponceti teneatur soluere arreragia censuum, & seruitiorũ debita pro annis, & solutionibus que fieri debuerunt durante matrimonio inter eosdem Põceti & Guarcenetam. Dico, & respondeo quod cum bona super quibus debẽtur census, & seruitia huiusmodi essent dotalia, & ipse Ponceti fructus percepit, ipse debet soluere, arreragia quia tenebatur soluere huiusmodi census, & seruitia, ille enim qui fructus percipit, & possidet, soluere debet tales cẽsus: pro quo allegasse sufficiat quod habetur in. l. neq; & quod ibi Bartol. Alexan. de Jmo. & docto. C. de impensis. in do. reb. fac. per Bar. in. l. Lucius Paulus. §. idem respondit, el secundo. ff. ad municip. de quo per doctores. in. l. j. C. de mulieribus et in quo loco munera serui congruentia, vel honores agnoscunt. lib. x. ¶ Ad alium quo queritur an possit repetere a dicto Joanne Girardi, & agere ad recuperationem eorum que soluit pro debitis, & exequijs dicte quondam Joannete: dico qđ non de ijs enim agẽdum est contra heredes Joannete, cuiusmodi nõ est idẽ Girardi. Quo vero ad a alia per ipsum Põceti & sui ipsius nomine acquisita respondeo: ꝙ illa sibi pertinent insolidum. Et hoc nõ habet dubium. ¶ Ad aliud quo queritur de stipendijs seruorum, & de fructibus, quos idem Ponceti dicitur seminasse. dico me non posse pro nunc plene respon-

dere propter accelerationem huius hominis, ꝛ alias occu-
5 pationes. Existimo † tamen quod cum vt audio matrimonium eorundem Ponceti ꝛ Guarcenete durauerit decem vel vndecim annis, ꝛ duobus mensibus vel circa, ꝛ fuerit matrimonium contractum, ꝛ nuptie celebrate circa festum natalis domini, quod si fundi fuerint pleni traditi, vt verbi gratia terre culte, et eminate quorum fructus idem Ponceti habuit, debebunt de fructibus nunc pendentibus detrahi expēse, quas eadem Guarceneta fecerat pro cultura ꝛ semine ante dictum matrimonium: de eis etiam detrahi debebunt expense facte pro cultura, ꝛ semine per eundem Pōceti, ꝛ detractis huiusmodi expensis id ꝙ superit debebit diuidi hoc modo: q꞉ idem Ponceti tanꝗ quondā maritus de duodecim mensuris habebit duas, ꝛ sic sextam partem: residua vero diuidetur equis portionibus inter eum, ꝛ dictum Joannem Girardi tāquam heredes prefate Guarcenete que dico in cursu, ꝛ salua plenius deliberatione nisi partes conuenerunt: non enim occurrit tempus quo videre valuerim ea que habentur per glos. ꝛ docto. in. l. de diuisione. l. si ante fructus, ꝛ. l. diuortio. in principio. ff. soluto matrimonio.

¶ De pac. inter empt. ꝛ vendi. Rubri.

¶ Epitome.

¶ Pactum de retrouendendo illicitum cōtractum non facit. Et qui emit, si contra legem venditionis ad alium transferat, tenetur parti ad interesse. V. F.

¶ Consilium. lxx.



I venditio que facta fuisse dicitur venerabili viro dño Bartholomeo Bonoti, ꝛ Joanni eius fratri ꝑ Catherinā ꝛ Gulielmū dauidis matrē, ꝛ filiū de quibusdā prato, ꝛ terra cōtiguis facta fuerit iusto pratio, illa ex eo presumi nō debet fuisse cōtractus feneratitius, vel in fraudem vsurarum celebratus: ꝙ prefatus domi. Bartholomeus suo, ꝛ dicti Joannis nominibus pactum fecit ipsi Gulielmo Dauidis suo, ꝛ dicte Catherine eius matris nominibus, stipulanti, ꝛ acceptanti de retrouēdendo pratum. ꝛ terram huiusmodi pretio de quo in instrumento, quinimo fuit venditio seu contractus huiusmodi approbatus, ꝛ licitus. l. ij. C. de pact. inter empto. ꝛ vendi. not. Archi. in. c. plerique. xiiij. q̄. iij. Panor. ꝛ docto. in. c. ad nostram. de empti. ꝛ vendi. pro quo etiam facit secundum Panor. dictum. c. ad nostram. vbi non solum ponderatur pactū de retrouendendo, sed etiam ponderatur quod non licebat venditori nisi post certum tempus, vt sic posset interim pretensus emptor fructus lucrari. debet igitur dictus contractus obseruari. nec tenentur ipsi do. Bartolomeus, ꝛ Joannes pretium, ꝛ terras predictas reuendere, nisi iuxta formam pacti de retrouendendo, ꝛ caueant sibi prefati Catherina, ꝛ Gulielmus ne alteri vendant infra viginti annos: quia cum ipsi teneantur preferre eosdem do. Bartholomeum, ꝛ Joannem quibuscunqꝫ alijs: ipsi venirent contra conuentionem, ꝛ pactum si alteri venderent, ꝛ traderent: ꝛ ob hoc tenerentur eis ad interesse. per ea que habentur in. l. fin. ꝛ quod ibi glos. ꝛ doctor. C. de pactis inter emptorem ꝛ venditorem. de quo etiam per Bartolum, ꝛ alios in. l. ea lege. C. de conditio. ob causam.

¶ De probationibus. Rubri.

¶ Epitome.

¶ Probare debet scientiam domini fundi, vel consuetudinem: qui sibi ius competere asserit in id animalia sua pascēda immittendi. V. F.

1 ☞ Possessio seu quasi depascendi sine scientia domini fundi non procedit.
2 Illatio non fit ex separatis.
3 Consuetudo vt dicatur introducta que probanda sunt, remissiue.

¶ Consilium. lxxi.



Jcet testes producti, ꝛ examinati parti prouidorum virorum Joannis, ꝛ Antonij annundi de manassio videantur deponere pro ꝛ in fauorem intentionis eorūdē annūdi ꝛ cōtra prouidū virū Michaelem Raimundi: eorū tamen depositio non videtur obfuisse vel obesse eidē Michaeli: nec suffragari dictis Joanni, ꝛ Antonio: pro eo quia ꝗuis testes huiusmodi aliquid testificent ꝛ deponāt super pretēsa immissione, ꝛ depastione animaliū facta in prato, in actis cause huius plenius mētio-
1 nato: illi † tamē nihil deponūt de scientia eiusdē Michaelis, sine qua tñ acquiri non potuit possessio seu quasi immitendi, ꝛ depascendi animalia in ipso prato. l. ij. C. de seruitu. ꝛ aqua: cuius illa est ratio: q꞉ in talibus possessio seu quasi procedit ex patientia domini predij. l. quoties. el. ij. ꝛ ꝙ ibi Bar. ꝛ docto. ff. de serui. no. Bal. in. d. l. ij. in. iiij. oppo. C. de serui. ꝛ aqua. sed ignorans non dicitur pati, ꝛ ideo ignorāte domino predij non potest quis in eo acquirere possessionem seu quasi alicuius seruitutis: per dictam. l. ij. ꝛ quod ibi per omnes docto. de quo Jo. Fab. Ang. Aret. ꝛ alij in. §. eque. insti. de act. preterea depositiones dictorū pretensorū testium etiam alia ratione nō officiunt, vel nocēt eidē Michaeli, nec suffragantur dictis eius aduersarijs: pro eo q꞉ quidquid deposuerint vel dixerint testes ꝑdicti de immissiōe, ꝛ depastiōe animaliū quorūdam particulariū loci manassij, nihil tamē deposuerūt vel dixerūt de immissione, ꝛ depastiōe animaliū dictorū aduersariorū, ꝛ sic nō est ꝓbata eorū pretēsa defensio, quatenus cōcernit pretēsam possessionē eorundē: q꞉ isti aduersarij, ꝛ alij de quibus deponūt testes, sunt diuersi homines, ex quorum propterea pretēsa possessione seu quasi etiā si illa probaretur, prout nō probatur, nō inferretur pretēsa quasi possessio horū
2 aduersariorum: q꞉ † ex separatis nō infertur. l. Papinianus exuli. ff. de minor. l. inter stipulantē. §. sacram, versicu. sed hec dissimilia. ꝛc. ff. de ver. obl. ꝛ. l. si marit᷒. C. de dona. inter vir. ꝛ vxo. nec dicat aliquis ꝙ nonnulli ex dictis pretensis testibus deposuerunt, ꝛ dixerunt se vidisse omnes pastores seu custodes animaliū immittentes animalia ꝛc. in prato de quo supra, ꝛ in alijs post primum fenū leuatum quoniam respondeo quod hoc non obstat ea maxime ratione: q꞉ non apparet quod ijs temporibus de quibus illi pretensi testes deponere nitūtur: ipsi aduersarij haberent animalia aut bubulcos ꝙ tamen erat necessarium: arg. c. j. de prescr. nec etiam dicat aliquis quod in vim pretense consuetudinis possunt ipsi aduersarij, ꝛ alij eorum animalia immittere ꝛ immissa depascere in dictis pratis post leuatā primā herbam, quoniā rñdeo hm̄oi pretēsam cōsuetudinē, nō fuisse probatā, quinimo nec ꝓpositam, vt plene colligi pōt ex forma oppositionis facte per di-
3 ctos aduersarios, in qua † deducta nō fuerūt ea ꝗ requirunt ad introductionē cōsuetudinis. de qbus p oēs. c. fi. de cōsue. per Bar. ꝛ alios in. l. de qbus. ff. e. tit. per Alb. C. que sit lōg. cōsue. super rub. per Cy. ꝛ alios in. l. j. C. e. tit. Possent ꝛ alia multa induci. Sed q꞉ ꝓmissa sufficiūt, ego vlteri᷒ nō insisto.

¶ De arbit. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Compromittentes non obstante quocunqꝫ iuramento de seruando laudo ꝛc. si enormiter lesi extiterint, possunt ad arbitrium boni viri recurrere. V. F.

1 ☞ Jurati compromissi vires an iuramento augeantur.
2 Compromittentes donare velle non censentur.
3 Minor lesus renuntiationi etiam iurate contrauenit.

¶ Consilium. lxxij.



Tiam si iuratum sit de stando laudo seu dicto aut mādato arbitratoris, nihilominus tamen peti potest eius arbitrium seu laudum reduci ad arbitrium boni viri, si fuerit iniquum, vt voluit Innocentius, Hostiens. Joan. Andr. ꝛ docto. communiter. in capitu. quintauallis. de iureiurando. Innocent. videlicet super verbo, iuramentum ver. nec facio vim ꝛc. Hostien. super

per eodem verbo, ver. nec est etiam vis facienda &c. & Joan. And. super eodem verbo ver. Nec est etiam vis facienda &c. & Specu. titu. de arbitr. §. j. versicu. sed pone quod compromittens. &c. Cuius dicti illa solet assignari ratio: quia huic conuentioni inest tacita conditio, si arbitrator eque arbitratus extiterit. l. si libertus. ff. de operis libertorum. l. finali. C. de do. promis. d. c. quintauallis. de iureiur. idem etiam voluit Barto. in. l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro so. & sentit Jo. and. in addi. Specu. tit. de arbi. §. j. ver. arbitrator &c. & in. §. si. versicu. item quid si compromissum, in addit. exordiente, clarius sic formatur &c. & hanc eandem conditionem habet renuntiatio, seu conuentio quam compromittẽtes faciunt de non recurrendo ad arbitrium boni viri. argu. l. quero. §. inter locatorem. ff. loca. & l. quidam cum filium. ff. de verbo. obliga. no. Bar. in. d. l. si societatem. §. arbitrorum, ver. quero vtrum possit renuntiari &c. Quis igitur pretendatur ex aduerso: quod in compromisso dudũ celebrato, & innito, per & inter honorabilem virũ Baptistam destible, & Petrũ Bernardi: partes predicte conuenerint, & iurauerint stare dicto seu laudo quorundã pretensorum arbitratorum per eosdem electorum ac etiam iurauerint de non habendo recursum ad arbitrium boni viri. Petet nihilominus idem Petrus sentiens, aut pretendens se grauatum, & quidem non in sexta parte. quod secundum Bart. & sequaces, sufficeret, sed in toto petere eorum laudum reduci ad arbitrum boni viri, quasi defecerit conditio, que secundum docto tacite inherebat conuentioni, & renuntiationi huiusmodi: quemadmodum hoc facere potuisset, si conuentio, & renuntiatio predicte iurate non fuissent,
1 quia † iuramentum nõ auget obligationem: sed & intra suos limites manente, addit religionis vinculum: vt voluit Oldra. consil. mihi. clxxxvij. exordiente. cum mulier donatrix post donationem &c. Cuius dictum commemorauit Bal. in l. fin. circa principium. C. de non numerata pecu. in his ergo non obligat iuramẽtum in quibus iurans nec cogitauit, nec consensit, pro quo allegauit Oldr. consi. mihi. ccliiij. exordiente. Ex forma istius statuti &c. dicta. l. si libertus. ff. de ope. libe. l. fina. C. de non numera. pecu. c. petitio. & c. veniens & quod sbi Innoc. & Host. de iureiuran. Facit ad premissa quod voluit Bar. & post eum alij magis communiter in. l. sed & si. §. quesitum. ff. si quis cautio. Jo. And. & alij magis communiter. in. c. j. de commoda. & legiste in. l. j. C. eo. tit. & Bal. in. c. j. de controner. apud. pri. termi. nec opponat aliquis quod predicta procederent, vbi fuisset generaliter iuratum de stando dicto dictorum pretensorum arbitratorum, & sic etiam cũ iuramento generaliter interposito renuntiatum recursui ad arbitriũ boni viri. secus autem videtur esse in casu nostro in quo legit data fuisse facultas dictis arbitratoribus dãdi de iure vnius partis &c. per id quod voluit Hos. Joan. an. & sequaces. in. d. c. quintaualis. in loco preallegato, vbi etiam per Panor. & alios, & per Salic. in. l. cum antea. C. de arbit. quoniam respondeo quod hec non obstant. quoniam prout apparet ex dictis predictorum doctorum ipsi loquuntur quando specialiter, & expresse dictum fuit in compromisso, quod ius vnius partis in totum, vel in parte, posset arbitrator dare alteri parti, & quod quãtumcunque inique pronuntiaret, deberet stari dicto suo: eo enim casu voluerunt docto prefati standum esse dicto arbitratoris. etiam si immoderate leserit: dumtamen bona fide, quasi ad id se obligare potuerint compromitentes: quia quilibet est moderator rei sue, & arbiter. l. in re manda. C. mãda. & licitum vnicuique sua committere. l. nemo exterus. C. de iude. sed in compromisso de quo hic non fuit sic dictum. sed solum dictum extitit, quod possent dicti arbitratores dare de iure vnius partis alteri parti, quod intelligi debuit moderate, secundum quod etiam intelligitur glos. in. l. si de meis. §. recepisse. ff. arbit. & sic non obstat: quinimo dicit Bald. in. l. si vnus. §. illud. in si. ff. de pac. & in dicta. l. cum antea. communiter obseruari, quod non obstante quacunque cautela verborum, possit propter enormem lesionẽ peti reductio ad arbitrium boni viri, quia non est verisimile quod compromittentes hoc senserunt, quod arbitrator posset eos enormiter ledere. argumen. l. cum acquiliana. ff. de transact. & l. creditor. §. Lucius. pro quo dicit text. in ratione sui. in. d. l. si libertus. videntur enim partes verba sic lata adiecisse, spe future equitatis arbitrij. & ideo si arbitramentum sit multum enorme merito debet reduci ad equitatem. l. vnde si nerue. ff. pro sol. & arg. l. si cui. ff. de seruitu. non obstat secundum eum. l. non solum. §. vltimo. & l. si quis rationes. ff. de liberatione legata. quia ille loquuntur in actu liberali, scilicet, in legato quod est liberalitas: quia est quedam donatio. l. legatum est.
2 ff. de legatis secundo. sed † nos loquimur in compromisso: in quo intentio partium non est donare: non enim, venirent partes ad arbitratorem, vel arbitrum, si earum intentio esset donare, imo intentio partium est ius suum consequi: vnde non debent decipi, argumen. l. qui cum tutoribus. §. qui per falatiam. ff. de transactionibus. & l. tres fratres. ff. de pact. partes etiam ab initio ignorant quod arbitrator ita enormiter ledere debeat. vnde non videtur hec ei commisisse. arg. l. si. §. idem quesiit. ff. de condi. inde. & hoc etiam fuit de mẽte Bart. in. d. §. arbitro. versicu. quero vtrum possit renuntiari sed hic non est opus super hoc articulo insistere: quia partes in compromisso de quo hic, non sic late conuenerunt imo nec late, sed solum quod possit dare de iure vnius partis alteri parti, que conuentio extendi, vel intelligi non debet, vt propterea censeantur cõuenisse, vt possent arbitratores dare ius vnius partis alteri parti, & in totũ, & in partẽ, & quod quantumcunque inique &c. pro quo allegare sufficiat: (quia apud peritissimum est mihi sermo) ea que de renuntiatione minoris viginti quinque annis not. docto. in capitu. pen. de emptione & venditione. in authentica. sacramenta puberum. C. si aduersus venditionem. in. l. secunda. C. de rescindenda venditione, & Joannes de Imola. in sua solenni repetitione. ca. cum contingat. in. iiij. membro, de iureiurando. qui commu-
3 niter sentiunt. quod † licet minor iurauerit non venire contra contractum pretextu lesionis, poterit nihilominus venire contra si est enormissime lesus: quia non censetur per hoc renuntiasse beneficio dicte. l. secunde. C. de rescindenda venditione. non sumus ergo in terminis in quibus loquuntur Hostien. Joannes Andreas. & alij superius allegati, Et idẽ Joannes Andr. in dicta additio. Calarius sic fruatur &c. & questionis disputate per eius adoptiuum, scilicet. Jo. Cald. quem commemorauit idem Joan. Andr. in dicta addi. versicu. adoptiuus meus &c. ex quibus omnibus infertur, locum tenentem reuerendi in Christo patris domini regentis comitatus venaissini, bene processisse in admittendo libellum parte dicti petri Bernardi coram eo oblatum, super recursu ad arbitrium boni viri, non obstantibus conuentione de stando dicto &c. & renuntiatione. &c. & propterea reuerendum patrem dominum vicegerentem curie camere apostolice, male processisse in reuocando dictam ordinationem, motum forte propter conuentionem et renuntiationem huiusmodi quasi eis obstantibus non licuerit propter iuramentum recurrere nisi prius obtenta illius dispensatione: quia vt predixi, conuentioni, & renuntiationi predictis, inherebat tacita cõditio, si eque arbitraretur, vel non immoderate lederet, quod quia factum non est, sed vt pretendit idem Bernardi totum ius ablatum est, conuentio, & renuntiatio predicte ad hunc casum non se extendunt & cõsequenter nec iuramentum: quia vt predixi, iuramẽtum obligationem non auget. sed tanquam accessorium sequitur naturam contractus, pro quo vltra predicta allego. Bart. in d. §. arbi. & Anto. de Butri. in. c. debitores. de iureiuran. que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sententis. Et signãter reuerendi patris domini commissarij in hac causa ius dicturi.

¶ De appella. Rubri.

¶ Epitome.

¶ Appellans nisi intra annum vel biennium causam terminari obtinuerit, appellatione sua non gaudet: sed illa pronũtiatur deserta. V. F.

¶ Consilium. lxxiij.



Appellãti impertitur annus, & ex necessaria, & euidẽti causa bienniũ ad pro se quẽdum, & finiri faciẽdũ eius appellationẽ. ij. q. vj. ei qui appel. c. cũ sit romana, & quod ibi gl. in prin. de appel. & auth. ei qui. C. de tempo. appel. qui si infra tẽpus huiusmodi appellationis, causam cessante legitimo impedimento finiri non fecerit eius appellatio deseritur, & sñia lata rata manet, etiã si post desertionem huiusmodi appellans ipse cũ appellato, vel ipse appellatus per se principaliter prosequatur. d. auth. ei qui cle. licut appellationem, & cle. si appellationẽ. de appel. quo fit vt cum non solum preterierit annus vel biennium, quinimo quatuor anni & sex menses preterierunt a tempore late sentẽtie, pro honora-

bili viro Bertrando gastinelli contra prouidum virum baudonum iuuenis: infra quos idem baudonus cessante legitimo impedimento prosequutus non fuerit, aut saltem finiri facere non curauerit quandam pretensam appellationem parte eius a sñia huiusmodi interiectam; fuerit, & sit appellatio huiusmodi deserta ac rata sit, & rata manere debeat predicta sñia: nec eadem iuuenis suffragantur quedam pretensa prouisio parte eius obtenta a magnifico domino locum tenente illustris principis domini Aurayce seu eius delegato: quoniam quatenus in prouisione huiusmodi de mandat idem do. subdelegatus, in dicta pretensa appellationis causa procedi desertione non obstante: nam procedit prouisio huiusmodi, vt pote facta, & emanans ab eo qui eam facere non potuit: quia sic rescribere est rescribere contra iura ꝙ facere non potest: nisi princeps: minor enim legem maioris tot vigiliis, & laboribus adinuẽtam tollere non potest. c. ecclesia vestra el. ii. de elect. c. inferior. di. xxi. & l. si quando. C. de inoffic. testa. pro quo facit, quod not. gloss. in. c. fina. in verbo figura. versi. sed dubitari solet. &c. de hereti. in. vi. Ang. & Jo. de Jmo. in. l. nemo potest. in princip. ff. de lega. i. & Bal. in. l. rescripta, ver. clausulam non obstante &c. C. de preci. impera. offe. debet igitur non obstante dicta pretẽsa prouisione pronuntiari dicta pretẽsa appellatio fuisse, & esse deserta, & causa remitti domi. Baiulo cartedonis, seu iudici a quo pretenditur appellatum: quod fieri petit postulat, & requirit idem Bertrandus gastinelli: seu eius legitimus procurator procuratorio nomine eiusdem, & alias ius & iustitiam sibi fieri, & monstrari vestrũ iudiciale officium in opportunis humiliter implorando: premissa dicens &c.

¶ Famil. erciscun. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Diuidẽtes fratres bona paterna, quibus inuicem quandocunq; sine liberis decesserint substituti sunt, non videntur fideicommisso renuntiare: nec per hoc fideicommissum impediuntur disponere de legitima & trebellianica. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Vulgaris et pupillaris substitutiones quando expirent.
2 Deuoluatur verbum commune est.
3 Substitutio breuiloqua an & quãdo obliquari possit, scilicet si compendiose immisceatur.
4 Legitima percipitur deducto ere alieno et funeris impensa.
5 Diuisione an remissum censeatur fideicommissum inter fratres.
6 Juramenti vires in diuisione.
7 Compensationem acceptans frater substitutus repellitur a substitutione.
8 Fructus in quartam trebellianicam an & quando imputandi.
9 Renuntians filia pubes bonis paternis & maternis cum duplici iuramento, sibi viam restitutionis precludit.

¶ Consilium. lxxiiii.



IN humanis dudum fuit nobilis quondam vir montussius torpini, qui habens quinq; liberos ex duabus vxoribus videlicet nobiles Bartholomeũ, & Georgetã eius filiũ & filiam naturales, & legitimos, ex prima vxore Franciscũ Joannã, & ysabellã etiã eius filiũ, & filias naturales, & legitimos ex scda eius vxore, pridem de anno M.cccclxix. fecit & condidit eius vltimum, & nuncupatiuum testamentum in quo prefatis Georgete Joanne, & ysabelli certas pecuniarum summas iure institutionis reliquit, & illas in summis huiusmodi particulares heredes sibi instituit. Prefatos vero Bartholomeum, & Franciscum heredes suos vniuersales instituit, & nominauit equis portionibus eos adinuicem substituendo: ita ꝙ pars seu portio premorientis quandocunq; sine prole legitima ex suo corpore, & de legitimo matrimonio, pcreata ad superstitem, & superuiuentem ipsorum deuolueretur, & suos, & vltimo eorundem filiorũ, & heredum quandocunq; sine prole legitima ex suo corpore, & de legitimo matrimonio procreata decedenti substituit dictas nobiles Georgetam, & Joannã: quo nobilis mõtussio testatore vitafuncto, & de medio sublato dicti Bartholomeus, & Franciscus bonis, & hereditati eiusdem se immiscuerunt, & post hec bona eiusdem quondã mõtussii interse diuiserunt anno domini M.cccclxv. & die xviii. mensis Martii quam diuisionem conuenerunt, & sibi inuicem promiserunt, & iurauerunt tenere obseruare, & complere, & cõtra eam nunq̃ aliquid facere, dicere, nec venire sub obligatiõe, & hypotheca omniũ bonorum suorũ &c. post quã diuisionem, & iuxta formã illius prefati nobiles Bartholomeus, & Franciscus tenuerunt, & possederunt bona sua pro diuiso: quilibet videlibet partem ad se peruentã: deinde autem anno videlicet dñi M.cccclxxii. & die. xxvii. mensis Februarii prefatus nobilis Bartolomeus fecit & cõdidit eius vltimum & nuncupatiuũ testamẽtum in quo inter cetera per eum disposita legauit, & reliquit dicto Francisco eius fratri pro omnibus iuribus que eidem spectare aut pertinere poterant in suis bonis, totum eius affare delas albas, & de bacolis cum omnibus suis pertinẽtiis, & quandam vineã sitam plano delbore suis confrontationibus &c. cum pacto, & conditione quod ipse Franciscus se tenere deberet pro contento de omnibus sui ipsius Francisci bonis, & quod Coleta eiusdẽ Bartholomei vxor debeat gaudere vsufructu quandiu staret sub eius nomine, & si casus cõtingeret quod idem Franciscus petere vellet suam substitutionem ante mortem dicte eius vxoris, idem testator cassauit, & annullauit legatum factum de affari, & non reliquit nisi vineam eidem Francisco, in quam particularẽ heredem instituit: heredem autem vniuersalem instituit nobilẽ Sebastianũ autrici nepotem suum, & suos liberos masculos: fecit etiã quasdam substitutiones: que quia proposito nõ seruiunt, obmittuntur: dicte autẽ colete vxori legauit vsumfructũ omnium bonorum suorum quandiu viueret, & seruaret vitam vidualem sub nomine eiusdem, & non vltra: deinde sine liberis mortuus est idem Bartholomeus superstitibus prefatis Frãcisco fratre Sebastiano herede qui eius hereditatẽ adiuit, & Coleta vxore. successu temporis & per annum post decessum eiusdem Bartholomei dictus Franciscus Martinus est superstite nobili Stephano tropini eius filio naturali, & legitimo, & vniuersali, herede, a quo tempore eadem coleta tenuit, & possedit bona dicti quondã Bartholomei, & fructus percepit ex quo facto oriuntur sequentia dubia: primum an in vim substitutionis superius mentionate potuerit, & possit prefatus Franciscus, & hodie possit vel valeat idem Stephanus aliquid petere in & super bonis prefati quondam Bartholomei, illis videlicet que ad eum & pro eius hereditaria portione peruenerant de bonis, & hereditate prefati quondam montussii, & quantum petere potuerit ipse Franciscus, & hodie petere possit dictus Stephanus. secundũ an idem Stephanus petere possit fructus per eandẽ coletam perceptos in pdicto affari Christi nomine inuocato, viso casu superius mẽtionato, & dubiis ex eo elicitis dico & respõdeo ad dubia huiusmodi prout ecce. Et primo pro responsione ad primum presuppono quod prefatus quondam Bartholomeus de-
1 cessit post completum decimũ quartum annũ, & † sic factus pubes: & sic substitutio sibi facta valere non potuit in vim pupillaris: etiam si tempore testamenti, & mortis dicti quõdã mõtussii fuissent impuberes ipsi Bartholomeus, & Franciscus. l. in pupillari. cum suis simili. ff. de vulga. & pupil. non etiam potuit prefatus Franciscus in dicta portione succedere in vim vulgaris: quia illa expirauit per immistionẽ paterne hereditati. l. post aditam. C. de impube. & aliis substit. restat igitur videre an illa valuerit iure fideicommissi, & videtur quod nõ: pro eo quia substitutio huiusmodi facta per
2 verbum deuoluitur, † quod est commune. l. secunda, & quod ibi Bart. ff. de aliment. & ciba. lega. no. idem Barto. in. l. centurio, versi. septimo dubitatur &c. ff. de vulga. & pupil. Bald. in. l. fin. versi. venio ad cõmunia. C. de sacrosanc. eccle. & Jmo.
3 in. c. Raynutius. de testamentis. & † fuit substitutio predicta reciproca, seu breuiloqua, vt colligitur ex iis que no. Bar. in. l. Lucius de vulga. & pupilla. & docto. in. l. in testamento. C. de testamen. milit. breuiloqua vero seu reciproca non continet fideicommissariam substitutionem: quia illa obliquari non potest. l. qui plures heredes. ff. de vulga. & pupil. & quod ibi per Dyn. qui super verbo, in omnem casum, exponit scilicet directe substitutionis, & hoc etiã videtur voluisse Bart. in. d. l. Lucius ver. quero vtrũ substitutio breuiloqua &c. que si vera essent idẽ Franciscus nihil petere potuisset. nec hodie posset prefatus Stephanus in bonis superius mẽtionatis. Sed iis non obstantibus dico & respondeo ꝙ cum in predicta substitutione fuerit positum verbum quandocunque,

importans

importans tractum temporis, illa non fuit mera reciproca
sed fuit mixta cum compendiosa, ⁊ ratione compendiose sibi
immiste, vel annexe illa comprehendit etiam fideicommissa-
riam substitutionem, que in compendiosa continetur. l. pre-
cibus. in fin. C. de impuber. ⁊ aliis substitu. cap. Raynutius
de testa. ⁊ hoc fuit de mente Barto. in dicta. l. Lucius. in. iii.
questio. ⁊ melius in dicto, versicu. quero vtrum substitutio
breuiloqua ibi, non obstat quod diximus. in materia com-
pendiose ⁊c. Bald. in dicta. l. in testamento. questio. iii. ⁊ ple-
ne Alex. de Imo. in. l. ii. C. de impube. ⁊ aliis substit. vbi mul
tos allegat. non obstant allegata in contrarium: quia illa in-
telliguntur, quando reciproca facta est sine mistura compen-
diose substitutionis: quod satis apparet ex verbis Bartol.
in dicto versicu. quero vtrum substitutio breuiloca. dico igi-
tur respondendo ad quesitum quod cum prefatus Bartho-
lomeus sine liberis decesserit, purificata est conditio, ⁊ fuit
locus substitutioni in personam dicti quondam Francisci
eius fratris dicta. l. precibus. cum suis simili. verum est quod
de fideicommisso huiusmodi seu de quota, ⁊ portione here-
ditaria superius mentionatas potuerãt, ⁊ possunt per here-
dem eiusdẽ Bartholomei detrahi due quarte, scilicet legiti-
ma, ⁊ trebellianica. per ea que not. glos. communiter appro-
bata, ⁊ quod ibi, Barto. ⁊ docto. in. l. Papinianus. §. memi-
nisse. ff. de inoffi. testa. gl. in. l. quamquam. C. ad legem falcid.
de quo Cano. in. c. Raynutius, ⁊. c. Raynaldus. de testa.
⁊ cum superfuerint prefato montussio quinque liberi horum
omniũ legitima fuit semis, seu dimidia pars bonorum eius-
dem montussii auth. de trien. ⁊ semis. §. i. collat. iii. ⁊ transum
ptiue. in auth. nouissima. C. eodem tit. Trebellianica vero est
quarta pars residui, vt not. glos. in. c. Raynaldus. super ver-
bo, licet ipsas. Ioã. an. in regula qui prior in q̃õne de porris
de regu. iur. in mercuria, ⁊ Io. de Imol. in. l. coheredi. §. cum
filie. ff. de vulg. ⁊ pup. detrahet igitur. idẽ heres quartã partẽ
semissis, seu decimã partẽ omnium bonorũ prefati quõdam
montussii: ⁊ quartam partem eius quod super erit. totum ve-
ro residuum restitui debuit prefato quõdam Francisco sub-
stituto: ⁊ quod dixi legitimam dictorum quinque liberorum
esse semissem seu dimidiam partem bonorum dicti quondã
4 montussii, intelligo † omnium bonorum prius deducto seu
detracto ere alieno, ⁊ funeris impensa. per id quod habetur
in dicta. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. testa. ⁊ quod
not. Bartol. in. l. ex facto. el. ii. versi. vnde Martinus siluiani.
ff. de heredibus institu. ⁊ Bald. in. l. quoties. C. de here. insti.
post Iaco. Butri. in. l. si quis in suo. C. de inofficio. testa. nec
5 † puto quod propter diuisionem bonorum de qua supra, vi-
deatur idem quondam Franciscus remisisse fideicommissum
sibi relictum in eum casum in quem Bartholomeus eius
frater ante eum sine liberis decederet, ⁊ quidem non per
ipsam simplicem diuisionem. l. cum pater. §. hereditatem. ff.
de lega. ii. per quam hoc voluit Bart. in. l. qui Rome. §. duo
fratres. in. i. q. ⁊ sequuntur ibi alii docto. ff. de verbo. obliga.
non etiam propter conuentionem, ⁊ pactum qua fecisse pro-
ponuntur prefati Bartholomeus, ⁊ Franciscus de tenẽdo,
obseruando, ⁊ adimplendo diuisionem authenticam, ⁊ de nõ
contraueniendo ⁊c. Pro quo sufficiat remisisse ad Bar. ⁊ ra-
tiones ipsius in dicto. §. duo fratres. in. ii. q. vbi per multas ⁊
optimas rationes probat quod quemadmodum per simpli-
cem diuisionem non censetur esse remissum fideicommissum,
ita nec remissum esse censendum est per diuisionem cum
dicta clausula quam Ioan. de Imol. Fran. de Are. ⁊ Alex.
de Imol. ibi sequuntur, optime respondentes rationibus
Angel. qui ibi tribus concurrentibus conatus est tenere, ⁊
defendere opinionem Roge. ⁊ Dy. tenentium opinionem
contrariam, ⁊ hanc opinionem Bartol. etiam sequutus est
idem Angel. in. d. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic.
testa. ⁊ Bald. in. c. i. §. si quis miles. in vsi. feud. titu. constitu.
feuda. lotha. quamuis Bald. ipse in aliquo senserit contra
opinionem Bar. in. d. §. duo fratres, ⁊ quia hec opinio Bar.
videtur esse communis, non est ab ea recedendũ in iudicando
vel consulendo, nisi forte quis dicere voluerit ꝙ hic non so-
lum facta est diuisio, ⁊ conuentum de obseruando ⁊c. ⁊ non
6 contraueniendo sed etiam iuratum: ⁊ † quod propter eam
cũ iuramentũ huiusmodi seruari potuerit sine detrimẽto sa-
lutis eterne, ⁊ preiudicio alterius, illud seruari debuerit. c.
cum contingat. cum suis simili. de iureiurã. sed istud non ob-
stat pro eo quia iuramentum non auget obligationem, sed ei
intra suos limites manenti addit religionis vinculum. vt
voluit Oldra. consi. suo, clxxvii. exordiente cum, mulier dona
trix. ⁊c. Cuius dictum commemorat ⁊ refert Bald. l. fi. circa
principium. C. de non nume. pecu. idem sensit Hosti. in. c. ve-
niens. de iureiur. idem voluit Old. consil. ccliiii. exordiente ex
forma istis statuti ⁊c. pro quo benefaciunt no. per doc. com-
muniter in. l. sed ⁊ si quis. §. quesitum. ff. si quis cautio. quem-
admodum igitur non fuisset impeditus prefatus quondam
Franciscus petere bona ⁊ hereditatẽ de quibus supra, pro-
pter solam diuisionem factam inter eum ⁊ dictum quon-
dam Bartholomeum: ita nec impediebatur per iuramentũ
prestitum super obseruantia eiusdem diuisionis, ⁊ sic non
obstantibus diuisione ⁊ pacto iurato de eam obseruando, ⁊
non contraueniendo potuit ipse Franciscus petere vt pre-
dixi dictum fideicommissum, ⁊ hodie illud petere potest pre
7 fatus Stephanus: quod † intelligo procedere, ⁊ esse verum
si ipse Franciscus non acceptauerit legatum, de quo supra,
sibi factum de affari, ⁊ vinea prementionatis: quia cum illud
factum fuerit animo compẽsandi, si illud fuerit agnitum vel
acceptatũ, nõ repelleretur idem Stephanus, per ea que ha-
bentur in. l. si compensandi, ⁊ quod ibi per docto. C. de here.
insti. ¶ Venio ad secundum quesitum super quo dico quod
8 si in facto poneretur, quod † fructus de quibus supra fuis-
sent percepti per heredem eiusdem Bartholomei, ⁊ post
moram per eundem commissam, vt verbi gratia post inter-
pellationem sibi factam de reddendo. restituendo fidei-
commissum de quo supra, nulli esset dubium quin fructus
huiusmodi computari deberent in quartam trebellianicam
⁊ superflua restitui. l. in fideicommissariam. secundo respon-
so, ⁊ quod ibi, glos. ⁊ docto. communiter. ff. ad Trebellia. l.
Paulus respondit. §. et quod de bonis. §. quod anus. ff. ad
legem falci. de quo Sali. ⁊ alii in. l. iubemus. C. ad trebellia.
Si etiã presupponeremus quod tempore perceptionis fru-
ctuum huiusmodi prefatus Franciscus fuisset maior, ⁊ ta-
lis cui negligentia in non petendo hereditatem restitui, im-
putari potuisset ⁊ ipsi fructus fuissent percepti per heredẽ,
certum esset quod dicti fructus peti non possent ⁊ quod illi
non essent in quartam imputandi, quia fructus percepti nõ
iudicio testatoris, sed negligentia non petentis non ve-
niunt restituendi. l. mulier. §. si heres. ff. ad Trebellia. Sed
quia hic ponitur quod illi sunt percepti non quidem per
heredem, sed per prefatam Coletam legatariam. Et sic ha-
bentem titulũ, ⁊ nunquã interpellatã. sunt etiã percepti ante
agnitionẽ fideicõmissi ⁊ anteꝙ pro illius restitutiõe verbali
aut reali interpellaretur, dictus heres. ⁊ sic anteꝙ in bonis
fideicommissi huiusmodi haberet aliquod ius idẽ Frãciscus
est mihi maius dubium arg. presertim quod dici solet quod
fructus qui nec mora non soluentis nec negligentia non
petentis nec testatoris iudicio percepti sunt restitui aut in
quartam imputari non debent per dictam. l. mulier. §. si he-
res, a sensu contrario. ff. ad trebel. ita enim not. Sali. in. d. l.
iubemus. dicens affirmans doct. ita dicere. sed iis non ob-
stantibus existimo prefatum Stephanum posse petere fru-
ctus saltem perceptos a tempore mortis dicti quondam
Frãcisci. ⁊ hoc ratione minoris etatis. ⁊ q: vt existimo igno
rauit dictum fideicõmissum sicut dicat Bart. in. d. l. in fidei-
commissariam in prin. de fructibus perceptis absente fidei-
commissario: qui sibi veniunt restituẽdi, ⁊ si vel prescriptio-
nis exceptio, vel alia opponitur eidem Stephano poterit
ipse se tueri ⁊ defendere beneficio restitutionis in integrum
vel alio sibi competẽti etiam ratiõe minoris etatis vel igno
rantie dicti fideicommissi. Preterea quesitũ est an non ob-
stante quietatione seu remissione bonorũ maternorum quã
fecisse dicitur prefata nobilis Georgeta, possit ipsa Geor-
geta tanquam pretensa heres pro semisse, seu media parte
eius quondam matris petere dimidiam partem bonorum
9 ⁊ hereditatis eiusdem. Ad † quod respõdeo quod non: tum
quia dotis constitutio mille ⁊ ducentorum florenorum, quã
pro ea fecisse legitur dictus nobilis montussius facta fuit
pro bonis paternis, ⁊ maternis, ⁊ mediante dote huiusmo-
di pro ipsa Georgete constituenda, easdem georgeta se re-
putans contẽtam renuntiauit bonis paternis, ⁊ maternis, ⁊
cũ iuramento renuntiauit beneficio minoris etatis, ⁊ restitu-
tionis in integrũ ⁊ iterũ iurauit non venire cõtra per que vi-
detur exclusa, ⁊ sine dubio a beneficio minoris etatis auth.
sacrã. pub. C. si aduer. vẽdi. de quo Cano. in. c. pen. de empt. ⁊
vendi. videtur etiam exclusa a beneficio. l. secunda. C. de re-
scindenda venditio. pro eo quia non solum cum iuramento
renuntiauit beneficio minoris etatis, ⁊ restitutionis in inte-
grum, sed etiam cõuenit, ⁊ promisit aduersus contenta in in-
strumẽto huiusmodi renũtiationis non venire posito ꝙ lesa
seu decepta repериretur, ⁊ ita iterato iurauit. per que verba
videtur renuntiasse beneficio dicte. l. secunde. alias hoc se-
cundum iuramentum, ⁊ illa verba, etiam si lesa repeririretur

nihil viderentur operari quod non est dicendum: quia nedum vna queque clausula, sed etiam vnum quodque verbum a contrahentibus prolatũ debet esse cum virtute operandi si fieri pōt.l.hac lege.ff.de cōtrah. empt.ꝛ.l.si stipulatus.ff.de vsur.hec suntverba Bal.in rubr.C.de cōtrah.emp. in.ix.q.facit capitu.si Papa.de priuile.in.vj.ꝛ.l.si quādo.cũ suis simili.ff.de lega.j.faciunt pro hoc verba eiusdē instrumenti ibi,illis melioribus modo via iure ꝛ forma qbus melius potuit,ꝛ de iure debuit dici,dictari,ꝛ interpretari ad commodum,ꝛ vtilitatem eiusdem Mōtussij,ꝛ suorum heredum et successorum quorũcunqꝫ que omnia essent supflua nisi censeretur ipsa nobilis Georgeta voluisse renuntiare etiam beneficio dicte.l.ij.C.de rescin.vendit.ꝛ cum iuramē tum imo iuramenta predicta possint obseruari sine interitu salutis eterne,ꝛ detrimento alterius illa seruāda sunt.dicto cap.cum contingat.ꝛ cap.quāuis pactũ.cum suis simili.de pac.in vj.ꝛ non solum tenetur eadem Georgeta ad obseruationē quietationis,ꝛ remissionis huiusmodi propter iuramentum,imo iuramenta de quibus supra.sed etiam confirmate sunt quietatio,ꝛ remissio huiusmodi predictis iuramentis secundum communes conclusiones scribentium in iure in dicta authen.sacra pube.cap.quāuis pactum.ꝛ cap. cum contingat.superius allegatis.Nec opponat aliquis ꝙ licet in instrumento constitutionis dicte dotis dicatur dos constituta pro bonis paternis ꝛ maternis,illa tamen censetur constituta pro bonis paternis cum illa sufficerent.l. fin. C.de do.promis.ꝛ ita reperiretur eadē Georgeta nihil habuisse vel habere de bonis maternis: quoniam respōdeo ꝙ istud etiam si verum esset,nō sufficeret ad impugnationem quietationis ꝛ remissionis predictarum.pro quo allegasse sufficiat quod communiter firmant docto.Moder.in dicto capitu.quāuis pactum.ꝛ in.l.stipulatio hoc modo cōcepta. ff.de verborum oblig.contra Pet.de Ancha.in dicto capi. quāuis pactum,ꝛ contra Ricar.de Sali.ꝛ Ricar.eius nepote.in.l.pactũ.C.de pac.Verũ quāuis ista videantur posse sustineri,ego tamen consulerem quod videretur,an legitima que debebatur prefate Georgete,ꝛ que ascēdit ad decimam partem bonorum dicti quondam Mōtussij.ꝛ dimidia pars dotis materne seu bonorum maternorũ ascendant vltra Mille ꝛ ducētos florenos,ꝛ quod illud plus eidē nobili Georgete solueretur,quod dico propter illa verba posita circa principum instrumenti quitantie,ibi quos vbi deberet dicere qui.vt ibidem dixit ꝛ asseruit ascendunt summam,ꝛ portionem eam tangētibus de bonis suis paternis ꝛ maternis,ꝛ vltra:per illa enimverba videꝛ cogitasse,ꝛ credidisse eadem Georgeta quod dicti mille,ꝛ ducenti floreni ascenderent ad valorem dicte eius legitime ꝛ dimidie partis bonorum maternorum: quia pro illa parte iue matri successerat,ꝛ ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ De pignoribus,ꝛ hypothe. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Hypothecata bona habens rector capellanie pro pensione a fundatore cōstituta,potest particularem etiam successorem fundantis actione reali insolidum cōuenire:cessis tamen ei contra alios possessores actionibus. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Personalis actio fundum non sequitur.

¶ Consilium. lxxv.



Viso casu mihi exhibito parte nobilis, et potentis viri domini sigismōdi de castronouo militis, ꝛ dubio ex casu huiusmodi elicito, dico ꝛ respondeo ad dubium huiusmodi sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, quod dominus rector capellanie sancti Georgij ibi mentionatus petere non potest dictum domi. Sigismondum precise condemnari ad sibi dandum soluendum annuam pensionem viginti florenorũ monete regie quam olim in suo vltimo testamento eidem capellanie, et suo rectori legasse dicitur prouidus quondā vir Claudius de castro nouo:qꝛ cum vt apparet ex casu huiusmodi idem domi. Sigismondus non quidem titu.hereditario,vel alio vniuersali,sed tit.donationis aliqua licet pauca teneat ꝛ possideat de bonis dicti quondā Claudij testatoris non potest, idem.d.Sigismondus actione personali cōueneri ad soluendum predictam annam pensionem insolidum aut pro parte.
7 tia tractum temporis aut non. Puto † tamen vt in aliquo satisfaciam voto partis: quod si substi. huiusmodi facta fuerit per verba directa vel etiam communia dictus Hugo eidem Filiberto succedere debuerit: non solum quo ad bona que ab ipso quondam domino Joāne habuit, sed etiam quo ad bona paterna & alia quecunq;: exclusa dicta domina Sylleta eius matre. Et hoc in vim pupillaris substitutiōis comprehense in breuiloqua seu compēdiosa substitutione: pro quo breuiter & succincte allegasse sufficiat. l. qui plures. & q̃ ibi docto. ff. de vulga. & pupil. c. si pater. de testa. in. vj. & quod no. docto. in l. precibus. C. de impube. & alijs substi. l. in testamento. C. de testa. mili. & l. sed & si plures. §. ad substitu. ff. de vulg. & pup. non enim possum super hoc articulo aliter scribere. propter deffectū visionis dicti testamēti quod nō vidi: prout nec instrumēta donationis & testamenti dicte quondā do. Rolete. nec instrumenta constitutionis dotis facte per dictam do. Sylletam aut transactionis celebrate & inite inter dictos Hugonem & Catherinam: sine tamē quorum visione non puto nec potuisse secure respondere.

¶ De sacrosan. eccle. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Ecclesie due inuicem prescribere possunt, & consuetudine introducere, vt altera super vtraq; aliquid decimarum percipiat. U. F.

1 ☞ Decima, vt non debeatur consuetudine an introduci possit.
2 Decimas prescribere vna ecclesia in aliena parochia potest.
3 Consuetudo, ratione incertitudinis lucri est interdum obseruanda.

¶ Consilium. lxxx.

1 
Quamuis † consuetudo introducisse non valeat vt saltem decima predialis & integra non debeatur. c. in aliquibus. & q̃ ibi Inno. glos. & doct. de deci. pro quo allegat Inno. c. quicūq;. xvj. q. vij. & c. cum homines. de deci. & hoc nisi consuetudo huiusmodi approbata esset a papa. Non enim valet consuetudo que absq; mortali peccato seruari non valet quantumcunq; longa existat. c. fi. de prescrip. valet tamen consuetudo. introduci vt decima debeatur ecclesie. parochiali vel prediali. c. cum sint homines. & c. ad
2 Apostolice. de deci. potest † etiam vna ecclesia prescribere decimas in aliena parochia vel etiam dioceси: saltem per tempus de cuius initio vel contrario hominum memoria nō existit. c. j. de prescript. in. vj. Cum igitur tam venerabilis vir dominus Antonius de Barraterio Modernus vicerector & Curatus parochialis ecclesie loci de Merlanis Ebredunen diocesis & nomine eiusdem ecclesie quam eius predecessores olim vicerectores & curati ipsius ecclesie: & tam venerabilis vir dominus Hylarius maurini curatus parochialis ecclesie loci de Reuello eiusdem diocesis: quam eius predecessores olim curati illius perceperint & percipere consueuerint cum reuerendissimo. in Christo patre & do. domi. Moderno Ebredunen. archiepiscopo. & suis predecessoribus, et per tempus de cuius contrario vel initio hominum memoria non existit: decimas prediales pro tempore excretas in parochijs earundem ecclesiarum, iuxta modum & formam in libello seu petitione eiusdem domi. de Baraterio plenius expressatos. Palam infertur consuetudinem seu prescriptionem huiusmodi valuisse et valere: dicto capitulo primo. de prescriptio. in. vj. si enim valet consuetudo vel prescriptio per quam quis vel ecclesia aliqua decimas sibi acquirat in aliena parochia vel dioceси, multo fortius in casu isto in quo quemadmodum predicta ecclesia de Merlanis & eius vice rector & curatus partē predialium decimarum perceperant in parochia de Reuello ita & ipsa ecclesia de Reuello et dicti eius curati partem decimarum predialium leuarunt & perceperunt in parochia de Merlanis. Potuit enim esse & etiā potest quod ecclesia de Reuello et curati illius aliquando & sepe fuerunt lucrati et lucrari possint vel propter frigora, tempestates, vel alias temporum indispositiones, propter quas aliquando et sepe fuit vtilius ecclesie & curatis de Reuello recipere partem in decimis predialibus parochie de Merlanis et quod viceuersa ecclesia et curati eiusdem ecclesie de Merlanis partem reciperent in sua parochia, quam si ecclesia de Reuello & eius curati integras decimas percepissent cum dictis reuerendis dominis archiepiscopis, et nihil recepissent in dicta pa-
3 rochia de Merlanis. Ratione † igit̃ huiuscemodi incertitudinis per quam possunt ecclesie huiusmodi se haberi ad damnum vel lucrum: talis consuetudo est obseruanda: prout voluit Uincen. relatus per Joan. Andre. Panor. & Modernos. in dicto capitu. in aliquibus. In casu longe magis dubio voluit enim consuetudinem illam valere: quod coloni pro decimis soluant certas mensuras: & hoc siue aliquid recolligant siue non. Pretendens hanc consuetudinem esse tollerandam ratione incertitudinis: cum ecclesia possit se habere ad lucrum et ad damnum. Et hec est consuetudo theothonicorum. Ueneti etiam illam seruant: vt no. Panormitanus. in dicto capitulo in aliquibus. Et quidquid sit de consuetudine huiusmodi super quibus non insisto illud certum est et satis decisum quod in casu nostro valeat consuetudo vel prescriptio per quam per tēpus de quo predixi dicte parochiales ecclesie et earum curati mutuo, et vicissim acquisierunt partem decimarum predialium in predictis parochijs: dicta videlicet ecclesia de Merlanis & curati illius in parochia de Reuello & econtra ecclesia & curati ecclesie de Reuello, in parochia de Merlanis. Si enim possit vna ecclesia totam decimam prescribere in parochia alterius dicto capitulo primo. de prescript. in vj. multo fortius partem. vt in casu nostro: quia eo casu minus damnum infertur ecclesie contra quam: quinimo non videtur aliquod damnum inferri in hoc casu vel saltem modicum: cum hinc inde eandem portionem aduersus se inuicem prescripserunt. Possunt & alie rationes allegari: sed quia casus non habet dubium, si tamen probata extiterunt ea que facti sunt, ego vlterius non insisto. Predicta vero scripserim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ De serui. & aq. Rubri.

¶ Epitome.

¶ Pascua si ex seruitute prediali debeantur, sequuntur predium: si ex personali, non sed illa concedi per possessorem predij oportet. U. F.

1 ☞ Pascendi pecoris ius interdum prediale est, interdum personale. et contra concedentem actione personali agitur.
2 Scientia requiritur et patientia eius, cuius est territorium, in quo quis possessionem seu quasi pascendi pretendit.
3 Testis depositiones ex quibus reddantur inutiles.
4 Testis negatiuam adstruens nec loco nec tempore coarctatam de falso suspectum reddit testimonium suum.
5 Interdictum vti possidetis pro seruitute causam cōtinuam non habente intentari non potest.

¶ Consilium. lxxxi.


Licet † animalia depascendi in alieno territorio seu fundo possit esse seruitus predialis: quando videlicet propter predium aliquod seu fundum tenētur pecora pascenda vt verbi gratia fundus huiusmodi stercoretur vel impiguetur,

tur,aut etiam laboretur per animalia huiusmodi.l.pecoris.⁊
quod ibi glos.⁊ docto.ff.de seruitu.rustico.predio.⁊.§.inter
rusticorum ⁊ quod ibi glo.⁊ docto.instit.eo.tit.quod casum
seruitus huiusmodi transit ad quemcunq; transit predium
titulo vniuersali. Quinimo ⁊ si transeat singulari dũtamen
cõtrarium actum non extiterit.d.l.pecoris.⁊ quod ibi Pau.
de cast.Tamen in discursu processus cause agitate per ⁊ in-
ter nobilem Antonium de Valatoria ex vna parte ⁊ magni
ficum virum dominũ preceptorẽ ⁊ Bailliuum loci manasce,
nihil reperitur propositum vel deductum parte eiusdem de
Valatoria per quod appareat nobilem Margaretam de
Villamuris eius pretẽsam vxorẽ,⁊ suos p̃decessores immi-
sisse,⁊ depauisse aliqua eorum pretensa animalia in territo-
rio ⁊ districtu castri Mõtisaccuti,gratia seu causa alicuius
sui territorij seu fundi. Quo fit vt presupposito : quod ea-
dem Margareta,⁊ esset, ⁊ probaretur vxor eiusdem de va-
latoria quodque ipsa in dotem et pro dote sui ipsius con-
stituisset ipsi de valatoria omnia eius bona:nõ propterea se-
queretur q; idẽ de valatoria tanq; eius maritus,⁊ pretẽsus
dñs rerũ dotalium potuerit animalia sui ipsius de valato-
toria immittere,⁊ de pascere in dicto territorio:q: tale pre-
tensum ius nõ solũ non est seruitus predialis,sed nec serui-
tus:sed est ius personale.l.si quis vuas.⁊ quod ibi.gl.in ver
bo.excepit.ff.de vsufruct. Pro quo facit dicta.l.pecoris,⁊
quod not.glo.⁊ doct.in.l.vt pomũ.ff.de seruitu.⁊ quod ha-
betur.per tex.gl.Bart.⁊ doct.in.l.mela.§.fin.ff.de alimen.⁊
ciba.lega.⁊ pro quo nec actione cõfessoria vt no.Bart.in.d.
l.mela.⁊ sentit in allegata.l.vt ponũ.vbi apertius de hoc p
Pau.de cast.Nec vt videtur interdicto vti pos.aut possesso
rio retinẽde:sed duntaxat actione personali cõtra cõcedẽtẽ
si quis appareret:vt etiã voluit Bar.in dictis locis.⁊ Pau.
in.d.l.vt pomũ.ad quod faciunt no.per Bartho.vero.in suo
tracta.seruitu.sub rubri.de seruit.rea.ver.⁊ predicta perpe-
tuo tene mẽti.⁊c.⁊ sub rubrica de serui.peto pascen.multo
minus.hoc fieri potuit in hoc casu in quo nec de matrimo-
nio,nec de p̃tensa dotis constitutione apparuit. Nõ est ergo
aliquis habẽdus respectus ad pretẽsam possessionẽ seu quasi
dicte nobilis Margarete,⁊ dictorũ suorum predecessorũ:q:
cũ per acta causa huius non appareat probatũ:quinimo nec
deductum dictũ nobilẽ de valatoria in hac causa actorẽ ori-
ginarium habuisse vel habere causam ab eis vel altero eo-
rũdem,nõ potest ipse eorũ accessione gaudere:seu vti. Pre-
terea fingamus,⁊ ipsam Margaretã,⁊ dictos eius preten-
sos predecessores eorũ animalia,⁊ immisisse,⁊ de pauisse in
dicto territorio Montisaccuti:quodq; in vim cõstitutionis
dotis idẽ de valatoria in hoc pretẽso iure successerit:nũquid
statim sibi licuit seu licet immisisse,⁊ immittere eius anima-
lia:non dico dotalia,q: de illis nõ est sermo in pcessu,⁊ illa
nutu voluntate, ⁊ arbitrio,⁊ sine prefixione generis vel nu-
meri tenere vel depascere in dicto territorio Mõtisaccuti.
Quid enim si illa Margareta,⁊ dicti eius p̃decessores im-
misissent,⁊ per tẽpora etiam longissima depauissent duos,
tres,aut quatuor boues,⁊ quinq; vel sex porcos:nunqd p-
pterea licuit aut liceat ipsi de valatoria etiã si hoc ius si ta-
men ius sit in dotem constitutum extitisset,immittere,tene-
re,⁊ depascere in eodem territorio quantitatẽ vel numerum
trium millium animalium aueris lanuti:⁊ quantitatem seu
numerum quinquagĩta,vel forte centum animalium vac-
cinorum : et sic commoditatem totius territorij absorbere,
profecta non puto, etiam si ab initio huiusmodi pretensa
seruitus fuisset constituta dictis de villamuris,pro quo al-
legasse sufficiat in ar.l.non modus,⁊ quod ibi docto.C. de
seruitu.⁊ aqua.Hostien.⁊ sequaces,in capit.quanto.de cen-
si.Alberi.in authen.hoc ius porrectum.versi. vnam aliam
pulchram questionem.⁊c.C.de sacrosanctis ecclesijs.⁊ in.l.
Nuptilia polla.ff.de contrahenda emptione, ⁊ venditio.⁊
Joannes de Jmola.in cle.fin.versi. item quod promittens
coquere panem.⁊c. de rescript.et hec dicta sunt quatenus
idem de valatoria innititur pretẽse possessioni seu quasi di-
cte eius asserte vxoris, ⁊ suorum predecessorum.Quatenus
vero innititur sue ipsius pretense possessioni;videtur etiam
malam causam fouisse:⁊ fouere,et propterea salua benigna
supportatione tam eminentis regij consilij,quam magnifi-
corum dñorum qui in ea causa sententiam secũdo loco pro-
tulerunt:dico cum debuisse succumbere:ea maxime ratio-
ne , quia cum egerit,⁊ agat possessorio retinende pretensi
iuris depascendi debuit ipse pro victoria obtinenda pro-
bare se immisisse et depauisse eius animalia in dicto terri-
torio , Montisaccuti : et quod illa immiserit intendens vti
2 iure suo . et insuper † quod magnificus dominus prece-
ptor,⁊ baillinus dicti loci Mannasce hoc sciuerit,⁊ passus
fuit.Alias cum ille pretense immissiones ⁊ de pastiones ei-
dem domi.preceptem,⁊ bailliuo et sue preceptorie preiudi-
care non potuerunt:nec possessionem depascendi seu quasi
in dicto territorio acquirere.l.ij.⁊ quod ibi docto.C.de ser-
uitutibus ⁊ aqua.l.fina.ff. quemadmo.seruitu.amitten.et.l.
fina.ff.de itine.actuque priua.l.quoties.el secundo.ff.de ser-
uitu.⁊.l.prima.§. fina.ff.de seruitutibus rusticorum predio.
not.Jnno.in capitu.bone.versic.illud autẽ queritur,⁊ mul-
tis sequentibus.de postula.prela.⁊ cano.in capit.cum eccle-
sia sutrina.de causa possessioni.⁊ proprie.vt enim dicit Jn-
nocentius.in dicto capitu.bone.Barto.in dicta.l.quoties.⁊
Bal.in dicta.l.secunda.C.de seruitutib. et aqua. Possessio,
seu quasi huiusmodi iurium incorporalium procedit ex pa-
tientia aduersarij:pati autẽ nõ dicitur aduersarius nisi sciat
illud vti.quasi intendentẽ acquirere seruitutem:vt not.Jnn.
in.d.c.bone.pro quo allegat.l.si forte.§.j. ff.si seruitu.vendi.
quod etiã satis sentit Bald.in dicta.l.ij.Jn casu vero nostro
non videtur probata scientia dicti dñi perceptoris ⁊ bailli-
ui aut suorũ predecessorum.Tum quia illa non est deducta
parte dicti de valatoria:⁊ sic per testes parte eius pductos
probari non potuit:q: alias deposuissent super non articula
tis:Tum ⁊ quia de scientia ⁊ patiẽtia huiusmodi nihil de-
posuerũt:p̃sertim primus,secund9,quintus,sextus,septim9,
octauus,decimusquartus.decimusquint9, ⁊ decimussextus,
testes eius parte producti:licet autem tertius testis dicat se
credere dominũ bailliũ ⁊ officiarios non potuisse ignorare
3 non tamen pbat:† nec est sibi credendũ p id quod not.gloss.
in.l.ij.§.penulti.ff.de aqua pluuia arcenda.de quo Cyn.in.l.
testiũ.C.de testi.⁊ Spe.tit.de testi.§.j.ver.Jtem quod depo
suit de credulitate ⁊c.⁊ sic non obstat eius depositio.Et idẽ
videt̃ de depositione quarti testis quatenus visus est dice-
re q; officiales seu verius custodes territorij videre potue-
runt immissionẽ:nõ enim ex hoc sequit̃ q; viderunt multa em̃
potuerũt ⁊ possunt fieri,q̃ nec facta sunt nec fient.Preterea
nõ apparet q; aliqui fuerint p tpe custodes deputati ad cu-
stodiã dicti territorij:officiales etiã non potuerũt in hoc pre
iudicare dñis etiã si sciuissent:quia scientia ⁊ patientia domi
ni exigit̃.d.l.ij.Quãuis autẽ nonus videat̃ deponere de sciẽ-
tia quorundam fratrum de Vses Philippi calui ex ipsius
tamẽ depositiõe nõ apparet de apparatu vel sufficiẽtia cau-
se sciẽtie eiusdẽ testis:quinimo si non falor vr̃ causa scientie
huiusmodi multũ inepta ⁊ impertinẽs.Cũ em̃ dixisset immis
siones,depositiões,esse factas;sciẽtib9 Baylino,seu Bayli-
uis ville mannasse:⁊ interrogaretur de nominibus illorum
Bayliuorũ qui de p̃dictis notitiã habuerãt dicit q; predicti
de Vses.⁊ subiungit ⁊c.eo q: intelligens illam nihil cõtradi
ctionis fecit.hec enim ratio nihil concludit.Preterea non
apparet q; post factam comminationẽ per dictum quõdam
fratrem Philippũ de pignorando eundẽ de valatoria , ipse
de Valatoria animalia sua immiserit eo sciente. Et sic non
probat iste testis patientiam illius fratris Philippi non
etiam habet contestem.⁊ sic non probat.l.iurisiurandi.C.de
testib.et capitulo tam literis.cum similibus eodem titulo.
Cui dicto non obstat quod deponit decimus septimus te-
stis,scilicet,quod dominus Bailliuus semel vidit animalia
depascentia.⁊c.quia iste testis non deponit quis fuerit iste
pretensus Bailliuus:⁊ sic non apparet eosdem deponere de
eodem Baillino et consequenter esse contestes:remanet igi-
tur depositio incerta ⁊ obscura q̃ propterea non releuat pro-
ducentẽ:seu probare debentẽ.c.in p̃sentia.de proba.no.Bar.
⁊ Alexan.de Jmo.in.l.inter stipulantem.§. sed sticum.ff.de
ver.obl.vbi vero decimus, vndecimus,⁊ duodecimus,vide-
rentur aliquid disposuisse de sciẽtia dñi pro tunc bailliui, nõ
tamen deponit de patiẽtia: quinimo de pignorationibus fa
ctis per officiales mannasse.nec multũ facit ad presumẽdum
scientiã huius magnifici dñi Moderni preceptoris ⁊ bail-
liui,seu predecessoris eiusdẽ,q; dicunt dicti tres testes:dicti.
videlicet,decimus ⁊ vndecimus:q; p̃fatus de Valatoria fue
rit in dicta p̃tensa possessione seu quasi ab octo annis citra:⁊
duodecimus.qd in ea fuit a viginti annis : quia per deposi-
tiones huiusmodi non concluditur quod in ea possessione
seu quasi extiterit per totum illud tempus:dictum enim ho-
rum testiũ potest verificari in vna sola die.l.j.§.quod autem.
ff.de aqua quoti.⁊ esti.not.Barto.in.l. cellus.ff.de vsucap.
Bald.in.l.iudicia.C.de rei vendica.⁊ in.l.falsus.in.ij.oppo.
C.de furt.de quo Hostien.Joan.Andr.⁊ Canoni.in.c.licet
causam. de probat.⁊ sic non concludunt quod ante primam
pignorationẽ quã factã dicunt p tres annos ante eorũ depo
sitionẽ idẽ de Valatoria est in possessiõe p̃dicta.Etiã depo-

stio decimi tertij testis non videt obesse: q2 licet deponat se vidisse etiã dictum de valatoria continuatum possessionem predecessorum ipsius Margarite, nõ tamẽ deposuit de sciẽtia saltem efficaciter: dicit enĩ se arbitrari, ꝙ baillivi seu perceptores qui pro tempore fuerunt potuerunt hoc sciuisse: τ peccat enim in hoc quod dicit se arbitrari: quia in hoc assumit officia iudicis ad quod nõ est assumptus, sed testis: nec causam reddit per sensum corporeũ prout facere debet, ꝑ ea que ponunt docto. in capitu. j. de testi. Nõ etiam dicit se arbitrari dictos baillivos seu preceptores qui fuerunt pro tẽpore aut eorum officiarios, vidisse seu videre potuisse quod est minus, vt predixi, deponũt etiã alternatiue de preceptoribus, vel officiarijs: τ sic obscure. l. pretor edixit. §. quod autẽ. ff. de iniu. τ vt predixi scientia officiariorũ non sufficeret: presertim cũ nõ appareat eos fuisse per dictos dominos ꝑceptores deputatos ad territorij custodiã. Preterea quatenus dicere visus est auum dicte nobilis Margarite nomine Alziarium de villamuris, τ inde nobiles Joannẽ rostagnum, τ honoratũ de villamuris patrem, τ patruos eiusdem Margarite esse in possessione pasturgandi τc. nec non etiã tandem dictũ de valatoria huiusmodi pretensaz possessionẽ continuatum: absq3 eo ꝙ eis fuerit illatũ aliquod impedimentũ seu contradictio in dicta pretensa possessiõe nisi
4 vltimate τc. videtur ipse testis voluisse adstruere † negatiuam vagam, τ incertã: Hoc est nec loco, nec tempore coarctatam: sic censetur falsus, aut de falso suspectus. capit. cum ecclesia. τ quod ibi glo. Inno. τ Panor. de cau. poss. τ proprie. per Bal. in c. si quis per triginta. si de feu. controuer. inter. do. τ agna. fuerit. quod not. gl. in. l. j. §. j. ff. de itine. actuq3 priua. Adijcio qd etiã ad vsum seruitutis pecoris depascẽdi opus sit facto hominis qui animalia ad pascua ducat, in illis dirigat, τ deinde reducat: τ propterea non habet seruitus huiusmodi causam continuam: nec quasi: nõ potuit pro eius pretensa possessione seu quasi intentari interdictum vti possidetis: per id quod not. Pau. de ca. dicta. l. quoties. §. si. ff. de seruit. que sola ratio debebat sufficere: τ vt mihi videtur sufficiebat pro obtinenda absolutione ab obseruatia iudicij.

De. l. Aquil. Rubrica.

Epitome.

Lege Aquilia ad eas operas, ad quas defunctus tenebatur, posse conueniri eum cuius culpa defunctus est nõ dubitatur: quanuis in dolo non fuerit. V. F.

1 Respõdere libello nimiũ generaliter concludenti pars an teneatur.

Consilium. lxxxij.



Si vera sint τ probari possint proposita τ deducta parte proborum virorum Arnaudi, τ Claudij regis fratrum, filiorum quondam naturalium, et legitimorum Alziarij regis loci de insula cõmitatus Venayssini: puto eos potuisse, τ posse cum effectu experiri cõtra, τ aduersus Jacobum atenosij alias Honon: cuius culpa, τ negligentia, τ vere nõ excusabili dictus Alziarius de ponte decidit, τ sic mortuus est: τ ita eius culpa perdite sunt, cessarunt τ cessabunt ille opere, quas idem Alziarius facturus erat durante quinquẽnio: quo verissimiliter erat victurus idẽ Alziarius. l. hereditatem. ff. ad legem fal. τ quod pro operis huiusmodi τ ad illarũ satisdationem obtinendã conueniri possit etiã si nõ fuerit dolosus probatur in. l. ex hac lege. ff. si quadru. paupe. fecis. dica. τ in. l. fin. ff. de his qui deiece. vel effude. iuncto. c. si culpa tua, τ quod ibi scribentes. de iniur. τ quod not. Specu. tit. de iniur. §. j. post principi. versi. sed nunquid pro libero homine, τ versi. quid si statim obijt. τ Pan. in. c. de iniur. consulo tamen, quod in libello deducatur valor seu extimatio dictarum operarum. τ subijciatur, τ plus vel minus τc. τ quod in cõclusione petatur dictum Atenosij condemnari in dicto valore: τ alias in pluri vel minori: de quo confessione partis aut testium depositionibus, vel alias legitime apparebit, et hoc erit longe securius, τ certius quam si peterentur alimẽta prestari libe-
1 ris, τ heredibus. Et quãuis † cõclusio generalis in qua petitur ius, τ iustitiam ministrari non sit nulla sed procedat de iure, parte rea non opponente. per id quod habetur in capi. cum dilectus. de ordine cognitio. τ in. l. fin. C. de anna exemptio. vbi tamẽ pars opponit se non teneri respondere libello, pro eo quia conclusio est nimiũ generalis: auditur pars ipsa vt not. Bal. in. l. editis. C. de eden. τ in dicta. l. fina. C. de anna. exceptio. Propter quod laudo. ꝙ in specie petatur ferri condemnatio in valore dictarum operarum. exprimendo, τ alias in pluri τc. τ subijciatur clausula generalis. τ alias petant in, τ super permissis, τ singulis eorundem ius ac debitam, τ celerem iustitiam sibi fieri, τ ministrari. Ceterũ cum vt ponitur in casu: post controuersiam ceptam ab humanis decesserit dictus Arnaudus superstitibus duabus eius filiabus naturalibus τ legitimis ac heredibus vniuersalibus que paterne hereditati se immiscuerunt, τ immiscent, expedit de hoc facere articulos que dixerim τc.

De fideicommiss. Rubrica.

Epitome.

In vnum caput seu argumentum tot quesita redigi non possidet. Omnia tamen ad tractatum fideicommissorũ magis videntur referenda. V. F.

1 Expiratio vulgaris τ pupillaris locum fideicõmissarie an τ quando faciat, τ detractioni duarum quartarum.
2 Caduca substitutio quando fiat.
3 Accrescendi ius inter verbis coniunctos.
4 Imputare an teneatur liberi primi gradus fructus perceptos in legitimam aut trebellianicam.
5 Negligentia non petentis fructus a grauato, quid operetur: τ quando negligens dicatur.
Fructus quando grauato remaneant.
6 Heres particularis quo ad iuris effectum habetur pro legatario.
7 Sui, an etiam nepotes ex filia dicantur.
8 Nepotes ex filia an cum auunculis et materteris veniant ad fideicommissum per verbum, τ suos, quod est collectiuum, factum.
9 Alienatio rerum sub cõditione restitutioni subiectarum per euentum conditionis resoluitur.
10 Conditionis euentus nõ retrotrahitur quo ad commodum fructuum, nec quo ad dominium.
11 Reparationem deductio in restituendo fideicommisso.
12 Caducum efficitur fideicommissum si pendente conditione substitutus moriatur, nec ad matrem transmittitur.

Consilium. lxxxiij.



Christi nomine inuocato. Visis copijs trium testamentorum, dudum conditorum: vnius videlicet τ primi per nobilem quondam virum Gulielmũ albi. Alterius vero τ secundi per nobilem quondam virum Antonium albi dicti Gulielmi filium naturalem τ legitimum. Et alterius τ tertij, per nobilem quondam virum Bartholomeum Albi. dictorum nobilium Gulielmi τ Antonij fratrem τ patruum ciues viennenses vna cũ alijs scripturis parte nobilis petri de Curia τ suorum fratrum τ sororũ oppidi seu loci de Romanis mihi trãsmissis. Insuper τ cum casu seu consultationis themate τ dubijs ex themate huiusmodi opportune elicitis. Dico τ respondeo ad dubia huiusmodi prout infra. Et primo ad primum: pro
1 cuius faciliori responsione premitto. † Quod cũ dictus nobilis Anto. se immiscuerit paterne hereditati, τ factus pubes ab humanis sine liberis decesserit, superstite τ sibi supuiuente dicto nobili Bartholomeo eius patruo, τ substituto, cõpendiosa substitutio de eo facta valere non potuit: nisi in vim fideicõmissi seu fideicõmissarie substitutiõis: nõ autẽ in vim vulgaris q2 illa expirauit per immistionẽ paterne hereditatis. l. post aditã. τ. l. precibus. cũ suis simili. C. de impube. τ alijs substi. nõ etiã in vim pupillaris: etiam si ab initio hoc est tẽpore facti testamẽti per dictũ quondã nobilẽ Gul. idẽ Antoni9 erat impubes q2 illa expirauit per aduẽtũ pubertatis. l. in pupillari. cũ suis simili. ff. de vul. τ pup. remãsit igit sola fideicõmissaria in vim cui9 cẽset dict9 quondã nobilis Anto. fuisse sub cõditiõe si sine liberis τc. de qua in dicto testõ fuisse rogat9 seu grauatus de restituẽda p̃na h̃ditate

te dicto nobili Bartholomeo cuius patruo q propterea po-
tuit detrahere duos quartas scilicet legitimam et quartam
ponit glo. Bar. ⁊ doc. in. l. papi. §. meminisse. ff. de inof. testa.
gl. ⁊ Bar. in. l. ꝗꝗ. ad leg. Bal. in. l. filiū quē. C. fami. ercis. mul
ta remissionis ponit do. Jas. May. in aut. res ius. ver. circa.
C. cōi de lege. pro quo sunt boni tex. in. d. ct. Raynutius. ⁊. c.
Raynal. ⁊ quod vtrobiqꝫ no. ꝑ cano. de testa. ⁊ cū dicto quō-
dam Guiliel. superfuerit dūtaxat predictus Anto. eius vni-
cus filius eius legitima fuit triens seu tertia para bonorum
dicti quondam Gulielmi eorum vnde qua superfuerint de-
ducto ere alieno, ⁊ funeris impensa. aut. de trien. ⁊ semis. §. j.
colla. iij. ⁊ trāsumptiue, in aut. nouissima. C. de inoff. test. iun-
cta. d. l. Papi. §. quarta, quatenꝰ est ibi sermo de detractiōe
eris alieni ⁊ funeris impense que tertia pars ascendens ad
quatuor vncias assis seu bonoꝝ dicti quōdā nobilis Gul. po
tuit ꝑ dictū Antoniū eius heredē detrahi et ꝑ trebellianica
potuit detrahi quarta ꝑs residui et sic due vncie. Hoc enim
ordine sunt dicte quarte detrahēde: primo vcꝫ legitima con
cernens dictū patrimonium, ⁊ deinde trebellianica concer-
nēs residuū iuxta theoricā quā ponit gl. ⁊ sequūtur docto. in
d. c. Raynal. sup verbo totum eius. Bal. in. l. scimus, ⁊ prin.
circa fi. C. de inoff. test. ⁊ plenius in. l. si vero. §. quid ergo. ff.
de test. mili. Jo. de Jmo. in. l. coheredi. §. cum filie. versi. ⁊ est
motiuū, ꝙ legitima et trebellianica ⁊c. ff. de vulga. ⁊ pupil. ⁊
Fran. de cur. consi. lxxv. facta igitur debita calculatione po-
tuit idē nobilis Antoniꝰ detrahere dimidiā partē ꝑdictorū
bonorū dicti Gulielmi eius patris per ꝑdicta. ⁊ de illa testa
ri. ⁊ Rayn. vel alias tanꝗ̄ de bonis suis disponere: qꝛ quili-
bet est moderator ⁊ arbiter rei sue. l. in re mandata. C. man-
da. l. dudū. C. de emptio. ⁊ vendi. c. de his. ad fi. cū suis simili.
de sepul. Alia vero dimidia pars debuit post mortē predicti
Antonij restitui dicto nobili Bartholomeo in vim fideicō-
missarie substitutiōis superius mētionate, ⁊ de eo facte nisi
forte dicatur dictū nobilē Bartholomeū nō fuisse predicto
Anto. substitutū, sꝫ cuidā nobili Ancelmo Albi q in primo
gradu substitutus extiterat eidē Anto. sed hoc nō obstat: qꝛ
2 cum † vt ponitur in casu idem Ancelmus viuente predicto
Antonio filio, ⁊ herede. ⁊ sicut pēdēte ꝯditiōe substitutiōis
de eo facte ab humanis, ⁊ sine liberis dicesserit substitutio
quo ad eum facta est caduca. l. j. §. sinautē sub conditione. C.
de cadu. tol. ⁊ fideicōmissum sibi relictū remāsit penes here-
des cū suo onere. d. l. j. §. ꝑ scdo, ⁊ quod not. Barto. in. l. quā-
diu. la. iij. ff. de acqui. hered. etiā nec obstat si forte opponaꝛ,
ꝙ cum viuēte dicto Anto. herede ab humanis, ⁊ sine liberis
decesserit nobilis Petrus albi dicti Bartholomei substitu
tus, ⁊ sic quo ad eum fuerit substitutio facta caduca. d. §. sin-
autē sub cōditiōe. debuit portio sibi relicta remanere penes
3 heredē, ⁊ nō ꝑuenire ad dictum Bartholomeū: eo † qꝛ dicti
Bartolomeꝰ, ⁊ Petrꝰ cōsubstituti fuerūt re disiuncti quā-
uis verbis ꝯiuncti. ꝑ eo quia in substitutiōe de eis facta di-
citur equis portionibꝰ ꝑ id quod not. Bar. in. l. re coniuncti.
versi. secūdo loco. ff. de lega. iij. ⁊ Bal. in. d. l. j. §. his ita. C. de
cadu. tol. sed hoc nō obstat. Tum qua licet fuerūt re disiūcti
fuerunt tamē verbis cōiūcti. vt apparet ꝑ id quod no. Bar.
⁊ Bal. in locis predictis portio ergo dicto Petro, ⁊ ꝑpter
mortē illius facta caduce accreuit. d. Bartholomeo ꝑ id qd
not. Bar. in. d. l. re cōiūcti. versi. secundo quero nunquid in-
ter cōiunctos verbis tm̄ ⁊c. Tum ⁊ qꝛ prefati nobiles Pe-
trus, ⁊ Bartholomeꝰ fuerūt inuicem ⁊ reciproce vnꝰ alteri,
⁊ ecōtra substituti certū est autē ꝙ substitutio reciproca con
tinet vulgares. l. Lucius, ⁊ quod ibi per omnes. ff. de vulg. ⁊
pup. ⁊ in multis alijs locis Per dictā igitur vulgarē substi-
tutionē cōtentā in reciproca cēsetur dictus Bartholomeus
fuisse substitutꝰ dicto Petro si vel nollet vel nō posset ꝑut
in casu peruenire ad portionē sibi relictā. concludo igitur vt
iam dixi, ꝙ dimidia pars bonorū dicti quōdā Gulielmi pri-
mi testatoris ꝑuenire debuit ad dictū nobilē Bartholomeū
tanꝗ̄ substitutū, ⁊ de hac dimidia parte: vtpote subiacente
restitutioni ⁊ potuit dictus Bartholomeus disponere aut
testari in prejudicium liberorum nobilis Durandi de curia
sibi substitutorum. Nec potuit ipse de hac dimidia parte de-
trahere Trebellianicam, quia cum supponamus eam detra-
ctam ex persona Antonij filij non potuit iterum alia quar-
ta detrahi. l. j. §. inde Neratius ⁊ quod ibi doct. ff. ad trebel-
lia. de quo etiam ponit aliquid in. l. ex asse. eo. tit. Et per hec
patet responsio ad primum quesitum, scilicet quod quo ad
bona que fuerunt dicti quondam Gulielmi non potuit di-
ctus nobilis Bartholomeus testari: nisi de ijs q̄ pro dictis
duabus quartis detrahi potuissent ⁊ si iam erāt detracte et
forte consumpte in solutione debitorum predicti nobilis
Anto. vel alias ipse de nihilo quo ad bona huiusmodi po-
4 tuit disponere vel testari. Est † tamen super hec aduertendū
quod licet dictus Antonius diu possederit bona Gulielmi
eius patris ⁊ fructus illorum percepit ipse tamē vel dictus
nobilis Bartholomeus eius heres non tenebatur fructus
huiusmodi sibi imputare in legitimā aut quartam trebellia-
nicam. Et hoc est priuilegium, concessum liberis primi gra-
dus. l. iubemus. ad finem. ⁊ quod ibi gloss. ⁊ docto. C. ad tre-
bellia. not. glo. ⁊ docto. in. l. in fideicommissariam. in princ. ff.
eo. tit. Et hec vera sunt tenendo quod dicta. l. iubemus. ha-
bet locum nō solum eo casu quo filius heres institutus ro-
gatus est de restituēdo fratri sui ipsius vel filio sui ipsiꝰ ⁊ sic
nepoti testatoris aut alteri descendenti ex testatore, sed etiā
eo casu fuit rogatus de restituendo extraneo, prout vide-
tur fuisse de mente glossa. in. d. l. iubemus. in. l. quod de bo-
nis. §. quod anus. ff. ad leg. falcid. ⁊ in. d. l. in fideicommissa-
riā. secundum Joā. de Jmo. in. d. §. quod anus. qui etiam ibi
dicit quod hoc fuit de mente Bar. seq. gl. ⁊ istam opinionem
sequitur Salic. ⁊ Pau. de cast. in. d. l. iubemus. vbi etiam di-
cit Cyn. quod si daretur sibi audacia ista magis placet. Et
hec opinio visa est rationabilior Joā. de Jmo. in. d. §. quod
anus quamuis dubitans subiunxerit, tunc quod placet. Et
hec opinio tāquā rationablior ⁊ benignior placuit ibi Alex.
de Jmo. Sed alia fuit opinio quorūdam dicētium ꝙ. d. l. iu-
bemus. non habet locum quādo filius heres institutus fuit
rogatus de restituēdo extraneo: qꝛ isto casu teneꝛ imputare
fructus in quartam trebellianicam. ⁊ hoc fuit secundum Cy.
in. d. l. iubemus. de mente glo. ibi a qua opinione propterau-
toritatē gl. non fuerit Cy. recedere ausus. etiā istā opinionē
tenuerant in. d. l. iubemus Reyne. ⁊ Frā. de Rampo. prout
refert Joan. de Jmo. in dicto. §. qd anus illam etiam sequi-
tur Albe. in dicta. l. iubemus. ver. nota. diligēter hoc verbum
ver. vltimo quero de eo quod supra exponēdo ⁊c. Hāc opi-
nionē etiā sequiꝛ ibi Phil. de Frā. dicēs ꝙ qꝛ opinio hec at-
tribuiꝛ gl. illa vꝛ sequēda: sensit eīm ꝙ magna sit gl. authori-
tas vt voluit Bal. i. l. cū hr̄ditas. C. depo. in. l. fi. §. necessitatē.
C. de bo. que lib. ⁊ in. l. precibus. C. de impub. ⁊ alijs substitu.
multas remissiones ponit And. Barb. cōsi. ix. exordiente pre
clare scribitur ⁊c. in secunda parte qd magis procedit qn̄ ha-
bet secum opinionem fam. docto. iuxta theoricam quod po-
nit Jac. Butr. in. l. j. C. q ꝑ snia iurisdi. iud. dare dari ve poss.
Multas remissiōes ponit. d. Sali. i. c. j. ver. ij. limita. de cōst.
dictā scdaꝫ opinionē dicit Alex. de Jmo. i. d. l. in fideicōmis-
sariā. ver. sꝫ dubiū est videre in pūcto iuris veriorē. Et ꝼm eā
cōsuluit Roma. ꝯsi. ccxxij. exordiēte. quatuor sunt q̄sita. ver.
quo ad tertiū ⁊ Cuma. cōsi. xiij. exord. Bartholomeꝰ istituit
Antoniū ⁊ Frācisum in secundo quesito illam etiam sequu
tus est Rich. in. d. l. iubemus. ⁊ aut. cōtra rogatꝰ. C. ad treb.
ꝑut refert Philip. de Franc. in. d. l. iubemus. Cum igitur in
casu nostro ꝑdictus Antoniꝰ rogatꝰ extiterit de restituēdo
dicto Bartholomeo eius patruo ⁊ fratri testatoris, ⁊ sic ex-
traneo videꝛ ꝙ ipse debuerit imputare fructus perceptos in
quartā Trebellianicā, ⁊ sic ꝙ si fructus per eū percepti ascē-
derūt ad valorē Trebellianice ipse nō potuit detrahere nisi
legitimā, ⁊ octo vncie debuerunt restitui. d. Bartholomeo ⁊
nūc liberis dicti Durādi de Curia ⁊ vere ista opinio nō est
cōtēnenda. Tū ꝑpter tex. dicte. l. iubemus. in prin. ⁊ fine tum
⁊ ꝑpter autoritatē ⁊ multitudinē eorū q sequunꝛ hanc opin.
¶ Ad secundum quesitum dico, ⁊ respondeo quod dictus
Bartholomeus subsititutus dicto nobili Antonio, ⁊ per eū
heres potuit ratione institutionis de eo facte detrahere
Trebellianicā de dictis duabus quartis quas videlicet pre-
dictus Antonius detrahere potuit de bonis dicti Guliel-
mi item etiam illā detrahere potuit de alijs bonis per ipsum
Antonium acquisitis vel ad eum peruentis aliunde quam
ex pr̄na successione si que erant pro eo qꝛ illa nō veniebant in
restitutiōe fideicōmissi per dictū quondam Gulielmū relicti
ꝑdictis Durando de Curia ⁊ liberis. d. l. cohr̄di. §. cū filie. ff.
de vul. ⁊ pup. Si ergo ꝑdicti liberi vellent petere ab herede
dicti nobilis Bartholomei nō solū fideicōmissum eis per di-
ctū Gulielmū relictū ascendēs vt iam dixi ad dimidiā partē
bonorū eiusdē Gulielmi sed etiā vellent in vim substitutiōis
de eis facte per dictū Antoniū petere dictas quartas, ⁊ bo-
na per ipsum Antoniū acquisita vel ad eum alium de quam
ex paterna successiōe: posset ipse hr̄s eiusdē Bartholomei de
quartis ⁊ bonis hmōi detrahere quartā Trebellianicā in
qua tū teneret iputare fructꝰ ꝑ ipsum Bartholomeū perce-
ptos. d. l. in fideicōmissariā. in prin. ⁊ quod ibi glo. ⁊ docto. ad
qd etiam voluit. d. l. iubemꝰ Bar. a cōtrario sensu ⁊ quod ibi
doc. Ad tertiū dico ⁊ rn̄deo ꝙ fructꝰ ꝑcepti hr̄ditate graua-

tum vel heredem grauati negligentia non petentis cedunt
lucro ipsius heredi grauati, seu eius heredis.l. mulier.§.si
heres.⁊ quod ibi docto.ff.ad trebel.not.gloss.⁊ docto.in.d.l.
in fideicommissaria.in princip.ff.eo.titu.glo.⁊ doct.in.d.l.iu-
bemus. Et dicuntur fructus percepti negligentia non pe-
tentis, quando fuerunt percepti prius ⁊ antequam substitu
tus seu fideicommissarius interpellauerit heredem grauatũ
seu eius heredem de restituendo saltem verbo hereditatem,
in qua erat substitutus per id quod not.Cy.in.d.l.iubemus.
C.ad trebel.quod etiam voluit Bart.in dicta.l.in fideicom-
missarium in princi.vbi etiã Alexan.de Imo.versic.in eadẽ
ibi quãdo negligentia fideicommissarij ⁊c.ad quod fa.l.ita
tamen.§.fin.⁊ quod ibi Ang.⁊ doct.ff.ad trebel.quo fit, vt si
post mortẽ dicti nobilis Bartholomei non fuerit eiꝰ heres
interpellata de restituenda hereditate seu fideicõmisso reli-
cto liberis dicti Durandi de curia censeatur eadem heres
fructus percepisse negligentia dictorũ liberorum:⁊ sic suos
fecisse. Insuper ⁊ non teneri illos imputare in quartã tre-
bellianicam:vel etiã restituere dictis liberis,⁊ hoc plane et
sine difficultate videtur procedere quo ad fructꝰ perceptos
ex dictis duabus quartis,⁊ alijs bonis,de quibꝰ potuit di-
ctus quondam nobilis Antonius disponere ⁊ testari,si que
talis fuerint,⁊ que ad dicti quondam nobilẽ Bartholomeũ,
⁊ deinde ad dictam eius vxorẽ peruenerint: Et sic quo ad
fideicõmissum relictũ per dictũ quondã Antoniũ cuius re-
spectu fuit ipse Bartholomeus heres: sed quoad fructus
perceptos ex illa parte que in vim substitutionis facte per
dictum quondam Gulielmum,debeat restitui dicto nobili
Bartholomeo:primo effectualiter seu cum effectu substitu
to:⁊ deinde post illius mortem liberis dicti Durandi secũ-
do gradu substitutis:⁊ sic secũdis fideicõmissarijs.Videtur,
ꝙ enim quo ad fideicommissum huiusmodi non sit opus re-
stitutione:cũ actiones transiuerint ipso iure in p̃dictos libe-
ros.l.penul.§.cum autẽ.C.ad trebel.heres predicta non fece
rit fructus suos:sed teneatur illos sibi imputare in quartã
trebellianicam: si que per eam detrahi poterat vel illos re-
stituere.Quod etiam voluit Barto.in.d.l.in fideicommissa-
rium.vel circa,vel esset de casibus in quibus restitutio esset
facta ipso iure.⁊ hoc etiam sentiunt docto.in dicta.l.iube-
mus:quatenus volũt, ꝙ post factã verbalem restitutionem
fideicõmissi,heres grauatus de restituendo,vel illius heres
non faciunt fructus suos:qꝛ per verbalem restitutionẽ effi-
citur substitutus seu fideicommissarius dominus vtilis bo-
norũ restitutorum.l.restituta in prin.⁊ iuncta gloss.⁊.l.facta
in princi.⁊ quod ibi glo.⁊ doc.ff.ad trebel.⁊ sic fructus per
illum percepti,per heredem grauatũ de restituẽdo, aut he-
redem eius,nõ fuerũt percepti ex rebus seu bonis heredis
grauati seu eius heredis,sed ex bonis substituti:siue fideicõ-
missum.Qđ si ita est: isto casu ergo idẽ etiã erit eo casu quo
censetur ipso iure facta restitutio,vt sit eo casu quo fideicõ-
missariꝰ rogatꝰ est restituere alter fideicõmissario,vt in casu
nostro,in quo licet dictus Bartholomeus dicatur adiuisse
hereditatem dicti quõdam Bartholomei,⁊ fuisse eius he-
res testamentarius, ⁊ propterea transiuerint in eum iura
directa:ipse tamen illam cum adiuit beneficio inuentarij:
ne perderet aut preiudicium sibi afferret,quo ad fideicõmis-
sum per dictũ quondã Gulielmũ sibi relictum:quod tãquam
per eum substitutꝰ etiam postea petijt, ⁊ sibi adiudicari ob-
tinuit,in causa generalis discussionis bonorũ predicti Anto
nij.¶ Venio ad quartum pro eius solutiõe premitto quod
si bene, ⁊ alias opportunis inspiciantur verba testamenti
dicti nobilis Bartholomei Albi, nobilis Giraudus de cu-
ria nõ fuit eius vniuersalis heres sed p̃ticularis.Et sic quo
ad iuris effectũ legatarius postꝙ dña Ancelma eius quõ-
dam vxor vniuersaliter heres instituta adiuit eius heredita
tem.l.quoties.C.de heredi.institu.⁊ quod not.Bar.⁊ mul-
ti post eum in.l.ex facto.la grande,⁊ scribentes in.l.j.§.si ex
fundo.ff.de heredi.instit.⁊ Philip.de frã.in repe.c.si pater
de testa.in.vj.Verũ cum vt in facto ponitur idem giraudus
agnouerit legatũ seu legata sibi relicta, ⁊ cũ oneribus eisdẽ
adiunctis non videtur dña Dreuona ipsius Giraudi quon-
dam mater,⁊ heres vniuersalis,posse venire contra,quẽad-
modum nec ipse posset si hodie viueret:quia heres nõ pos-
set venire contra factum defuncti.l.que a patre.C.de restitu.
mili.l.venditori.C.de re.alie.non alienã.l.ij.C.si quid in for-
ma pater.et.l.si creditoribus.C.de ser.pigno.da. manumis.
Puto tamen,ꝙ si dicta domina de Curia mater requireret
dictum nobilem Petrũ,⁊ Paulum de curia eiꝰ filios qua-
tenus essent contenti de illis pecuniarijs summis quas eis
solui per dictũ Giraudũ voluit, ⁊ ordinauit dictus quondã
nobilis Bartholomeus in suo vltimo, ⁊ nuncupatiuo te-
stamento pro iuribus dicte substitu.facte per dictum quon-
dam nobilẽ Gulielmum:⁊ alias tentaret ⁊ niteretur pacare
eos iuxta voluntatẽ, ⁊ dispositionem eiusdem nobilis Bar-
tholomei,⁊ ipsi hec facere recusarent,sed potius vellẽt expe
riri ⁊ agere contra dictã heredẽ in vim substitutionis:quin-
imo substitutionum superius mentionatarum viderentur
adẽpta seu reuocata ⁊ cassata legata dicto Giraudo relicta,
hoc iuxta dispositionem dicti Bartholomei.⁊ ita posset di-
cta domi.Dreuona ex persona, et tanquã heres vnica dicti
quondã Giraudi,petere in vim substitutionis partem fidei-
commissi seu fideicommissorum reditorũ per dictos quon-
dam nobiles Gulielmũ,⁊ Antoniũ patrẽ, ⁊ filium.Sed an
⁊ quid petere posset in vim cessionũ, ⁊ remissionũ ipsi Gi-
raudo factarũ per quosdam eius fratres,Vellẽ ante respon
sionem valere instrumentũ cessionũ:quia non possum alias
tute respõdere,⁊ presertim qꝛ (vt iam dixi) hic sunt duo fi-
deicõmissa:quorũ primũ potuit (forte etiã ante verbalẽ resti
tutionẽ) vendi , donari,⁊ alias cedi pro eo:qꝛ ipso iure trã-
sierunt actiones , aliud vero non.l.si mulier ita dotem.§.ex
asse.⁊ quod ibi doct.ff.de iur.do.⁊ hac de causa nõ possum
plene aut tute respondere ad aliud quesitum,in quo queri-
tur quid,⁊ quantũ,⁊c.verũ vt aliquid percipiant de eo quod
sentio:dico breuiter, ⁊ succincte recapitulandum aliqua de
predictis,quod quo ad fideicõmissum relictũ per dictũ quõ-
dam Gulielmum,detrahi possunt:nisi fuissent detracte p̃ut
audio due quarte,(scilicet) legatũ q̃ est tertia pars omniũ
bonorũ dicti quondã Gulielmi,⁊ trebellianica, q̃ est quarta
pars residui,⁊ sic iste due quarte ascendunt ad dimidiã par-
tem bonorũ dicti Gulielmi.Sed si dicamꝰ ꝙ in casu nostro
p̃ eo qꝛ restitutio erat siẽda extraneo , fructꝰ p̃cepti per di-
ctum Antonium debeant imputari in quartam trebelliani-
cam:⁊ illi ascẽderint ad valorem illius vel vltra,non potuit
detrahi de corporibus seu substantia bonorũ hereditariorũ
dicti quondã Gulielmi nisi legitima,⁊ sic tertia ps:alie.ve-
ro due tertie partes debebant restitui dicto Bartholomeo
⁊ nunc restitui debẽt dicte domi.Dreuone tanꝙ heredi di-
cti quondã Giraudi,⁊ alijs libris cuilibet videlicet.pro sua
quota:saluo iure exceptionũ ⁊ remissionum,quas non vidi.
Quo vero ad fideicommissum factum per dictũ Antonium
de dictis iuribus,quartis seu de eo ꝙ pro eis aut dicta legi
tima detrahere potuit, ⁊ quo ad alia bona sibi quesita, vel
ad eum peruẽta aliũde quã de paterna successione.Dico , ꝙ
de illo potest heres predicti Bartholomei detrahere quar-
tam trebellianicam:in quã tamẽ sunt fructus per dictũ Bar
tholomeũ percepti imputãdi,⁊ solum residuum hoc est id
quod supererit detracta trebellianica in fructibus,vel par-
tim,in fructꝰ,⁊ p̃tim in rebus hereditarijs restituẽdũ est di-
cte do.Dreuone herede.⁊c.⁊ cuilibet ex liberis seu filijs , et
filiabus dicti quondam Durandi,vt dixi in casu preceden-
ti eidẽ Dreuone iure cessionũ, ⁊ remissionũ ⁊c.⁊ ad hãc sub-
stitutionẽ sunt inuitati nõ solũ filia,⁊ filie.dicti quõdã Durã
di,sed etiã nepotes ex filia p̃defuncta:qꝛ etiã isti veniunt ap-
pellatione suorũ :per id quod nõ gl.in.l.si femina.C.ad turp.
⁊ Pau.de cas.q.ccclij.exordiẽte visis oibꝰ p̃ũctis mihi tra-
7 ditis ⁊c.ver.item dicit aliquis ⁊c.nisi forte † opponatur, ꝙ di-
cti nepotes nõ possunt dici de suis, cum vt peto nepotes ex
filia nõ fuerint in p̃tãte dicti Durandi aui materni,sed huic
obiectioni respõdet Pau.de ca.vbi supra p̃rime.Verũ quã-
8 uis p̃prie dicta,scilicet,ꝙ † nepotes.ex p̃dicta filia censeantur
etiã inuitati,vt simul cum auunculis,⁊ materterijs veniãt ad
dictũ fideicõmissum,videãtur prima facie p̃cedere:ego tamẽ
puto cõtrariũ,(scꝫ)ꝙ dicti nepotes nõ veniant cũ auũculis,
⁊ materteris,⁊ hoc pro eo qꝛ substitutio facta est p̃ verbũ
⁊ suis qđ est verbũ collectiuũ pluriũ,Qñ autẽ fit substitutio
de pluribꝰ sub noie collectiuo,inter quos cadit ordinis pre-
latio dispositio accipit ordinẽ successiuum.l.cũ ita legatur.§.in
fideicõmissa.⁊.l.peto.§.frater.ff.de leg.ij.⁊ quod no.Ang.⁊
post eũ alij scribentes in.l.fi.C.de verb.sig.vbi loquentes de
illo q inuitauit cipum agnationis, dicũt ꝙ nõ videntur voca-
ti omnes de agnatiõe:sed gradatim secũdũ ordinẽ p̃rimita
tis,⁊ idem etiam voluit Andre. Barba.in capitu.Raynu.
vel circa.X.addo tertio ꝙ inquãtũ dictũ est, ꝙ nõ attẽditur ⁊c.
de test.⁊ ꝙ in multis inuitatis sub nomine collectiuo seruetur
ordo:vt scꝫ illi nõ simul succedãt sed p̃rimiores.voluit Bar.
Bartho.Sozi.⁊ Io.de sado.in.l.si cognatis.ff.de reb.dub.
⁊ fuit de mẽte Bar.in.l.gallꝰ.§.qdã recte.ver.nõ obstat.l.pe-
to.§.fratre.⁊c.⁊ qđ ibi Alexan.de Imol.ver.item ex verbis.
Bar.hic,dũ respondet ad.l.peto.ff.de liber.⁊ posthu.⁊ di-
cit ibi Alex.de Imo.ꝙ si instituo heredem Titium, ⁊ post
mortem

mortem suam liberos eius: substituto tales liberi inter se
videntur inuitati ordine successiuo: vt (scilicet) primo filij, se-
cundo nepotes, tertio principales, et sic deinceps. Et idem
voluit Ange. consilio. xxxviij. exordiente, quidam Joannes
decessit condito testamento: vbi voluit quod prout sub no-
mine familie, ⁊ sub nomine liberorum censeantur liberi gra
datim inuitati, ꝙ etiam voluit Rapha. cuma. in dicta. l. Gal
lus. §. quidam recte ⁊ Phili. de Fran. in dicta. l. fi. C. de verb.
signi. vbi etiã secundum eum hoc presuponit Bal. Idem vo-
luit Alex. de Jmol. consil. xiij. exordiente. Visis, ⁊ perlectis.
⁊c. in quarto volu. de qua materia multum etiã ponit nescio
quis dominus cõsulens in sequenti consil. ⁊ hec procedunt
quando dispositio facta per verbũ collectiuũ, fit circa cõiun-
tos testatori, secundũ. Bald. qui hec not. in dicta. l. si cogna-
tis. Pet. de Anch. ⁊ Joan. de Jmo. in. c. iudicante. de testi. ⁊
sequitur Alexã. de Jmol. in dicta. l. Gallus. §. quidam recte.
ver. vbi hoc limitat, sub dubio forte ⁊c. Cum ergo in casu de
quo q̃ritur, dictus quondã nobilis Gulielmus albi. per ver-
bum collectiuũ, ⁊ suos, disposuerit circa personas sibi cõiun-
tas: pro eo quia dictus nobilis Durandus erat eius nepos
ex sorore, Dico, ꝙ licet nepotes ex filia predefuncta sint de
suis ipsius quondam durandi: quia tamẽ etiã supersunt filij
⁊ filie eiusdẽ quondã durandi auunculi ⁊ matertere horum
nepotum, ⁊ qui proximiores sunt in gradu, nõ solum ipsi du-
rando cui attinent in primo gradu, nepotes vero in secũdo
sed etiã dicto Gulielmo testatori cui actinent in tertio, ne-
potes vero in quarto, prout hec omnia probantur in. l. j. §.
j. gradu. ⁊ tribus se. Dico, ꝙ dicti filij. ⁊ filia preferunt pre-
dictis nepotibus per predicta, forte vero opponetur de eo
quod not. glo. in dicta. l. enim ita legatur. §. in fideicommisso,
super verbo propter. ⁊ quod ibi. Joan. de Jmo. ⁊ doct. ma-
gis cõmuniter. Phili. de Fran. in. d. l. fi. C. de ver. signi. Ale-
xan. de Jmo. cõsi. cxxxvij. exordiente. Preclare a priori cõsul
tore scriptum ⁊c. in primo volu. qui voluit, quod ad fideicom
missum familie relictũ, admittãtur simul frater, ⁊ filius fra-
tris. pro eo q2 etiã abintestato ita succederẽt. authẽ. de here-
di. abintest. §. reliquũ, ⁊ authẽ. vt fratrum filij. in rubeo, ⁊ ni-
gro. colla. ix. sed hoc non obstat. tum quarta glos. allegata in
d. §. non videtur ꝓcedere, secundũ Bald. qui ibi dicit, quod
authẽ. cessante. C. de legiti. heredi. super qua se fundat gloss.
nihil facit: quia in illa non cõsideratur affectio, sed iuris di-
spositio: cui placuit inuitare in casu de quo ibi, non solũ fra-
tres vel sorores vtrinq; coniũctos, sed etiã nepotes, vel ne-
ptes ex fratre aut sorore vtrinq; cõiunctis predefunctis. Jn
casu vero. d. §. in fideicommisso. in quo est sermo de inuitatis
sub nomine collectiuo, cuiusmodi est nomẽ familie, filiorum
liberoꝝ, nepotũ, suorũ, ⁊ similiũ huiusmodi, attẽdit affectio
disponentis, ⁊ hanc oppinionẽ. Bal. sequutus est. Cuma. in
dicto. §. in fideicõmisso. Alex. de Jmol. consi. ccv. exordiente.
Consideratis verbis ⁊c. versi. confirmantur predicta per ea
que not. Bal. ⁊c. in secũdo volu. Alex. de Jmo. consi. iiij. exor
diente. ponderatis verbis testamenti. ver. fortificantur etiã
predicta per id quod habetur ⁊c. in quarto volu. consi. cxxix.
exordiente. per speetis ijs in quinto volu. ⁊ ita etiã sentit con
si. xxvj. exordiente. circa primũ dubium ⁊c. circa fin. in primo
volu. ⁊ fuit etiam de mente. Pet. de anch. consi. cccxcj. exor-
diente. quia Elizabet, ⁊ Anna. sorores, ⁊ pro hac parte fuit
Perusij. consultum. prout refert Phili. de corie. d. l. fi. versi.
posset etiã hic dubitari. ⁊c. C. de verbo. sign. ⁊ hec opinio est
forte magis communis secundũ. Jo. sado. in. d. l. si cognatis.
Tum, ⁊ quia glo. videtur loqui in casu, in quo frater ⁊ filius
fratris alias successissent ab intestato, vt verbi gratia in ca-
su in quo aliqs pone. Titius instituisset, aut substituisset, vel
alias inuitasset familiã isto enim casu, si non superessent pro-
ximiores, voluit glo. admitti nõ solum fratrem, sed etiam fi-
lium fratris: quia isto casu etiã admitterentur abintestato.
dicta authẽ. cessante ⁊ hic defendendo. glo. in d. §. in fideicõ-
misso. satis exponit. Joan. de Jmo. dicens, ꝙ forte glo. po-
test intelligi ⁊ substineri per eo quia de mente textus vide-
tur esse ꝙ inuitentur eo modo quo inuitarentur ad succes-
sionem defuncti. dicit etiam do. Bartholomeus. sozi. in di-
cta. l. si cogna. versic. sexta, ⁊ vltima conclusio. quod quando
plures vocantur nomine collectiuo ex fideicommissaria sub-
stitutione, tũc attendi debet proximior in gradu illi qui ha-
bet restituere fideicõmissum, ⁊ non proximior primo testa-
tori. Pro quo allegat. Barto. in. l. re coniuncti. versicu. tertio
quero ⁊c. ff. de legatis. tertio. Inducit ⁊ alia multa que pos-
sunt ibi videri, ⁊ inter cetera. allegat. Paul. de ca. post Gu-
liel. de Cune. in. l. heredes mei. §. cum ita; ⁊ quod Joan. de
Jmo. in illa Questione. quãdo superest persona que ex pre-
sumpta mente defuncti excludat substitutum, vbi not. quod
admittatur illa que ab intestato succederet grauato: q2 ille
dicitur esse potior. qui esset potior attento ordine successio-
nis abintestato: vt voluit glo. in dicto. §. in fideicommisso. ⁊
sic regulatur fideicommissum scd̃m naturã successionis ab-
intestato: vt ad illum transeat fideicommissum, ad quem ab-
intestato transiret grauati hereditas sed hereditas transiret
de persona in personã proximiorem, ergo ⁊ fideicommis-
sum transire debet. Pro quo faciunt not. per Barto. in. l. fin.
ff. ad textu. per. Bal. ⁊ alios in. l. ij. C. de libe. preteri. pro qua
oppinione est bonus text. in capit. j. denatur. succes. feu. pro
hoc possent multa alia induci. q̃ pretereo, Sed premissis ꝑ
veris presuppositis, palã infertur, quod filij ⁊ filie dicti quon
dam Durandi. debeant preferri nepotibus ex filia prede-
functa, ⁊ hec, siue inspiciamus dictum nobilẽ Bartholomeũ
alber. grauatum, ⁊ per quem erat restituẽdũ fideicõmissum.
(prout inspici debet) siue inspiciamus dictum quõdam no-
bilem Gulielmũ. primũ testatorem, ⁊ hoc clare patet: quia si
poneremus dictum Bartholomeũ decessisse abintestato, ⁊
sine liberis, ⁊ sibi superfuisse dictos filios ⁊ filias prefati
nobilis Durãdi, eius (vt audio) nepotes ex sorore, ⁊ neptes
dicti Durandi ex filia predefuncta eidẽ Bartholomeo, suc-
cedent soli filij ⁊ filie dicti nobilis Durandi, non autem ne-
potes. authẽ. post fratres, fratremq; filios. C. de legi. heredi.
idem diceremus de dicto quondam nobili Gulielmo primo
testatore. si poneremus eum decessisse intestatum, ⁊ sine li-
beris, ⁊ sibi superfuisse filios ⁊ filias dicti quondã Durãdi.
⁊ nepotes ex filia predefuncta: quia per dictam. authẽ. post
fratres fratrũ que filios, succederent solum filij ⁊ filie: vt po-
te priores, vel proximiores in gradu. ⁊ per hoc patet respon
sio ad quesita posita in themate, seu casu exordiẽte. factũ tale
est. Gulielmus albi suum condidit testamentũ ⁊c. ¶ Ceterũ
quia in literis ad me directis per nobilem Petrũ de curia
sunt posita quedã alia dubia, ego ad illa respõdeo breuiter ⁊
succincte. ⁊ primo, ad primũ dico, ⁊ respõdeo, quod si ex per-
sona dicti quondam nobilis Antonij fuerint detracte dicte
due legitime, non potuit dictus nobilis Bartholomeus
de residuo (hoc est de eo quod iure fideicõmissi debuit pri-
mo sibi restitui, ⁊ post ipsius mortem si sine liberis decederet
sibi substitutis.) non potuit ipse nobilis Bartholomeus in
preiudicium fideicommissi ⁊ sibi substitutorum aliquid do-
nare aut vendere, seu alias in testamento cum iuris effectu
relinquere: nec alias facere: quoniam predicti substituti pe-
tere possunt fideicommissum ⁊ bona subiacentia restitutio-
ni: nõ solum ab herede ipsius nobilis Bartholomei, si ipsa
possederi, sed etiam ab alijs possessoribus forte donatarijs
9 vel emptoribus: pro eo quia † per euentum conditionis, et
sic per purificationem conditionalis substitutionis, fuerunt
venditiones, donationes ⁊ alia huiusmodi facta in preiudi-
tiũ fideicõmissi ⁊c. resoluta. l. fi. §. sed quia nostra. versi. sin au-
autem sub conditione. ⁊ authẽ. res que. ⁊ quod vtrobiq; per
scribentes. C. communi. de leg. ⁊. l. Marcellus. §. res que. ⁊
quod ibi docto. ff. ad trebel. Non obstat. l. fin. §. fin. ff. de leg. ij.
quia ille. §. loquitur in eo qui nesciens rem subiacere restitu-
tioni eam alienat. prout satis colligitur ex textu dicti. §. et
ex ijs. que not. Jo. de Jmo. in. l. quidam ita. §. si quis filium.
ff. ad trebellianum. ⁊ alij scribentes in dicta. l. Marcellus.
§. res que: cuiusmodi non fuit dictus nobilis Bartholo-
meus. qui (vt supponitur) in casu post mortẽ dicti quõdam
nobilis Antonij, per quem heres institutus extiterat, libel-
lum in causa discussiõis bonorum eiusdem Antonij obtulit.
in quo petijt, ⁊ sibi adiudicari obtinuit fideicommissum sibi
relictum per dictum quõdam nobilem Gulielmum: ⁊ sic sci-
uit, ⁊ sciuisse presumitur testamentum ipsius quondam Gu-
lielmi. per ea que nota. Barto. in. l. eius qui. ff. si certũ peta. ⁊
in. l. qui rome. §. duo fratres. ff. de verborũ obligatio. Sciuit
igitur se grauatum sub condition. e si sine liberis decederet
de restituendo hereditatem eisdem dicto Durando de cu-
ria, ⁊ suis. Et vbi resciuisset, teneretur heres ad satisfacien-
dum de valore. dicta. l. finali. §. finali. ff. de legatis secundo.
Et vbi heres non esset soluendo, possunt predicti substituti
in subsidium agere contra emptores. secundum Paulus de
castro. consilio. x. exordiente. clarum est in iure ⁊c. quamuis
And. Barb. videatur aliter sensisse. in sua Joanina. c. Ray-
naldus, ver. ⁊ plus etiam affer. de testa. Consulo autem ꝙ
si cõtingat eosdem substitutos agere cõtra emptores. ꝙ do.
aduocatus qui libellum dictabit, deducat scientiam dicti
Bartholomei. propter id quod dicit authen. in dicta. l. fin. §.

sed quia.C.communi de lega.⁊ consilio. ccxcvj.⁊ in dicta.l.
Marcellꝰ.§.res que amborũ opinio.in.l.filiusfamilias.§.di-
ui.fo.4.ff.de legat.j.⁊ do.Jas.May.in dicto.§.sed quia no-
stra.versi.iiij.not.limita.⁊ in dicta auth.res que.versic.scdo
limitatur.C.communi.de lega.⁊ licet Andre Jacobi.⁊ do.
Jason May.dicant vbi supra qd aduocatus debeat dedu-
cere nõ solam ignorantiam grauati alienantis sed etiã em-
ptoris:non puto tamen,quod sit necessarium deducere igno
rantiam emptoris:nec Ang.hoc dicit in locis per do.Jas.
allegatis.Ad secũdum dico ⁊ respondeo,ꝙ dictus nobilis
Bartholomeus seu eius heres non tenetur fructus per eũ-
dem Bartholomeum perceptos imputari in solutionẽ, seu
recompensam legatorum per eundem quondam Gulielmũ
relictorum,⁊ per ipsum Bartholomeum solutorum,si q̃ per
eum solute extiterũt:quia licet fructus percepti iudicio te-
statoris debeant regularetur imputari in quartam trebel-
lianicam.dicta.l.in fideicommissariam.in princip.⁊.l.mulier.
§.si heres.versi.alia causa.ff.ad trebellia.non tamen puto,ꝙ
in casu de quo queretur debeat idem Bartholomeꝰ:seu di-
ctam eius heres sibi imputare fructus per eundem Bar-
tholomeum perceptos in.legatis ab eo solutis,⁊ idem di-
co de reparationibus,seu expensis pro reparationibus hu-
iusmodi factis in rebus subiacẽtibus restitutioni,⁊ ad per-
petuam earum vtilitatem per tex.l.domos hereditarias,et
quod ibi Joan.de Imo.⁊ docto.ff.de lega.j.cum enim pen
dente conditione fideicommissa,res subiacentes restitutiõi
essent eiusdẽ Bartholomei,ipse fructus interim perceptos
fecit suos,⁊ eos lucratus est:prout voluit glo.singularis.in
l.emptor in princi.super verbo.superfluum.ff.de rei vendi.
quem ita allegat Bald.Ang.⁊ Joan.de Imo.in.l.insulam.
10 §.j.ff.de rei vendi.euentus enim.† conditionis nõ trahitur
retro quo ad dominium,⁊ commodum fructuum,secundum
Barto.⁊ alios in dicta.l.fi.§.sed quia.cum seq.C.eodẽ.de le-
ga.l.j.§.j.ad Sylleia.⁊ hec secundum Alexã.de Imo.in di-
cta.l.domos hereditarias,quod est bene notandum pro li-
mitatione dicte.l.empto,⁊.l.sumptus.ff.de rei vend.vbi ha-
bebtu,qd sumptus facti in meliorando rẽ restituendam,cõ-
pensantur cum fructibus perceptis:nã istud dictũ est verũ,
qñ res ipsa tempore fructuũ perceptorum erat simpliciter
aliena vt in dictis iuribus: secus autẽ si erat illius qui fru-
ctus percipiebat, quãuis tamen esset grauatus sub condi-
11 tione ipsam rem alteri restituere. Tenenꝫ † igitur de repa-
rationibus huiusmodi filij,dicti Durãdi substituti satisface
re litere dicti Bartholomei.non tamen secundum valorem
temporis factarũ reparationum,sed secundũ valorẽ tempo-
ris presentis seu illius quo defunctus est dictus Bartholo-
meus.pro eo quia tempore factarum reparationũ ipse erat
dominus,⁊ pendente conditione visus est.dicta.l.domos he
reditarias,⁊ quod ibi Jacob.de Aret.Barto. Bald.Ange.
Alexand.de Imo.⁊ moder.Ad tertium dico et respondeo
quod si idem Bartholomeus.aliquid vendiderit,vel hypo-
thecauerit de bonis restitutioni subiacentibus, possunt nõ
obstantibus venditione,⁊ hypothecatione huiusmodi pre-
dicti substituti agere cõtra emptores: pro eo qꝛ vt iam di-
xi, venditiones fuerunt resolute , ⁊ idem dico de hypothe-
cis.dicto.§.sed quia nostra versicu.sinautem sub conditione.
si vero de bonis predictis fuisset aliquid dolo,vel lata culpa
eiusdem Bartholomei.cõsumptum, perditũ,dicta eius he-
res teneretur ad illius satisfactionem.dicta.l.mulier.§.sed et
enim versi.culpa plane.Ad quartum dico ⁊ respõdeo,quod
vt iam dixi,detractis dictis duabus quartis que ex persona
dicti quondam nobilis Antonij detrahi potuerũt, totũ resi
duum restitui dictis substitutis:satisfacto tamen vt predixi
reparationibus. Et de legatis si que soluta extitissent per
dictũ Bartholo.Si quis tamen bona ex bonis huiusmodi
perijssent sine dolo aut culpa lata p̃dicti Bartholomei:di-
cta eius heres non videtur teneri ad illarum restitutionem
seu solutionem valoris earundem . dicta .l .mulier .§. sed et
enim.Ad quintum , sextum, ⁊ septimum patet respõsio per
ea que dixi,tam supra proxime,quã in respõdendo ad dubia
predicta in primo casu.Ad octauum dico,⁊ respõdeo,quod
12 † cum nobilis Girandꝰ de curia (de quo ibi) ab humanis
decesserit pendente cõditione substitutionis fideicõmissarie
de eo facte in codicillis inibi mẽtionatis substitutio huius-
modi de eo facta,quo ad eũ, effecta est caduca. Dico insup
ꝙ ipse nõ trãsmisit,nec trãsmittere potuit ad dñam eius ma
trẽ ius, seu spem fideicõmissi,aut substitutionis huiusmo-
di.l.j.§.sinautem sub conditione,⁊ quod ibi Bald.⁊ doct.C.
de cadu.tol.quod etiam voluit gloss.fin.que pro hoc multa
inducit,⁊ sequuntur docto.in.l.j.C. de ijs qui ante aper.ta-
bu.gloss.j.in.l.cum ex filio.versi.hic emancipatus.vbi etiam
Joan.de Imo.in fin.principij,⁊ Alexan.de Imo.ff.de vul-
ga.⁊ pupil.⁊ idem voluit.Old. consi.cxxxj.exordiente.quidã
habens tres filias.vbi dicit quod in persona morientiũ pẽ-
dente cõditione fideicommissi extinguitur fideicommissum,
siue loquamur de vniuersali siue de singulari fideicommisso.
Pro quo multa inducit que possunt ibi videri. ⁊ non solum
extinguatur quo ad personam morientium,sed etiã per eos
non transmittitur,vt dicunt due glo.⁊ docto.superius alle-
ga. Ad nonũ,⁊ vltimũ fuit superius respõsum,scilicet quod
nepotes ex filiũ dicti quondam nobilis durãdi admitti non
debeant ad dictum fideicõmissum,sed repellantur per auun-
culos,⁊ materteras.

¶ De loca.⁊ conduct. Rubri.

¶ Epitome.

¶ Pastor premonitus ne in vallem diluuijs infamẽ pecus appelleret,pro submersis ouibꝰ domino tenetur:neq; enim iste casus vacat culpa. U. F.

1 ☞ Periculum rei in custodiam tradite ad quem spectet.
2 Pastores oues perdentes ad quid teneantur.
3 Casus mortis animalium quando non excusabilis,preceden te,scilicet culpa.
4 Consuetudo vt probata dicatur quedam requisita.

¶ Consilium.lxxxiiij.

1 QUi † mercedem accipit pro custodia ali
cuius ille huius periculum per custodiã pre-
stat:ita vt nõ solum teneatur de dolo aut cul
pa latas , sed etiam de leui et leuissima cul-
pa.l.qui mercedem,⁊ quod ibi glos. Sali.et
Cuma.ff.locat.quo fit,vt cum ex actis cause cepte per ⁊ in-
ter honorabilem quondam virũ Trophanũ naynodi actorẽ
originarium ex vna parte,⁊ Antonium mande reum ex alia
⁊ nunc pendentis indecise,inter prouidum virum Antoniũ
Aynodi filium naturalẽ,⁊ legitimum,ac vniuersalem here-
dem dicti Trophani ex vna,⁊ dictum mande alia ex parti-
bus colligatur,⁊ appareat dictũ mãde, anno,⁊ mẽse de qui-
bus in actis,operas suas pro salario seu mercede dari solita
locasse dicto Trophano aynodi pro depascendo,⁊ custo-
diendo auere lauatum ipsius trophani teneatur idem mãde
ad restitutionem seu solutionem valoris aueris dicti quon-
dam trophani deperditi,seu perempti,⁊ mortui dolo culpa
lata aut leui seu etiam leuissima dicti mande per predicta.
quod si ita est, imo quia ita est, nulli dubium quia tenea-
tur ad restitutionem sua solutionem pretij,⁊ valoris anima-
lium in actis cause huius latius expressorum : cũ appareat
animalia huiusmodi esse mortua,subuersa:non quidem sine
culpa.imo cum culpa,⁊ quidem nõ leuissima,sed leui:sed for
te lata cum ante peremptionem animalium huiusmodi fue-
rit monitus,⁊ aduisatus per Joannem Bruni ipsa anima-
lia non obstante aquarum inundatione que tunc timebãtur
posse tute remanere in loco,seu territorio de Baudon,pro-
ut ⁊ de premonitione,⁊ loci securitate cõstat ⁊ apparet, de-
positionibus prefati Joannis Bruni ⁊ Joannis Ayreli.de
vtroque deponentium.⁊ quod propterea nõ solum non pe-
rierit culpa leuissima,seu etiam leui,sed lata,quamuis leuissi
ma sufficeret put hec colligãꝫ ex ijs q̃ no.Bal.in.l.q̃ fortui
tis.C.de pignorati.actio.iunctis ijs que predixi,⁊ quod ha-
betur.in capitu.quamuis.⁊ quod ibi gloss. Innocẽ.Hostiẽ.
2 de regu.iur.vbi etiam sentiunt quod † patri qui ouem per-
didit incumbit onus probandi dolum abfuisse hoc et ꝙ illã
perdiderit sine dolo,sui ipsius:Et hoc est speciale in hoc ca-
su.Et ita secundum eos:et Joannem Andree ibidem.Non
obstat.l.quoties.§.qui dolo.de probat.qꝛ ibi ponitur regula.
Peremptione vero seu morte dictorũ animaliũ,et quod illa
mortua ⁊ subuersa extiterint in bayssis, inter prementionatũ
territoriũ de Baudon.⁊ territoriũ loci de Juliana.constat ⁊
apparet tam per depositionem predicti Bruni , quam Lu-
douici Corlesij.Tenetur igitur dictus mãde ad restitutionẽ
seu solutionem pretij. ⁊ valoris dictorum animalium : nisi
forte dicatur quod imo non teneatur pro eo quia forte exeũ-
tibus animalibus huiusmodi de territorio de Baudon et

transeūtibus ad territoriū ex iuliana ⁊c.causa fortuito,⁊ ꝓ-
pter ruptionē seu fracturā leuatarū de mōte supuenit aquax
inūdatio q̃ eadē aialia suffocauit,⁊ submersit, sed hoc nō ob-
stat: tum quia istud non sufficienter aut concludenter pro-
batur.l.neq̨ natales.l.ad probationem.C.de proba.l.nō hec.
C.vnde legi.⁊ capit.cum contingat.cum suis simili.de offic.
dele.iuncto eo quod habetur in.l.in exceptionibꝰ.ff.de pro-
ba.Tum et quia hunc pretensum casum vbi verū esset illum
superuenisse,⁊ de eo sufficienter,⁊ legitime apparere,proue
nit ⁊ processit culpa dicti mande in,⁊ pro eo quia ex loco tu-
to,⁊ in quo sine quocunq̨ periculo poterunt dicta anima-
lia custodiri,⁊ seruari,⁊ contra cōsiliū,⁊ premonitionē pre-
dicti Joannis bruni idem Joānes dictā animalia amouit
aut transduxit ad predictas Bayssias in quibus perierunt
3 submersa extiterunt:quia † cū culpa parata est ad casum,et
sine qua non interueniret:casus nō excusatur propter casum
superuenientem qui culpā precedentem cōmisit per id quod
not.Barto.in.l.si ex celo.§.sed interdum.⁊ quod ibi Sali.⁊
Fulgo.ff.commodo.Bal.in.l.que fortuitis ad fi.C.de pign.
actio.Preterea supposito,quod vsquequaq̨ non esset plene
aut clare probata quātitas seu certus numerus interempto
rum seu submersorum animaliū:qꝛ tamē est bonus testis qui
deponit de centū ⁊ sexaginta:⁊ duo de vna quadriga one-
rata pellibus mutonum submersorū ex quorū etiam deposi-
tione colligitur ⁊ apparet dictū Trophanū primo ⁊ secun-
do refutasse recipere pelles predictas,⁊ dictū mande nō ne-
gasse qn animalia huiusmodi periissent, sed dixisse se nō pos
se aufugere rationem seu ius,⁊ iustitiā:posset,⁊ potest reue
rendus pater dominus in hac causa ius dicturꝰ se informa-
re cum expertis in talibus de numero pellium mutonū re-
quisitarum ad onerationem quadrige,⁊ de valore mutonum
huiusmodi etiā vocatis illis testibꝰ qui de numero premen-
tionato ⁊ oneratione quadrige deposuerunt:per id quod
habetur in.l.si quod ex pamphila.ad fin.⁊ quod ibi Barto.
ff.de lega.ij.Alexā.pro quo allegat.l.semper.§.in hoc inter-
dicto.⁊ quod ibi gl.ff.quod vi.aut clam.⁊ quod no.doct.in
l.j.C.de sentē.que per eo qꝺ interest,in qōne.qualiter inter-
esse probetur,⁊ idem quod Barto.voluit Alexan.de Jmo.
consilio.cxxxiij.exordiente.viso processu cause vertētis inter
Marcum ⁊c.in primo volumi.⁊ Ange. Areti.in.§.j.versic.
⁊ probando ꝙ fructꝰ percepit.⁊ plenius in.§.si quis agens.
vel circa versicu.⁊ pro hoc tu allega.quod dicimus in simili
4 institu.de actio.nec † obstat intentioni prefati Trophani
seu dicti Antonij eius filij ⁊ heredis quedam pretensa con-
suetudo parte dicti Antonij Mande allegata in quibusdā
articulis exceptionalibus exordientibus excipiendo.⁊c. in-
sertis.fo.261.Tum qꝛ huiuscemodi pretensa cōsuetudo fuit
inepte deducta vt apparet ex contentis in nono decimo.⁊
vndecimo dictorū articulorum. Tum ⁊ quia supposito(ci-
tra preiudicium veritatis) quod illa vel opportune vel tol-
lerabiliter deducta extitisset non fuerunt tamen nec sunt
probata ea que sunt necessaria ad introductionem consue-
tudinis . de quibus per docto.in capitu.fina. de consuetu.
⁊ per legistas in.l.prima,et secunda.C. que sit long. consue-
tu.Et signanter non est probatum quod consuetudo huius-
modi sit prescripta:hoc est obseruata per tempus sufficiens
et requisitū ad illius prescriptionē.Nullus enim de hoc de-
ponit:excepto fortasse Ludouico Calabrati qui super deci-
mo dictorum articulorum dicit ꝙ ita vidit a triginta annis
citra:sꝫ ipse nō probat illā fuisse obseruatā ꝑ triginta annos.
⁊ hoc duabus rationibus prima quia est vnicus ⁊ singularis
⁊ sic vox ipsius vox nullius.l. iurisiurandi.cum suis simili.C.
de test.Secunda quia dictum eius verificaretur etiam si id
de quo deponit fuisset duntaxat obseruatum per decē dies
vel pauciores ante tempus sue depositionis:pro quo videri
poterat Host.⁊ Jo.And.in.c.licet causam super verbo,⁊ ci-
tra.de proba·vbi etiā Panor.in nono not.Bart.in.l.celsus.
ver.sed circa huiusmodi probationem vidēdum est quid iu-
ris.ff.de vsuca.Bal.in.l.iudicia.C.de rei vendi.⁊ in.l.falsus.
volu.iij.C.de fur.⁊ Alex.de Jmo.consi.xlv. exordiente.visis
attestationibus testium receptorum in fauorem Joānis.⁊c.
ver.tertius testis ibi item de tempore dicit a quadraginta
annis citra.⁊c.in.ij.vo.Tum etiam non officit seu nocet di-
cta pretensa consuetudo intentioni predicti Antonij pro eo
qꝛ non est probatum quinimo nec opportune deductū ꝙ ille
ex multis pastoribus cuius dolo aut culpa periit auere aut
pars illius vel alias dictum auere deterioratum est,non pos-
sit propter sui ipsius dolum seu culpam insolidum cōueniri
iuxta dispositionem dicte.l.qui mercedem.ff. locat.Nec hoc
infertur ex dicta pretensa cōsuetudine:que si legitime intro-
ducta extitisset ⁊ de illa appareret illa censeretur introducta
non in odiū sed in fauorem nurigeriorum hoc est dominorū
auerum quibus fauor esset ꝙ non tantum possent conueni-
re illum cuius dolo seu culpa ⁊c.forte pauperem ⁊ non suffi-
cientem ad damnum resarciendum sed etiam alios forte di-
uites vel qui cum eo cuius dolo aut culpa cōtigisset dānum
sufficerent ad illius emendam:non deberet ergo huiusmodi
pretensa cōsuetudo retorqueri in odium nurigeriorum.l.qꝺ
fauore.cū suis simi.C.de legi.Ex quibus vna cum alijs alias
egregie deductis per egregium iurium doctorem dominum
Ludouicum de coreis videtur reuerendum patrem domi-
num dominum Vicariū ⁊ officialem Arelatensem iudicem
a quo male ⁊ iniuste processisse:⁊ propterea sententiam eius
esse reformandam tam in principali quam in expēsis ⁊ par-
tem condemnandam ad eam summam de qua videbatur ex
pertis per reuerendum patrem dominū iudicē huius tertie
instantie pro sui ipsius informatione circa taxationē numeri
⁊ pretij mutonum assumendis.

De collatio. Rubrica.

Epitome.

Conferre res sibi a matre donatas filia non tenetur soro-
ribus,quibuscum matri succedere non vult vt heres vniuer
salis:sed est donatis cōtenta.Quod si sorores heredes vni-
uersales esse nolint:⁊ singulis earum vt bona tenentibus do
nationis portionem petet saluiano interdicto,propter ma-
ternorum bonorū obligationē in donatione factam. U. F.

Consilium.lxxxv.


Jrca donationem du
centorum florenorum quā anno domini mil-
lesi.cccc.lxxiiij.⁊ de mense octobris fecisse le-
gitur honesta quondam mulier Anneta cha
pate honeste mulieri Magdalene eiꝰ filie na
turali ⁊ legitime contemplatione matrimonij postea contra
hendi cum Stephano Cauini,⁊ in augmentum dotis eius-
dem Magdalene occurrit difficultas an videlicet donatio
huiusmodi valeat dubium fuit : Statutum prouincie edi-
ctum super donationibus inter viuos non faciendis vltra
summam aut valorem decem florenorum nisi seruata solem-
nitate de qua in eo:que tamen in donatione huiusmodi ser-
uata nō extitit:quo fit vt cum facta fuerit in loco Taraico-
nis,⁊ sic in patria prouincie nō videatur valuisse,sed hoc nō
obstante dico,donationē predictam valuisse,⁊ valere.Tum
quia statutū predictū loquitur in donatione simplici.Et sic
in donatione proprie dicta:donatio vero ducentorum flore
norū de qua in casu,fuit facta in augmentum dotis predicte
Magdalene:⁊ sic nō fuit simplex donatio sed fuit donatio
ob causam:pro quo allegasse sufficiat not.per docto.in auth.
cui ex testamento.C.de colla.donatio autē ob causam nō est
proprie donatio.l.attilius regulus.⁊ quod ibi docto.ff.de
dona.loquitur igitur statutum in alio casu:⁊ cum sit corre-
ctorum iuris cōmunis(quod fieri permittitur,⁊ valet dona
tio inter viuos sine insinuatione.l.penul.C.de dona.⁊ quod
no.glo.⁊ doct.in.l.illud.C.de sac.sanc.eccl.non est trahendū
ad hunc casum.l.sancimus.C. de testa.⁊.l.precipimus .C.de
app.Tum etiā nō obstat:qꝛ cum statutū huiusmodi simpli-
citer loquat de donatione nō debet intelligi de donatiōe iu-
rata,vt probat Joan.de Jmo.in sua solēni repetitione capi.
cum cōtingat:in membro ver.nunc autem pro declaratione
materie an statutum ⁊c.de iureiuran.⁊ quia statutum debet
interpretari secūdū ius cōmune.l.ij.C.de noxa.⁊.c.cum dile-
ctus.de consuet.sed de iure cōmuni semper potētius opera-
tur actus iuratus quā non iuratus.l.cum pater.§.filius ma-
trem.ff.de leg.ij.⁊.l.j.§.cum lex.C.de rei vxo.actio.⁊.l.pactū.
C.de colla.iuncto dicto capi.cum cōtingat.⁊ capi.quāuis pa
ctum.de pact.in.vj. confirmatur ratio predicta per not.per
glo.in capi.cum non dicat.in glo.fi.de elec.in.vj.per quā di-
cit Ange.in.l.j.§.que onerande.ff.qua.re actio.non datur.ꝙ
licet papa vel imperator casset cōsuetudines vel statuta non
tamen intelligitur cassare statuta iuramento confirmata,⁊
hoc sequitur Card.Abbas.⁊ Joan.And.in nouel.in dicto
capi.cum non deceat.pro quo allegant capitu.j.de constitu.
in.vj.⁊ capitu.cum aliquibus.de rescrip.eo.titu.⁊ capi.quia
sepe.de electione etiam eod.tit.pro quo videri poterit Ale-
xan.de Jmo.consi. xxix.exordiente.potuere subtiliter,⁊ co-

piose.&c.& domi. Iason May. in.l.fin.C.si contra ius. Et cum nec ius commune nec statutum predictum vel aliud de quo appareat obstiterit donationi predicte illa proculdubio videtur valuisse: eo maxime quia quilibet est moderator & arbiter rei sue.l.in re mandata.C. manda.l. dudum.C.de contrahen.empt.& vendit.l.polla.C. de his quib.vt indig. & capit.de his.ad fi.de sepul.& signāter in faciēdo donationem in qua est pro ratione volūtas.l.j.de dona.quod etiam voluit Oldra.cōsi.xxxv.exordien.factum tale est: quedā certe,& nominate persone. Nunc vero supposita validitate predicte donationis dico, quod dictos ducentos florenos seu summam de qua infra dicam habere debet precipuam precipuam prefata Magdalena: nec ipsos ducentos florenos tenetur contribuere seu conferre eius sororibus: quod vel maxime vel saltem procedit si contenta donatione predicta, & alia donatione postea sibi & sororibus eius facta p prefatam Annetam earum matrē nolit eidem matri vniuersaliter seu titulo hereditario cum dictis cuius sororibus succedere: sed solum habere velit donata: quia collatio fit ab eo qui vel abintestato. vel ex testamento vniuersaliter succedere vult defuncto, cum aliis vniuersalibus successoribus: per ea que habentur per Bart.in.l.pater filium.ff.de colla.dot. & per alios in aliis locis.& per hec patet respōsio ad primū quesitū mihi missum. Ad secundū quesitum.dico & rñdeo, q si dicte sorores aut earū aliq nō adiuerint maternā hereditatem nec alius sit qui eā adire velit aut possint poterit eadem Magdalena agere & experiri contra dictas eius sorores tanquam possessores bonorū maternorum actione hypotecaria, vel saluiano interdicto, postquam pro obseruantia donationis, & consequutione donatorū fuerunt bona hypotecata.& obligata, et consulo.quod plenius intentetur saluianum interdictū quā actio hypothecaria: qr cautus aduocatus, non intentat hypotecariam actionem sed saluianum interdictū propter commoditates: de quibus per Ange.are.in.§.item seruiana circa med.ver.aduertas tamen, q cautus aduocatus &c.institu.de actio.& Bartho.vero.cautela.lxxxj.exordiente quando quis vult vendicare vel reuocare rem sui debitoris, & poterit experiri contra quēlibet ex dictis tribus sororibus pro quarta parte dictorū ducentorū florenorū: & sic p quinquaginta: & petere a qualibet id quod de bonis maternis possidet sibi restitui tenendum, & possidendum per eam donec fuerit sibi satisfactum de quota &c. Et expediet quod in libello opportune distiguantur seu confrontentur bona que petentur restitui. Uerum quia vt audio bona materna fuerunt post mortem matris inter istas quatuor sorores diuisa, expediret multum videre instrumentum diuisionis si quod inde compertum extiterit. et hec propter quitancias, remissiones.et cessiones, que in talibus fieri solent: et vt videatur an per diuisionem huiusmodi eadem Magdalena in aliquo sibi preiudicauerit quominus possit, & petere quotas predictas vt predixi. Que dixerim.

De collatio. Rubrica.

Epitome.

In legitimam aui imputare dotem ipsi filie reddi stipulatam nepotes non tenētur: sed incerte persone reddi stipulatam dubium est. Hinc vero notāda, centies alibi repetita sunt. U. F.

Consilium.lxxxvj.



Voluissem pro plena discussiōe eorum de quibus queritur parte Antonij: & alterius Antonij et dominici corberij videre duo instrumenta, scilicet instrumentum matrimonij dudum contracti per & inter prouidū virū Mattheū Corberij ex vna parte & honestam mulierem Joannetam filiam naturalem & legitimam Petri clari.& instrumētum testamenti quod postea condidisse dicitur idem clari. Per primum enim colligissem.an idem petens clari vel cum ipsius voluntate prefate Joannete aut nutu eius stipulatus extiterit dotem pro et nomine dicte Joannete per ipsum Petrum clari dicto Mattheo constitutam reddi & restitui ipsi Joānete aut alteri. Et cui aut quali: fuerit stipulatio iterposita super dotis restitutione: quod multum seruit ad ea de quibus infra. Ex secundo vero collegissem.an ille pecuniarie summe que per dictum Petrū clari dicūtur fuisse legate prefatis Antonio, alteri Antonio, & Dominice fuerūt eis dūtaxat legate: an ve fuerunt etiā relicte iure institutionis: vel ipsi Antonius alter Antonius, & Dominica fuerūt in illis instituti, et an in dicto testamento fuerit apposita clausula codicillaris.que dico, pro eo quia si summe huiusmodi fuissent eis legate, & nō relicte iure institutiōis dicerentur ipsi Antonius.alter Anto.& dñica & preteriti: & sic testamentū fuisset nullū: nisi in eo fuisset iserta legitima causa huiuscemodi preteritionis: p id quod habetur in auth.vt cum de appella cogno.§.illud.coll.viij.& auth.ex causa.C.de libe.prete.& qđ ibi per docto.si tamen fuisset in eo inserta clausula codicillaris.si non valet iure testamenti &c.tunc censerentur predicti Antonius, alter Antonius.& Dominica, rogati seu grauati de restituendo eorū portiones hereditarias Joāni eorum fratri heredi vniuersali instituto: per ea que not.docto. communiter.in dicta authē.ex causa.et multi in aliis locis. Detraherēt tamen ipsi, & eorum quilibet legitimam nō trebellianicam, pro eo quia grauamen, est purū.vt no.glo.Bar. & doct.in.l.Papinianus.§.meminisse.ff.de testa.& milit.docto.in multis aliis locis quod non refero. Illud autem certum est, quod cū eidē petro clari superfuerint quatuor nepotes ex dicta Joāneta eius filia predefuncta est, dicti Joannes. Antonius, alter Antonius, & Dñica: horum omniū legitima fuit triens: hoc est tertia pars bonorum dicti Clari eorum aui materni: eorum videlicet que superfuerunt deducto ere alieno, & funeris impensa.authē.de trien.& semis. §.j.coll.iij.& trāsumptiue in auth.nouissima.C.de inoff.testa. iunctis que habentur in dicta.l. Papinianus.§. quarta.ff. de inoffi.testa.in quo triente seu tertia parte non potuit dictus clari dictos eius nepotes grauare.l.omnimodo.& l.qm in prioribus.cum suis simili.C.de inoffi.testa.& sic facto calculo, quilibet ex dictis nepotibus habere debet pro eius legitima vnam vnciam: hoc est duodecimā partem bonorū dicti Clari: eorū videlicet que superfuerunt deducto ecce alieno, & funeris ipēsa. De residuo vero hoc est de besse seu duobus trientibus aut duabus tertiis partibus potuit pro libito voluntatis dictus clari disponere: vt pote donādo vel testando &c. dicta auk.de trien.& semisso.j.supposito igitur, q prefati Antoni⁹ alter Antonius, & dominica fuerint in dictis particularibus summis heredes instituti vel ille summe eisdem relicte iure institutionis, vel etiā si dūtaxat fuerint eis legate, & in testamento apposita clausula codicillaris non possunt dicti Antonius, alter Antonius, & Dominica petere nisi legitimam que, vt iam dixi ascēdit pro quolibet ad vnam vnciam, seu duodecimam partem, & si vt ponitur in facto bona predicti Petri deducto ere alieno, & funeris impensa valuerint, duobus mille florenis tempore eius mortis quod inspici debet.l.cum queritur.C. de inofficioso testamēto: Legitima dictorum quatuor liberorum salno errore calculi ascenderet ad valorem sexcentorum sexaginta sex florenorum, & octo grossorum: que summa seu valor deberet diuidi equis portionibus inter dictos quatuor liberos: & sic quilibet habere deberet pro legitima, valorem centum sexaginta sex florenorū, & octo grossorū, & sic non obstat contraria consuetudo: Poterunt dicti Antonius, alter Antonius, & dominica, petere eorum legitimam sibi tradi in substantia bonorum predicti quondam clari: & dicere, q eam habere nolint in pecunia.l.scimus.§.repletionē, & quod ibi Gulielmus de Cu. Baldus. Paulus de Castro, Salicetus, & dominus Jason Mayn.C.de inofficioso testamento. Barto.in.l.suus quoque.ad finem princip.vbi etiam alii doctores.ff.de heredibus instituendis.multos refert Jason.in dicto.§.repletionem. Sed nūc superest difficultas an dicti Antonius, alter Antonius, & dominica, debeant imputare seu computare in eorum legitima dotem maternam superius mentionatam: an ve vltra, & preter dotem huiusmodi suum portionem eosdem concernentem debeant habere integram legitimam in bonis dictis eorū aui.ad quod respōdeo.quod si dictus Petrus clari vel de cōsensu ipsius dicta Joanneta aut notarius fuisset stipulatus expresse vel tacite dotem huiusmodi reddi dicte Joannete solū: tunc nō tenerentur dicti Antonius, alter Antonius, et Dominica illum imputare in legitimam sibi debitam in bonis aui: cū eo casu non haberent eam ab auo sed a matre, & vt matris heredes.per id quod not.Barto.in.l.post dotem.circa penulti.vel vlti.item prodest ad aliud: an filii filie &c.ff.soluto matrimonio: iunctis his, que not.idem Barto.in.l.si cum dotem.in principio.eodem titu.in dicta.l.post dotē.in quarta quest

ta questione Alexander de Imol. Philippi de Fran. & alij in .l. illud. C. de colla. Paulus de castro. consilio. cxxiiij. exordiente. dubia de quibus queritur supra. versic. super secundo quo queritur an dos &c. & Alexand. de Imo. consi. xxiiij. exercente visis dubijs &c. in primo volumi. Raphael cuma. cōsilio. x. si vero nec expresse nec tacite fuerit stipulatus dotem reddi soli filie, tunc sunt opiniones inter docto. quidam enim dixerunt, quod nepotes teneātur isto casu dotem maternam sibi imputare in legitimam eis debita in bonis aui. & hec dicitur fuisse opinio Jacobi Butri. in quodā suo consilio. quem sequutus est Barto. consilio. clxxxiij. in impressis exordiente. Gilbertus dedit dotem. vbi ponit ad plenū motiua, & fundamēta huius opinionis. istam eandem opinionem sequutus est Barto. & post eum Ange. & Paulus de castro. in .l. iij. ff. ad legem falcidiā. & Paulus de castro. Roma. & Alexand. de Imol. in .l. illud. C. de colla. Pau. de castro. capitu. in dicto consilio. cxxiiij. & consilio. ccij. exordiende visis, & ponderatis omnibus Alexand. de Imol. in dicto consilio. xxiiij. in primo volumi. alij vero dixerunt, quod nepotes non teneantur imputare dotem maternam in legitima eis debita in bonis aui. & hec fuit opinio Jacobi de belloui. quam sequutus est Bal. in .l. illud. C. de colla. vbi ponit Bald. motiua & fundamenta huius opinionis respondens ad rationes Barto. quas posuit in dicto consilio Gilbertus dedit dotem &c. & in dicta .l. in quartam. quas etiam dicit esse fantasticas, & coloratas potius quā efficaces istam opinionem etiam tenuit Bald. consilio. cclxxiiij. in prima parte. Ange. in dicta .l. iij. & Pau. de ca. consi. ccl. exordiente. subdit tamen idem Bald. in dicta .l. illum posse ex equitate distingui: quod aut nepotes veniunt ad successionē aui cum patruis, auunculis, amitis, vel materteris, & tunc teneantur sibi imputare dotem maternam in legitima eis debita in bonis aui, aut veniunt cum alijs nepotibus, & tunc non teneantur illam imputare. & hanc distinctionem sequutus est Joannes de Imol. in dicta .l. post dotem. versicu. item adde ei quod dicit in quinta questione, & in allegata .l. in quartam versicu. vlterius tangit hic Angel. post Barto. questionem deficilem Salice. in dicta .l. licimus. §. repletionem. C. de inofficioso testamento. illum etiam sequutus est Philip. de Franc. in dicta .l. illam, vbi etiam refert, quod illam consulendo firmauerint Benedict. de Plumbi, & plures alij, et hec opinio videtur concordare duas opiniones cōtrarias, & esse multum rationabilis: secundum quam videretur, dicendum, quod cum dicti Antonius, alter Antonius, & Dominica hic concurrant in successione auita: successione (inquā) particulari hoc est in legitima cum Joanne alio nepote, & herede vniuersali non tenentur ipsi Antonius, alter Antonius, & Dominica sibi imputare in legitimā dictam dotem maternam. Fateor tamen, quod hoc dictum nō est sine dubio propter repugnantiam opinionū. Et ideo esset bonum rem componere &c.

¶ De acquiren. posses. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Posteaquam quis probauit predium fuisse suum, nec aduersarius docet huius possessionem ad se ex iusta causa peruenisse: ille ad recuperandam predij possessionem recte admittitur, quāuis de spolio non docuerit. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Producens notam censetur confiteri in ea contenta. et numero. 8.
2 Probatio per vnum testem in iudicijs possessorijs an, et quando sufficiens.
3 Remedium. c. reintegranda. iij. q. j. quibus competat, quando, & aduersus quos.
4 Testis vnici vox, vox nullus.
5 Testis depositio circa presentiam vel absentiam quādo dicatur contraria: & de teste de auditu deponente.
6 Copia actorum non vocata parte extracta nihil probat.
7 Scripture in archiuis authenticis reperte an ideo censeantur authentice.
9 Dubitatiua verba, vt forte, forsitan, & similia, interdū de iure respondent.
10 Bonafides quando presumatur, et quando in iudicio allegada.

¶ Consilium. lxxxvij.



Ex processu cause cepte & diutius agitate per et inter nobilem & honorabilem quondam virum Petrum Melini actorem & post illius mortem & decessum nobilem & honestam mulierem dominam Andonetam Meline eius filiam & vniuersalē heredem ex vna parte, ac magnificum quondam virum dominum Joannem Mathauoni & nobilem Renatum eius fratrem reos ex alia, colligitur & apparet fuisse & esse parte dicti Melini sufficienter probatum ipsum alias tenuisse et possedisse pacifice et quiete vt suas domum stuffarum, et alia signanter immobilia latius mentionata & expressa in libello parte eiusdem Melini contra eosdem dominum Joannem & nobilem Renatum in predicto processu oblato et producto. Et hoc tam per depositiones testium parte eiusdem Melini in causa productorum & examinatorum super titulis exordientibus. Justificaturus possessionem restituēde &c. quam etiam per tacitas confessiones eorundem do. Joannis et nobilis Renati factas in binis schedulis titulorum parte eorundem in causa huiusmodi productorum. Insuper & per depositiones testium super titulis huiusmodi productorum & examinatorum non solum fuit probatum dominium & alia predicta fuisse per dictum Melini possessas sed etiam probatum est quod domus et huiusmodi fuerunt ipsius Melini. Et hoc per productionem note pretense venditionis domus et aliorum predictorum factam parte dictorum domi. Joannis & nobilis Renati: in qua
1 dicitur domū & alia pdicta fuisse dicti Melini. Pro † productione igitur dicte note probatur domum et alia fuisse dicti Melini. Quia per illius productionem hoc confiteri videntur dicti domi. Joannes et nobilis Renatus: per id quod not. Innocent. et cano. in capitu. cum venerabilis. de exceptio. Barto. in .l. post legatum. ff. de his quibus vt indignis. Bald. in .l. scripture. in principio. C. de fide instrumentorum. & in .l. cum pretium. ad finem. C. de libera. causa. Cardina. allegatione centesimodecimonono exordiente. quero pone Petrus de Ancharano. consilio ducentesimo vigesimotertio exordiente. subtiliter & ad plenum Innocen. in capitulo. cum olim. de censibus. et alij in alijs locis. Preterea etiam colligitur fuisse sufficienter probatum non solum per confessionem partis in respondendo interrogatorijs parte ipsius Melini in dicta causa productis: sed etiā depositione testium parte ipsius in hac causa productorum. et super dictis eius titulis auditorum. Nec non etiam per deducta ex aduerso in dictis eorum titulis et per depositiones super eis productas, quod possessio domus, et aliorum predictorum peruenit ad prefatos dominum Joannem, et nobilem Renatum. & quod ipsi domum, & alia huiusmodi tempore inchoationis cause huius & postea tenebant & possidebant, etiam tenuerunt, & possederunt: quo fit vt supposito (citra preiudicium veritatis) quod spolium parte dicti Melini non fuisset legitime, & sufficienter probatum, & sic contenderetur eum non debuisse obtinere in interdicto vnde vi. prout tamen probatum fuit vt colligitur ex his que multi ex testibus parte ipsius Melini producti deposuerunt super
2 dictis, suis titulis & signanter super quarto: quamuis † forte sufficeret depositio seu dictū vnius testis: secundū Matheum Matha. in tertio singulari seu notabili: dicētē qđ in iudicijs possessorijs dicitur agi de leui pjudicio, & quod ideo probatio per famā vel per vnum testem videtur habere vim plene probationis: quod etiam secundum eum sensit Barto. in .l. prima. C. quorum bonorum. & in .l. secunda. §. fina. C. vbi in rem actio. quia tamen vt iam dixi sufficiētissime probatum est eundem Melini olim, & ante dictos domi. Joannem, & nobilē Renatum possedisse, & post hec possessionem
3 domus, & aliorum ad eos peruenisse, potuerunt † ipsi conueniri bñficio canonis capituli reintegranda. tertia questione prima, quod datur, & competit cuilibet qui a possessione sua sine iusta causa cecidit: secundum doctrinam quam ponit Innocen. in capitu. sepe. super vero ciuilis. versicu. imo plus videtur &c. quam ibi sequitur Hostien. super verbo nō obstante. versicu. plus etiam videtur, quod si aliquis &c. de restitutione spoliatorum, & docto. communiter in capit. cum ad sedem. eodem titulo. & Angelus Aretinus. in .§. quadrupli. versicu. sed quid si sine vitio institu. de actio. & Alexan. de Imo. consi. lj. exordiēte viso, & discusso processu. &c. colla. j.

in primo volumine.τ consilio.cxvij.exordiente.viso processu in causa.τ lite τc.in secundo volumine.τ in.l.naturaliter.§.nihil commune.versicul.iste est passus quotidianus.ff.de acquirenda possessione.in quo remedio τ vi illud locum habeat,satis est pbare possessionem antiquiorem agētis,τ possessionem postea ad alium peruenisse,etiam si non probetur spoliatio vel violentia,vt concludit Innocen.in dicto capitulo.sepe Hostien.et alij in capitu.cum ad sedem.quod etiam fuit de mente Innocen.in capitu.post electionem.de concessi preben.τ voluit Car,allegatione.lij.exordiente.letatus sum in hijs que dicta sunt mihi.Panormi.in capitu.si diligenti.de prescriptio.τ in dicto capit.cum ad sedem.Alexand.de Imol.in dicto.§.nihil commune.τ dicto consilio.lj.in princip.τ consilio sexto.in tertio volumine.τ Paulus de cast.consilio.cclxij.τ Angelus Areti.in dicto.§.quadrupli.versicu.sed nunquid competit etiam remedium huiusmodi non solum aduersus eum qui possidet sine titulo,sed etiam aduersus titulo possidentem etiam si possideret bona fide:vt voluit Innocen.in dicto capitu.fere.quem ibi sequuntur Jo.Calde.Anto.de butri.τ Panormita.τ Joan.de Imol.in dicto capitu.cum ad sedem.quem ibi sequitur Panormita.τ idem in dicto capitu.si diligenti.moder.in.l.rem que nobis.ff.de acquirenda possessio.Angel.aret.in dicto versicu.sed reuerendissimus τc.τ pro hac parte consuluit sepe Alexand.de Imo.in dicto consilio.lj.in primo volumine.consilio.cxviij.in secundo.τ consi.vj.in tertio.τ in alijs que non refero.Cum igitur idem melini probauerit se possedisse domum τ alia predicta,τ deinde a possessiōe huiusmodi cecidisse.τ illam peruenisse ad dictos eius aduersarios.nec ex aduerso probatum extiterit eum ex iusta causa a possessione huiusmodi cecidisse,palam infertur per predicta eum debuisse obtinere in dicto remedio seu possessorio per eum intentato.Cui non obstitit nec obstat dicte nobili Andriuete eius heredi quedam pretensa compositio parte dictorum do.Joānis et nobilis Renati in dictis eorum primis titulis allegata,τ per quam idem Melini pretendit domum τ alia predicta remisisse recolende memorie illustrissimo do.Regi Renato:pro eo quia compositio huiusmodi non est sufficiēter probata.de illa enim solum videtur deposuisse nobilis honoratus de Berra,dominus de Antrauenis.Si qui enim sunt alij qui de illa deposuisse videantur,illi deposuerunt de auditu alieno.Non est igitur probata dicta pretensa compositio.Et quidem non per di

4 ctum nobilem Honoratum:quia † vnicus τ singularis:et sic vox eius vox nullius.l.iurisiurandi.cum suis simil.C.de testi.Preterea depositioni τ dicto huius nobilis testis rogat depositio Reuerendissimi in Christi patris domini Aquensis archiepiscopi.Interrogat⁹ enim dictus nobilis de Berra testis an prefatus domi.Archiepiscopus fuerit presens in dicta pretensa cōpositione:respondit q̄ sic suo videre:Et in consequentibus interrogatus de presentibus respondit absolute eundē do.Archiepiscopū fuisse presentem.τ tamē ipse do.archieps in depositiōe sua dicit se ignorare cōtenta in tertio articulo,in quo est sermo de dicta pretensa compositione:τ subiungit causam dicens,quod dum dicebatur dictū nobilem Melini detineri in castro de Petrolis,ipse do.Archiepiscop⁹ rñdebat,in loco de Jocis.Et sic negat ipse do.Archiepiscopus se fuisse in loco de Petrolis:τ consequenter presentem presentia corporali in dicta compositione.Sunt igitur isti duo domini testes contrarij.per id quod not.Bald.in.l.testium.versicu.modo hic insurgit dubium si vnus testis.τc.C.de testi.Cui dicto non obstant not.per Bartolum in.l.prima.§.finali.ff.de autori.tuto.τ per Baldum Joan.de Imo.et docto.in.l.heredes palam.in principio.ff.de testamen.τ per Bald.in.l.prima.prope finem.versicu.adde vnum verbum quod si testis.τc.C.de bonorum pos

5 sessione contra tabulas.† Ex † quorum dictis colligitur quod licet testis dicat.A.τ B.fuisse presentes.τ A.τ B.interrogati dicāt se nihil scire de hijs super quibus alius deposuit et dicit eos fuisse presentes,isti non sunt contrarij.Quoniam respondeo.quod Barto.τ alij loquuntur in alio casu in illo videlicet.in quo deponens testis.τ A.τ B.poterant se compati:testis enim deponens de presentia A.et B.censetur deposuisse de presentia corporali quam videre potuit:non de presentia seu aduertentia animi.A.τ B.dicti vero.A.τ.B.qui deponunt nihil scire,deponunt de absentia animi non corporali:potuerunt enim fuisse presentes corpore,vt deponit testis,et absentes animo:hoc est non aduertentes de quo deponunt ipsi A.et B.

Sed in casu nostro non est sic:q2 dictus nobilis de Berra deponit de presentia,τ quidem de corporali dicti domini Archiepiscopi,Ille vero non solum negat presentiam animi (quatenus dicit se ignorare) sed etiam presentiā corporalem:cum dicat quod tempore detentionis dicti nobilis melini in castro de petrolis erat in loco de Jocis.Et ita sunt isti contrarij:τ per depositionem dicti domi.archiepiscopi impugnatur dictum alterius:per id quod not.glo.de Daniele τ Susanna.in dicta.l.testium Bald.in allegata.l.iurisiuran.τ Alexand.de Imo.consilio.xxj.exordiente.repetito in causa mota.τc.in quarto volu.τ consilio.xxxiij.exordiente viso processu cause vertentis.τc.in tertio volumi.non etiam probatur dicta pretensa compositio per alios testes.quia illi deponunt de auditu auditus.seu de auditu alieno:non ergo probant.d.l.testium.τ quod ibi gl.super verbo.presto.τ quod not.Specul.titul.de teste.§.primo.versicu.item quod non perhibet testimonium.τc.Bartol.in suo tracta de testib.§.testis.dicit aliqua vera esse quia audiuit.τ Alber.de male.in suo tracta de testib.in vltima parte.versicu.consequenter opponitur contra dicta testium esse reditam rationem de auditu auditus.τc.Isti etiam aliquantulum derrogant depositioni dicti nobilis de berra quatenus ipsi aut eorum aliqui deponunt se audiuisse compositionem fuisse factam non in Petrolis sed alibi:nec per

6 dictum melini sed per alios.Insuper † nec probatur dicta pretensa compositio vel presertim vel saltem quo ad dominum τ alia predicta per copiam cuiusdam pretensi capituli extracti,vt dicitur a camera computorum.Tum quia illa extracta extitit eodem melini non vocato:per ea que plene no.domini de Rota.decisione.x.exordiente.item fuit dubitatū vtrum instrumenta exemplata.τc.in nonis testes enim τ instrumenta pari passu ambulant.l.in exercendis.C.de fide instrum.τ.c.cum Joannes.eodem titu.Modo receptio vel publicatio testium facta parte non vocata non valet.l.si quando.C.de testi.c.ij.eodem titu.τ.l.publicati.C.de testa.Tum τ quia dicta pretensa copia pretenditur extracta ex capitulo libri rationum nobilis Joannis de vaulx pretensi olim magistri finantiarum,quem non apparet esse authenticum aut alias talem cui credi debeat in preiudicium alterius:saltem extra commissa,non concernentia officium finantiarum:q̄ versatur circa receptionem,custodiā,τ expeditionē finantiarum ipsi mandatarū,τ nō circa compositiones scribēdas.sed ad illas solēt deputari notarij causarū criminaliū nō ergo est credendū dicto pretenso capitulo etiam si per dictū nobilem de vaulx pretensum olim magistrū finantiarū in suis rationibus scriptum extitisset per id qđ no.Bal.in.l.ij.c.de conuenien.fis.debito.lib.x.no.Bald.in.l.imperator.el.j.versi.sed an credatur scripture massarij communis τc.ff.de statu hominum.iunctis ijs que no.idem Bal.in.d.l.ij.Sal.in.l.exemplo.C.de proba.Joan.And.in.c.cum.Pet.tabel.de fide instru.in nouel.Alexā.de Imo.in.l.quedam.§.nummularios.ver.ij.no.τc.vbi etiam do.Jason May.ver.limita nisi essent duo officiales.ff.de edē.τ in repe.l.admonendi.colla.xx.ver.

7 circa tertiū casū principalē τc.ff.de iureiu.nec † obstat si forte opponat̄ q̄ fidē facere debeat dicta pretēsa copia.Pro eo q2 extracta est a camera regia cōputorū τ forte ab archiuis:quia supposito quod illi camere preesset custos publicus qđ ignoro non tamen vt existimo omnes scripture inibi reposite sunt authentice:nec vt tales censent̄.Sed aliq3 ex inibi repositis habentur pro authenticis alie nō.Quod si ita est,illa mixtura nō probat quod quelibet nuda scriptura ibi reperta dicatur authentica vt not.Panormita.in.c.cum causam vbi etiam Franc.de aret.de proba.Feli.in.c.ad audientiam.ver.quinta conclusio.de prescript.pro quo allegantur.c.illud.de presumpt.vbi ex signo equiuoco annulli non inducitur probatio certa:τ hoc fuit de mente Joan.And.in addi.Specu.titu.de instru.editi.§.dicendum.versic.quintum supplementum.Preterea quāuis pro pretenso supplemento probationis dicte asserte compositionis producte extiterint per egregium virum dominum regium procuratorem τ recognosci petite per dominū procuratorem predictorum domini Joannis,τ nobili Renati,due litere missorie:prima (scilicet) dicti nobilis melini ad do.Ludouicum capellanum:τ alia nobilis Marci fiscini,ad do.de la brelhane:Ille tamen non coadiuuant sed detrahunt saltem quo ad domum τ alia producta:τ signanter litere dicti melini,quatenus scribit quod pro re mundi non consenserit nec consentiet quo ad stufas:Et cum vt dixi iste fuerint producte per dictum domi Regium procuratorem,et petite recognosci per procuratorem

dictorum

dictorum domini Joannis.⁊ nobilis Renati: ⁊ ita taci-
te etiam per eum producte, videntur ipsi do. Joannes.et
Renatus tacite confessi contenta in literis.dicto capitulo
cum venerabilis.⁊ quod ibi Innocentius,⁊ docto.de exce-
ptio.⁊ Barto.in dicta.l.post legatum.ff.de his quib.vt in-
dig.⁊ Baldus in dicta.l.scripture.C.de fide instrumentorũ,
⁊ de iure haste fisca.⁊c.⁊ in.l.cum pretium.C. de libe.caus.et
ex premissis apparet responsio ad allegata in contrarium,
parte dictorum do. Joannis, et nobilis Renati in qua-
dam schedula exordiente.cum dudum fuisset per dominos
temporales.et cetera.Et primo quidem ad id de quo pri-
mo opponitur, scilicet quod tempore facte donationis de
stufis ⁊ alijs dictus nobilis melini eas nõ possideret.Quo-
niam vt patet ex predictis remedium dicti canonis.reinte-
granda.non solum datur contra eum ad quem primo per-
uenit possessio, sed etiam contra particularem successorem.
Et ad id quod inibi opponitur de dicta pretensa compo-
sitione,apparet responsio:pro eo quia illa non fuit proba-
ta:quod etiam satis sensit eminens regium cõsilium:quod
pretermisso hoc asserto fundamento tanquam non proba-
to aliud sibi assumpsit:vt colligi potest ex tenore pretense
diffinitiue sententie per ipsum prolate.In qua inter cete-
ra dicitur. Ex quibus, licet forsitam compositio de dictis
stufis siue domo seu presiarum ⁊ balneorum plene probata
non videatur ⁊c.Nõ obstat quod inibi dictum extiterit for-
sitam.⁊ ita non precise asseruerit ipsum eminens consilium
compositionem predictam quoad stufas ⁊c.non esse plene
9 probatam.Quoniam † respondeo quod per verbum forsi-
tam,forte,⁊ alia huiusmodi respondet veritate iuris.vt no.
gloss.in.l.si duo.super verbo fortasse.ff.de arbitr.gloss.⁊ post
eam Baldus.Angelus.Joannes de Imo.⁊ Alexander de
Imola in.l.iiij.substitutione.super verbo.forte.ff.de vulga.
⁊ pupilla.subst.it.Multas remissiones ponit Andre.Bar-
ba.in sua Joanna.versicu.⁊ si quispiam dixerit per verbum
forte.⁊c.⁊ dictam gloss.in.d.l.in substitutione.reputant sin-
gularem Bald.Joannes de Imola.⁊ Alexander de Imo-
la.pro cousulentibus:vt licet vtantur verbo forte.ex hoc ta-
men consilium nõ reddatur dubium vel incertum.Et idem
dicit ibi Alexander de Imola esse in sentẽtia lata per ver-
bum forte: quãuis Rapha.aliud senserit.Ad alia vero de
quibus in dicta schedula etiam patet facillima responsio.
Propterea nec obstant parte dictorum domi. Joannis et
nobilis Renati exposita in dictis eorum secundis titulis:⁊
super quibus dictum eminens consilium videtur assum-
psisse fundamentum, scilicet, quod dictus quondam illu-
strissimus dominus Renatus tunc pretensus possessor do-
mus ⁊ aliorum predictorum, eas precedentibus legitimis
subhastationibus vendiderit prefatis domino Joanni, et
nobili Renato: ⁊ quod preterea statim tuti extiterint:ita
vt nulla actio contra eos dirigi potuerit.iuxta ea que habẽ-
tur in.l.omnes.⁊.l.bene a Zenone.C.de quadriennij prescri-
ptione.Tum quia dicit Bal.in capi.si.circa fi.de re iudica-
ta.⁊ post eum dominus Jason May. in authentica.quas
actiones.versicu.item diligenter aduerte.⁊c.C. de sacrosan-
ctis ecclesijs. dicta.l.omnes. et .l. bene a Zenone.non ha-
bent locum nisi in solo Imperatore ⁊ vxore eius.Tum et
quia.ad hoc vt dicte.ll.locum habeant,opus est quod fiscus
seu Imperator bona fide possideret. ⁊ crederet eam rem
esse suam quam alteri vendidit, vel alias in eum alienauit
aut transtulit:per id quod not.Baldus.in.l.prima.vel cir-
ca.C.de hereditate,vel actione vendita.et post per Jaco-
bum de Areti.in.l.secunda.vbi etiam Angelus,⁊ Alexan-
der de Imola.in additione.C.de communium rerum alie-
natione. Panormitanus.in capitu.penultimo. versicu.pri-
mus igitur casus ⁊c.ibi ex quo infertur.l.bene a Zenone.
de re iudicata.⁊ de effectu sententiarum: ⁊ de interlocu-
tionibus iudicum.Felinus in capitu.que in ecclesiarum.sed
quibusdam. §. preterea. de verborum significatio. Quinimo
prescriptione tuti essent si duntaxat fuissent in possessione
huiusmodi seu quasi per spatium triginta, vel saltem quadra
ginta annorum. l. sicut. ⁊. l. omnes. cum suis similibus. C. de
prescriptione triginta vel quadraginta annorum. Sed su-
perest alia dubitatio, An, vcz, prefati Honoratus, Mari-
nus, ⁊ Michael, sint ⁊ esse debeant quieti liberi ⁊ immunes
a prestatione dicti Vinteni non solum quo ad bona que
fuerunt dictorum predecessorum tempore concesse immuni-
tatis seu Franchesie. sed etiam quo ad bona postea per eos
acquisita ab illis, scilicet, qui etiam Vintenum pro eis non
soluebant dicto domino Melue. Ad quod respondeo et
dico. Quod quamuis super hoc hincinde multa dici pos-
sunt videtur tamen sub correctione cuiuslibet domini melius
sentientis et salua pleniori deliberatione: quod prefati Ho-
noratus, Marinus, ⁊ Michael, etiam non teneantur ad so-
lutionem Vinteni faciendum pro dictis bonis acquisitis.
Quia esto citra preiudicium veritatis, quod vintenum vi-
4 deatur alias † esse minus patrimoniale vel reale, pro eo quia
videtur impositum super eo quod ex re percipitur. l. mo-
dios. C. de susceptoribus, prepositis, ⁊ archarijs. libro deci-
mo. ⁊ quod per illam legem not. Bartolus et doctores, in
l. prima. C. de mulieribus in quo loco munera sexui congruē-
tia, vel honores, agnoscunt libro decimo. Ioannes de Pla
tea. C. de anno. ⁊ tribu. in Rubrica. eodem libro ⁊ Panor-
mita. in capitu. non minus. de immunita. eccle. Et propterea
tanquam onus rei videatur regulariter transire ad quemli-
bet possessorem: per ea que not. docto. in. l. placet. C. de sacro-
sanctis ecclesijs. Tamen non puto quod in casu de quo que-
ritur vintenum (quod vt pretenditur prestari solet ipsi
domino Melue per certos eius subditos ⁊ homines habi-
tatores ⁊ incolas eiusdē loci) sit minus reale, sed potius per-
sonale. Quod ex eo cognoscitur, quia vt audio si subditi et
homines dicti domini Melue subditi ⁊ aliqua ex eorum
predijs rusticis ⁊ pro quibus soluebant vintenum fructum
in eis excrescentium alienent, ⁊ transferant in subditos et
homines alterius domini eiusdem loci, ipsi non tenentur ad
solutionem vinteni nec illud soluere consueuerunt quod ta-
men soluere tenerentur si esset minus patrimoniale vel reale
videtur

videtur ergo esse munus personale quod ratione bonorũ seu pro bonis ipsis inducitur. Cum ergo prefati quondam Giraudus seu eius heredes, ꝛ Petrus Mafredi ꝛ eorum heredes ꝛ successores fuerint declarati quieti, liberi ꝛ immunes a prestatione dicti vinteni ac dictum sententiatũ, ꝛ cognitum extiterit per dictos arbitros et arbitratores. Qđ ex hinc in antea non possent aliqua via compelli ad prestandum vintenũ. Non videtur quod dicti Honoratus Marinus ꝛ Michael possint compelli ad solutionem dicti vinteni: sed quod a prestatione illius sint liberi ꝛ immunes etiã quo ad predia per eos vel eorũ predecessores acquisita post concessionem dicte immunitatis. Pro quo bene facit quod voluit Barto. consilio. lviij. exordiente. commune spoleti. in secundo quesito. versicu. preterea hoc euidentissima ratione. vbi loquens de contractu in quo data extiterat Francesia et libertas, quibusdam hominibus, ꝛ eorum heredibus in futurum. ꝛ sic secundum eum complectebatur heredes ꝛ heredum heredes in infinitum dicta. l. in annalibus. C. de legatis. ꝛ allegata. l. sciendum. ff. de verborum significatione. voluit quod illi non teneantur ad collectas sed sint ab illis liberi ꝛ immunes etiam quo ad bona postea per eos acquisita. Pro premissis facit capitu. quia circa. de priuilegijs. vbi priuilegium seu indultum episcopi super episcopalibus decimis retinendis indultum extẽditur ad possessiones postea acquirendas: ꝛ ita non solum censentur remisse decime fructuum prediorum que tunc possidebantur per eum cui fit remissio, sed etiam decime prediorum postea acquirendorum. Pro hoc etiam facit: quia non solum dixerunt sententiauerunt, ꝛ cognouerunt prefati domini arbitri ꝛ arbitratores dictos Petrum ꝛ heredes dicti Giraudi Mafredi ꝛ eorum heredes et possessores fore ex tunc in antea perpetuo a solutione totius vinteni quietos liberos ꝛ immunes, sed etiam adiectũ est quod dictus dominus Amelius seu quiuis alius non possit nec deberet eosdem Petrum ꝛ heredes dicti quõdam Giraudi aut eorum heredes et successores aliqua via compellere ad prestandum aliquod vintenum: vbi attendenda est verborum geminatio que solet multum operari. Item ꝛ verbum aliqua via. Insuper et verbum aliquod vintenum. Preterea cum bona huiusmodi acquisita extiterint ab immunibus, seu quietis ꝛ liberis. ꝛ per quietos, liberos, ꝛ immunes: non subest ratio propter quam isti videantur teneri ad solutionem vinteni. Que dixerim ꝛc.

¶ De locat. Rubri.

¶ Epitome.

¶ Ut in primo notabili. U. F.

1 ☞ Arrendamento prioratus facto non nomine ipsius prioratus, sed prioris, non tenetur stare prioris successor: quamuis fructus sint obligati. ꝛ nu. 2. ꝛ 3.

2 Fructus iam maturi beneficij, tunc collati cui debeantur.

3 Fructus pendentes sunt pars fundi.
Ecclesie bona hypothecari an possint.

4 Resoluto iure authoris ꝛ successoris ius resoluitur.

¶ Consilium. xcvj.



Etiam si nobilis vir Tristandus de petra qui vti procurator et procuratoris nomine reuerendiss. patris domini Ludouici sextoris qui dicitur arrendasse venerabili viro domino Joanni Culhayrerij presbytero omnes ꝛ singulos vsusfructus emolumenta, decimas, terras, prata, oblationes, et omnia alia emolumenta prepositure Montissilini, ꝛ prioratus de Bannono cum suis honoribus ꝛ oneribus. Et hoc pro tempore trium annorum habuisset ad hoc faciendum sufficiens procuratorium ꝛ mandatũ. Quia tamen idem nobilis Tristandus arrendamentum huiusmodi fecisse non legitur nomine dictorum prepositure et prioratus et pro eorum vtilitate: sed nomine dicti domini Ludouici tunc prepositi et prioris non videtur quod reuerendus pater dominus Carolus Galiani modernus prepositus et prior dictorum prepositure ꝛ prioratus, et qui eos durante predicto triennio canonice obtinuit ꝛ obtinet: teneatur stare predicto arrendamento. per id quod voluit gloss. Innocent. ꝛ Hostiens. in capitu. fina. ne prelati vices suas vel ecclesias, sub annuo censu concedant. ꝛ Rota decisione ducentesimatrigesimasecunda exordiente. Item si prelatus. in nouis. qui quamuis sentiant ꝛ dicant quod si arrẽdamentum seu locatio facta fuerit nomine ecclesie et vtiliter teneatur successor stare huic contractui, seu locationi, aut arrendamento capitulo primo de solutionibus capitu. hec huius placiti. cum suis similibus decimasecunda questione secunda. Tamen, † quãdo locatio seu arrendamentum factum est per prelatum, non nomine ecclesie sed nomine sui ipsius ꝛ pro sua vtilitate, non tenetur secundum eos successor in beneficio stare huic contractui. Pro quo solet allegari capitu. secundum. de precarijs. ꝛ l. si quis domum. §. hic subiungi. ff. loca. ꝛ quod hoc vltimo casu non teneatur successor stare conductori seu arrendatario etiam tenuit Henricus Boyer Antonius de But. Panormitanus ꝛ Joannes de Anania in capitulo fina. ne prela. vi. suas. Et rationem diuersitatis ponunt domini de Rota. quia in primo casu censetur obligatio realis que semper durat. capit. cum venissent. de institu. capitulo veniens. et capitu. de cetero. de transactio. sed isto casu censetur obligatio personalis que finitur morte. dicto capitulo secundo, de preca. et capi. nuper. de donatione inter vir. ꝛ vxo. aliam vero rationem ponit Host. in summa titu. ne prela. vi. suas. dicẽs, quod q꞉ beneficia sunt personalia, cõtractus circa illa habiti, personas concedentium non excedunt capitu. nisi essent. de prebendis. et capitul. ad hoc. de authoritate, et vsu pal. forte vero opponetur quod glossa ꝛ Doctores prefati loquũtur quando durante tempore locationis seu arrendamenti moritur ille qui locauit seu arrendauit beneficium, seu bona illius. sed istud non obstat: pro eo quia eadem ratio comperitur in casu nostro que ꝛ in illo. Que videtur esse, quod quia prelatus arrendans contraxit nomine ipsius. ꝛ ius sue administrationis reperitur nunc resolutum: sequitur consequenter quod etiam resolui debeat ius illius, qui ab eo in arrendamentum receperat. l. lex vectigali. cum suis simili. ff. de pignoribus. debet ergo vtrobique idem ius constitui. l. illud. ff. ad legem aquiliam. quẽ-
2 admodum enim si † beneficium vacans per mortem prelati vel olim beneficiati mihi confirmatur: vel alias de illo mihi canonice prouideatur: ad me regulariter pertinent et spectant fructus. ita etiam ad me spectarent, si beneficium vacans per renuntiationẽ prefati vel olim beneficiati mihi conferretur: etiam si hoc fuerit fructibus beneficij iam maturis. Prout post amplam argumentationem firmat And. de Baru. ꝛ post eum Jacob. Rebuffi. ꝛ Joan. de Platea. in. l. prima. C. de anno. et tributa. libro decimo. qui pro hoc multa inducunt que non transcribo, ꝛ sic non videtur referre inter vacationem ꝛ vacationem sed vt iam dixi inspici debet an nomine ecclesie ꝛ pro illi⁹ vtilitate vel nomine ipsius beneficiati facta fuerit locatio seu arredamentũ. ꝛ quod non intersit an beneficium vacauit per mortem prelati vel olim beneficiati, vel alio modo: fuit etiam de mente Petri de Ancharano consilio. cxv. exordiente. secundum ordinem dubiorum: qui loquitur quãdo beneficium vacauit per optionem alterius beneficij sed forte adhuc opponetur pro defensione dicti domini Culhayrerij, quod pro obseruatione dicti arrendamenti dictus nobilis Tristandus eidem obligauerit, ꝛ hypothecauerit omnes fructus, ꝛc. ꝛ sic quod saltem in vim istius hypothecẽ, posset ipse domin. Culhayrerij sibi defendere fructus: eo maxime: quia arrendamentum bonorum ecclesie permissum est ad triennium. sed istud non obstat. Tum quia prefatus nobilis Tristandus etiam si ad hoc habuisset mandatum non videtur potuisse specialiter obligare fructus pendentes: vel qui adhuc penderent tempore resoluti eius iuris: vel postea pro id quod habetur in capitu. nulli. de rebus ecclesie non alie. quod quamuis loquatur in hypotheca rei immobilis videntur tamen etiam
3 habere locum in hypotheca fructuum pendentiũ: quia † illi pars. l. fructus pendentes cum suis simili. ergo quemadmodum non potest totus fundus specialiter hypothecari ita nec fructus pendentes. l. que de tota. ff. de rei ven. Tum etiam: quia non solum videtur prohibita specialis hypotheca bonorum ecclesie sine authoritate superioris, sed etiã generalis. authen. de non alienan. §. si vero. Quod etiam voluit Antonius de Butr. ꝛ Joannes de Jmola in dicto capitu-

lo, nulli. Quod vel saltem vel maxime procedit, quando contractus non sit pro vtilitate ecclesie: quia secundum Egi. relatum per Joan. de Imol. in dicto capitulo nulli. nec specialis nec generalis potest tunc fieri hypothecatio bonorum ecclesie. Tum et quia esto citra preiudicium veritatis, vt ab initio valuerint arrendamentum et hypotheca dictorum fructuum quatenus concernebant preiudicium domini arrendantis, non tamen valere potuerunt in preiudicium suc-
4 cessoris. Quinimo quo ad eū resoluto † iure dicti do. Ludouici resolutum est ius predicti arrendatarij: et sic hypotheca dicta. l. lex vectigali. et quod ponit Salic. in. l. grege. §. cum pignori. ff. de pign. Quod etiam voluit Petrus de Anch. in dicto consilio cētesimo decimoquinto. Et huic dicto prestat bonum argumentum dicta. l. si quis domum. §. hic subiungi. ff. locat. vbi resoluto iure vsufructuarij cui comparatur beneficiatus resoluitur ius illius qui ab eo conduxerat. Et hec resolutio contingit propter causam antiquam et precedentem arrendamentum. quia, scilicet, prefatus domi. Ludouicus non habuit plenum nec firmum ius in rebus arrendatis prout diximus in vsufructuario. Et ob hoc non possunt ita plene disponere de illis vt possunt domini rerum priuatarum. Possunt et alia multa dici pro hac parte: sed quia tempus non suppetit ego vlterius non insisto. Que omnia dixerim etc.

¶ De testa. Rubrica,

¶ Epitome.

¶ Summatur vt in primo notabili. V. F.

1 ☞ Falcidie detractio non censetur prohibita in testamento, in quo exequutoribus libera facultas concessa est alienandi, et onus integra legata soluendi impositum.
2 Expresse fieri quid quando dicatur, et quando nominatim.
3 Operari debent verba et clausule.
4 Funeris impensa de dote detrahitur: quamuis totam reddi stipulatus sim.
5 Cautio legatorum nomine ab herede prestanda.
6 Iudex ad quem quomodo super appellatione cognoscere debeat, et ab expensis absoluere.
7 Priuationis hereditatis clausula ad quid referenda sit, an et quando ad omnia precedentia.
8 Usufructuaria mater cauere iubetur, quāuis filius in testamento prohibitus sit eam quoquomodo molestare.

¶ Consilium. xcvij.



Voniam ad decisionem cause pendentis indecise inter prouidum virum Franciscum Verdilhoni actorē originariū et nunc appellātem ex vna parte, et honestā mulierē Clementiā relictā Gulielmi Verdilhoni reaui originariā et nunc appellatā ex
1 alia. † Videt vel plurimū facere vel cooperari decisioni huiꝰ articuli. An, videlicet, per verba posita in testamento eiusdem quondam Gulielmi per que dedisse et concessisse dicitur quibusdam suis exequutoribus plenam et liberam presentem, ac generale et speciale mandatum omnia vniuersa et singula legata per eum facta, et ordinata de bonis et rebus suis, locis, et personis in dicto eius testamento nominatis diuidendi, soluendi, et cum effectu exequendi et de bonis ipsis vendendi, impignorandi, distrahendi, et alienandi, quot et quantum sufficiat et sufficere possint et valeant ad integram solutionē et satisfactionem omnium legatorum predictorum, absq; licentia heredum etc. censeatur prohibita detractio falcidie, videtur si non desipio de hoc aliquid esse dicendā. Et qdē q̄ illa videat̄ p̄hibita, p̄batur per sequētia. Primo, q: integritas legatorū, et illorū diminutio q̄ fit per falcidiam, et sic per detractionem quarte partis eorundem adinuicem repugnant: ergo patet quod quando testator voluit omnia et integra legata solui, quod ipse noluit sed prohibuit falcidiam detrahi. Et per hoc videtur bonum in l. secunda. §. ad filiorum. C. quando et quibus quarta pars ex bonis decurionum, debetur et de modo distributionis eorum libro decimo. Et prout refert Angel. in authentic. de heredib. et falcid. §. si vero expressum. versi. sed iuxta hoc queritur an falcidia etc. collatione prima. Ita fuit illo anno consultum. Nec videtur obstare si forte opponatur quod falcidia debeat expresse prohiberi. Quoniam respondetur, quod expresse fieri dicitur, non solum id quod apparet ex verbis expressis, Sed etiam id quod apparet fieri ex coniecturis. l. licet imperator. ff. de legatis primo. et l. si quis locupler. ff. de manumissis testamento. Et ita pro hac parte affirmatiua arguit Angel. in. d. §. si vero expressum. Idem vero Angel. in dicta. l. ij. §. ad filiorum. refert fuisse consultum sed non fuisse allegatam illam legem per consulentes. Rursum idem Ange. in authentica, sed cum testator. C. ad legem falcidiam. refert Barto. in. l. centurio. in tertia questio. principa. ver. vel quid si testator dicit quādocunque filius meus decesserit volo hereditatem meam totam et integram. ff. de vulgari et pupillari substitutione. tenere hanc partem dubitando tamen dicentem quod vbi verbum est commune interpretatur substitutio directa, et quod ideo substitutus iure directo capiet totum. Pro quo adducit ibi Ange. quod illud dicitur fieri nominatim quod fit per verba idem importantia quamuis non sint verba specifica. l. nominatim. ff. de liberis et posthumis heredibus instituendis, vel exheredandis, vel preteritis. l. certum. ff. si certum petatur. et authenti. de non eligendo secundo nubentes mulieres, et de alienatione: et alias, alienatione lucri ante nuptialis, etc. Gregorius autem Haloander purius et apertius ex Greco Codice vertit, Ne mulieres, que nuptias iterant, electionem habeant, in quem filiorum donationem ante nuptias conferant. deque alijs capitulis lucro ante nuptialis donationis, et de successionibus earum filijs suis. §. si vero intestatus. collatio. secunda. l. prima. §. inter. in glos. ff. de falc. facit quod voluit Ange. in dicta. l. centurio. et in dicto auth. de non eligendo secundo nubentes. §. soluto. et in. l. cum virum. C. de fideicommiss. Et hanc partem tenuit Bald. in. l. precibus post medium. versicu. procedo vlterius et quero. Quid si testator etc. ibi per ista ergo verba nihil aliud intelligo nisi falcidiam esse prohibitam. C. de fideicom. Paul. de de castro in. l. finali. et in dicta authenti. sed cum testator. C. ad legem falcidiam. et consilio. cl. exordiente. in causa que vertitur inter Petrum Joannis etc. Ange. consilio centesimovigesimoprimo exordiente. hoc est testamentum Petri quondam Bartholini. versicu. quid igitur concludemus. etc. Ibi similiter credo vera exempla sua. Alexander de Imo. consilio centesimo trigesimotertio exordiente, super quesitis de quibus in thēmate. versi. pro hoc etiā. bene facit id quod no. Ange. et c. in quinto volu. et Jac. de Are. in. d. l. centurio. versic. in eadem glo. Ibi si autem dixisset paganus, etc. Pro qua opinione multa adducit Roma. in repetitione authen. similiter. ver. sed hoc dubitatur. C. ad legem falcidiam. et multo plura. Andre. Barba. in sua Joannina seu repetitione capi. Raynaldus. versicu. not. ibi contra voluntatem. quod falcidia detrahitur contra voluntatem etc. et multis seq. de testa. Sed pro contraria parte, scilicet, quod per dicta verba non censetur prohibita detractio falcidie inducit Angel. in dicto. §. si vero expressum. l. si totam. ff. ad trebellia. vbi rogatus restituere totam hereditatem detrahit quartam. et tamen totaliter excludit omnem diminutionem. Pro hoc etiā allegat idem Ange. dictam legem cum virum. C. de fideicommis. vbi rogatus restituere quidquid ad heredem peruenerit potest detrahere quartam, et tamen dictio, quidquid, totum complectitur. Et pro hac parta dicit Ange. esse casum in. l. si quis in principio testamenti. ff. de legatis tertio. vbi dicit quod ille cui bis legatur ratione proprie voluntatis repugnantis semel tantum habet, si prime voluntatis specialiter penituit. Et tunc dicitur specialiter penitere cum dicit ipsum nolle valere. ita ergo in proposito cum falcidia detrahatur ex iuris dispositione et contra tacitam voluntatem testatoris, ergo ipsum detrahere non est contra ius nisi specialiter testator hoc dicat, et sic requiritur expressio. Pro quo allegat. l. fin. C. quod cū eo. Et hāc partē tenuit Ang. in. d. auth. sed cum testator. C. ad legem falc. et in dicto. §. si vero expressum. Roma. in repetitio. dicte authen. similiter. versicu. alij vero inter quos ego fui, etc. qui pro hoc refert sex fundamēta seu motiua que possunt ibi videri. Adijciens quod cum in hac questione omnes valentiores doctores Italie cum eo conuenirent vno excepto qui non consulueratad illum fuit consilium transmissum qui sententiam ipsius Roma. et dictorum aliorum doctorum cum eo conuenientiam

uenientiam confirmauit. dicens, Quod iste fuit excellentissimus doctor Paulus de Castro. ⁊ hanc partem post longam disputationem ⁊ commemorationem argumentorum hincinde inductorum amplectitur Andre. Barba. in dicta sua Joannina: qui materiam hanc prosequitur per duas chartas cum dimidia: que ne tedio hunc eminentissimum cetum afficiam non transcribo. Jllam eam sequitur Angelus Aretinus instit. de leg. fal. versicu. quero si testator dicit quod soluantur legata tota ⁊ integra ⁊c. ⁊ quamuis aliqui allegent pro prima opinione in dicta. l. Centurio. in tertia questione principali, Paulus tamen de cast. in dicto consilio centesimoquinquagesimo. dicit quod si bene ⁊ subtiliter considerentur dicta Barto. ipse videtur potius voluisse totum oppositum etiam eo casu quo testator voluit quod haberet tota ⁊ integra ⁊ sine diminutione. Quoniam secundum Paulū de castro ipse vult, quod dicta verba operentur vt videatur facta substitutio directa pupillaris: quia si videretur facta obliqua seu fideicommissaria: per dicta verba nō posset saluari in suo proprio significato: quia de obliqua detraheretur trebellianica ⁊ sic non pertinerent ad substitutum bona integraliter ⁊ sine diminutione, prout testator dixit ⁊ voluit. Ad hoc ergo vt pertineant (prout dixit et voluit) interpretatur ipse, quod per ipsa verba voluerit facere directam substitutionē. vult ergo Barto. quod si dicta interpretatio non fieret ⁊ sic diceremus eam fideicommissariam fieret detractio non obstantibus dictis verbis. ⁊ sic veniremus contra significatū verborum, et contra id quod testator voluit (scilicet) quod haberet bona integraliter ⁊ sine diminutione. Unde sentit Bart. opinionē illorū qui dicunt requiri expressam prohibitionem: ⁊ quod nulla alia verba sufficiant etiam que nihil aliud operari possint. ⁊ Paulus de castro, vbi supra. qui postea subijcit quod illi qui dicunt in casu censeri prohibitam falcidiā per verba supra allegata non habent pro se nisi authoritatem Baldi in dicta. l. precibus. sed authoritas et sensus Bartol. in dicta. l. centurio. est in contrariū. intelligendo dicta sua, prout necessario debent intelligi modo quo supra dictum est. Hanc ergo opinionem sentit idem Bart. ⁊ tenent expresse Angelus, Roma. Angelus Aret. ⁊ Andreas Barba. viri profecto non contemnēde authoritatis ⁊ qui videntur habere text. hunc casum clare decidentem: in dicto authen. de heredi. ⁊ falci. §. si vero expressum. a contrario sensu iuncta. l. quod de bonis. §. primo. ff. ad legem falcidiam. pro quibus etiam videtur bene facere dicta. l. secunda. §. ad filiorum. C. quādo et qui. quarta pars. in verbo integram hereditatem, ⁊ in verbo nullaque parte diminuta, vbi illa verba integram hereditatem. non videntur excludere detractionem quarte. quia si illam excluderent, frustra adijcerentur illa verba: nullaque parte diminutam. Quod non est di-
3 cendum: quia † nedum vnaqueque clausula, sed etiam vnūquodque verbum a lege, aut contrahentibus, seu alias disponentibus prolatum, debet esse cum virtute operandi si fieri potest. per id quod habetur in prima constitutione C. §. quibus. ⁊ quod not. gloss. in. l. prima. ff. quod metus causa. facit. l. hac lege. ff. de contrahenda emptione, ⁊ venditione. l. si stipulatus. in princip. ff. de vsucapione. et quod voluit Baldus. C. de contrahenda emptione, ⁊ venditione. in rubrica. quest. ix. Roma. consilio octuagesimotertio. ad finem. Andre. Barbat. consilio. lxi. in prima parte. et in alijs multis. ⁊ Alexander de Jmola consilio centesimo decimooctano. exordiente. visis supra narratis. in primo volumi. ⁊ consilio centesimo quinquagesimooctauo. in secundo volumine.
4 Etiam facit quod † voluit gloss. in. l. neratius. versicu. quod si quis. ff. de religiosis, ⁊ sumptibus funerum: ⁊ alee lusu, et de aleatoribus. vbi dicit quod licet quis stipuletur totam vel integram dotem sibi restitui, nihilominus tamen detrahetur quod est exponendum in funus mulieris defuncte. l. pro rata. ff. eodem titulo. ⁊ sic illud verbum integra, vel tota: non excludit diminutionem, vel detractionem: sunt ⁊ alia multa pro hac parte que omitto. Propter que videtur (sub correctione huius insignis curie) quod egregius vir domi. Joannes Arbaudi immediatus iudex a quo, male processerit in sententia per eum in hac causa nouissime lata. ⁊ primo quidem quatenus pronuntiauit, ⁊ declarauit male iudicatum per spectabilem virum dominū iudicem primarū: a quo ad eum. seu spectabilē virū dominū iudicē secundarū appellatum extiterat: bene vero ⁊ a iusto grauamine per eum appellatum: quia imo bene pronuntiauerat idem dominus iudex primarum, quatenus pronuntiauerat ⁊ ordinauerat fieri extimam omnium ⁊ quorumcunque bonorum que dictus quondam Gulielmus Verdilhoni tenebat ⁊ possidebat tempore eius mortis: ⁊ quo ad valorem illius temporis ante quorum extimationem erat detrahendum es alienum. Quia illa demum dicuntur bona nostra, que deducto ere alieno supersunt. l. secundā. §. illud. cum suis similibus. ff. de collatione bonorum. debebat etiam videri que ex paterna successione ad eum peruenerant: ⁊ hoc per fideicommissum de ijs detrahendum: ⁊ que ad eum aliunde peruenerant: vt sic sciretur, an detractis detrahendis ex capite eris alieni, ⁊ satisfacto prefate Clementie de legatis sibi relictis, remaneret quarta pars bonorum dicti quondam Gulielmi apud heredem institutum.
5 Si igitur † ad hoc fieri petebatur extima predictorum bonorum, ⁊ cautio iuxta formam iuris: et de qua habetur in l. secunda. C. de vsur. ⁊ fruc. lega. ⁊ in. l. j. §. cum dicitur. ff. si cui plusquam per legem Falcid. non videtur prefatus dominus iudex primarum qui hec fieri ordinauit partem aduersam grauasse. Cui non obstat pretensa prohibitio testatoris: ⁊ per quam pretenditur tacite prohibuisse detractionem falcidie: quia illa non sufficit vt. s. dictum est. Nec etiam obstant quedam pretense probationes facte super quibusdam articulis exordientibus, quanquam Gulielmus Verdilhoni ⁊c. ⁊ alijs exordientibus. Addendo, ⁊c. Quia quamuis testes parte dicte Clementie in hac causa producti videantur deponere, quod prefatus quondam Gulielmus tempore eius vite ⁊ mortis tenebat ⁊ possidebat bona inibi mentionata, ⁊ quod ipse alienauerit aliqua de bonis prefate Clementie. Quodque dictus Franciscus nunc teneat ⁊ possideat quedam ex bonis que idem quondam Gulielmus possedisse pretenditur: non tamen ex hoc concluditur hereditatem non esse exhaustam legatis: vt quia fortasse est grande es alienum, ⁊ quia vel forte omnia bona superius mentionata ⁊ que dicitur fuisse possessa per prefatum Gulielmum fuerunt bona paterna: ⁊ sic subiacentia restitutioni. Et de quibus non poterat ipse Gulielmus detrahere nisi duas quartas; scilicet, legitimam, que non erat triens omnium bonorum: sed dimidia pars eius quod erat habiturus ab intestato. Et sic vna vncia: cum Joanni primo testatori superfuerint sex filij, seu tres filij ⁊ tres filie. authentica de trien. ⁊ semis. §. primo. collatione tertia. ⁊ transumptiue in authentica nouissima. C. de inofficioso testamen. ⁊ Trebellianicam, que erat quarta pars residui iuxta doctrinam quam ponit glossa in capitulo Raynaldus. super verbo, licet. de testamentis. Baldus in. l. scimus. in princ. in fine prime colone, vel circa. C. de inofficioso testamento. ⁊ plenius in. l. si vero. §. quid ergo. ff. de testamento militari. Et Joannes de Jmola in. l. coheredi § cum filie. ff. de vulgari ⁊ pupillari substitutione. Jpse ergo dominus Joannes Arbaudi male pronuntiauit et in eo maxime quia nimis propere, ⁊ super nimijs ⁊ pluribus
6 quantum deberet. Debebat † enim decidere articulum appellationis: ⁊ sic videbatur (quamuis videri non deberet) male processum per iudicem a quo, ⁊ bene appellatum parte dicte Clementie. Poterat vel aduocare vel retinere negotium principale: ⁊ super illo debebat audire partes ⁊ signanter dictum Franciscum. Jllud autem certissimum est quod etiam si opinio eorum qui dicunt detractionem falcidie censeri vel expresse vel sufficienter prohibitam per verba posita in testamento dicti quondam Gulielmi, esset de iure verior: prout tamen (vt iam dixi) multi ⁊ quidem magne authoritatis contradicunt. ⁊ vt refert Romanus in dicta authentica similiter. omnes valentiores doctores Jtalie fuerunt diuisi per medium, vno excepto: qui non consuluerat. non debuit dictus Franciscus (sequutus opinionem ⁊ authoritatem tantorum ⁊ aliorum doctorum) condemnari in expensis. Censetur enim habuisse iustam causam litigandi que eum releuauit ⁊ releuat a condemnatione expensarum per id quod notat Joannes Andreas in capitulo vt debitus. vbi etiam Philipp. de Fran. ver. glossa in verbo in expensis. in fine, ⁊c. ⁊ domin. Preposit. ver. glo. in verbo in expensis. qui multos referunt. de appellatio. Alexander de Jmola in. l. properandum. §. sinautem. versiculo item vbi opinio aliquorum doctorum, ⁊c. vbi etiam dominus Jason Maynus. versicu. istam regulam limita, ⁊c. iunctis ijs que ipse ponit. versiculo prima est, quod habens opinionem docto. tenentis pro parte, ⁊c. qui etiam multos allegauit. C. de iudicijs. Et non solum excusat ab expensis iusta causa litigandi: sed etiam ab omni pe-

na iuris & canonis. secundum Joannem Andream in ca.j. §.finali. de election.in sexto. in nouel. quem refert & sequitur Bald. & domi. Jason Mayn. in dicta l. properandum. §.sin autem alterutra. Baldus in authentica generaliter.in quinta oppositione. C.de episcopis & clericis.& in capitu.j. si inter pares. de capit. conrad. & in addition. Speculato. titu. de arbitr. versicu.ex forma statuti. & Roma.in repeti-
7 tio. rubrice, de arbitrijs. Quo † vero ad priuationem hereditatis quam dictus Franciscus incurrisse pretenditur: non puto hoc esse verum. Quia si bene(& alias prout oportet)attendatur ad clausulam pretense priuationis: illa concernit & tãtum respicit legatum viginti florenorum. Et tam prohibitionem petitionis illorum quã maioris summe contente in instrumento seu nota recognitionis, de qua ibi. Et ideo ad hec tantum referri debet: pro eo quia clausula huiusmodi videtur dumtaxat apposita ad qualificandum dictum legatum viginti florenorum: ac prohibitionem petitionis illorum & dicte maioris summe. pro quo allegare sufficiat notata per Bartolum in.l. fina.ff.de reb. dub.vbi inquit quod illud quod dicitur clausulam in fine appositam debere referri ad omnia precedentia: est verum quando illa clausula ponitur de per se principaliter. Sed si apposita sit ad aliam dispositionem qualificandum tunc nunquam refertur nisi ad vltimum: sicut dicimus quando modus vel conditio inseritur legato vltimo loco apposito: quia tunc ad aliud non refertur nisi ad illud vltimum.l.filium. & quod ibi glos.ff.quando dies lega.cedat. Sed vt dixi clausula predicta (prout ex illius tenore clare colligitur) posita est ad qualificandum legatum, & prohibitionem premẽtionatam, ergo non debet ad alia precedentia referri. Nec obstat, quod dictum extiterit & casu quo super premissis seu eorum altero. Et sic pluraliter non singulariter. Tum quia loquutio est indefinita, non vniuersalis: & prolata ab homine non a lege. Quo casu regulariter non equipollet vniuersali. Tum & quia in precedentibus vltra & preter legata bonorum mobilium fecit duo testator, facta commemoratione illius recognitionis de qua ibi. Primo quidem quia legauit viginti florenos debitos: Secundo quia mandauit cancellari notam: &c. prout ibi. Et sic ad hec plura potuit relatio fieri pluraliter. Et quamuis in postea subscriptis legatis & per dictum Gulielmum factis predicte Clementie eius vxori comperiatur scriptum. Item plus legauit, &c. Non tamen videtur quod dicta clausula priuationis hereditatis censeri debeat repetita in alijs legatis: etiam si verum esset quod tantum importaret hec dictio, plus, quantum dictio, amplius: si dictio, plus, censeretur repetita in dictis legatis, referetur non quidem ad actum legandi, sed ad rem legatam: & ipsam repeteret. Et non solum ipsam sed etiam conditionem. quoniam clausula prementionata non conditionem sed penam importat. que(vt pote odiosa)videtur restringenda non amplianda.l. cum quidam. ff. de liberis & posthum.& regula odia. cum suis similib.de reg. iur. in sexto. Preterea prohibitio litis petitionis, questionis, & controuersie, de quibus in dicta clausula: videtur intelligenda quo ad litem, petitionem, questionem, & controuersiam que malo animo contra eandem Clementiam mouerentur: non quo ad eas que non malo animo sed iuridice mouerentur. argumen. eius quod notat Baldus in.l.j. versiculo item quero si testator mandauit heredi ne molestet vxorem in suo legato.C.de his que pe. nomi. & in.l.j. versicu. sed pone quod verba instrumenti non dicunt, &c. C. de vsufruc. Alexand.de Jmo. in.l.quod de bonis.§.j.ff. ad leg. Falcid. Paulus de Castro consilio clxxxxi.exordiente. ante quam veniam ad dicta dubia, premittenda sunt aliqua. in principio. & Andr. Barbatias consilio duodecimo. in prima parte.& in repet.capit. Raynaldus. Quatenus volunt
8 † quod si testator reliquerit vxorem vsufructuariam: & prohibuerit eam per heredem in vsufructu molestari: priuãs heredem hereditate si contrafecerit. Et deinde contingat heredem petere sibi caueri per vxorem de vtendo & fruendo arbitrio boni viri. non incidit ipse heres in penam: quia talis cautio non potest a testatore remitti.l. fine. C. vt in possess. lega.& dicit Bartolus in dicta l. prima. C.de vsufruc.& Alexander de Jmola in allegata.l. quod de bonis. §. primo. ff. ad leg. Falcid. Quod etiam idem esset, si post mortem testatoris heres promisisset vsufructuarie eam non molestare: quia nihilominus posset petere caueri, nec propterea incideret in penam. per iura que non refero: multas remissiones facientes ad predicta: ponit dominus Felinus, in capitulo causam que. versicu. similiter dicit Ludouic. &c. de rescriptis.

¶ De testamentis. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Legitime supplementum petit filius, cui a matre quinque solidi tantum relicti sunt, imputatis etiam nummis, quos matri subtraxerat: si non aliquam ex quatuordecim iustis causis exheredationis commiserit. Vasquinus Filiolus.

¶ Consilium.xcviij.



Q Via quinque solidi quos iure institutionis legauit & reliquit honesta quõdã mulier Peyrona relicta alziarij Juliani Ludouico Alberti eius filio & naturali & legitimo non sufficiunt pro eius legitima: que est dimidia pars trientis, seu due vncie bonorum dicte quondam Peyrone, eorum videlicet, que supersunt deducto ere alieno, et funeris impensa. cum eidem Peyrone superfuerint duo filij. scilicet idem Ludouicus, & probus vir Gabriel Alberti eius frater. authent. de trien. & semiss. §. primo. collatione tertia. & transsumptiue in authentica nouissima. C. de inofficioso testamento. iuncta. l. Papinianus. §. quarta. ff.eodem titulo. Potest ipse Ludouicus agere ad supplementum dicte eius legitime, in qua non potuit grauari. l.omnimodo. l.quoniam in prioribus. &.l. scimus. in principio.C. de inofficioso testamento. & authentica cum de appellatio. cognoscitur. §. ceterum. collatione octaua. & quod notat Baldus Salicetus Paulus de Castro & moderni in.l. si quando.§. & generaliter. C. de inofficioso testamento. Baldus & Paulus de Castro in dicta l. omnimodo. in principio. Baldus in.l. hac edictali. versicu. quam obseruationem. C. de secundis nuptijs. & alij in alijs locis. Et quamuis multe sint cause & quidem quatuordecim enumerate in dicta authentica vt cum de appellationibus cognoscitur. §. causas. propter quas & earum quantum possunt parentes exheredare liberos suos. Ego tamen nec lego in testamento dicte quondam Peyrone, nec referri audio per presentem latorem causam aliquam specificam, propter quam potuerit prefatus Ludouicus exheredari, aut priuari dicta eius legitima. vltra autem illam nihil petere potest contra voluntatem dicte quondam Peyrone dicto auth. de triente & semisse. §. primo. & in hac legitima debent imputari non solum dicti quinque solidi, sed etiam illa pecunia quam eidem quondam Peyrone subtraxisse dicitur ipse Ludouicus: vel saltem debet pecunia huiusmodi dari & solui heredibus dicte quondam Peyrone. Et ita mihi videtur breuiter & succincte sub correctione. &c.

¶ De in integr. restit. mino. Rubri.

¶ Epitome.

¶ Minor, qui in nullo lesus probatur, non restituitur, presertim si iurauerit. V. F.

1 Citatio pupillo facta an valeat, & eum in contumacia constituat.
2 Adultus curatorem habens quoad quid comparetur pupillo, vel non.
3 Contumax etiam minor expensas refundit.
4 Articuli non releuatorij non admittendi.
5 Statuto prohibenti minoribus nisi certo modo contrahere iuramentum minoris derogat.
6 Proclama paucis innotescens, & facile transiens.
7 Pupilli an alligentur per authent. sacramenta puberum. C. si aduers. vend.
8 Obligantur & pupillus & adultus naturaliter, etiam non interueniente authoritate tutoris vel curatoris.
9 Prodigo bonis interdici nequit: nisi eo vocato & causa discussa.
10 Prohibitus a superiore cõtrafaciens an mortaliter peccet.

Consi.

¶ Consilium. xcix.



SVppositis punctis de ⁊ sup
quibus disputant ⁊ cõtendunt prouidi iuue-
nes Michael aram, ⁊ Eusebius Peylini: seu
egregij viri domini eorũ aduocati. dico ⁊ re-
spondeo breuiter ⁊ succincte. Quod vltra ⁊ preter elegan-
ter allegata parte predicti Aram, faciunt no. per Bar. in l.
qui habet. §. si pupillus. ff. de tutel. vbi tenet idem quod in
1 l. j. §. sufficit. iam allegata. Et † quod suffecerit citare dictũ
Peylini etiam si minor vigintiquinque annis extiterit fuit
de mente glosse quam commendat Bald. in. l. j. C. qui pe-
tant tutor. ⁊ idem voluit Bald. in l. finali. C. si propter pu-
blica pensita. ⁊ Paul. de Cast. in. l. contra pupil. ff. de re iu-
dica. Pro quo benefacit quod voluit Bald. in. l. j. versicu.
iuxta hoc quero, an adultus. ⁊c. C. de confessis. vbi tenet,
quod statutum disponens quod contumax habeatur pro
confesso: ⁊ possit poni in bãno, habet locum etiam in adul-
to: quia ex contumacia potest banniri. Et fuit originalis
decisio Gulielmi de Sudaria, in. l. j. ff. si quis ius dicenti
non obtemperauerit. Hanc partem etiam clare tenet Alex.
de Imo. in. l. si ex legati caus. ff. de verbor. obligat. Censetur
enim citari vt legitime compareat: vt voluit Bald. in. l. fin.
C. de procuratori. ⁊ in dicta. l. fina. C. si propter publi. pensit.
Pro quo allegat. l. si tutor. cum glos. in verbo, veniat. ff. de
bon. author. iudic. possidend. Et idem voluit Paul. de Ca-
stro in dicta. l. contra pupillum. ⁊ Alexand. de Imo. in alle-
gata. l. si ex legati causa. Et sic vt compareat cum authori-
tate sui curatoris: quod si non facit patitur missionem in
possessionem bonorum ex primo decreto: prout iam fuit al-
2 legatum: Cui non † obstat quod adultus curatorem habens
equiparatur pupillo. l. si curatorem habens. C. de in integr.
restitutio. minor. Quoniam respondeo, quod istud non pro-
cedit quoad iudicia, secundum Alexand. de Imo. in dicta. l.
si ex legati causa. vbi dicit hoc probari in. l. si minor. cum glo.
ff. de bon. author. iud. possid. Et quod not. glos. ⁊ docto. in. l.
pen. C. si aduers. rem iudica, quia in iudicijs non attenditur
an adultus habeat curatorem vel non: vt colligitur ex ijs
que not. glos. fin. in. l. acta. §. fin. ff. de re iudica. ⁊ in dicta l. pe-
3 nulti. C. si aduers. rem iudica. Videtur igitur prefatus † Eu-
sebius (qui vt dicitur fuit contumax) teneri ad expensas
contumatiales etiam pro eo quia iura loquentia de illis
refundendis loquuntur indistincte. l. sancimus. C. de iudi-
cijs. l. cum proponas. ⁊ authentica ⁊ qui iurat. C. de bonis
authoritate iudic. possidend. ⁊ capitu. quoniam frequenter.
§. in alijs. vt lite non contestata. Cum ergo non distingant
inter maiorem ⁊ minorem, ergo nec vos vel iudex distin-
guere debet. l. iij. ff. de offic. presi. ⁊ l. de pretio. ff. de public.
Nam si iura de maioribus tantum intellexissent id expressis-
sent. capi. ad audientiam. de decim. facit. l. j. §. quod autem. ff.
de alcatorib. Preterea vt alias scriptum est in hac causa. ⁊
probatur in. l. si minor. ff. de bon. authorita. iudic. possidend.
minor contumax patitur tenutam seu missionem, ⁊c. Cu-
ius concessio esset frustratoria: ⁊ deciperetur actor, nisi
expresse ante illius reuocationem refunderentur: quod
non est dicendum. l. prima. C. de his qui veniam etatis
impetrauerunt. nec iudicium fieri debet elusorium. l. si pe-
to. ff. de iudicijs. ⁊ capitulo commissa. §. pro eo. de ele-
4 ctione in sexto. Ex † quibus infertur, quod articuli par-
te dicti Peylini in hac causa producti non sunt admit-
tendi, quatenus tendunt ad eum excusandum a contuma-
cia, ⁊ vt non refundat expensas contumaciales: pro eo
quia non sunt releuatorij. ergo ⁊c. l. ad probationem. l. ne-
que natales. C. de probationibus. l. non hoc. C. vnde le-
gitimi. ⁊ capitulo cum contingat. de officio ⁊ potestate iu-
dicis delegati. Dico insuper, quod cum prefatus Eusebius
tempore contractus de quo in actis cause huius esset ma-
ior viginti annis, prout ipse asseruit: et ipse cum dupli-
ci iuramento ad sacro sancta Dei euangelia prestito renun-
tiauerit beneficio minoris etatis, ⁊ restitutionis in integrũ,
⁊ omni alij iuri in fauorem minorũ introducto, seu ex tunc in
antea introducendi: Et nihilominus etiam conuenerit et cũ
iuramento promiserit, omnia vniuersa ⁊ singula in instru-
mento dicti contractus per eum conuenta ⁊ promissa tene-
re, attẽdere, complere, ac firmiter ⁊ inuiolabiliter obseruare,
et nunquam contra facere ⁊c. prout plenius ibi legi potest.
Non video quomodo sub pretextu absentie eius curatoris
possit iuste idem Eusebius se tueri ne suo creditori vel illius
cessionario satisfaciat de cõuentis ⁊ promissis: ⁊ ijs in qui-
bus se obligauit: ⁊ maxime cum nõ se obligauit ex causa lu-
cratiua, nec proponatur dolus aut malitia secum contrahen
tis: nec hui⁹ Eusebij deceptio intolerabilis, seu de iure ex-
cessiua. Quinimo nec aliqua circõuentio seu lesio. Pro quo
sunt iam multa eleganter inducta: ⁊ que vere, si non desipio,
sufficiunt. Nec puto egregium virum domi. aduocatum par-
tis aduerse (eum dico qui in calamo scribentis loquitur)
hoc ignorare. Scio enim quod viderit questionem Iac. de
belloui. exordientem. Lex perusina. quam cõmemorat Ioã.
And. in additio. Specu. titu. de senten. §. vt autem, ver. hoc
autem not. ⁊ longe plenius Ioã. de Imo. in sua solẽni repe-
titio. c. cum contingat. in tertio membro ver. Io. and. etiam
5 tetigit de materia. de iureiur. vbi † querunt, quid si statuto
cauetur quod filiusfamilias nõ possit obligari sine expressa
licẽtia patris: nec adultus sine expressa licẽtia sui curatoris,
vel duorũ consanguineorũ proximiorũ, si curatorẽ non ha-
beat: ⁊ quid si contractus aliter factus non valeat nec tenea
tur. An si postea contraxerit filiusfamilias sine licentia pa-
tris, vel adultus sine licentia curatoris ⁊ consanguineorum,
⁊ iurauerit contractum seruare, An tunc iuramentum obli-
get, ⁊ quicquid sit de contractu sic celebrato vel inito per
filiũfamilias: Quo tamen ad contractũ sic initum per adul-
tum, tenetur idem adultus ad illius obseruantiam. de iure
canonico, ex quo cõtractus est prohibitus in fauorem adul-
ti quia iuramentum potest seruari sine interitu salutis eter-
ne ⁊c. dicto capitulo, cum contingat. de iureiuran. ⁊ capitu.
quamuis pactum. de pactis. in sext. ⁊ ita voluit Iacobus
de Belloui. in dicta questione. ⁊ residet Ioannes Andre.
in dicta additio. Quem articulum longe prosequitur Io-
annes de Imo. vbi supra: ⁊ etiam alij scribentes. ⁊ Panor-
mita. in questio. per eum disputata. exordiente. Stante sta-
tuto condito in Italia prohibente minores. xxv. annis ⁊c.
vbi etiam commemorant predictam questionem. Que si ve-
ra sint, imo quia vero existant secundum communem opi-
nionem multo fortius in casu nostro censebitur obligatus
prefatus Eusebius: etiam si verum esset quod tempore fa-
cti contractus ⁊ ante haberet ⁊ habuisset curatorem: fuis-
setque proclamatum prout pretẽditur. nisi forte quis dicat,
(vt non puto) quod maioris sit efficacie illa pretensa pre-
conisatio forte sine cause cognitione concessa, ⁊ per laicum
iudicem et que paucorum auribus insonuit: ⁊ acta, transijt
facilius quam statutum deliberate dictum ac manens et
semper loquens. Pro hac parte possunt induci infinita: sed
sufficiat remisisse ad ea que not. Ioannes de Imo. et cano.
in capitu. cum contingat. Panormita. in allegata questione
stante statuto ⁊c. ⁊ docto. in authen. sacramen. puberum. C.
si aduersus venditionem. ⁊ hoc etiã expresse voluerunt Bal-
dus ⁊ Salicet. in dicta. l. si curatorem habens. Pro quo al-
legat Bald. dictam authenticam, sacramenta puberum. ⁊ est
ratio, quia iuramentum representat adultum esse maiorem
vigintiquinque annis. vt etiam not. Bald. in. l si quis ma-
ior. C. de transactio. gloss. ⁊ doctor. in. l. secunda. C. de rescin-
denda venditione, ⁊ quando liceat ab emptione discedere.
quinimo dicunt plus Bart. ⁊ multi legiste in dicta authen.
sacramenta puberum. ⁊ Hostien. ⁊ Ioannes And. in dicto
capitu. cum contingat. vbi etiam Ioannes de Imola, Ar-
chidiaco. in capitu. quamuis pactum. de pactis. in. vj. Ro-
ma. in. l. is cui bonis. ff. de verborum obligatio. Barto. Sa-
licetus ⁊ Alexand. de Imola in. l. qui iurasse. ff. de verborũ
obligation. scilicet quod dicta authen. sacramenta puberũ.
habet locum etiam in impubere: ⁊ sic in pupillo (doli tamẽ
capace) ⁊ hec est communis opinio ⁊ verior: vt dicit Io-
an. de Imo. vbi supra. Alexã. de Imo. in dicta. l. qui iurasse.
⁊ Franciscus de Are. in dicta. l. is cui bonis. versicu. et ideo
communis opinio est vt statim dicam: quod illa authen-
tica, extendatur ad impuberem doli capacem. Esto igitur
vt adultus curatorem habens equiparetur pupillo doli
capaci, non tamen infertur quin adultus huiusmodi possit
sine curatoris authoritate cum iuramento contrahere: ⁊ se,
illo mediante obligare. Et vt dicit Ioannes de Imola in
dicto capitu. cum contingat. in tertio membro. versic. Item
iuxta predicta potest dubitari quid de adulto habente cu-
ratorem. Doctores communiter ita tenent in dicta authen.
sacramenta puberum. Nec obstat secundum eum quod per
dationem curatoris videatur interdici administratio: quia
istud nõ videtur simpliciter verum. Quia si hoc esset, seque-
retur quod sicut ille cui est bonis interdictum non obliga-
tur etiam naturaliter: Ita nec obligaretur adultus habens

8 curatorem, si sine illo contraheret. Quod tamen † non videtur verum: quia etiam pupillus si habeat tutorem ⁊ contrahat sine illo obligatur naturaliter. vt legitur ⁊ notatur in l.j.ff.de nouatio. Multo ergo fortius debet naturaliter obligari adultus si sine curatoris authoritate contrahat. Accedit, quod licet aliqui dicant quod prodigus cui est bonis interdictum non obligatur ex contractu etiam si iurauerit. Multi tamen non contemnende authoritatis contrarium tenent. Et quidem Antonius de Butrio in dicto capitulo cum contingat. vbi etiam Joannes de Jmola hunc articulum plene prosequens, ⁊ respondens rationibus Frederici de se contrarium tenentis: ⁊ idem etiam tenet Franciscus de Aret. in dicta l.is cui bonis. vbi profecto multum ⁊ eleganter ⁊ subtiliter. Quamuis opus non existat ad hec recurrere, quia non reperio propositum nec deductum quod dictus Eusebius sit prodigus nec quod ratione prodigalitatis fuerit sibi bonis interdictum: Sed nec
9 † interdici potuisset nisi eo vocato, ⁊ causa plene discussa. l. obseruare. ff. de curatore furioso. ⁊ quod notat Angelus in dicta l.is cui bonis. vbi etiam Franciscus de Are. Et plus sentit Bartol. in dicta l. is cui bonis. quod si iudex fecerit proclamare causa cognita quod nullus cum tali contrahat, non propterea videatur eidem bonis interdicere. Et quamuis quidam in hoc tenent contrarium: illi tamen loquuntur in hoc casu quo plena cause cognitio intercessit super pretensa prodigalitate: de quo tamen nihil articulatur in dictis pretensis articulis. Et quamuis parte dicti Peylini allegentur multa motiua ⁊ quorum aliqua videntur habere vel magnam vel non contemptibilem apparentiam ad illa tamen potest responderi: ⁊ illis respondere, non ad Oedipum sed ad Dauum ⁊ coram iudice non multum perito esset mihi sermo. Sed quia res aliter se habet non est opus longa responsione. Et vt de alijs taceam quorum solutio potest colligi ex predictis: venio ad id in quo opponitur quod iuramentum debeat habere ⁊ continere iustitiam, veritatem, ⁊ discretionem. Jnsuper
10 ⁊ ad id † quod cum eidem Eusebio interdictum extiterit, ⁊ prohibitum, ⁊c. per superiorem ⁊ ipse contrauenerit precepto superioris peccauit mortaliter. Et dico, quod illud primum argumentum fuit Petri de Ancharano in capitulo canonis statuta. ⁊ refertur fere per omnes modernos in dicto capitulo cum contingat. Et per Panormitanum in dicta questione stante statuto. in quibus locis potest videri responsio, vt clare pateat motiuum huiusmodi nihil obesse ijs que dixi: ⁊ maxime cum ex deductis non colligatur aliquem ex comitibus huiusmodi defuisse. Ad aliud dico, quod dictus dominus aduocatus plenissime nouit quod illud fuit fundamentum opinionis Bartol. in dicta authentica sacramenta puberum. ⁊ l. si quis pro eo. ff. de fideiussoribus. distinguentis an verba prohibitionis dirigantur in personam. Et quia prohibetur persone ne contrahat vel sic faciat, vel in rem vt quia prohibetur contractus vel alienatio. vt primo casu secundum Bartolum peccet mortaliter, prohibitus ⁊ contrahens: pro eo quia contrauenit precepto superioris. Sed illa distinctio Bar. damnatur communiter ab omnibus. dicta authentica sacramenta puberum. in capitulo cum contingat. ⁊ in dicta l. si quis pro eo. Et quod prohibitus ⁊ in cuius fauorem facta est prohibitio non peccet contraueniendo. Tenuit Franciscus de Aretio in dicta l. is cui bonis. respondens profecto subtiliter predicte obiectioni. Jlli etiam respondet Antonius de Butrio ⁊ perfectius seu verius Joannes de Jmola in dicto capitulo cum contingat. Et vt dicit Panormitanus in dicta questione stante statuto. Prohibitio huiusmodi potius habet vim consilij quam precepti. Potest ergo ille in cuius fauorem ⁊c. illi renuntiare etiam sine peccato mortali: ne quod fauore illius est inductum retorqueatur in eius longe grauius damnum. l. quod fauore. cum suis similibus. C. de legibus. Possunt ⁊ alia multa dici, si vel oporteret, vel expediret: sed quia neutrum contingit vlterius non insisto. Concludens articulos predictos multo fortius non esse admittendos quatenus tendunt ad impugnationem dicti contractus. Et si non desipio, ⁊ honestius, iuridicius, ⁊ expedientius satisfaceret predictus Eusebius de illa summa pecuniaria que pauca est: ⁊ quam de facili poterunt expense excedere. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis. Alias plenius scripturus authore domino si opportuerit: quod non credo.

¶ De professoribus ⁊ medicis. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Professores ⁊ medici si non aperte deponant partum ab vtero extractum post matrem vixisse, frustra pater filio tentat succedere: quamuis tres conformes sententias pro se habeat, falso fundatas in eo, quod partum post matrem vixisse in processu probatum censeant. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Probatio non incumbit consanguineo ponenti quod quis sine liberis decesserit: sed aduersario.
2 Partus viuens quomodo nasci debeat, vt ius habeat ⁊ parenti tribuat in bonis.
3 Testamenti rumpendi ius regulatur a iure succedendi ab intestato.
4 Testis prime depositioni statur, non secunde.
5 Testis non concludens dictum non valet: nec dictum testis habentis contestem repugnantem: ⁊ quid de teste inimico. nu.7.
6 Femine bone testes in causis ciuilibus: ⁊ an in criminalibus.
7 Jnimicitie capitales aut quasi quomodo expendantur.
8 Testis ab vno reprobatus reprobatur etiam a consorte litis.
9 Jnimicus Titij ⁊ eius cognatorum inimicus censetur.
10 Testis de auditu frustra deponit.
11 Jurare debent testes parte presente, aut per contumaciam absente.
12 Judicum error expressus sententiam vitiat.
13 Sententie sequentes primam confirmantes nulle sunt, si prima ob errorem manifestum nulla erat.

¶ Consilium.c.



Pro pleniore ⁊ faciliore demonstratione boni iuris nobilis ⁊ honeste mulieris domine Antonete de paulo, ac venerabilium ⁊ nobilium virorum domini Jacobi de paulo, eius filiorum in quadam ciuili causa quam nouerunt ⁊ diutius prosequuti extiterunt contra nobilem Bartholomeum petitis eiusdem domine Antonete quondam generum, ⁊ dictorum domini Gulielmi ⁊ Jacobi sororum. Premitto, quod tam per responsionem dicti nobilis petiti factam ad sextum ⁊ septimum articulos schedule exordictis. Articulos sequentes dat facit ⁊c. parte dictorum domi. Antonete, Gulielmi, ⁊ Jacobi in causa producte ⁊ inserte. fol. 15. quam per depositiones testium. hincinde productorum, plene apparuit ⁊ apparet de naturali morte seu obitu nobilis ⁊ honeste quondam mulieris Joannone de paulo, prefate domine Antonete quondam filie naturalis ⁊ legitime, ⁊ dictorum domini Gulielmi ⁊ Jacobi sororis. Secundo premit-
1 to, † quod cum prefati do. Antoneta, Gulielmus ⁊ Jacobus, proposuerint dictam quondam Joannonam sine liberis ab humanis decessisse, ⁊ liberos negauerint eidē superfuisse, ipsi habuerunt ⁊ habent intentionem de iure fundatam. l. ex facto. §. pe. ⁊ quod ibi Bart. Ang. ⁊ Pau. de Cast. ff. ad Trebel. Quod etiam voluit Bar. in. l. qui duos. §. cum in bello. ff. de reb. dub. ⁊ Pau. de Cast. in l. si inter. ff. eod. tit. ⁊ Alex. de Jmo. cons. xx. exordiente. viso processu cause vertentis. ⁊c. ⁊ questio. xxxix. exordiente viso themate de quo s. in primo vol. Pro hoc facit quod voluit Raph. in. l. is potest. ff. de acq. here. vbi voluit, quod si mortuo consanguineo vel agnato meo ego adeam eius hereditatem: ⁊ eam postea petam agendo contra possessores bonorum, ⁊ opponatur mihi me non probasse quod tempore mortis consanguinei vel agnati, ille decesserit sine liberis, ⁊ quod nullus alius erat ei me proximior, ego obtinebo in causa etiam si non probem quod ille decesserit sine liberis: vel quod nullus superfuerit illi me proximior. dum tamen probem quod ille fuerit vel cognatus vel agnatus meus. Pro quo allegat. l. si scriptum. C. de probation. ⁊ l. amittere. C. communia de successio. Et idem voluit Romanus in. l. heres institutus. cum. l. sequenti. ff. de acq. heredit. vbi relato dicto Raph. dicit quod pro eo est melior text. in. l. secunda. C. de successo. edict. Et ibi

effectua

effectualiter transit cum Rapha. hoc idem dictum sequitur Alexan. de Imo. in dicta. l. is potest. versicu. conclude igitur. vbi dicit idem Alexand. quod satis sit mihi cõsanguineo vel agnato allegare quod ille meus consanguineus vel agnatus ab humanis decesserit, me eius consanguineo vel agnato superstite, & q nullus alius remãserit me proximior. Quia hec allegando incumbit aduersario onus probandi contrarium. per id quod not. gloss. nota. in. l. cum de lege. ff. de probatio. Inducendo vt per Barto. in. l. conficiuntur. §. codicilli. ad finem. ff. de iure codicil. Et prout inducit Barto. in dicta. l. is potest. dum tractat qualiter probari debeat quem decessisse sine testamento. & allegat. l. cum probatio. ff. de probatio. sed vult allegare. d. l. cum de lege in gl. Illam etiam allegat Barto. in. l. si constante. in prima questione prime partis principalis. ff. soluto matrimonio. in. l. decem. ff. de verborum obligationibus. & in rubrica. ff. de noui operis nuntiatio. & in. l. fina. §. de illo. C. de iure deliberandi. Cum igitur sufficienter appareat dictam quondam nobilem Ioannonam fuisse filiam dicte domine Anthonete, & sororẽ prefatorum dom. Gulielmi et Iacobi: et illam ab humanis decessisse, & intestatam. Ipsaque domina Anthoneta, Guillielmus, & Iacobus, negauerint liberos ei superfuisse: Onus probandi contrarium scz, quod liberi seu filie aut filiã eidem superfuerint incumbebat dicto nobili petiti. Quod si non fecit debuit pro eis vt pote pro proximioribus per predicta ferri sententia: quia illis fuit delata eius hereditas auctẽ. defuncto. C. ad Tertullia. & in corpore vnde sumitur. Premitto insuper, quod pro victoria obtinenda non sufficiebat nec sufficeret dicto nobili petiti quod post mortem dicte quondam nobilis Ioannone fuerit visus & apparuerit partus viuus in vtero siue in matrice: sed opus fuit quod totus fuerit natus viuus: hoc est quod antequam decederet totus exiuerit ventrem matris. Si enim mortuus extiterit antequam totus exiuerit, non potuit dicte quondam Ioannone succedere: & consequenter nec illius hereditatem deferre dicto petiti. l. quod certatum. & quod ibi Bal. & Philipp. de Corn. C. de posthum. heredi. instit. non enim vt probatur ibi sufficit aliquod esse malum, nisi sit perfecte & totus natus: nec sufficeret quod partus fuerit viuus exire viuus: sed opus est quod post exitum fuerit viuus. Quia vt dicit Baldus in dicta l. quod certatum. aliud est exire de vtero. & aliud est exiuisse. Quia ille qui exit potest interim mori antequam exiuerit, sed non ille qui iam exiuit. Et quamuis dicta l. quod certatum. loquatur de posthumo existente in vtero & preterito, qui non rumpit parentis testamentum nisi fuerit perfecte & totus natus. Hoc tamen opportunissime adaptatur ad casum nostrum: quia quemadmodum ille non rumpit testamentum. dicta l. quod certatum. ita non succedit ab intestato: vt post dominum suum voluit Philip. de Cor. in dicta. l. quod certatum. Pro quo

3 facit. quia † ius rumpendi testamentum regulatur a iure succedendi ab intestato. l. maximum vitium. cum ibi not. C. de liber. preteri. vel exhered. Videndum est igitur vtrum dictus nobilis petiti sufficienter probauerit quod ille pretensus partus de quo contendit. & cuius medio pretendit se ab intestato successisse dicte nobili Ioannone eius quondam vxori fuerit perfecte & totus natus viuus: hoc est, quod perfecte & totus ab vtero exiuerit. Ad quod respondeo sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis quod non. Et primo quidem nõ per magistrum Iacobum Machonis barbitonsorem & pretensum chirurgicum, qui dicitur ventrẽ seu vterum dicte nobilis Ioannone incidisse. Quinmo ex eius depositione clare & aperte colligitur contrarium: dicit enim quod dum fuit in incisione partus, & illo sciso, vidit partum infra lectum matricis claudentem & aperientem os suum bina aut trina vice tanquam se mergentem in sanguine, & volendo ipsum partum a dicto lecto matricis extrahere nullum cognouit signum vite: Qui (si capiantur verba eius) non solum dixit non vixisse post extractionem ab vtero, sed etiam quod dum vellet illum extrahere nullum apparuit signum vite: Et quamuis dictus magister Machonis in secunda eius productione & depositione de eo & per eum facta pretermiserit seu tacuerit. quod volendo dictum pretensum partum ab vtero seu lecto matricis extrahere nullum cognouit signum vite, hoc tamen non suffragatur eidem nobili petiti: nec nocet prefatis dominis Antonete, Gullielmo, & Iacobo, Tum quia idem Machonis non deponit contrarium eius quod in dicta prima depositione dixerat, scilicet, quod dictum pretensum partum viuum extraxerit a matrice. & quod volendo eum extrahere & post extractionem apparuit in partu huiusmo-

4 di signũ vite. Tum † & quia si hoc diceret deberet stari dicte prime eius depositioni non secunde. per id quod voluit Innocent. in capitu. preterea. de testib. cogend. & Panormitanus in capitulo cum in tua. de testib. vel forte neutri eius depositioni (vtpote varia & contraria deponentis) standum esset. per id quod notat Bartol. in. l. eos. ff. de fals. & Antonius de Butrio in dicto capitulo cũ in tua. §. etiam non probatur quod superius dixi, per depositionem cuiusdam magistri Antonij de Fontaynis asserti chirurgici. Tum quia licet dixerit se vidisse infra manus dicti Machonis infantem ora ducentem: non tamen deposuit illum fuisse perfecte & totum natum: vel perfecte totum exiuisse ex vtero. Quinimo ex depositione eius peius colligitur contrarium. Quatenus dicit quod dictus pretensus partus habebat telam matricis ante faciem, et erat totus sanguine repletus. Potuit enim ille pretensus partus post incisionem vteri seu ventris tractari vel contingi per prefatum Machonis: forte tunc conantem illum extrahere. Et tamen ex hoc non infertur quod ille extractus extiterit, & quod extractus vixerit. Nec idem de fontaynis hoc dicit. Et vt

5 iam dixi, aliud est exire vel egredi aliud exiuisse. Huius † ergo testis dictum vt pote non concludens non valet. l. neque natales. l. ad probationem. C. de probationibus. l. non hoc. C. vnde cogna. & capitulo cum contingat. cum suis similib. de officio & potestate iudicis delegati. Tum & quia si prefatus de fontaynis deposuisset quod dictus pretensus partus extractus extitisset, & quod post illius extractionem viderat eum viuum. vel quod in eo apparuerit signum vite, essent de directo contrarij dicti Machonis, & de fontaynis. Et sic neuter eorum probaret: quia mutuo & inuicem se impugnarent. vt notat Ioannes Andreas & doctores magis communiter. in capitulo in nostra. de testibus. Speculator in titul. de teste. §. iam de interrogatorijs. in additione incipiente. Frederic. de Senis consilio centesimo sexagesimosecundo. exordiẽte. domine grifele. &c. Alexander de Imola consilio trigesimoquarto. exordiente viso processu cause vertentis. &c. ad quod facit quod voluit Baldus in l. de quibus. ff. de legibus. & l. in feudis. titulo de controuers. inuestitu. capitu. et in. l. iurisiurandi. versiculo deinde nota rationem quare testibus singularibus &c. C. de testibus. vbi voluit quod propter talem contrarietatem, singularitatem, aut repugnantiam vnius testis diminuitur de fide alterius. Et isto casu minus probatur per multos testes quam per vnum et hoc ratione repugnationis. Tum & quia dictus de Fontaynis si (quod dixi) deposuisset vt non fecit, eidem contradicerent et repugnarent dicta duarum honestarum mulierum (scilicet) domine Silone vxore honorabilis viri Ioannis comitis, et domine Antonete Viguerie, in nullo obiectarum, que vt dicunt interfuerunt incisioni dicte quondam nobilis Ioannone & illam scindi viderunt & partum extrahi. Et quod partus ipse fuit extractus mortuus. Quibus, vt pote duabus esset potius credendum, quam dicto de Fontaynis. l. vbi numerus. ff. de testibus. & d. l. iurisiurandi. C. eodem titulo. Non obstat capitu. forus. §. testes. de verborum & rerum significatione. & capitu. mulierem. trigesimatertia questione quinta. quia respondeo quod illa iura loquuntur in causa criminali presens vero

6 causa est ciuilis. In † quibuslibet autem causis non solum mares, sed etiam femine admittuntur in testes. vt not. glo. in dicto. §. testes. Quinimo quamuis mulieres non admittantur regulariter de iure canonico in testes in causa criminali per dicta iura admittuntur tamen de iure ciuili. vt etiam voluit gloss. in dicto. §. testes. pro qua sunt multi text. quos vt pote non necessarios pretermitto. Tum et quia vt apparet ex actis et processu agitato in curia spirituali Massiliensi, per et inter dominum procuratorem fiscalem dicte curie et prefatum do. Gulielmum dictus magister de fontaynis denuntiauit contra eundẽ do. Guliel. multa & varia crimina et quidem atrocia: quinimo atrocissima. Et que pretendit quãuis falso in se aut contra se per ipsum dominum Gulielmum partim perpetrata, & commissa, & partim attentata. Inter

7 que etiam denuntiauit quod † contra caput sui ipsius de fontaynis grossum lapidem proiecerat vt eum occideret: et quod idipsum fecisset nisi &c. Hec enim leguntur in predicto processu. ex quibus clare colligitur, quod non leues sed graues, quinimo profecto capitales, aut quasi capitales inimicitie erãt inter prefatũ de fontaynis: & do. Gulielmum

Pro quo allegasse sufficiat.authē.de testi.§.si vero odiosus.
collatio.vij.⁊ quod not.glo.in.l.licet.ff.de arbi.glo.⁊ docto.
in capi.cum oporteat.de accusa.⁊ multi Mod.in.c.repellan
tur.illo.eo.tit.⁊ Bald.in aut.si testis.ver.si vero dicatur.C.
de testibus.debuit ergo ⁊ debet idem de fontaynis. Etiā
si aliud non subesset,ex hoc solo repelli vt not.glos.⁊ omnes
scribentes in.d.c.cum oporteat.⁊ multi in allegato.c.Repel
lantur.Bal.in.d.versic.si vero dicatur.⁊ Alexand.de Imo.
consilio.xcix.exordiente,in causa inquisitionis. Et vbi posset
pretendi prout vere,non puto posse inimicitiam predictam
non fuisse capitalem vel quasi capitalem,seu grauem,sed le-
uem,esset tamen in arbitrio iudicis videre vel arbitrari, an
testi ⁊ tanta ⁊ talia denuntianti ⁊ pro punitione instiganti
dari deberet fides: ⁊ quanta. Qui vt puto,si recte saperet,
cogitaret,⁊ arbitraretur hunc de Fontaynis denuntiantem
⁊ inculpantem prefatum dominum Gulielmum de multis
⁊ varijs criminibus.pretensis falsis tamen ⁊ atrocibus in-
iurijs insuper ⁊ de attentato homicidio in personam ipsius
non esse in testem admittēdum aut saltem illi fidem minime
adhibendam.Nec opponat aliquis quod iniurie ⁊ alia predi
cta processerunt culpa ⁊ defectu predicti domi. Gulielmi.
Quoniam respondeo quod hoc non obstat.Cum quia non
apparet quod iniurie ⁊ alia predicta per dictum de Fon-
taynis denuntiata facta extiterint.Cum ⁊ quia si facta pro-
barentur prout non probantur, non tamen apparent facta
culpa eiusdem domi. Gulielmi Cum ⁊ quia,etiam si appa-
reāt esse facta culpa ipsius ⁊ propterea culpa ⁊ defectu eius-
dem domi. Gulielmi contracte capitales aut quasi capitales
inimicitie inter eundē do.Gulielmum ⁊ dictum de Fontay-
nis:non propterea debuisset minus repelli a testimonio ipse
de Fontaynis per id quod voluit glo.⁊ quod ibi Bald.in.l.
athlete.§.dat remissionem.super verbo.facta.ff.de excu.tuto.
vbi etiā dicit Bal.raro alibi reperiri ꝙ etiā si causa inimi-
citie pcesserit ab eo cōtra quē testis deponit.Tamē hoc non
facit quin testis repellatur tanquam inimicus. Idem voluit
Antonius de Butr.in capitu.veniēs.el.ij.de sponsa.Albe.in
l.penul.in princip.ff.solu.matrimonio. Alexan.de Imo.in
dicto consilio.xcix.versi.⁊ posito quod causa inimicitie ⁊ do-
mi. Iason may.in.l.si filiam tuam.C.de inofficioso testamen
to.Et idem not.cano.in dicto capi.repellantur.Et hoc pro-
cedit nisi constaret iudici quod ad hoc essent procurate ini-
micitie,ne postea posset iniuriam passus in testem admitti.
Et ita procedit.l.prima.§.cum quis,⁊ quod ibi Bartol.ff.de
questionib.⁊ Ioan.in.c.ij.de testib.Sed hoc vltimum nihil
ad rem,quia non est probatum,quinimo nec propositum, ꝙ
prefatus dominus Gulielmus fecerit aut facere tentauerit
illa contra eum denūtiata ad hoc vt postea posset dictus de
Fontaynis,tanquam inimicus repelli:sed proposuit aliam
causam.Nec opponat aliquis, quod quamuis predicta vi-
deantur prodesse dicto domino Gulielmo non tamen pro-
sunt aut prodesse debent prefatis domi. Antoniete ⁊ Iaco-
bo: quorum non probatur fuisse inimicus dictus de fontay-
8 nis.Quoniam respondeo, quod hoc non obstat pro eo † qr
cum dicti domi.Antoneta, Gulielmus, ⁊ Iacobus,sint co-
sortes eiusdem litis,⁊ habeant causam connexam, ⁊ sic non
potuerit dictus de Fontaynis deponere contra dictum do-
minum Gulielmum quinetiam deposuerit contra dictos li-
tis consortes,ipsa debuit non solum quo ad dictum dominū
Gulielmum sed etiam quo ad alias repelli:debet enim victo
ria vnius alteri prodesse. argumen.l.denuntiasse.§. queritur.
ff.de adulterijs.Quod etiam per illum textum voluit Frede.
de Senis consilio.ccxx.exordiente,veritatis amica simplici-
tas.⁊c.versicu.preterea et ad hoc non potest responderi.⁊c.
Multa similia et in quibus consequitur quis per alium.vt
verbi gratia per socium vel consortem litis, qui non possit
obtinere per seipsum.Ponit Alexander de Imol.consilio
ccxxij.exordiente viso puncto ⁊ accurate pensato.⁊c. versicu.
⁊ iudicio meo, doctrina ista etiam decidit casum nostrum
maxime cum in societate ⁊c.in quarto volumine.Et hoc de-
bet in hoc casu maxime procedere pro eo quia dicti domi.
Antoneta,Guliel.⁊ Iacobus,non solum sunt consortes et
eiusdem litis sed etiam sanguine coniuncti. Est enim idem
domi. Gulielmus alterius creditorum filius,⁊ alterius fra-
ter.Quemadmodum ergo ex capite inimicitie debuit repel-
li quo ad predictum Gulielmum. Ita ⁊ quo ad alios per id
quod elegāter voluit Bald.in dicta.l.athlete.§.dat remissio-
nem.ff.de excusatio.tutorum.vbi dicit per text.in.l.prima.C.
si qua predi.potestate.debuit igitur et debet dictus de Fon
taynis quo ad omnes a testimonio repelli.Et sic patet in-
tentionem dicti nobilis petiti non esse probatam per dictos
Nachonis ⁊ de Fontaynis. Non etiam probata est per a-
lios testes parte eiusdem petiti in causa productos quia vt
10 apparet illi deponūt de auditu auditus.Et † fere omnes,
quod id de quo deponunt audiuerit ab altero ex dictis Na-
chono ⁊ de Fontaynis.nō ergo probant.l.testium.⁊ quod
ibi glossa.C.de testibus.l. secunda.§.idem labeo.ff. de aqua
pluuia arcend.⁊ per multa alia allegata per Speculū titu-
lo de teste. §. primo versicu.item quod perhibet testimo-
nium de auditu ⁊c.Barto.in tractatu de testibus. versi.te-
stis dicit aliqua vera esse quia audiuit dici.⁊ Alber.de Ma-
ter.in suo tracta.de testib.§.consequenter opponitur contra
testem esse redditā rationem de auditu.Quo vero ad illos
dominos Physicos qui etiam scripserunt.Certum est quod
eorum dicta in nullo adiuuant intentionem dicti nobilis
petiti. Cum quia illi non fuerunt presentes: ⁊ sic nec de
extractione illius pretensi partus, nec de vita illius: nisi for-
te hypothetice, scilicet,si os aperuerit ⁊ pectoraliter respira
uerit. non autem categorice ⁊ efficaciter deponere potue-
11 runt. Cum † ⁊ quia scripserunt non iurati: cum tamen iu-
rare debuissent etiam parte presente, aut per contumaciam
absente per id quod habetur in. l. comparationes. ⁊ quod
ibi glos. ⁊ Doctor.C. de fide instrumentor. l. hac edictali. §.
his illud. ⁊ quod ibi Bal. ⁊ Salic. C. de secun.nupt.Bart.
⁊ Baldus in consuetudo.feudor. Panormita.in capi. pro-
posuisti. vers.venio nunc ad secundum. vbi etiam per alios
doc.de probat.Angel. Areti. in.§. q̄dam.versicu. tu autem
dicas. vbi etiam dominus Iason de May. Instit.de actio.
Cum ⁊ quia prefati domi.Physici videntur fuisse circun-
ducti pro eo quia presupponūt quod in dicto pretenso par-
tu ⁊ post mortem dicte quondam Ioannone fuerit respi-
ratio pectoralis: ⁊ quam ipsi ponderauerunt. De qua ta-
men nullus testium parte dicti petiti in causa productorum
deposuit. Cum ⁊ quia etiam si vere vixisset post mortem
non tamen sufficeret. Pro eo quia non apparet eum perfe-
cte ⁊ totum viuum extractum ab vtero. dictum est quod
certatim. Et ita mihi videtur quod omnes sententie late
pro dicto petiti fuerint ⁊ sunt iniustissime ⁊ inique. Quini-
mo vt videtur nulle propter errorem in eisdem expressum,
scilicet: quod probatum extiterit, quod secto ventre dicte
quondam nobilis Ioannone fuerit dictus pretensus par-
tus viuus extractus. ⁊ quod in eo post extractionem appa-
ruerint signa spiritalis vite: quodque fuerit nouem men-
sibus in vtero. et quod testes deposuerint se vidisse quod
idem partus labia mouerit cū aliqua respiratiōe pectorali:
12 que non leguntur probata in processu. Sunt † igitur sen-
tentie predicte nulle: non solum pro eo. quia ex actis appa-
ret de errore dictorum iudicantium, quod sufficeret ad nul-
litatem sententiarum huiusmodi. secundum Iacob.de Ra-
uenna.Petr.⁊ Cynum in.l. ex diuerso.§.fina.ff. soluto ma-
trimo. ⁊ in. l.j.C. de errore calcul. ⁊ domin. de Rota deci-
sione tercentesimatrigesimaquinta. exordiente. vtrum au-
ditor. sequentes Pau. de Leaza. in clementina pastoralis.
de re iudicata. ⁊ Archidiaconus in capitu. fina. de senten.
excommunicatio.in sexto. Sed etiam quia in sententijs hu-
iusmodi se expresse retulerunt dicti domini iudices ad acta
in quibus erat error. Quo fit, vt censeatur error expressus
in sententijs: Et sic fuerunt nulle. argumen.l.ait pretor.ff.
de re iudicata.quod etiam voluit Bartolus.l.j.C.de errore
calcul. ⁊ post eum Fulg.pro qua opinione facit quod notat
Innocentius in capitulo cum Bertholdus. de re iudicata.
Antonius de Butrio in repetitio. capituli ab excommu-
nicato. de rescriptis. Baldus in.l.ab exequutore. ff.de ap-
pellationibus. ⁊ Ioannes de Imola in dicta.l. qui Ro-
me. §. duo fratres. ⁊ in. l. ex diuerso.§.finali.ff.soluto matri-
monio. Alexander de Imola consilio centesimo vigesimo
tertio. exordiente.discussis hesitationibus. de quibus in the
mate. ⁊c. in primo volumine.⁊ Franc.de Aret. consilio cen-
tesimo quinquagesimoseptimo. exordiente. visis diligenter
narratis.⁊c. versicu. ex secundo etiam capite. ⁊ plenius con-
silio septuagesimo quinto. exordiente. diligenter ⁊ mature
consideratis. versicu. pro cuius euidentia. ⁊ se. Et licet in
secunda ⁊ tertia sententijs non videatur expressus error,
quia tamen ille sunt confirmatorie prime in qua fuit error
expressus quemadmodum ipsa prima sententia fuit nulla,
ita ⁊ ille alie due confirmatorie late in causa appellationis.
quia sententia lata in causa appellationis confirmans primā
necessario se refert ad primam. Et ideo omnis error iuris
expressus in prima, videtur repetitus vel expressus similiter

in secunda. vt voluit Bartolus in. l. si expressum. ff. de appellation. & in dicta l. j. C. de errore calcul. & sequitur Angel. in. l. j. C. quando prouocare non est neces. Innoc. & moderni. in capitu. j. de confirmatio. vtili vel inutili. & in capitu. dilecto. de appellation. & Francisc. de Are. in dicto consilio lxxv. versicu. venio nunc ad secundum, Que dixerim sub, &c.

¶ De rescind. vend. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Prodigus quod ante prohibitam sibi administrationem vendidit recte vendidit: nisi emptor sciens prudensque ei pretium tradiderit statim in malos vsus consumpturo. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Prodigi & furiosi an diuersa sit ratio quantum ad interdictam ipso iure bonorum administrationem.
2 Donatio prodigalitas quedam dici potest.
3 Tempus venditionis respiciendum est quoad valorem rei, quando rescinditur venditio.
4 Secundo nubens mater de proprietaria efficitur vsufructuaria.

¶ Consilium. cj.



SUper eo quod primo queritur parte Bernardi Retorni ciuis Carpentor. an, videlicet, venditio per eum facta prius & antequam eidem bonis interdiceretur valeat. Respondeo quod refert, quia aut iste Bernardus ante interdictionem huiusmodi et datum sibi curatorem erat notorie prodigus aut non. Si non, omnes doctores communiter scribunt quod per eum gesta ante interdictionem huiusmodi valeant: hoc est quod ex capite prodigalitatis illa non inualidantur. l. is cui bonis. & quod ibi doctores. ff. de verbor. obligatio. si vero sit notorie prodigus per facti notorietatem, tunc sunt opiniones: glos. enim in. l. j. ff. de curatore furio. & in dicta. l. is cui bonis. sentit quod gesta per talem prodigum ante interdictionem valent. Et hanc glos. sequuntur Bart. Bal. Angel. Paulus de Castro & Roma. in dicta l. is cui bonis. ff. de verborum obligatio. Quia non lex sed iudex interdicit, & mouentur principaliter per dictam. l. j. ff. de curato. furioso. istam opinionem sequuti sunt Dyn. Andr. de Pis. Barto. Baldus Angelus & Ioannes de Imola in dicta. l. is cui. ff. de testament. pro hoc allegant. l. tres tutores. in fine. ff. de administratio. tutor. quem tex. ibi ponderat Bart. vbi patet quod valent gesta a manifesto prodigo antequam sibi interdicatur. Et idem tenet Bald. in. l. fina. quest. ix. ff. de senten. pass. & in. l. cum fratrem. C. de his qui. vt indignis. & alij in alijs locis. Et hec est communior opinio. Aliam opinionem, scilicet, quod non valeant tenuit glossa & Petr. in dicta. l. is cui. ff. de testam. quam etiam sequutus est Iacobus de Rauen. in. l. si quis cum sciret. prout ibi refert Ioann. de Imola. ff. de vsucapio. pro empto. Ioann. Fab. in. §. furiosi. institu. de cura. furio. Frideric. de Senis consi. xxxj. exordiente. Raph. & Ioan. de Imo. in dicta. l. is cui bonis. ff. de verborum obligat. Et hanc visus est sequi Bald. consil. cxxviij. exordiente. Gulielmus adultus petijt sibi, &c. In prima parte. Et hanc opinionem dicit Alexand. de Imo. in dicta. l. is cui bonis. videri posse substineri in puncto iuris: per text. non cauillando in dicta. l. j. in verbo, lege. ff. de curato. furio. per hoc facit.
1 Quia † non videtur posse assignari diuersitatis ratio inter prodigum & furiosum. Sed omnes fatentur furioso ipso iure interdictam esse administrationem. per dictam l. j. & quod ibi glossa. ff. de curatore furio. Etiam facit quia quantum ad effectus iuris, notorietas non requirit sententiam: hinc est, quod ille qui est notorie criminosus est ipso iure irregularis: & ab officio suspensus. c. ex tenore. & quod ibi Io. And. de temp. ordi. & c. si. eo. tit. not. Inno. in. c. nihil. de elec. & plene prosequitur Anto. de But. ibi concludens in commento. c. vestra. de cohab. cle. & mul. vnde ibi dicit quod si queramus quantum ad exequutionem facti, verum est quod super notorio requiritur senten. iuxta nota. per glo. in. c. ad nostram. el. iij. de iure iur. Sed quantum ad effectum iuris non requiritur sententia. Idem ergo videtur esse in proposito quod quantum ad effectum iuris, scilicet, quod prodigus non possit cum effectu contrahere & obligari, sufficit notorium esse prodigum. Et respondet Alex. rationibus & iuribus ex aduerso allegatis: verum quia prima est communis ipse illam persuadet: de qua etiam dicit Io. de Imo. quod quia cum glo communiter transeunt docto. illa seruaretur in practica. A communi enim opinione non est in consulendo vel iudicando recedendum. per ea que notat Io. And. & omnes in. c. j. de constit. vbi ponit Fel. multas remissiones, & And. Barba. consi. ix. & consi. xj. in secunda parte. & do. Ias. May. in auth. nouissima. C. de inoffic. test. & Fran. de Cur. cōs. lvj. Esset igitur difficile obtinere in casu nostro, etiam si probaretur dictum Bernardū fuisse notoriū prodigū ante dictā venditionē: quod illa non valuerit propter prodigalitatem. Et hoc nisi ille Gulielmus Sauornini qui ab eodem Bernardo emisse dicitur sciuisset illum prodigum: & quod ipse erat pretium consumpturus in aliquem certum seu determinatum & reprobatum vsum: vt quia sciebat quod dare volebat scorto seu meretrici: vel ludere, vel in alium aliquem determinatum & reprobatum vsum expendere: tunc enim non valuisset venditio. d. l. si quis cum sciret. ff. de vsuca. pro empto. Quod etiam ibi voluit Iaco. de Rauen. & idem voluerunt Bar. Bal. Ang. Paul. de Ca. Io. de Imo. & Alexand. de Imo. in dicta. l. is cui bonis. ff. de verbo. obligat. vbi etiam dicit Pau. de Cast. quod per hoc antea dixerat in facti contingentia, seu ardua questione de facto occurrente: Cum quidam manifestus prodigus (cui tamen non erat bonis interdictum per iudicem) fecisset cuidam donationem omnium bonorum suorum, posse dici donationem huiusmodi non valere:
2 cum † donatio sit quedam prodigalitas, & ideo non cadit in administratione tutoris vel curatoris: qui non possunt dilapidare. l. ab agnato. ff. de curato. furio. Et subiungit se non fuisse ausum consulere vt partes ad cōcordiam deuenirent. Istud dictum Pau. commemorat Alexand. de Imo. in d. l. is cui bonis. illud impugnat: dicens quod non probatur ex not. per Bar. in d. l. is cui bonis. per dictam. l. si quis cum sciret. quia ibi constabat prodigum erogaturum in auth. illicitum: puta (vt iam dixi) scorto daturum, vel lusurum: secus autē in donatione licita. Hoc ideo deduxi in medium pro eo, quia vt apparet ex instrumento predicte venditionis dictus Bernardus donauit maiorem valentiam rei vendite: etiam si illa excederit dimidiā partem. Sed nec hoc videtur sufficere ad inualidationem dicte venditionis. Et per hoc patet responsio ad primum quesitum. ¶ Ad secundum dico & respondeo quod cum dictus Bernardus iurauerit non venire contra predictam venditionem: sed illam tenere & obseruare, &c. ipse, si minor erat, videtur exclusus a beneficio minoris etatis & restitutionis in integrum. auth. sacramenta puberum: & quod ibi doct. magis communiter. C. si aduers. vendi. not. glo. & doct. in c. penul. de emp. & vendi. Et rursum quia donauit maiorem valentiam: etiam si excederet dimidiam partem &c. & rursum quia renūtiauit (& hoc cum iuramēto) iuribus quibus subuenitur deceptis vltra dimidiam iusti pretij. Non video si aliud non appareret quomodo iste contrauenire possit ex capite lesionis: quod alias facere potuisset. l. ij. C. de rescin. vendi. & d. c. pen. potuit enim cum iuramento illis iuribus renūtiare. ¶ Ad tertium non respondeo quia non concernit dictum Bernardi. ¶ Ad quartum dico & respondeo quod etiam vbi posset idem Bernardus ex capite enormis vel enormissime lesionis agere ad rescissionem dicte venditionis aut pretij supplementum, de-
3 beret † inspici non quantum nunc offeratur, sed quantum re vera valuerit stabulum tempore facte venditionis de eodem. c. cum dilecti. & quod ibi glo. & doc. de emp. & vend. Et Cy. in l. si minorem. C. de in integr. rest. min. Est igitur cogitandum & videndum quantum reuera valeret res vendita tempore dicte venditionis. Et si in venditione fuerit ipse Bernardus enormissime lesus: hoc est saltem vltra dimidiam iusti pretij: & an eo tēpore esset minor xxv. ann. & quibus medijs fuerit inductus ad vendendum, vel ad sic hoc est tam paruo pretio vendēdum, vt quia forte aduersarius persuadebat quod non plus valebat. Tunc enim quamuis super hoc sint varie opiniones, multi tamen, & quidem doctissimi viri, tenuerunt quod minor sic lesus possit obtinere absolutionem a iuramento: & deinde venire contra. Et quidem Anto. de But. in d. c. cum cōtingat, veri. quartus casus principalis. vbi etiā refert se ita consuluisse: & est verum. Cuius consilium incipit iuris rigor plurimum obuiat huic mulieri. Pet. de Ancha. consi. clxxxj. exordiente. visa diligenter narratione, de qua supra, &c. & in multis alijs. Idem etiam voluit Pet. de Anch. in c. canonum statuta. ver. ego etiam consului in ciuitate, &c. de constit. & Panor. in d. c. cum contingat. ver. nouus casus.

vbi ponuntur multa motiua. Hunc tamen articulum plenius non prosequor donec fuerim plenius informatus super etate, lesione ⁊ aliis prementionatis. ¶ Ad aliud dubiū descendens ex alio facto dico ⁊ respondeo quod cū ille Joannes adhuc impubes ab humanis decessit, eidem equis partibus ⁊ in omnibus bonis successerunt dictus Bernardus ⁊
4 honesta mulier Dominica mater: si † tamen antea secundo non nupserat. auth. defuncto. C. ad Tert. ⁊ in corpore vnde sumitur. Sed si ante mortem huius impuberis secundo nupserat prefata Dominica: ipsa quoad bona que fuerunt probi quondam viri Petri Retorui non successit nisi in vsufructu illius dimidie partis quam ex integro ⁊ pleno iure erat habitura si nō secundo nupsisset. Verū quia secundo nupsit: ipsa, etiam si post mortem prefati impuberis secundo nupsisset, perdidit proprietatem ⁊ remansit vsufructuaria illius dimidie partis. auth. de nup. §. hinc nos, coll. iiij. ⁊ authenti. de non eligen. secun. nub. §. cum igitur, coll. ix. ⁊ transumptiue in auth. ex testa. C. de sec. nupt.

¶ De contrahen. emp. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Maritus quod nomine vxoris emit, recte emit, ⁊ vxori acquiritur. V. F.

1 ☞ Emptor absens an ⁊ quando dominium acquirat etiam cum alienis pecuniis. ⁊ nu. 3.
2 Notarius pro absente stipulatus quantum ei conferat.
3 Simulatio contractus quomodo ⁊ quando probari possit. ⁊ num. 5.
4 Absentem an iuuet alterius confessio.
6 Vulgari ⁊ pupillari substitutionibus expirantibus quomodo succedat fideicommissaria, ⁊ quatuor liberorum legitima quanta.
7 Fideicommissum post mortem filii iniunctum, cui iniunctum esse censeatur.
8 Grauari in legitima possunt pupillo ab intestato successuri, vel ei substitutus.
9 Cogi non debet quisquam ad vendendum.
10 Mater an ⁊ quando filio donare censeatur id quod pro eo in scholis expendit, vel alias acquisiuit.
11 Paupertas filii facit vt magis ei mater videatur donare.

¶ Consilium. cij.



Ponitur in facto quod anno domini millesimo cccclxxvj. ⁊ de mēse Aprilis honorabilis vir magister Bonifacius de Blangeriis vēdidit nobili ⁊ honeste mulieri domine Catharine cabassolle tunc vxori nobilis Gulielmi Chiauqui chiauquini habitatoris ville Berbentane, quamuis tunc absenti dicto nobili Chiauquo chiauquini ⁊ notario publico vt communi ⁊ publica persona tunc presente, stipulante, ⁊ solemniter recipiente pro dicta domina Catharina, suisq; heredibus ⁊ successoribus vniuersis quādam ipsius magistri de Blaugeriis bastitam cum toto ipsius tenemento: nec non etiam quasdam alias possessiones ⁊ predia latius expressas, confrontatas ⁊ designatas, in instrumento venditionis de ⁊ super venditione huiusmodi confecto: pretio centum ⁊ quadraginta florenorum monete tunc currentis. de quibus idem de Blaugeriis confessus est habuisse ⁊ realiter recepisse tempore prefate venditionis triginta florenos. Et hoc per manus dicti nobilis Gulielmi. Quo vero ad summam restantem, conuenit ⁊ promisit idem Gulielmus tam suo proprio quam dicte domine Catherine eius vxoris nominibus quod de illa solueret decēm florenos illinc ad quindecim dies tunc proxime futuros: pro centum vero restantibus dedit, constituit, ⁊ assignauit, ipse Gulielmus suo ⁊ dicte Catherine nominibus, alios similes centum florenos: quos sibi ⁊ ipsi domine Catherine soluere debebant die prima mensis Januarii tunc proxime futuri magnificus vir dominus Gulielmus de medullione, dominus de Riperiis, ⁊ vniuersitas Sistericensis; pro quadam annua ⁊ perpetua pensione, quam sibi ⁊ dicte eius vxori faciebant ipsi do. de Riperiis, ⁊ vniuersitas Sistercien. Quam quidem vēditionem seu emptionem prementionatam ⁊ alia predicta, dicta do. Catherina de illis certior facta ratificauit ⁊ approbauit in forma: ⁊ nihilominus apprehendit, ⁊ adepta est possessionem realē, actualem, et corporalem Bastite, et aliorū predictorū. Successu vero tēporis, anno, scilicet, domini mille. cccclxxvij. fuerāt bona ⁊ hereditas nobilis quondam viri Bartholomei Chauquini ad illi⁹ creditorū instātiā īquātata: et post legitimos inquātus, dicte do. Catherine vt et tanq̄ plus et vltimo offerenti expedita pretio octingentorum florenorum. Quos deinde, pro ⁊ nomine eiusdem domine Catherine, et mandato pro tempore domini officialis Amonensis exhibuit, et tradidit dictus no. Gulielmus. ⁊ qui deinde fuerunt per depositarium ad mandatū eiusdem do. Officialis dati, soluti, et expediti creditoribus dicti quōdam Bartholomei: ⁊ inter eos distributi, dictorū antē bonorū ⁊ hereditatis, possessionem realem, actualē, ⁊ corporalem seu quasi, postea adepta est ⁊ apprehendit dicta domina Catherina illaq; cum aliis supra primo loco mentionatis postea tenuit, ⁊ possedit: ac etiam tenet ⁊ possidet vt ⁊ tanquam sua propria. verum, quia nobilis vir Joānes chauquini filius et vniuersalis heres dicti nobilis Gulielmi, ⁊ per medium ipsius dicti quōdam nobilis Bartholomei, pretendit ⁊ contendit bona predicta esse sua: non autem dicte domine Catherine eius matris: ⁊ ipsa do. Catherina cōtrariū asserēs cōtendat. Questum est quid iuris: ¶ Ad quod respōdeo prout infra. ⁊ primo quidem quoad Bastitam ⁊ alia vendita per dictū Ma-
1 gistrum de Blangeriis dico, ⁊ respōdeo. Quod licet † tempore venditionis dicta do. Catherina foret absens: q2 tamē prefatus nobilis Gulielmus eius maritus videt̄ bona predicta cōparasse: dictaq; domi. Catherina cōparationē seu emptionē per eū factā ⁊ alia gesta pro ⁊ nomine ipsius rata gesta habuit, quesita est sibi actio: ⁊ cōsequēter p cōstitutionem precarii, ⁊ traditionem bonorū venditorum, quesitū est dominiū pro quibus per ordinem allegasse sufficiat. l. si ego. ff. de neg. gest. et quod not. Alex. de Imo. ⁊ doct. in. l. quod meo. in princ. ff. de acqui. posses. non enim solū possumus acquirere ⁊ dominium ⁊ possessionem per nos ipsos, seu etiā per procuratores, sed etiā per negotiorum gestores: sequuta (scilicet) ratihabitiōe, vt probat̄ in. d. l. si ego. ⁊ colligit̄ ex no. vbi supra. Et supposito citra preiudiciū veritatis q̄ tā dicti triginta ⁊ decem floreni ab vna parte, q̄ centum ex alia, qui videlicet solui debebāt per dictū do. de riperiis ⁊ vniuersitatem Sistericensem fuissent de pecuniis dicti nobilis Gulielmi: hoc tamen nō impedit quin sequuta ratificatione, dominiū ⁊ possessio predictorū bonorū fuerint dicte dñe Catherine acquisite per predicta: iuncta. l. multum interest. et quod ibi scribentes. C. si quis alteri, vel sibi. nisi forte dicatur, q̄ predicta procederent, si venditio facta extitisset dicto nobili Gulielmo tanquā negotiatori, ⁊ nomine dicte domine Catherine cauenti: ⁊ sic si fuissent cōcepta seu collata verba in personā eiusdē nobilis Gulielmi presentis. sed hoc nō est factum: sed fuerunt collata in personā dicte nobilis do. Catherine. Scribitur enim in instr̄o predicte venditionis q̄ prefatus de Blangeriis vendidit, et vēditionis titulo tradidit dicte domine Catherine licet tunc absente, ⁊c. ⁊ ita nec vt procurator, nec negotiorū gestor dicte do. Catherine videtur idem Gulielmus contraxisse: sed magis vt nuntius: qui tamen non apparet fuisse nuntius: ⁊ sic nō videtur valuisse predicta venditio. dicta. l. multum interest. §. si vero. sed istud non ob. Tum q2 in venditione huiusmodi non solum interuenit prefatus nobilis Gulielmus, sed et publicus notari⁹: qui stipulat⁹ est pro ⁊ nomine dicte dñe Catherine: et per cuius stipulationem quesita est sibi actio. per id quod voluit glo. singularis. et quod ibi Joā. de Imo. Alexan. de Imo. et docto. in. l. huiusmodi. in princ. ff. de leg. j. glo. in. §. si qs. insti. de inutili stipula. ⁊ in. l. pen. ff. de neg. gest. facit qd no. gl. in. d. l. multū. quod etiā voluit Old. cōsil. xxx. exordiēte. Sal. in. l. cū a socero. C. de iu. do. Bar. Alex. de Imo. et doc, in. l. si pupillus. ff. rē pupil. sal. fore. Alexan. de Imo. in. l. qui Rome. §. flauius hermes. vbi etiā Frā. de Are. ff. de vb. ob. Frā. de are. cōsi. lxxiiij. in. ij. q. et Pau. de ca. cōsi. cxcvij. exor. q̄sito. in nonis. ⁊ Anto. de but. in proemio Gregorij. et dicit Alex. de Imo. in. d. l. si pupill⁹. post Bal. in. l. si qs mācipatū.
2 C. de dona. q̄ † si notarius recipit 3ctū ⁊ cōstitutionē pcarii per me, ille acquirit mihi dñiū directum. per. l. j. C. per quas perso. nobis acqui. non ergo obst. predicto obiecto. Tū etiā nō obst. eadē obiectio: q2 supposito citra p̄iudiciū veritatis, q̄ vēditio huiusmodi, vt pote facta vt pretēditur verbis collatis in p̄sonā do. Catherine tunc absentis, nō in personā dicti Gulielmi, nō valuisset ab initio: et q̄ propterea nō fuisset eidē do. Catherine actio q̄sita: q2 tamē per cōstitutionē pcarii de qua in instrumento predicte vēditiōis censentur bona

vendita

vendita fuisse eidem Catherine tradita.per not.per doc.in.l.
traditionibus.C.de pact.in.c.ij.de consuetu.in.l.possideri.in
princip.ff.de acquir.poss.τ in d.l.quod meo.in princi.τ quod
post Bar.in dicta.l.si quis emancipatum.no.Alex.de Imo.
in allegata.l.si pupillus.τ do.Ias.May. in repe.l.quotiens.
vers.quinto principaliter limita istam.l.τc.multas ponit re-
missiones.C.de rei vend.Acquisita sunt igitur eidem do.Ca
therine dominium τ possessio predictorum bonorum. Pro
quo multum facit d.l.multum.§. fina. vbi probatur quod ex
inutili contractu sequuta traditione acquiritur dominium.
¶ Quo vero ad bona que fuerunt dicti quondam nobilis
Bartholomei:dico, τ respondeo quod cum illa inquanta-
ta τ legitime subhastata extiterint ad instantiam creditorum,
τ deinde eidem do.Catherine tanquam plus τ vltimo offe-
renti vendita,expedita,τ tradita,illa sunt sibi acquisita τ fa-
cta sua,etiam si illorum pretium solutum extiterit non qui-
dem de pecunijs sue ipsius domine Catherine, sed de pecu-
nijs prefati nobilis Gulielmi.d.l.multum interest.in princi.
τ quod ibi scribentes.Fateor tamen,quod pecunia huiusmo
di per ipsum nobilem Gulielmum expedita τ tradita,solui τ
restitui debet heredi eiusdem nobilis Gulielmi:vel per com
pensationem,aut alias de ea sibi satisfieri .l. quod autem.§.si
vxor.ff. de donatio.int.vir.τ vxor.τ.l.τ si de tua. C.eod.titu.
τ quod not.glos.τ doc.in dicta.l.multum interest. ¶ Cete-
rum,quia post predicta fuerunt mihi expedite τ ostense que
dam pretense declarationes , quas metu cuiusdam pretense
generalis monitorij parte nobilis Bertraneti chiauquini fi-
lij naturalis τ legitimi dictorum nobilium Gulielmi τ domi
ne Catherine τ eiusdem Gulielmi heredis vniuersalis im-
petrati : τ ne censuras in monitorio huiusmodi cominatas
seu fulminatas incurrerent,τ quia fortasse pretenduntur ex
aduerso eidem nobili Bertraneto suffragari, τ nocere dicte
nobili Catherine:interrogatus quid sentirem,dico,τ respō-
deo, quod declarationes huiusmodi etiam si essent facte per
testes rite τ legitime citatos, examinatos, τ auditos, nihil
efficaciter probant : seu etiam probarent cōtra venditiones
3 superius mentionatas. Quamuis† enim τ a priori τ a poste
riori,insuper τ a priori τ posteriori simul iūctis probari pos-
sit simulatio contractus:tamen ad probandum quod vendi-
tiones superius mentionate fuerint simulate, nō sufficit pro
bare vel per pretensam confessionem dicte domine Catheri
ne,vel alias quod de pecunijs dicti quondam nobilis Guliel
mi solutum extiterit pretium predictorum bonorum . Pro
quo allegasse sufficiat dictam .l. multum interest . τ quod ibi
per doctor. C. si quis alteri vel sibi . non igitur nocent dicte
pretense reuelationes, aut eorum alique : quatenus ibi legi-
tur quod reuelantes dici audiuerūt bona predicta fuisse em-
pta de pecunijs dicti nobilis Gulielmi : excepta reuelatione
honorabilis viri magistri Ioannis de gareto,in qua vltra τ
preter id quod dixi, etiam legitur eundem magistrum de
gareto reuelasse quod ipse dici audiuerat a dicta do.Cathe-
rina quod bona,τc.spectabant τ pertinebant ad heredem di
cti quondam Gulielmi. Sed hoc non obstat : etiam si idem
magister de gareto recte τ rite citatus, productus,τ exami-
natus hoc dixisset. Tum quia est quo ad hoc vnicus τ sin-
gularis:cuius propterea vox vtpote vnius, est nullius.l. iu-
risiurandi . cum suis similib.C.de testib. Tum τ quia si con-
4 stet hoc dictum extitisse, prout non creditur, hoc fuit† di-
ctum in absentia dicti nobilis Bertraneti,non ergo sibi pro-
dest.l.certum.§.si quis absente.cum suis similib.ff.de confess.
Etiam nec obstant alia contenta in dictis pretensis reuela-
tionibus,scilicet,quatenus ibi legitur eosdem reuelantes de
clarasse eosdem dici audiuisse a dicto nobili Gulielmo dum
egrotaret dicte domine Catherine verba sequentia,aut sal-
tem in effectu similia.Catherina liberos meos τ tuos tibi cō
mendo:satis scis vt inter nos res se habeant: Nam, vt scis,si
tu secūdo nuberes posses illos destruere.Quamobrem illos
tibi cōmendo.Tum quia verba huiusmodi non fuerunt ver-
ba dicte do.Catherine, sed dicti nobilis Gulielmi: quibus nō
acquieuit ipsa do.Catherina.Et sic ex ijs argui non potest si
5 mulatio dictarū venditionū. Tum τ quia verba† huiusmo-
di fuerunt τ sunt multum generalia: τ ex quibus deprehen-
di non potest aliqua species:quod tū opus est ad probatio-
nem simulationis. Pro quo allegasse sufficiat quod voluit
Bar.cōsi.lxxxviij,exordiēte,Petrus Nicole,τc. do.de Rota
decis.cccclxxx.ex co.Ang. Are.§.fuerat.ante mediū per vnā
vel duas chartas.ver.τ aduertas,quia dixi.s.practicādo,τc.
inst.de act.τ tit.de excep.in princ.lib.veri.postquā vidimus.
Vital.de caba.in suis clausulis,sub rub.an iuramentum vali
det cōtractū simulatū.τ Andr.Bar.consi.xxij.in tertia parte.

¶ Vlterius supposita morte nobiliū Ioānis Margarete,
τ Ioāne de chauquino,filij τ filiarū quondam dicti nobilis
Gulielmi ipsius videlicet Ioannis vita functi tēpore puber
tatis τ prefatarum Margarite τ Ioāne in etate pupillari.
Quesitum est de viribus substitutionū eisdem factarum per
dictum nobilem Gulielmum. Ad quod respondeo breuiter
τ succincte prout infra. Et primo quo ad prefatum Ioan-
6 nem dico,† quod cum ille post immistionem paterne here-
ditatis τ factus pubes ab humanis decesserit,substitutio si-
bi facta valere non potuit in vim vulgaris aut pupillaris,
etiam si testamenti fuisset impubes.l.post aditam.C. de im-
puber.τ alijs subst.τ.l.in pupillari.cum suis similib.ff.de vul
gari τ pupil.Non igitur valere potuit nisi iure fideicommis-
si,seu fideicommissarie substitutionis. Quo fit, vt venientes
ab intestato potuerint ex persona prefati quōdam Ioannis
detrahere duas quartas,scilicet,legitimam, τ Trebelliani-
cam iuxta doctrinam quam ponit glos.Bartol. τ docto.in.l.
Papinianus.§.meminisse.ff.de inoffic.testam.glos.τ Bart.
in.l.quanquam.C.ad leg.Falci.pro qua sunt boni tex.in capi.
Raynutius.τ.c.Raynaldus.de testa. Et cum eidem quon-
dam Gulielmo superfuerint quatuor liberi primi gradus,ho
rum omnium legitima fuit triens , seu tertia pars bonorum
eiusdem quondam Gulielmi, illorum, scilicet, que superfue-
runt deducto ere alieno,τ funeris impensa.authen.de trien.
τ semiss.§.j.colla.iij.τ transumptiue, in authent.nouissima.C.
de inofficio.testa.iuncta dicta.l. Papinianus.§.quarta. Et
sic de ea parte in qua fuit dictus Ioannes heres institutus
poterit per legitimam detrahi vna vncia:τ pro Trebelliani
ca quarta pars residui.iuxta doctrinam glo.in dicto capitu.
Raynaldus.super verbo,licet totas.τ in dimidia parte ha-
rum duarum quartarum pleno iure successisset dicta domi-
na Catherina : si vel ante vel post mortē dicti nobilis Ioan-
nis secundo non nupsisset. authent.defuncto. C.ad Tertul.
τ in corpore vnde sumitur. Sed quia vel ante vel post secun-
do nupsit, ipsa non potest succedere nisi in vsufructu hu-
ius medietatis.authent.ex testamento.C.de secund.nup.Et
hoc quoad bona que fuerunt patris: quo vero ad alia,si que
erant , ipse successit in illis pro dimidia parte τ pleno iure.
authenti.de non eligen.secun.nuben.§.cum igitur. collatio-
ne secunda. τ transumptiue in dicta authent. ex testamento.
C.de secund.nupt.Cum itaque,vt audio,prefatus quondam
Ioannes post mortem dicti quondam Gulielmi diuersa bo-
na acquisiuerit,in illis pro dimidia parte τ pleno iure succe-
dit dicta domina Catherina per predicta:Et pro alia dimi-
dia parte dictus Ioannes eius filius. Quo vero ad dictas
Margaretam τ Ioannam dico, quod licet substitutio eis-
dem facta,fuerit facta per verbum commune perueniat: ad-
iectum ante,qualitati, seu summe,τ propterea non videatur
trahi ad directā substitutionem.l.cogi.§.τ generaliter. ff.ad
Trebellian.Et quod voluit Bart.in.l. centurio . in materia
compendiose substitutionis.versic. quero quid si substitutio
compendiosa fiat in re certa,τc.vbi etiam alij doc.ff.de vulg.
τ pupil. Io.de Imo.in.l.j.§.si ex fundo.de hered.instit.τ alij
in multis alijs locis. Et sic substitutio predicta videtur non
potuisse valere iure pupillaris substitutionis : sed nec etiam
iure fideicommissarie: nisi quatenus illa summa eis relicta
excessisset legitimam pro eo,quia in legitima non possunt li-
beri grauari.l.quoniam in prioribus. cum suis simi.C.de inof
7 ficio. testam. Tamen quia† fideicommissum relictum post
mortem filij videtur iniunctum non ipsi filio sed substituto,si
eum habeat,vel venienti ab intestato,si substitutum non ha-
beat:vt voluit Bart.τ doct.magis cōmuniter in.l.qui duos.
ff.de vulgar.τ pupilla. Ioan. de Imol. τ multi alij per eum
relati in.l. coheredi.§. cum filie.ff. eodem titu . Alexand. de
Imola consil. lxvij . exordiente , consideratis verbis que in
8 themate,τc. in primo volumine. Et† cum possint substitu-
tus pupillo, vel sibi ab intestato successuri grauari in legi-
tima impuberis.l. si fundum fideicommissum. §. fina. cum.l.
sequen . ff. de legatis primo. dico τ respondeo quod prefa-
ta domina Catherina non potest aliquid petere etiam iure
vsufructus seu quasi,in summis seu quantitatibus dictis e-
ius quondam filiabus legatis τ relictis;postquam ille pro-
ponuntur ab humanis decessisse in pupillari etate. Viso li-
bello τ dubijs vltimo nouissime mihi missis parte nobilis
τ honeste mulieris domine Catherine Cabassole dico τ re-
spondeo breuiter τ succincte prout infra . Et primo ad pri-
mum respondeo vt iam tetigi in alijs meis scripturis: quod
quo ad bona per eandem dominam Catherinam empta τ
acquisita post mortem nobilis Gulielmi eius quondam vi-
ri pro τ nomine nobilium Ioannis τ Bertraneti eius filio-

rum ipsa domina Catherina successit eidem nobili Joanni pro dimidia parte: ⁊ Bertranetus pro alia dimidia parte. Et intelligo eandem dominam Catherinam successisse pro dicta dimidia pte ⁊ pleno iure quo ad dicta bona. Insuper etiam quoad alia acquisita post mortem dicti Gulielmi.authent.de non eligen.secun.nuben.§.cum igitur.colla.ij. ⁊ transumptive in authen.ex testamento. C.de secund.nupt. ¶ Ad secundum dico quod quoad bona acquisita dicto Joanni aliunde quam ex paterna successione, ipsa habet seu habere debet dimidiam partem pleno iure per predicta: ⁊ potest percipere fructus in singulis bonis pro dicta dimidia parte: sive ista bona sint terre, vinee, domus, viridaria, vel etiam mobilia. Et si fortasse prefatus Bertranetus esset in possessione bonorum huiusmodi, ⁊ negaret eandem dominam Catherinam in eis habere partem, vel esse eius coheredem in bonis huiusmodi, expediret eidem Catherine agere ⁊ experiri petitione hereditatis: ⁊ post obtentam victoriam posset agere iudicio familie erciscunde. Quo vero ad bona que fuerunt dicti quondam Gulielmi respondi plene in aliis scripturis, scilicet, quod ipsa non habet in illis nisi vsumfructum medietatis duarum quartarum, scilicet, legitime ⁊ trebellianice: ⁊ hoc pro eo quia secundo nupsit: ⁊ habet istum vsumfructum in singulis rebus ⁊ bonis dicti quondam Gulielmi. Puto tamen quod ipsa debeat prestare cautionem de vtendo fruendo arbitrio boni viri, ⁊c. ¶ Ad tertium dico ⁊ respondeo: in primis quoad illam

9 † dimidiam partem bonorum prefato quondam Joanni aliunde quam ex paterna successione acquisitorum, ⁊ in qua dixi eandem dominam Catherinam succedere, quod ipsa do. Catherina non potest cogi illum vendere.l.inuitum. ⁊ quod ibi glossa ⁊ doctores ponentes multas concordantias. C.de contrahenda emptione ⁊ venditione. ⁊ quod notant doctores in.l.nec emere.C. de iure deliberan. Quo vero ad vsumfructum quem habet in dimidia parte quartarum predictarum, dico, ⁊ respondeo: quod nec cogi potest ipsa domina Catherina illum vendere. dicta.l.inuitum. ¶ Ad quartum

10 quo queritur, † an dicta domina Catherina petere possit expensam factam pro dicto Bertraneto eum tenendo in scholis. Dico, ⁊ respondeo quod cum eo tempore ⁊ ante tempus huiusmodi prefata domina Catherina administraret ⁊ administrasset bona ⁊ negotia eiusdem Bertraneti, ipsa censetur ⁊ censeri debet fecisse dictam expensam administratorio seu gestorio nomine eiusdem Bertraneti. Et ita non censetur voluisse facere dictam expensam de bonis propriis sui ipsius, sed de bonis predicti Bertraneti. l. Mesennius apollinaris. ⁊ quod ibi Bartolus ⁊ doctores. ff.de negotiis gestis. ⁊ quod notat glossa ⁊ doctores in. l. finali. C. de dotis promissione. Cito enim quod mater prestans alimenta filio ad quem spectat seipsum alere censeatur regulariter in dubio hoc facere materna affectione: hoc tamen fallit ⁊ non procedit quando mater gerit ⁊ administrat negotia ⁊ bona filii: vt volunt doctores in dicta. l. Mesennius. Et idem dico ad quintum, scilicet, quod non censeatur donasse pretium datum, et de suis ipsius domine Catherine pecuniis solutum pro quibusdam bonis per eam emptis, pro ⁊ nomine dictorum nobilium Bertraneti et Joannis: ⁊ hoc operatur bonorum administratio, seu negotiorum gestio: propter quam presumitur noluisse emere ⁊ acquirere dictis eius filiis de suis ipsius propriis bonis seu pecuniis: sed de pecuniis eorundem. Et hoc etiam colligitur ex his que notant doctores in dicta.l. Mesennius. ⁊ allegata. l. finali. C. de dotis promissione, ⁊ nuda pollicitatione. Quia tamen dicta domina Catherina. vt iam dixi, gessit ⁊ administrauit negotia ⁊ bona dictorum nobilium Joannis ⁊ Bertraneti, laudo quod ipsa reddat rationem ⁊ computum de rectis ⁊ administratis: ⁊ quod in eis faciat capitula de expensis ⁊ aliis predictis. ¶ Ad sextum

11 dico ⁊ respondeo, quod † si dictus Bertranetus esset pauper, ⁊ talis cui pro alimentis fuissent necessarii fructus bonorum inibi mentionatorum, forte dici deberet quod dicta domina Catherina non posset illos repetere quasi videretur materna affectione ⁊ pro alimentis predicti Bertraneti fuisse passa quod ipse Bertranetus illos perciperet: Sed quia habebat ⁊ habet aliunde vnde se nutrire ⁊ alere posset, non puto existimandum quod propter patientiam de qua in dicto quesito ipsa domina Catherina eidem Bertraneto donare voluerit fructus inibi mentionatos. Tum quia mulierum genus auarissimum est. l. si stipulata. ff. de donationib. inter virum ⁊ vxorem. Tum ⁊ quia quilibet presumitur auarus. l. cum de indebito. ff. de probationib. Tum ⁊ quia quandiu superesse potest alia presumptio nunquam presumitur donatio. l. si cum aurum. ff. de solutioni. Facit quod post Baldum in. l. finali. C. ne de statu defun. Jason May.in.l.si certis annis.columna fina.C.de pactis. hic autem poterat esse alia presumptio (scilicet) quod tanquam filium ⁊ iure familiaritatis permiserit eundem Bertranetum capere fructus: ⁊ sperans quod illos sibi restitueret, vel alias de illis opportune satisfaceret. ⁊ ita nõ potest ipse Bertranetus ex causa huius asserte patientie pretendere causam seu titulum donationis quoad fructus predictos: quemadmodum nec pretendere posset se possedisse ⁊ possidere dicta bona.l.qui iure.⁊ quod ibi Barto.⁊ docto.ff.de acquirenda possessione. Que dixerim ⁊c.

¶ De donat. Rubr.

¶ Epitome.

¶ Donatio inter viuos iurata a patre filio in eius potestate existenti licet absenti, dum tamen notarius pro eo stipuletur, facta, valet: nec potest pater res donatas, quarum dominium ⁊ possessionem transtulit, postea alienare: nec iste res, si non equent legitimam, filio in legitimam imputatur: que tamen imputarentur, si esset donatio causa mortis.

¶ Responsa multa in hanc sententiam hic scripta sunt: que causa fuit quod istud non onerauerim collectaneis, nec expunxerim ob eius lucem.

¶ Consilium. ciij.



Ponitur in facto, quod dudum anno (scilicet) domini mille. cccc. xcij. ⁊ die tertia mensis Augusti, nobilis ⁊ generosus vir Joannes de Blãdeues dominus castri de Perreriis, sponte ⁊ libere omnibus eis melioribus modo, via, iure, ⁊ forma quibus potuit, dedit, donauit, cessit, ⁊ remisit nobili scutifero Gulielmo de Blandeues eius filio naturali ⁊ legitimo licet absenti, ⁊ notario publico vt communi ⁊ publice persone presenti, ac vice, loco, ⁊ nomine eiusdẽ nobilis Gulielmi, ⁊ suorum omniumque aliorum ⁊ singulorum quorum intererat, seu interesse posset quomodolibet in futurum stipulanti solenniter ⁊ recipienti, donatione pura, mera, simplici, rata, ⁊ irreuocabili, (que dicitur inter viuos) videlicet, medietatem. ⁊ totam illam quotam ⁊ portionem quã idem nobilis Joannes donator habebat, ⁊ que ad eum quomodolibet pertinebat ⁊ spectabat in castro de Bãdimento vigorosii, et loci de Subrupis: cõmunis ⁊ indiuisi inter eũdem nobilem donatorem, ⁊ magnificum virum honoratum de bachio, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, siue cõsisterent in iurisdictionibus, pascuis, passagiis, ⁊ aliis inibi latius mentionatis. Et nihilominus constituisse idem nobilis Joannes donator per se ⁊ suos, se ex tunc in antea castrum predictum de Baudimento vigorosii ⁊ loci de Subrupis donatũ, cũ omnibus iuribus et pertinentiis, suis tenere ⁊ possidere vice, loco, ⁊ nomine dicti nobilis Gulielmi donatarii et suorum: ac precario, donec et quousque ipse nobilis donatarius per se vel alium possessionem eiusdem castri de Baudimento vigorosii, ⁊ loci de Subrupis, et iurium suorum ingressus extiterit, vel apprehẽderit corporalem: de qua ingredienda seu adipiscenda ipse donator eidem nobili donatario vt supra absenti, stipulatione iam dicta interueniente licentiam tribuit ⁊ omnimodam facultatem. Nulla sui aut suorum, seu etiam iudicis vel pretoris, aut alterius cuiuscunque licentia in aliquo requisita, seu etiam expectata: Et animo transferendi dominium et proprietatem dicti castri de Baudimento vigorosii ⁊ de Subrupis ⁊ iurium suorum predictorum in eundem nobilẽ Gulielmũ et suos, retinuit ipse donator vsumfructum ⁊ vsum dicti castri et suorum iurium per vnam diem naturalem duntaxat. ⁊ insuper predicta omnia et singula tenere, attendere, ⁊ complere, contraque ea nunquam in aliquo facere, dicere, vel venire promisit ipse nobilis donator per se ⁊ suos: et deinde ad et super sancta Dei Euangelia iurauit, successiue vero et paulo post, donatio huiusmodi peruenit et deducta est ad notitiam dicti nobilis Gulielmi: qui statim et illico post notitiam huiusmodi, donationem predictam et alia gesta pro et nomine ipsius ratam ⁊ rata habuit ac etiã acceptauit, ⁊ homagio prius per eũ prestito pro dicta medietate

dietate τ rebus sibi donatis, apprehendit τ adeptus est possessionem realem τ corporalem eorundem: eaque postea tenuit ac possedit: ac etiam tenet τ possidet. Quesitum est an donatio huiusmodi valuerit? Secundo an supposito quod illa valuerit, debeant res donate imputari in legitimam eidem nobili Gulielmo in bonis paternis debitam, Uiso consultationis themate superius mentionato, τ dubijs ex themate huiusmodi oportune elicitis, dico τ respondeo prout infra. Premittens in primis quod hic sunt duo que videntur facere contra dictum nobilem Gulielmum: Primum quia tempore facte donationis predicte erat ipse in paterna potestate dicti nobilis Joannis donatoris: τ sic non videtur ipse Joannes potuisse ei donare donatione inter vivos: que (scilicet) ab initio valida esset. l. ij. τ quod ibi glo. ff. de inofficio. donat. l. donationes. C. de donation. inter virum τ vxorem. τ l. hac edictali. in princip. cum suis similib. C. de secundis nup. Secundum quod etiam facit contra eum est, quia tempore facte donationis idem nobilis Gulielmus erat absens: ergo illa non valuit. l. j. C. per quas person. nob. acquir. Sed his non obstantibus dico respondendo ad primum dubium: quod cum in donatione predicta interuenerit iuramentum illa valuit τ fuit efficax: non obstante eo quod opponitur de patria potestate. Pro quo allegasse sufficiat id quod voluit Baldus in. l. si donatione. C. de collat. τ expressius in. l. iij. C. de vsucapioni. pro donatio. τ consilio ccclxv, exordiente, premittendum est ad euidentiam quod donatio facta filio in potestate, τc. in tertia parte. qui pro hoc multa allegat. Et idem voluit Alexander de Imola in dicta. l. si donatione. versicu. vtrum autem donatio. τ consil. viij. exordiente, viso instrumento donationis. τ consi. vigesimo. τ dominus Jo. Mayn. in. l. frater a fratre. ff. de condictione indebiti. Et idem voluit Franciscus de Aretio consilio septuagesimoseptimo, exordiente, τ ratio scribendi recte, τc. versicu. circa tertium, τc. Pro cuius dicti confirmatione multa inducuntur per doctores in locis superius allegatis. Sed quia eorum scripta vbique reperiuntur ego breuitatis causa illa non transcribo. Concludens super hoc quod prima oppositio non obstat. Etiam nec obstat id de quo secundo loco opponitur (scilicet) quod dictus nobilis Gulielmus non fuerit presens: quia vt ponitur in casu donatio predicta facta fuit non solum dicto Gulielmo tunc absenti, sed etiam notario: τ sic persone publice tunc presenti, ac vice, loco, τ nomine, eiusdem nobilis Gulielmi stipulanti solenniter τ recipienti. Quod efficaciter fieri potuit: τ factum est: per id quod notat glossa Paulus de Castro τ doctores in. l. illud. C. de sacrosanctis ecclesijs. Et non solum potuit dicto nobili Gulielmo tunc absenti acquiri actio per dictum notarium tunc presentem τ stipulantem, per id quod voluit Oldradus consilio trigesimo. exordiente, Quedam certe τ numerate persone castri de Carumbo. Baldus in. l. cum a socero. C. de iure dot. glossa τ doctores in. l. huiusmodi. in principio. ff. de legatis τ fideicommissis primo. Bartolus τ doctores in. l. si pupillus. ff. rem pupilli saluam fore. Alexander de Imola in. l. qui Rome. §. filius Hermes. vbi etiam Franciscus de Aretio. ff. de verborum obligationibus. τ idem Franciscus de Aretio consilio septuagesimoquarto. in tertio quesito. Sed etiam videtur quod cum stipulante eodem notario dictus nobilis donator constituerit se tenere τ possidere res donatas vice τ nomine dicti Gulielmi τ precario, ipse donator tunc dominus τ possessor transtulit dominium in dictum donatarium. vt voluit Baldus in. l. si quis emancipatum. C. de donationibus. quem refert τ sequitur Alexander de Imola in dicta. l. si pupillus. ff. rem pupilli saluam fore. Quod etiam fuit de mente Oldradi consilio trigesimo in secundo quesito. Pro quo allegat Baldus dictam. l. primam. C. per quas personas nobis acquiritur. Et supposito quod dictum Baldi non procedat indistincte, satim hoc certum est quod secuta ratihabitione translatum fuit dominium τ possessio in ipsum nobilem Gulielmum. per id quod habetur in. l. si ego. τ quod ibi scribentes. ff. de negotijs gestis. τ l. communis seruus. ff. de acquirenda vel amittenda possessione. τ quod notat Alexander de Imola in. l. qui iure. versicu. in textu. in. l. communis, τc. ff. eodem titulo, Junctis his que notant doctores τ maxime Salicetus in. l. traditionibus. ff. de pactis. Alexander de Imola τ alij in. l. quod meo. in principio. ff. de acquirenda possessione. τ domini de Rota decisione centesimaquinquagesima, exordiente, Item licet amicus, τc. τ canoniste in capitulo cum venissent. de restitutione spoliatorum. τ Alexander de Imola consilio centesimodecimo. in primo volumine. In quibus locis sentiunt τ presupponunt doctores. Quod si ego constituam me tenere τ possidere rem aliquam nomine absentis, vel precario nomine illius, τ deinde re adhuc integra ille ratificet, ipse querit possessionem. Cum igitur post factam donationem de qua supra dictus nobilis Gulielmus illam ratam habuerit: Quinimo vt ponitur in casu pro ea homagium prestiterit: τ deinde animo τ intentione apprehendendi realem, actualem, τ corporalem possessionem dicti castri τ suorum iurium illud intrauerit: non est dubium quin dominium τ possessio fuerint p eum acquisite. Ex quo infertur, quod venditio de castro huiusmodi τ suis iuribus post ea facta (si que facta extiterit) non valuit in preiudicium dicti nobilis Gulielmi. l. si rem. τ quod ibi glossa. ff. de contrahenda emptione. τ l. id quod nostrum. cum suis similibus. ff. de regulis iuris. Facit. l. prima. C. de bon. maternis. ¶ Ad secundum dico, τ respondeo: quod castrum τ alia predicta (saltem si non valeant tantum quantū ascendit legitima eidem nobili Gulielmo debita) non debent eidem Gulielmo imputari in legitimam: sed debet preter τ vltra predicta habere legitimam in dictis bonis paternis. l. si quando. §. τ generaliter. τ quod ibi glossa, Bartolus τ doctores. C. de inofficioso testamento. τ. §. igitur. τ quod ibi glossa τ doctores, institut. eodem titulo. τ quod notat Bartolus in. l. in quartam. vbi etiam Angelus τ post eos Alexander de Imola. versiculo, item inquantum Bartolus concludit, τc. ff. ad. l. Falcidiam. Bartolus in. l. prima. §. nec castrense. ff. de collatione bonorum. τ in. l. peto. in principio. ff. de legatis τ fideicommissis secundo. Multas remissiones ponit dominus Jason Maynus in dicto. §. τ generaliter. nisi forte dicatur quod dictus. §. τ generaliter. procedat in donatione facta filio emancipato: non in donatione facta per patrem filio in potestate existenti. Quod etiam videtur voluisse Franciscus de Aretio consilio decimoseptimo. versiculo non obstat. quoniam respondeo, quod imo dictus. §. τ generaliter. intelligitur τ procedit etiam in donatione inter viuos facta per patrem filio in patria potestate existenti: quando (scilicet) donatio huiusmodi ab initio valuit. Quod etiam expresse voluerunt Bartolus Angelus τ Alexander de Imola in dicta l. in quartam. τ Alexander de Imola in. l. illud. C. de collatio. quamuis secus esset eo casu quo donatio ab initio non valuisset: pro eo quia licet talis donatio si non reuocetur confirmetur morte donatoris: illa tamen assumit et habet vim relicti: vt volunt doctores in authentica ex testamento. C. de collatio. τ sic imputatur in legitimam: quia in illa imputantur relicta. l. etiam. §. si debita. ff. de bonis libertorum. l. siue. §. excluditur. ff. de iure patronatus. Et quod voluit Bartolus τ doctores in dicta. l. in quartam. τ Baldus in repetitionib. capitu. si pater. de testamentis. Sed vt dixi donatio predicta valuit ab initio: τ hoc propter iuramentum quod in ea interuenit. Et ita iudicandum est de ea, vt de donatione facta de emancipato: que (nisi dictum extiterit) non imputatur in legitimam secundum communem opinionem: que videtur probari in dicta. l. si quando. §. τ generaliter. quod etiam voluit Bartolus. C. de inofficioso testamento. τ notat Bartolus in dicta. l. peto. in principio. ff. de legatis τ fideicommissis secundo. per dictum. §. τ generaliter. §. igitur. institut. de inofficioso testamento. τ per. l. etiam. §. si debita. ff. de bonis libertorum. τ idem voluit Angelus τ Bartolus in dicta. l. in quartam. Alexander de Imola in allegata. l. illud. C. de callatio. Forte vero opponetur de eo quod ponit Bartolus in. l. prima. §. si parens. ff. si quis a parentibus fuerit manumissus. τ post eum Alexander de Imola in dicta. l. illud. C. de collatio. τ Jas. in dicto. §. τ generaliter. qui volunt, quod si aliquid fuerit per patrem datum filio illud imputatur in legitimam. Sed istud non obstat: quoniā Bartolus τ alij predicti loquuntur eo casu quo pater dans non fuit vsus verbo, dono: quod etiam apertius declarauit Alexander de Imola in dicto consilio centesimo quadragesimo secundo. Sed in casu nostro vsus est dictus nobilis donator etiam verbo dono: seu titulo donationis. Dicitur enim in instrumento donationis quod ipse dedit, donauit, τc. Et in sequentibus etiam ponuntur hec verba donatione mera, pura, simplici, τc. non ergo sumus in casu in quo loquitur Bartolus τ alij predicti: sed in casu multum diuer-

so, ⁊ sic non obstat predicta oppositio. Debet igitur ipse nobilis Gulielmus vltra ⁊ preter castrum ⁊ alia predicta sibi donata habere legitimam in bonis paternis. ⁊ quam, si nollit, non tenetur recipere in pecunia: sed in substantia bonorum dicti quondam nobilis Joannis.l. scimus.§. repletionem.⁊ quod ibi doctores. C. de inofficioso testamento. Quod etiam post Gulielmum voluit Bartolus in.l. suus. ad finem principij.vbi etiam alij doctores.ff.de heredib. instituen. Et poterit illam petere sibi assignari in re mediocri. vt voluit Baldus in.l. filium quem. versicu. Item dicit Jacobus quod licet filius in vna re, ⁊c. C. familie erciscunde. vel saltem illa debet arbitrio boni viri seu iudicis sibi assignari in bonis ⁊ substantia testatoris. Pro quo Alexan.de Imo. ponit multas remissiones. in.l. Marcellus.§. res que.ff.ad Trebellia.

¶ De dona.int.vir.⁊ vxo. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Summatur vt in primo notabili. V.F.

1 ☞ Donatum plus secunde vxori, quam vni ex liberis prioris matrimonij, pro non donato habetur, ⁊ inter dictos liberos diuiditur, matre etiam partem capiente, donec apud eam remaneat quantum vnius dictorum liberorum valet legitima.

2 Glosse authoritas communi opinioni preferenda.

¶ Consilium.ciiij.



Onitur in facto, quod dudũ (scilicet) anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimoquarto.⁊ die vndecima mensis Maij contractum fuit matrimonium per verba de futuro, ⁊ postea per verba de presenti, ꝑ ⁊ inter honorabilem virum Gulielmum de ylice mercatorem de Nemauso habentem liberos naturales ⁊ legitimos ex prima eius vxore predefuncta ex vna parte ac nobilem ⁊ honestam mulierem Jãnetam Ruffe ex alia. Cuius matrimonij contemplatione ⁊ pro oneribus illius supportandis dicta nobilis Janeta dedit constituit ⁊ assignauit in dotem ⁊ pro dote sui ipsius dicto Gulielmo, tunc presenti, ⁊c. mille ⁊ octingenta florenos: monete currentis in patria Prouincie, ⁊ hoc tam in pecunia postea muneranda quam in vestibus ⁊ iocalibus dicte Jannete leuandos ⁊ recuperandos per prefatum Gulielmum prout latius exprimitur in publico instrumento super hoc confecto. Dictus vero Gulielmus de ylice constitutionem dotis huiusmodi ratã habens, ⁊ illã in se sponte suscipiens, ɔtẽplatione matrimonij huiusmodi dedit dicte nobili Jannete tunc p̃senti, stipulanti, ⁊c. donatione mera, ⁊c. que fit ⁊ fieri dicitur ꝓpter nuptias quadringentos florenos monete ⁊ valoris p̃dictorũ: quos saluos esse voluit eidẽ Jannete sue tũc future vxori in ⁊ super omnib⁹ suis bonis. Et de quibus voluit eãdem nobilem Jãnetam posse ⁊ valere facere, disponere, ⁊ ordinare, ad libitum suum in vita: pariter ⁊ in morte. Nec non, ⁊ eo casu quo idem de ylice ab humanis decederet ante dictam Jannetam, ipse eidem Jannete dedit ⁊ donauit donatione predicta alimenta sua in domo habitationis sui ipsius Gulielmi cum suis filijs, tñ quantũ ipsa nobilis Janneta vitã seruaret vidualẽ in ⁊ sub nomine dicti Guliel. ⁊ nõ amplius. Et casu quo ipsa nobilis Janneta non posset in domo dicti Guliel. manere cũ dictis suis liberis, voluit ipse Gulielmus ⁊ ordinauit p̃dicta alimenta ꝑ duos aut plures amicos predictarum partiũ sibi taxari iuxta qualitate persone eiusdẽ nobilis Jãnete. Successiue vero, anno, scilicet, dñice incarnationis, M.D.j. ⁊ die xix. mẽsis Aprilis, prefatus Gulielmus fecit ⁊ cõdidit eius vltimũ ⁊ nũcupatiuũ testamentum: in quo inter cetera heredes vniuersales instituit ⁊ nominauit Petrũ de ylice eius nepotem, ⁊ Gaudemarum de ylice sui ipsius testatoris filiũ naturalem ⁊ legitimũ equis partibus. ⁊ nihilominus in testamẽto huiusmodi confessus fuit ⁊ recognouit habuisse ⁊ recepisse de bonis dotalibus dicte nobilis Jãnete eius vxoris summã mille ⁊ ducentorum florenorum parue monete Prouincie: quã summam sibi saluam ⁊ securã esse voluit super bonis suis quibuscunq; ⁊ de qua summa etiã dicit sibi fecisse recognitionem, seu recognitiones cũ publicis instrumentis: cui Jannete cõtemplatione seruitiorũ ⁊ obsequiorũ sibi factorũ ⁊ impensorum per eam, ⁊ in ipsorũ recompensationem legauit victũ ⁊ vestitũ quandiu viueret ⁊ ferret in humanis, super omnibus bonis suis mobilib⁹ ⁊ immobilibus. Et ꝑ mãsione seu habitatione sui ipsius reliquit duas cameras sue domus decẽter lectis ⁊ vtensilibus garnitas seu munitas: ⁊ in testamento huiusmodi latius expressas. Et a quibus noluit posse expelli ꝑ dictos eius heredes. Preterea in testamẽto huiusmodi idẽ Gulielmus legauit, ⁊ iure institutiõis reliquit Joannete de ylice eius filie naturali ⁊ legitime ex prima eius coniuge centũ libras turonen. monete Regie currentis: ⁊ hoc vltra summã dotalẽ sibi seu pro ea ɔstitutã honorabili viro Antonio Bartholomei: cũ qua summa voluit ipsam Joannetam esse contentam sic, quod nihil aliud plus petere seu exigere posset in ⁊ super bonis eiusdem testatoris. Deinde autem anno, ⁊ die predictis, facta commemoratione de legato habitationis, ⁊c. supra mentionato. ipse Gulielmus in codicillis per eum tunc conditis detrahendo, ⁊ mutando legatum mansionis dictarum duarum camerarum eidem Jãnete facto, loco habitationis earundem sibi legauit quandã suam domũ nuncupatam domum furni ibi latius designatã: Et vlterius causis inibi expressis, ⁊ vt facilius ⁊ opulẽtius eadem Janneta suam vitam valeret sustentare, quãuis illam sibi assignasset: eidem Jannete vltra premissa legauit duas suas vineas inibi confrontatas: ac etiam tertiam partem omnium ⁊ quorumcunque bonorum mobiliũ ⁊ domus vtensilium: tam in domo sue solite habitationis quam alibi vbicunque existentium: ⁊ tam in ciuitate Nemausensi quam extra sibi quomodolibet pertinentiũ, ⁊ cuiuscunque generis seu speciei existerent. nec non etiam omnia ⁊ quecũque iocalia, raubas, ⁊ indumenta sue ipsius Jannete, ⁊ alia quecũque indumenta ⁊ bona alia mobilia in instrumento codicillorum huiusmodi plenius expressa. Insuper ⁊ quoddã viridarium etiam ibi confrontatum. Quesitum est, an predicta omnia possit eadem nobilis Janneta petere cum effectu. ¶ Ad quod respondeo, quod cum dicto Gulielmo superfuerint (prout in casu supponitur) duo liberi ex primo matrimonio (scilicet) prefati Gaudemarus, ⁊ Joanneta, ipse Gulielmus nõ videtur plus potuisse relinquere in testamento vel codicillis, vel etiam plus donare inter viuos dicte nobili Jannete eius secunde vxori quam relinquerit vel donauerit vni ex dictis liberis: illi, videlicet cui min⁹ donauit vel reliquit.l.hac edictali.⁊ quod ibi scribentes. C.de secun.nup.§.⁊ aut. de sec.nup.optime.⁊ ꝙ ibi Bar.Ang.⁊ docto.collat. quarta. ⁊ quod not.multi in.l.prima.C.de inoffi.doti. Raphael Fulgosius.consili.xcvij.exordiente Anthonius transiens ad secunda.vota ⁊ Benedic.Capra. consilio.lxxxi.exordiente punctus domi. Blasie filie quondam

1 marchionis. Et si † marit⁹ Binubus plus donet vel relinquit eius secũde vxori quã vni ex liberis primi matrimonij, illi vez cui minus donauit vel reliquit, illud plus relictũ aut donatum habetur pro non scripto, relicto, aut donato: ⁊ debet diuidi inter liberos primi matrimonij. dicta.l.hac edictali.§.si vero plusquam.⁊ dicto.§.optime.versic.et hoc decernens.ibi ⁊ inter eos solos ex equo diuidetur.⁊ transumptiue in authẽ.ad eos solos.C.de secun.nup. Est tamen verũ quod sup hoc stat vna difficultas. An videlicet dicta nobilis Jãneta debeat habere partẽ virilẽ, hoc est tertiã partẽ in illo pluri sibi donato vel relicto ꝙ̃ prefate Joannete, an ve illud plus debeat insolidũ applicari dictis Gaudemaro ⁊ Joannete, ⁊ inter eos duntaxat diuidi. super qua difficultate varij varia scripserunt. Quidã enim voluerunt, ꝙ illud plus donatũ vel relictũ applicet̃ solis liberis primi matrimonij: ita ꝙ in eo nihil habeat nouerca vel vitricus. ⁊ pro ħs videtur multũ facere. d.l.hac edictali.§.si vero. vbi dicitur ꝙ pro non dicto, ⁊ pro non scripto habeatur. Et idẽ dicit̃ in d.§.optime.ibi ⁊ inter eos solos. quod si ita est: quo iure capiet partẽ, vel ptẽ habebit nouerca vel vitricus in illo pluri, ⁊ quidẽ non ex lege, vt videtur: q2 lex eos non vocat: non etiam ex relicto vel donato: q2 illud habetur pro nõ scripto relicto, vel donato. Et plus dicit Fulg.in.d.cõsi. ꝙ binubus vel binuba non possint plus relinq̃re vel donare nouerce vel vitrico quam vltra legitimam donauerit vel reliquerit vni ex liberis primi matrimonij: illi videlicet, cui min⁹. ⁊ sic secundum eum, si illi nihil reliquerit vel donauerit vltra legitimam, nihil consequenter relinquere potuit aut donare nouerce vel vitrico. Alij vero aliter sensisse videtur (scilicet) quod illud plus donatum vel relictum, nouerce vel vitrico debeat viriliter seu equaliter diuidi inter nouercam vel vitricum, ⁊ liberos primi matrimonij, vt sic nouerca vel vitricus ⁊ liberi primi matrimonij (si habuerant equales portiones) vel saltem illi quibus fuerat minus datum vel relictum (si habuerant portiones inequales) sint pares ⁊ habeant portiones equales. Et huius sententie videtur mihi

fuisse gloss.in dicta.l.hac edictali.super verbo diuidi.et idem sensit ibi Cyn.et Bald.consilio centesimo quinquagesimosecundo.exordiente.secunde vxori nullo titulo largitatis &c. in quarta parte:vbi refert quod sequendo equitatem dicte glos. alias ita consuluit,et quod ita tenet:saluo semper cōsilio saniori. et Bened.capra.in d.cōsi.lxxxi.Et pro hac opinione videtur facere nota.per Jacob.Butrigarium et doct.C.de inofficio sis dotibus, vbi assignantes differentiam inter remedium seu prouisionem dicte.l.hac edictali.dicunt quod remedium illius.l.prime.de inofficiosis dotibus, ad hoc introductū est, ne propter dotes inofficiosas fraudentur liberi in eorum legitima.Sed remedium seu prouisio dicte.l.hac edictali.ad hoc introducta est vt liberi primi matrimonij exequentur eorum nouerce aut vitrico in donatis vel relictis.Quod tamen non fieret (vt videtur) si plus donatum vel relictum deberet duntaxat diuidi inter liberos primi matrimonij: qui reperirentur ratione huius pluris habere plus in dictis relictis vel donatis.Et quamuis prima opinio videatur habere tex.plurimum apparentes et magnos defensores inter quos fuerunt etiam Jacobus Butrigarius, et Alber.in dicta.l.hac edictali.vltima tamen opinio non vide
2 tur † vsquequaque contēnenda propter authoritatem gloss. que magna est:signanter quando habet famosum doctorem eius sequacem,et videtur esse preferenda communi opinioni secundum vulgatam doctrinam quam ponit Jacobus Butrigarius in.l.prima.C.qui pro sua iurisdic.iud.da.ve.poss.et quod ponit Bald.in.l.hereditas.C.depo.et in.l.precibus.C.de impuber.et alijs substitutionibus.Multas remissiones ponit domi.Feli.in capitulo primo.versicu.secundo limita. nisi contra communem &c.de constitutionib.et Barba.consilio nono.Preterea est etiā hic alia difficultas,An supposito quod id quod fuit donatum vel relictum dicte Joannete non ascenderet ad valorem legitime sibi debite in bonis paternis,potuerit ipse Gulielmus donare vel relinquere dicte Jannete non solum tantum quantum donauit vel reliquit dicte Joannete eius filie cui minus donasse aut reliquisse dicitur, an vero tantum quantum ipsa Joanneta habere debet pro sua legitima.Hanc questionem mouet Bald.in dicta.l.prima.versicu.quarto quero.C.de inofficiosis dotibus. et refert ibi Bald.rationes et motiua pro liberis primi matrimonij.Et deinde arguit pro nouerca aut vitrice dicens, quod in contrarium videtur,scilicet, quod binubus vel binuba potuerit tantum relinquere aut donare nouerce aut vitrico liberorum primi matrimonij: quantum ascendebat legitima &c.pro eo quia id quod est iure institutionis relictum dictis liberis,seu illi cui minus si non ascendat ad valorem legitime suppletur ipso iure per legem vsque ad legitimam.Et ita ingitur ille filius iuris fictione institutus in legitima.l.omnimodo.l.quoniam in prioribus.et.l.scimus. C.de inofficioso testamento.Et hoc videtur sensisse Fulg.in l.omnimodo.C.de inofficioso testamento.vbi voluit posse dici,quod pro supplemento legitime competit actio ex testamento: quia ipso iure inest suppletio vt habeatur perinde ac si integra legitima relicta extitisset et quasi plus dictum et minus scriptum videatur.l.scimus.in princip.Ergo saltem tantum habere debet nouerca vel vitricus,quantum est in relicto facto filie suppleto per legem, non autem quantum est in scriptura relicti.Et pro hoc videtur casus secundum eum in.l.quoniam preterite.in verbo danda vel relinquenda.C.de secundis nuptijs.vbi non respicitur solum id quod relictum est, sed quod relinquendum est. Et sic necessario loquitur ibi de debito bonorum subsidio.Et ista pars videtur Bald.vera.Qui tamen subiungit se dubitare: pro eo quia istud quod suppletur non continetur proprie appellatione dati, vel relicti.argumen.l.prime.in princip.ff.de his que in testamento delentur,inducuntur, et inscribuntur.et in.l.prima.§.finali.maxime in glo.ff.de collatione bonorum.Inducit et alia et tandem dicit idem Bald. super hoc passu.Quia nouissimus est cogitabis, Istam questionem etiam mouit Bald.in dicta.l.hac edictali.in princi. versicu.hic sunt plura consideranda, et primo quero de tali questione. vbi etiam Bald.arguit pro, et contra. Tamen dicit istam questionem esse dubiam.Et nihilominus se consuluisse pro parte nouerce motum exemplo de quo ibi quod (quia habeo Bald.incorrectum,nec possum pro nunc aliunde habere) non refero.Sed contra Bald.facere videtur, Quod supplementum legitime non videtur capi iudicio testatoris, sed iudicio legis: vt voluit Salicet.in dicta.l.scimus.§.repletionem.in fine.C.de inofficio testamento.Alexander de Imo.in.l.in ratione.ff.ad legem falcidiam.Ange. in.l.Papinianus.§.si conditioni.ff.de inofficioso testamento.Alexand.de Imo.consilio centesimo octauo exordiente, viso themate, et diligenter consideratis verbis &c.versicu. quantum autē ad ius petendi supplementum in.j.volumine.vbi expresse dicit quod supplementum legitime non debetur ex testamento, sed extra testamentum condictiōis &c.l.omnimodo.Et ita apparet quod in hac materia sunt multe difficultates.Propter quod bene facient partes si sine lite componant negotium.Et hec dico quo ad prefatos Jannetā et priuignos,quia nepos,alter ex heredibus testatoris, non habet se intromittere de istis scilicet, contendendo:quia validas vel inualiditas predictorū relictorum cum non concernit:nec ipsius interest an potuerit vel nō potuerit plus donari vel relinqui huic nobili Jannete, quam vni ex liberis, &c. Que dixerim &c.

De iure emphy. Rubrica.

Epitome.

Laudimium primum prediorum que alienabuntur hodie emi. Prediū quod heri venditum fuerat retinendi ius habeo:cum ex ea venditione non esset trāslatum dominium vel possessio. A. F.

1 Ex Precariū constitutio vt possessionem transferat requirit presentiam partis,vel alterius pro ea.

2 Negotiorum gestor pro alio dominium et possessionem acquirere potest sequuta ratificatione per principalem.

3 Recuperande vel reintegrande possessionis interdictum intentare nequit qui nō probat se aut predecessores suos posse disse.nume. 7.

4 Ratihabitio an et quando mandato comparetur.

5 Notarius qui pro absente stipulatur, an et quando ei actionem acquirat.et quid de possessione.

6 Possessionem et actionem acquiri multum differunt.

8 Spoliari quem,quando colonus eius eijcitur.

Consilium.cv.



Factis cause cepte et aliquādiu vētilate per et inter honorabilē virum Antoniū de Brixio ac filios et heredes Petri de Brixio actores ex vna pte,et nobilē quōdam virū Julianū Barōcelli reū ex alia.Et nūc inter dictos Antoniū et heredes Petri,et nobilē virū Frācīscū Barōcelli vniuersalem heredē Petri Juliani pēdentis indecise colligere nō potui prefatū quōdā Petrū aut dictos eius filios et heredes aliqñ possedisse insolidū aut pro parte Molēdinū de gromella,et alia latius mētionata et expressa in libello parte eorū et dicti Antonij in actis cause pdicte oblato et pducto.Et quidē nō ex depositionibus testiū quia illas nō vidi.Nō etiā ex instrumē
1 to vēditionis Molēdini et aliorū predictorum:Quia † quāuis in instrō hmōi apposita fuerit clausula ꝯstitutionis pcuratorij.p quā possessor ideoque cōstituēs cēset regulariter trāsferre possessionē ciuilē.et qd ibi gl.ff.de pca.et qd not.Bar.in repe.l.creditores.N.Itē quero qd si in instrō.C.de pig.et qd no.Salyc.et doc.in.l.traditionibus.C.de pac.cano.in capitulo secundo.de consuetudi.do.Jason May.in.l.ab emptione.ff.de pactis.et plenius in repetitione.l.quoties.versiculo quinto principaliter limita.C.de rei vendicatione.hoc tamen non procedit quando ille nomine cuius quis se constituit precario nomine possidere erat absens: nisi forte presens existeret huius absentis filiusfamilias vel seruus:et sic ipsius absentis potestati suppositus vel subditus.Juxta ea que habentur in.l.placet.ff.de acquirenda vel omittenda hereditate.et.l.prima.ad finem.C.per quas personas nobis acquiritur.et quod not. Salicet.in.l.j.in prima oppositione. C.de acquirenda et retinenda possessio.vel nisi iste presens esset procurator forte generalis vel specialis absentis: per quem potest ipsi absenti acquiri possessio.l.prima.§.per procuratorem. et quod ibi scribentes.ff.et.l.communis seruus. §.primo.de acquirenda et retinenda possessio.et quod not. doctores magis communiter in capitulo accedens.de prebend. seu etiam tutor vel curator absentis, per quos etiam potest acquiri possessio.dicta.l.prima.§.per procuratorem. Sed ex instrumento predicte venditionis,vel alias non apparet quod in dicta venditione interuenerit persona potestati victi quondam Petri supposita aut procurator seu etiam alius ex prementionatis.Non ergo videtur possessio sibi fuisse tunc absenti et verisimiliter ignoranti acquisita.l. verius.cum suis similibus.ff.de probationibus.et signanter

per actum cōstitutionis precarij, per quem non videtur fieri vera & naturalis traditio, sed ficta: et per actum ciuilem: prout dici solet de ea que fit per constitutum. per id quod not. Barto. in l. ab emptione. ver. vltimo aduertas. ff. de pactis. & in repetitione. l. si is qui pro emptore. in vltima questione. ff. de vsucapionibus. Et dicit plus Angel. in dicta. l. §. §. per procuratorem. quod per huiuscemodi factam traditionem factam procuratori non acquiritur domino possessio. & idem voluit ipse Ange. in dicta. l. prima. C. de acquirenda possessione. Et hec fuit opinio Guliel. de cu. quem refert Barto. in repetitione dicte. l. si quis pro emptore. questione vltima. ff. de vsucapionibus. qui pro hoc multa inducebat: que quia ibi referuntur per Bartolum, & per Franciscum de Aret. & alios in dicto. §. per procuratorem. non transcribo. Que si procederent in procuratore contrahente pro & nomine domini, multofortius in hoc casu in quo nullus interuenerit procurator. Sed forte opponetur, quod licet non interuenerit procurator interuenit tamen negotiorum gestor, scilicet, prefatus Antonius: qui videtur Molendinum & alia predicta suo ipsius et dicti Petri eius fratris tunc ab-
2 sentis nomine comparasse. Certum † est autem quod etiam per negotiorum gestorem potest acquiri possessio, quinimo & dominium. l. si ego. cum ibi not. per glo. & docto. ff. de negotijs gestis. et. l. communis seruus. §. primo. versicu. quod si sua sponte. ff. de acquirenda & retinenda possessione. et quod not. Bald. in sua disputatione exordiente, accusatus de vi turbatiua &c. Salicet. in dicta. l. prima. in princip. C. de acquirenda & retinenda possessio. & in. l. prima. C. si quis alte. vel sibi. & Alexand. de Imo. in. l. quod meo. in princip. ff. de acquirenda et retinenda possessione. Sed hec non obstant, quoniam respondeo quod licet per negotiorum gestorem acquiratur possessio, hoc tamen non fit ab initio: sed ita demum cum sequitur ratificatio: & post illam factam, non ante: vt probatur in dicta. l. si ego. cum not. & in allegata. l. communis seruus. §. j. ver. quod si sponte. & hoc etiam volunt docto. superius allegati. Quo fit vt cum nō appareat ex actis cause huius quod ante apprehensam possessionem Molendini et aliorum predictorum factam per dictum nobilem Franciscum Baroncelli nomine dicti nobilis Juliani, vel ante pretensam expulsionem cuiusdam Petri doti, prefatus quondam Petrus, vel post ipsius mortem dicti eius filij et heredes ratam habuerint emptionē factam per dictū Antoniū suo & dicti Petri eius fratris nominibus, palam infertur non esse probatū per dictū instrumentum vel alias scripturas in hac causa productas, qd ante apprehēsam possessionē, & expulsionem seu repulsionē dicti Doti ipse quondam Petrus vel dicti eius heredes Molendinum & alia predicta possederint. Et ita non videtur posse obtinere in possessorio reintegrande seu recuperande possessionis: & hoc siue dicantur intentasse interdictum vnde vi, vel beneficium canonis reintegranda. iij. questione prima. vel aliud quodcunque. Quia si per ea & eorum singula discurrimus, comperiemus quod agens in possessorio recuperande tenetur probare se vel predecessorem seu authorem ex cuius persona agit possedisse. Et hoc clarū est. Forte vero opponet quod licet possessio non fuerit dicto Petro aut dictis eius heredibus acquisita ante ratihabitionem, illa tamen fuit saltem predictis heredibus acquisita per ratihabitionem: quam saltem fecisse videntur per inchoationem & prosequutionem cause huius. Sed hoc non obstat: pro eo quia huiuscemodi pretensam ratihabitionem peruenerunt apprehensio possessionis facta per dictum nobilem Franciscum, et expulsio seu repulsio dicti Doti. Et ita non potuerunt aut possunt dicti heredes pretendere se possedisse Molendinum et alia
3 predicta: et † consequenter intentare non potuerunt possessorium reintegrande seu recuperande possessionis. Quod etiam voluit Antonius de Butrio, & Panormitanus in capitulo cum venissent. de institu. Alexander de Imola in dicta. l. quod meo. consilio centesimo vigesimoprimo. exordiēte, visis accutissimis dubitationibus in causa Martij, &c. versicu. preterea testis non dicit, quod viderit illos de canali possidere, &c. in primo volumi. & hoc fuit de mente dominorum de Rota decisione. cl. exordiente, Item licet amicus. pro quo vtrobiꝫ multa inducit Alexand. de Imo. que possunt ibi videri, ideo non refero. & quāuis Jacob. de Raue. & quidam alij dicantur voluisse in dicta. l. si ego. ff. de negotijs gestis. quod si quis meo nomine apprehendat possessionem & postea expellatur ab ea, & deinde ego ratificē ista, ratihabitio sufficit vt possim agere possessorio recuperande. Hec tamen opinio communiter non tenetur: & contra eam faciunt allegata per docto. in locis superius allegatis. etiam contra eam facit: quia si ratihabitio sequuta retrotraheretur, & ita per eam fingerentur dicti heredes vel dictus
4 eorum pater ab initio possedisse, quasi † ratihabitio compararetur mandato. regula ratihabitionem. de regulis iuris. in sexto. hic esset ficta possessio, & ficta dispositio: & sic duplex fictio contra nota. in simuli in. l. si aliquam rem. ff. de acquirenda possessione. & l. prima. C. de dotis promissione, & nuda pollicitatione, & per Gulielmum in dicta. l. ab emptore. ff. de pactis cōuentis tam super dote, quam super donatione propter nuptias, & paraphernis. Preterea hic est aduertendum ad verba instrumenti predicte venditionis: & signāter in dicta clausula constitutionis precarij: per quam non apparet venerabilem virum dominum Carolum Galliani venditorem constituisse se tenere & possidere molendinum & res predictas precario nomine & predicti Antonij presentis, ac recipientis pro et nomine sui ipsius & dicti quondam Petri absentis: sed dictum est, quod se constituerit tenere & possidere molendinum & res predictas precario nomine eorundem Antonij & Petri. & sic quatenus huiusmodi precarij constitutio concernebat dictum Petrum tunc absentem illa fuit inutilis: quia cum absens esset sibi non poterat fieri traditio. & sic, etiam si ipse quondam Petrus vel dicti eius heredes huiusmodi pretensam traditionem ratam habuissent, illa sibi non profuisset: Nec etiam facta est traditio etiam ficta predicto Antonio vel alteri stipulanti seu acceptanti pro Petro absente: quia quāuis illa fieri potuisset, non fuit tamen facta. Quia verba (a quorum significatione non est in dubio recedendum. l. ille aut ille. §. cum in verbis. & l. non aliter. cū suis simili. ff. de legat. tertio.) hoc non sonant. & ita videt posse dici (quod et alias dici solet) quod potuit noluit: & quod voluit adimplere nequiuit. l. multū interest, C. si quis alteri vel sibi. Forte vero iterum opponetur aduersus superius dicta, quod venditioni superius mentionate non solum interfuit prefatus Antonius emptor,
5 secūdo & publicus † notarius: qui etiam stipulatus est pro dicto Petro absente: et per quem videtur fuisse ius quesitum ipsi Petro, per id quod notat Barto. & Alexand. de Imo. in. l. si pupillus. ff. rem pupil. sal. fo. et quidam alij in alijs locis. sed istud non obstat, quoniā respondeo, quod supposito (citra preiudicium veritatis,) quod actio absenti queri possit per notarium, etiam sine cessione postea faciēda, cuius contrarium sensit gloss. in capitu. quāquam. de vsu. in sexto. Innocen. in capitu. dudū. de conuer. coniuga. Ange. in. l. non enim. ff. de adop. Joan. fab. in. §. si quis alij. versi. circa acquisitiones. institu. de inutili. stipulationibus. Bertran. de Deu. in. l. generali. C. de tabula. libro decimo. Guido de Suza, & Cynus in. d. l. nō enim. prout ibi refert Baldus. vbi etiam idem videtur sentire ipse Bald. quāuis non multum clare, & clarius in. l. prima. C. per quas perso. hoc tamē, scilicet, acquiri actionem absenti per notariū, et sine cessione, intelligi debet precedente ratihabitione eius cuius nomine notarius stipulatus est: quod etiam voluit Alber. in dicta. l. non enim. & Paulus de castro, consilio. cxcvij. exordiente, visis ijs que narrantur et plene allegata sunt & consulta, &c. versiculo secundo videndum est, quia dicit quod non reperitur, &c. in nouis consilijs. vbi voluit quod nullum ius acquiratur absenti per notarium ante ratihabitionem. Preterea esto vt verum sit, quod per notarium queratur actio absenti, etiam sine cessione: & nulla precedente
6 te ratihabitione: ex † hoc tamen non inferetur quod absenti queratur per notarium possessio: quia ista multum differunt. dicta. l. prima. et quod ibi gloss. et doctores. C. per quas personas nobis acqui. ex vno igitur nō opportune infertur ad reliquum. l. inter stipulantem. §. sacram. versicu. sed hec dissimilia. ff. de verborum obligatione. l. si maritus. el. j. C. de donationibus inter virum & vxorem. et vulga. l. Papinianus exuli. ff. de minoribus vigintiquinque anno. non igitur videtur quod per dictam constitutionē precarij (etiam stipulante notario) fuerit possessio acquisita dicto Petro. Preterea, vt iam dixi, verba dicte constitutionis videntur inepte concepta: et sic non apparet per instrumentum dicte venditionis possessionem molendini, & aliorum predictorum fuisse acquisitam dicto Petro, et idē dico de instrumento pretense continuationis possessionis predicte, sumpto ann. icarnatiōis Dñice. M. cccc xcix. et die. ix. mēsis Januarij inserto fo. 103. Qm̄ in actu illi⁹ pretēse cōtinuatiōis & asserti arrēdamēti nō interfuit p̄sens dict⁹ Pet. nec apparet quod

quod ipse vel dicti eius heredes rata habuerint per dictum
Antonium tunc gesta ante, scilicet, dictam pretensam expul-
sionem, seu repulsionem. Etiam non reperio esse probatum
per testes quod dictus quondam Petrus ⁊ prefati heredes
possederint Molendina ⁊ alia predicta ante expulsionē seu
expulsionem prementionatis: quia illorum attestationes nō
sunt inserte in processu. Propter quod si de alio non appa-
reat, non videntur dicti heredes potuisse aut posse obtinere
in possessorio recuperande, vtpote non probantes alterum
7 ex extremis necessarijs, scilicet, † se possedisse, p quo allegas-
se sufficiat. l. primā. §. interdictum autem hoc. ⁊. §. eum qui. ff.
de vi ⁊ vi armata. ⁊ capit. consultationibus. ad finem. de offi.
delegat. ⁊ quod not. docto. loquentes in beneficio canonis
reintegranda. capitu. cum ad sedem. ⁊ capitu. sepe. de restitu
tione spoliatorum. ad quod facit quia nec spoliari, aut a pos-
sessione deijci, vel alias eam perdere potuit quia illam non
habuit: pro eo quia priuatio presupponit habitum. l. manu-
missiones. ff. de iustitia ⁊ iure. ⁊. l. decem. ff. de verborum obli
gatio. Ceterum ex productis ⁊ probatis in actis cause huius
non apparet dictum Doti fuisse reiectū vel expulsum a pre
tensa possessione predicti molendini: Quamuis enim in in-
strumento pretense deiectionis, seu repulsionis eiusdē Do-
ti fuit sermo tam de molendino, quam terris ⁊ alijs predijs.
Si tamen discurratur tenor instrumenti huiusmodi, non
apparet quod deiectio seu repulsio fuerit facta a molendi-
no, sed duntaxat a terris: quas idem Doti dixit ⁊ respon-
dit se tenere nomine dictorum de Borlo. Nisi forte quis di-
cere voluerit, quod eundem eijciendo vel repellendo a pos-
sessione terrarū censeatur etiam expulsus vel repulsus a pos-
sessione predicti Molendini. Sed hoc non sequitur prout
plene ostendit spectabilis dominus doctor primo scribens:
8 cui adhereo. Esto igitur † quod per eiectionem seu etiam re-
pulsionem dicti Doti, tanquā pretensi coloni prefati Anto
nij censeri posset idem Antonius fuisse eiectus aut repulsus
possessione terrarum in instrumento predicto mentionata-
rum. l. j. §. qd̄ seruus. ⁊. §. siue aūt. ff. de vi ⁊ vi arma. ⁊. l. pegre.
§. qbus. innctis ibi no. p Jo. de Jmo. ⁊ Alex. de Jmo. ⁊ do-
cto. ff. de acquirenda possessione. non tamen censeri deberet
spoliatus a pretēsa possessione Molendini: Quinimo nec
vt videtur a possessione pratorum: quia de ijs non est ser-
mo in dicto instrumento in ea, scilicet, parte in qua habetur
de dicta pretensa eiectione seu repulsione: sed solum de ter-
ris. ¶ Forte vero opponet aliquis, quod emptio laudimi-
nij quam fecisse dicitur dictus nobilis Julianus non se ex-
tendit ad hunc casum, ⁊ quod in vim emptionis huiusmodi
non potuerit ipse Julianus retinere iure prelationis Mo-
lendinum ⁊ alia predicta: pro eo quia venditio molendini et
aliorum prediorū facta est anno do. M. cccclxix. ⁊ die. xxx.
mensis Septēbris. Emptio vero dicti primi laudimij facta
est anno prime dicto, ⁊ die prima mēsis Octobris, ⁊ sic die
sequenti post dictam venditionem Molendini ⁊c. Quo fit,
vt cum eidem nobili Juliano venditum extiterit primū lau-
dimiū, siue primum ius retentionis prime alienationis fa-
ciende de Molendino de Bromela ac pertinentijs suis, ⁊c.
non videatur cōtineri primū Laudimiū alienationis antea
(hoc est die precedēti) facte. Sed istud nō obstat. Tum qꝛ
licet cōtractus venditionis Molendini ⁊ aliorū predictorū
precesserit contractum emptionis primi laudimij, non tamē
precessit tempus alienationis Molendini ⁊ aliorum predi-
ctorum. Pro eo qꝛ licet illa vēdi potuerint sine inuestitura,
tū sine ea alienari non potuerunt nec alteri tradi: sicut di-
cimus in re emphyteuticaria, in qua verbum alienare, stricte
⁊ proprie sumendo, dominij translationem importat. per id
quod not. glo. in. l. fi. in princip. C. de iure emphy. ⁊ quod ha-
betur in. l. ex hoc edicto. § alienare. ff. de aliena. iud. mutan.
cau. fac. ⁊. §. nūc admonendi. institu. quibus alien. licet. Tum
⁊ quia verbum faciende alienationis potest verificari non
solum in alienatione postea facienda, sed etiam in iam facta:
postquam alienatio importat actum reiterabilem, pro quo
allegasse sufficiat no, per glo. ⁊ quod ibi doc. in clemē. j. super
verbo, notitiam. de conces. preben. Jo. de Jmo. in. l. si ita lega
tum esset. ff. de condi. ⁊ demon. ⁊ in. l. hoc articulo. ff. de here
dibus instituendis. Bar. ⁊ Gemi. in. c. si propter. de rescript.
in. vi. Jo. de Jmo. in. c. cōstitutus. ver. Item aduerte quia po-
tes addere, qd id iuris si papa mandat prouideri de vaca-
tura. vbi etiam do. Feli. ver. si scribitur de vacatura ecclesie,
⁊c. de rescrip. qui volunt, quod si papa gaudet alicui proui-
deri de beneficio proxime vacaturo, poterit eidem prouideri
non solum de beneficio quod vacauit post dictum manda-
tum sed etiam de beneficio quod ante mandatum huiusmo-
di vacauerat, ⁊ tempore concessionis mandati huiusmodi
vacabat. Et supposito quod opinio glo. predicte deberet li-
mitari: vt, scilicet, duntaxat procedat eo casu quo domi. Pa-
pa ignorauit tempore concessionis mandati beneficium hu-
iusmodi vacare: non autem si sciebat, per id quod habetur
in. l. si iam facta. ⁊ quod ibi Cyn. Joan. de Jmo. ff. de condi.
⁊ demonstra. Cyn. in. l. cum vxori. C. quan. dies legati cedat.
Bald. Ange. ⁊ Alexand. de Jmo. in. l. titius. §. Lucius. ff. de
libe. ⁊ posthu. hoc tamen non obfuisset dicto quondam nobi
li Juliano, nec nunc obesset prefato nobili Francisco pro eo
quia non est probatū. Quinimo nec propositum quod tem-
pore vēditionis predicti Laudimij, Reuerendus pater do
minus Petrus Filholi thezaurarius comitatus Venayssi-
ni dicti primi Laudimij venditor sciret Molendinum et
alia predicta fuisse antea vendita: nec hoc in dubio presumi
tur sed potius contrarium. l. verius. cum suis simil. ff de pro-
ba. non ergo obstat predicta oppositio. Ex quibus omnibus
adherendo opinioni dicti domini primo consulentis, vide-
tur concludendum dictum nobilem Franciscum fore absol-
uendum a restitutione seu reintegratione possessionis fieri
petita quo ad Molendinum ⁊ prata predicta: ⁊ quo ad di-
midiam partem predictarum terrarum. Que dixerim ⁊c.

¶ De pascuis. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Pascua loci Cucuroni nec dominus nec ciues nisi vna-
nimes, alienare possunt, aut ad culturam reducere ex consue
tudinaria eius rei quasi possessione. V. F.

1 ☞ Dominus castri qualiter intentionem suam fundatam
habeat pro se circa castrū huiusmodi, ⁊ qualiter omnia prin
cipis esse dicantur.
2 Confiteri non videor rem esse tuam eoipso quod illam abs
te acquiro.
3 Proprietarius fundo seruitutem imponere non potest in
preiudicium vsufructuarij.

¶ Consilium. cvi.



1 Licet † nobilis ⁊ potēs vir
do. Cucu-
roni cēseatur habere intentionē fundatam
in loco ⁊ toto territorio ⁊ districtu Cucu
roni quo ad iurisdictionem, per ea que not.
Hos. Jo. And. in nouel. Panor. ⁊ alij in. c.
nimis. de iureiur. Bal. ⁊ do. Feli. in. c. si diligēti. de prescr. non
habet tū eā fundatā quo ad dominiū directū vel vtile rerum
seu pdiorū existētiū in loco ⁊ territorio antedictis. Pro quo
qꝛ hoc non habet dubiū allegasse sufficiat quod post Bulg.
⁊ cōtra Mar. voluit glo. cōiter approbata in. l. bñ a zenone.
C. de quadri. prescri. Hos. Jo. and. Panor. ⁊ doc. in. d. c. ni-
mis. Panor. ⁊ do. Feli. in. d. c. si diligēti. Hos. ⁊ Jo. And. in
c. fi. de iudi. Ad qd̄ adaptant multa allegata per Alexan. de
Jmo. consi. xv. in. iiij. vo. ⁊ longe plura Frā. de Cur. ꝯsil. lxxv.
⁊ facit qd̄ voluit gl. in. l. Barbarius. sup verbo multomagis.
ad fi. de off. pto. vbi dicit, ꝙ id qd̄ dici solet oīa esse principis,
intelligit esse verū quo ad protectionē: ⁊ ita etiā cōiter volūt
subsidium datur actio mulieri ad res emptas vel acquisitas
ex sui ipsius pecunia seu bonis. Tum & qꝛ vt voluerūt multi
cum quibus videtur transire Salic. in allegata. l. si vt propo-
nis dicta. l. vxor marito. intelligitur quando ex dotali pecu-
nia viro data empta sunt bona: qꝛ ad illa viro postea nō exīte
soluēdo, & sic in subsidiū dat actio mulieri. fateor tñ q vbi bo
na pdicta fuissent vel ex pecunia cōmuni, vel ex pecunia ex
bonis communibus inter eosdem nobilem Rolādū & An-
nam redacta seu habita, deberet pars & portio que concer-
nebat dictam Annam & ad eam spectabat dari & solui eius
5 heredi. d. l. patruus. ¶ Ad tertiū dico & respondeo, q † li-
cet dicta Anna hereditatē dicti quondā nobilis Rolandi
ante aditionem illius vel apprehensam bonorum hereditta-
riorum possessionem expilauerit, non propterea videtur in-
currisse penam perditionis legatorū sibi relictorū. l. obtētu.
& quod ibi glo. & apertius Bald. C. de crimi. expila. heredi.
quam penam incurrisset, si post aditionem predicte heredi-
tatis, & apprehensam possessionem, sua propria authoritare
subtraxisset, vel occupasset, seu inuasisset rem sibi legatam, &
per heredem possessam. l. non est dubiū. & quod ibi per scri-
ben. C. de lega. Puto tamen in casu occurrenti, q heres di-
cte Anne possit (quātenus de bonis per dictā Annā sub-
tractis ad eundē peruenit) conueniri actione in factum. per
id quod not. glo. & docto. in. l. j. ff. de crimi. expila. heredi. glo.
Salic. & docto. in. l. fin. C. eod. tit. & l. aduersus. C. familie. erc.
iuncto eo quod habetur in. l. j. & quod ibi glo. & docto. C. ex
delic. defuncto. inquantum heres conue. & hec de iure ciuili:
de iure vero canonico teneretur heres plenius: si tamen et
quatenus facultates dicte Anne suppeterent. capitu. fin. et
quod ibi glo. & docto. de rapto. ¶ Ad quartum videtur re-
6 spondendum, q cum † dictus nobilis Rolandus substinue-
rit onera matrimonij, & de illis quadringentis libris in do-
tem & pro dote per ipsius quondam Anne parentes consti-
tuta nihil receperit, non videtur q ipse nobilis Rolandus
(etiam si prius ab humanis decessit, vel dictus do. Ludoui
cus ei⁹ heres) debuerit, aut debeat soluere dicte Anne vel
eius heredi centum libras eidē Anne donatas per ipsum
nobilem Rolandum si primo ab humanis decederet. aut.
de non eligē. secūdo nuben. §. illud. & quod ibi Bart. & An-
ge. colla. j. & transumptiue in authen. sed que nihil. C. de pac.
cōuen. & quod not. Ange. Aret. in. §. fuerat post mediū ver.
& aduertas q mulier que non soluit dotem. institu. de actio.
Bart in. l. Iubemus. §. plane. C. de sacrosanc. eccle. & Raph.
in l. si marito. §. j. ff. soluto matrimo. nisi forte opponatur, q
dicte centum libre non videātur donate donatione propter
nuptias, quia in donatione & dote debet esse equalitas: in-
super & in eorum lucris. authen. de equali do. §. j. colla. viij. et
transumptiue in authē. equalitas. C. de pac. conuē. tam super
do. quod non fuit. Et quidem non in dote & donatione: qꝛ
dos fuit quadringentarum librarum, donatio vero non fuit
nisi centum librarum: non etiā fuit in lucris equalitas: quia
non audio fuisse initum pactum per & inter dictos nobiles
Rolandum & Annam de lucranda dote predicta vel par-
te illius. Sed forte videtur posse responderi, q ista donatio
propter nuptias. (quatenus, scilicet, datur in recōpensam
dotis, & pro illius securitate, seu pro quasi pignore. l. si cōstā
te. in princ. et quod ibi docto. maxime Sali. & l. cum multe. §.
sancimus. ibi quia quasi antiserua. C. de dona. ante nup.) nō
fuerit expresse per dictum nobilem Rolandum constituta.
tamen censetur fuisse ex iuris dispositione: & sic ipso iure
in simili seu pari quātitate constituta, secundū Marti. anti-
quum glo authē. dos data. vbi etiam secundū, qō refert & se-
quitur Cyn. idem voluit Iaco. de Are. dicit etiam ibi, & se-
quitur Sali. q idem ibi voluerunt Iaco. de Are. & Reyne.
Etiam videtur posse responderi ad aliud. Quod licet non
fuerit facta expressa conuentio de dote aut certa parte do-
tis lucranda in eum casum in quem dicta nobilis Anna
premoreretur, tamen postquam apparet de dote constitu-
ta nullum traheretur ad aliquid per id quod notat glos. in
dicta authen. dos data super verbo exactio. C. de donatio.
ante nupt. fac. ad predicta, quia nō videtur posse negari quin
donatio huiusmodi videatur surrogata in locū pacti quod
olim fieri solebat super lucrāda donatione propter nuptias
vel parte illius, & de quo habetur in. l. ex morte. & dicta au-
thēti. equalitas. C. de pactis conuen. debet ergo eodem iure
censeri. l. si cum. §. qui iniuriarū. ff. si quis cau. & l. filie. §. Ti-
tia. & quod ibi dominus Bartholo. Sozi. ff. de conditio. et
demonstratio. quemadmodum ergo dote nō soluta nō exi-
gitur donatio propter nuptias, (hoc est id quod secundum
pactum de ea lucranda mulier si premoreretur dicta authē.
sed que nihil.) ita nec videtur posse exigi id quod per mari-
tum donatum est vxori in eum casum in quem idem mari-
tus premoreretur: vt in casu postquam vt dixi hec donatio
subrogata est in locum donationis propter nuptias, seu in
locum pacti de illa aut parte illius lucranda. Partes etiā
senserunt illā esse donationem propter nuptias; prout ho-
die fit. Puto enim quia non vidi matrimonij instrumen-
tum quod dictus nobilis Rolandus dicte nobili Anne
presenti & stipulanti, &c. donauerit donatione propter nu-
ptias, &c. Cum igitur partes eam sic appellauerint & con-
sequenter talem senserint. l. labeo. §. fina. ff. de suppel. lega. et

quod ponit beatus Augustinus, in prefatione Psalmi cxlviii. ⁊ in libro de trinitate capi. vii. et Aristoteles in primo periermenias. Sunt enim inquit voces earum que sunt in anima passionum note, ne natura resistat saltem si inspiciamus pactum initum super lucris ⁊c. videtur donatio predicta fuisse donatio propter nuptias: vel surrogata in vicem seu locum pacti initi super lucro donationis. Et ita videtur quod dote non soluta exigi non possit dicta summa centum librarum. dicto authen. de non eligendo secundo nubentes. §. illud. et transumptiue in dicta authenti. sed que nihil. C. de pactis conuen. Habeo tamen quod Joannes Fab. in dicta authentica. sed que nihil. quam legit cum dicta. l. ex morte. C. de pactis conuentis, dicit quod illa non seruatur de consuetudine. Et idem dicitur de eo quod habetur in authen. de equali. dot. §. j. colla. vii. ⁊ transumptiue in dicta au-
7 then. equalitas. Uerum † quia consuetudo est quid facti, illa esset probanda per partem aduersam: non enim crederetur Joan. Fab. quamuis profecto doctori egregio et subtili per id quod notat Alexand. de Imo. in. l. post dotem. versicu. et iuxta hoc queri potest. ff. soluto matrimonio. et Francisc. de Are. consilio centesimo trigesimotertio exordiente, in causa que vertitur inter homines et commune. versi. et ista est secunda dubitatio. Quamuis Bart. senserit contrarium, ⁊ voluerit, quod etiam vni doctori referenti esse consuetudinem credi debeat: ita enim not. ipse in sua solenni repetitione. l. de quibus. versiculo quarto principaliter queritur qualiter consuetudo probetur. ff. de legib. Sed videtur quod opinio contraria sit tutior: quam etiam tenet Joan. de Imol. in. l. prima. §. nuntiatio. ff. de operis noui nuntiatio. posset enim secundum eum procedere opinio Barto. non eo casu quo vnus doctor refert talem esse consuetudinem, sed vbi doctores eã communiter referunt, vel asserunt: et sic refert eum Alexand. de Imo. in dicta. l. post dotem. versicu. ⁊ iuxta hoc queri posset, ⁊c. Consulo tamen eidem domino Ludouico vt super huiuscemodi pretensa consuetudine se informet, quia illi staretur si probetur. ¶ Ad quintum dico et respondeo,
8 quod † reparationes facte per dictum quondam nobilem Rolandum post eius testamentum seu impense pro eis facte non videntur esse legate. l. iis verbis. in principio. l. nomine. §. filio. ⁊ quod ibi glossa in. l. vxorem. §. testamento. et quod ibi glossa. l. nuper constitutum. ff. de legatis tertio. l. medico. ⁊ quod ibi gloss. ff. de auro ⁊ argento legato. l. aurelius. §. testamento. ⁊. §. sequenti. ⁊. l. fina. §. finali. vbi sunt boni text. ff. de libera. lega. debet enim per iura predicta inspici tempus testamenti. ⁊ sic censetur ipse Rolandus legasse reparationes seu expensas antea factas: quod etiam expressum est in legato, in quo vsus est verbo temporis preteriti. ¶ Ad sextum dico ⁊ respondeo, ⁊ in primis quod certum est dictum dominum Ludouicum non posse contra voluntatem heredis prefate nobilis quondam Anne percipere pertinentium fructus medietatis bonorum ad eum ⁊c. quia nec hoc facere potuisset dictus quondam nobilis Rolandus contra voluntatem dicte Anne vxoris, ⁊ si fecisset debuisset illos restituere. l. de iis. C. de donationibus inter virum ⁊ vxorem. quod etiam per illam legem hoc volunt vbique docto. scilicet, Barto. ⁊ alii in. l. penultima. ff. ad legem falcidiam. Cyn. Salycet. ⁊ alii in. l. finali. C. de pact. conuen. Pau. de ca. consilio centesimo octuagesimosexto exordiente, super. j. reperio. ⁊c. Alexand. de Imola consilio quadragesimosecundo exordien. super premisso themate diligenti ani-
9 maduersione ⁊c. ⁊ istud non habet dubium. Uerum † quia predia in quibus fructus huiusmodi exercuerunt non solum sunt communia inter dictos dominum Ludouicum et heredum dicte nobilis Anne, sed etiam fuerunt predia huiusmodi culta insuper ⁊ seminata eius sumptu. Pro diuisione fructuum exercitorum in dimidia parte que pro indiuiso pertinebit dicte Anne, ⁊ hodie pertinere pretenditur dicto eius heredi, videtur quod stari debent non solum res seu fundi ipsi in quibus exercuerunt. sed etiam expensa, culture, ⁊ semen ibi statim ⁊ alia expẽsa facta pro fructibus: quia nullus casus est in quo talis deductio non fiat. l. fundus qui dotis. in principio. ff. fami. erciscun. ⁊ an etiam debet attendi an boues vel alia animalia cum quibus culti fuerunt fundi essent communes, vel proprii eiusdem nobilis Rolandi: per id quod voluit Bartol. in quodam suo consilio exordiente, Lucciarelus ⁊ Uenatius ⁊c. quod secundum impressam est, clxxix. de quo etiam plenum sermonẽ facit Petr. de Ubal. in suo tracta. societa. in quinta parte versicu. quod facit pro rusticis, ⁊c. deductis igitur expensis predictis, debetur residuum dicto heredi, nec puto dictum dominum Ludouicum posse liberari soluendo tantummodo eam partem quam secundum morem patrie solueret quilibet colonus: quia sic vendere cogeretur heres inuitus, quod regulariter non fit. l. nec emere. cum suis simil. C. de cõtrahenda emptione ⁊ ven-
10 ditione. Ceterum, † si forte contingat questionem moueri, An alii fructus per dictum nobilem Rolandum a tempore mortis dicte quondam nobilis Margarete ex bonis communibus percepti ⁊ extantes, vel etiam consumpti debeant eidem heredi pro parte restitui, vel de parte huiusmodi eidem satisfieri, dico, quod super hec variarunt glossi. ⁊ docto. prout videri potest ex iis que notat glossa et doctores in dicta. l. penultima. ff. ad legem falcidiam. glossa ⁊ doctores in dicta. l. finali. C. de pactis conuentis. gloss. in l. vbi adhuc. super verbo ad sustentationem. vbi etiam Bald. versic. iuxta hoc pone vxor mea habuit multa bona ⁊c. C. de iure gentium. Bald. in. l. si viua matre. prope finem, versic. ex quibus verbis. C. de bonis maternis ⁊ in quodam suo consilio exordiente sciendum quod mulier, ⁊c. Alexander de Imo. in dicta. l. penultima. ff. ad legem falcidiam. Bartolus consilio centesimo vigesimoprimo exordiente, Titius habens vxorem habentem bona. Paulus de castro in dicto consilio centesimo sexagesimoseptimo. Alexander de Imo. in dicto consilio quadragesimosecundo. ⁊ consilio sexagesimotertio exordiente super primo dubio. in secundo volumine consilio centesimoquarto exordiente, queritur nunquid bona constante matrimonio vxori peruenta, ⁊c. Francis. de Are. consilio centesimosexagesimo exordiente, longa est ista consultatio. Et tam multi ex predictis, quam alii in aliis et multis locis, tam in consulendo, quam scribendo: quorum vnum referre particulariter ⁊ sigillatim sententias esset quidem non consulere sed librum compilare: ⁊ ideo hoc facere non expedit. Mihi tamen vt in aliquo querenti satisfaciam, videtur, quod omnes docto. communiter in hoc conueniunt, quod si fructus per virum percepti ex bonis vxoris non dotalibus superstint seu extent, illi sunt restituendi: cuiuscunque generis existant. l. si stipulata. ff. de donationibus inter virum ⁊ vxorem, que ad hoc communiter solet per doct. allegari. Dicuntur autem consumpti secundum Baldum in dicta. l. vbi autem. C. de iure dotium. ⁊ sequitur Alexander de Imo. in allegata. l. penultima. versicu. ⁊ dicuntur consumpti ⁊c. ff. ad legem falcidiam. ⁊ Francis. de Are. in dicto consilio centesimo sexagesimo. versicu. Illud tamen indubitanter credo verum quando nihil restat. Sed si restarent ipsa eadem fructuum corpora, vel aliquid cum eis permutatum, vel ex eis aliquid emptum quod esset in patrimonium mariti versum, tunc nõ dicerentur consumpti: quia in corpore patrimonii adhuc retinerentur. l. idem seruandum. ff. de legatis secundo. Et supposito quod dici possunt consumpti, non possent tamen dici consumpti in promiscuum vsum viri ⁊ vxoris. Et sic etiam isto casu videatur teneri maritus vel eius heres ad pretium fructuum. Si vero essent fructus consumpti, tunc refert, quia aut illi fueruut percepti contra voluntatem vxoris de qua constat aut constare potest, ⁊ tunc tenetur maritus vel eius heres ad resolutionem ⁊c. l. de iis. C. de donationibus inter virum ⁊ vxorẽ. aut fuerunt percepti de voluntate vxoris, ⁊ tunc refert aut illi sunt naturales aut industriales: si naturales cuiusmodi sunt poma, pira, ⁊ talia huiusmodi, aut industriales cuiusmodi sunt segetes, vinum, oleum, ⁊ similia, quo ad naturales dicunt indistincte Cyn. ⁊ Salice. in. d. l. finali. C. de pactis conuentis. ⁊ Paulus de castro in dicta. l. penultima. ff. ad legem falcidiam. vbi etiam refert quod ita voluit Marti. silua. quod illi sunt vxori seu eius heredi restituendi. hoc est de illis satisfactio impendenda. Et dicit Salicet. in dicta. l. fina. quod hoc volunt omnes docto. Bartolus vero in dicto consilio centesimo vigesimoprimo. post Marti. Silua. in quadam sua publica disputatione dicit indistincte contrarium, scilicet, quod nulli naturales fructus debeant restitui, vel de illis satisfactio impẽdi: Ad quod mo-
11 uetur, pro eo † quia opere seruorum dicuntur fructus, vel saltem equiparantur fructibus. l. fructus. ff. de ope. ser. ⁊. l. quesitũ. §. si. ff. de acq. re. do. ⁊ sunt fructus naturales, seu eqparentur fructibus naturalibus, cũ in operis seruorũ querendis nõ interueniat industria acquirentis: sed ita est quod huiuscemodi seruorũ mulieris operas, a viro perceptas non potest mulier repetere. l. si id quod. §. si quas. ff. de donationibus inter virum ⁊ vxorem. ergo fructus naturales non sunt restituendi. ⁊ respondet Barto. in dicto consilio ad dictam legem penultimã. ff. ad legem falcidiam. quod illa nõ obstat, quia ipse

illam intelligit loqui de eo quod remansit apud virum, hoc est de substantia bonorum, nō de vsuris vel fructibus, prout etiam in dicta.l.not.glossa. dicit etiam Bald.in dicta.l.vbi. quod pro ista opinione consuluerunt Bartolus ⁊ Recuperus de sancto Mini. Idem vero Barto.in dicta.l.penulti. in principio. aliter loquitur distinguens, an fructus fuerint parui, hoc est modici pretij seu extimationis, an magni: Et dicit quod primo casu fructus huiusmodi seu extimatio repeti non possunt.l.si id quod.§.primo.⁊.l.vtrum.ff. de donationibus inter virum ⁊ vxorem. Secundo vero casu repeti possunt quatenus ex ijs vir factus est locupletior. l.si stipulata.§.primo.ff.de donationibus inter virum et vxorem. et hec opinio videtur placuisse Nicolao de Neapo. et Joanni de Jmo.in dicta.l.penultima.⁊ Franc.de Aret.
12 in.d.consilio centesimosexagesimo.ver.ex ijs. Quo vero † ad fructus industriales, cuiusmodi sunt segetes, et vinum, et etiam oleum.l.penultima.ff.de rei vendicat.quod etiam voluit Barto.in dicta.l.penultima.in fine principij.vbi etiam Joan.de Jmola, ⁊ Barto.in dicto consilio centesimo vigesimoprimo. et alij fructus in quibus plus operatur industria quam natura, per id quod not.Barto.in.l.fructus.in principio.ff.de rei vendicatione. Bartolus in.l.prima.C.de vsuris ⁊ fructibus legatorum, ⁊ fideicommissorum. Inter quos etiam videtur computari fenum.l.si vsufructuarius. ff.quibus modis vsusfructus, vel vsus amitta. quod etiam voluit Ang.Are.in §.is vero ad quē.versicul.et nota bene. insti.de rerum diuisione. Quo ad hos fructus (inquam) an, scilicet, cum illi percepti ⁊ consumpti extiterint per virum sint restituendi, seu pro illis satisfactio impendenda. Cyn. dicit quod non in dicta.l.finali.C.de pactis conuentis, tam super dote, quam super donatione propter nuptias, ⁊ paraphernis, per id quod ibi habetur de fructibus ciuilibus, hoc est de vsuris que ex bonis paraphernalibus vxoris, vel propterea percepte ⁊ consumpte non restituuntur: quia vir ratione industrie per eum impense eos lucratus est. et idem voluit Bartolus in dicta.l.penultima. pro quo etiam allegat gloss.in dicta.l.fina.que, videlicet, videtur facere pro hac parte, quatenus loquitur de fructibus naturalibus. quod illos non lucretur maritus, quasi contrarium sentiat in industrialibus. Item ⁊ quia ratio propter quam dicit gl. maritum lucrari vsuras locum sibi vendicat etiam in fructibus industrialibus, debet ergo idem ius vtrobique statui. l.illud.cum suis similibus.ff.ad legem aquiliam. Et huic opinioni videtur adhesisse Salice.in dicta.l.finali.C.de pactis conuentis tam super dote, quam super donatione propter nuptias, ⁊ paraphernis. quod etiam affirmat Alexan. de Jmo.in dicta.l.penulti. etiam ibi dicit istam opinionem videri esse communem. quam etiam sequuti sunt Paulus de Castro.⁊ Flori.de sancto Petro in subscriptione.ciiij. consilij Rapha.Cuma.exordientis, queritur nunquid bona, ⁊c. Bald.consilio centesimo decimoquinto exordiente, super dubijs in quinta parte.⁊ in.l.si ego.§.dotis.ff.de iure dot. ⁊ Alexander de Jmola in dicto consilio quadragesimo secundo. in primo volumi. Pau.de Cast.in dicto consilio centesimo octuagesimosexto. recitat quinque opiniões super ista materia, vbi etiam relatis opinionibus Cyni Martini Siluia. et consequenter Bart.in dicta.l.penultima. illas impugnat, et tandem videtur velle quod fructus bonorum paraphernalium vxoris nō seruiant viro, nec cedant eius lucro, sed veniant restituendi. per id quod not.gloss.in dicta l.vbi.super verbo ad sustentationem.C.de iure dotium. Pro quo allegat dictam.l.penulti.vbi secundum eum videtur casus ⁊ respondet ad dictam legem finalē.C.de pactis conuentis tam super dote, quam super donatione propter nuptias, ⁊ paraphernis. quod illa loquitur in vsuris pecunie paraphernalis exactis vna cum sorte per maritum a debitore vxoris, quas potest maritus circa se ⁊ vxorem expendere ⁊ non tenetur de illis rationem reddere: quia in exigendo laborem habuit: non sic autem in fructibus secundum gloss.in dicta.l.finali. assignat etiam aliam rationem diuersitatis inter fructus industriales ⁊ vsuras, que potest ibi videri. Et dicit Pau.in dicto consilio, quod huic opinioni tanquam saniori est adherendum. Idem Paulus in dicto consilio, post relatam opinionem Bald.⁊ Angel.in dicta.l. penul. (volentium quod quatenus fructus sunt consumpti in promiscuos vsus mariti et vxoris, non tenetur vir vel eius heres ad illorum restitutionem, secus vero quatenus essent consumpti extra vsus huiusmodi) satis videtur huic opinioni acquiescere. Et istam opinionē etiam videtur sequi Francis.de Are.in dicto consilio centesimo sexagesimo. Baldus vero in dicto eius consilio exordiente, Sciendum quod ⁊c. (relatum per Alexan.de Jmo.in dicta.l.penultima. et
13 duobus consilijs superius allegatis.) Dicit † quod mulier potest habere bona triplicis generis, videlicet, dotalia. Itē paraphernalia, que sunt illa que mulier secum defert in domum viri. dicta.l.si ego.§.dotis.ff.de iure dotium.⁊ in auth. de exhibend.reis.§.fina.cum gloss.in verbo proprias.⁊ not. glo.C.de pactis conuentis tam super dote, quam super donatione propter nuptias, ⁊ paraphernis. in rubrica.⁊ habetur in.l.finali eodem titulo. Quod etiam voluit Azo, in summa.C.de iure dotium.in princip. Et dicit, quod si ipsorum bonorum custodiam viro tradiderit mulier, videtur ei tradere administrationem et vsum. Et si maritus ex bonis huiusmodi fructus perceperit, tenetur reddere rationem quatenus illos conuertisset in vsus proprios. dicta.l.finali.C.de pactis conuentis. Et si petantur reparationes poterunt peti fructus. Alexander in dicta.l.penultima.⁊ in ijs dicit Baldus procedere distinctionem Marti Siluia.⁊ Barto.in dicta.l.penultima.⁊ gloss.in dicta.l.finali. Quedam vero sunt bona mulieris nec dotalia nec paraphernalia, veluti ea que sunt extra dotem, et extra ea que vxor in domum mariti inducit: Et quo ad hoc dicit, quod si maritus contra voluntatem mulieris fructus ex bonis huiusmodi perceperit tenetur eos restituere. dicta.l.de ijs.C.de donationibus inter virum ⁊ vxorem. Si vero illos percepit de voluntate mulieris, ⁊ illi extent, illos restituere tenetur. dicta.l.si stipulata.§. si vxor.ff.de donationibus inter virum ⁊ vxorem. Si vero non extent, tenetur de eis reddere rationem quatenus conuertisset eos (non in vsus promiscuos sui ipsius ⁊ vxoris) sed proprios: prout dictum est de fructibus paraphernaliū. Si vero voluntas mulieris sit dubia (vt quia non apparet an de voluntate vel contra voluntatem fuerint fructus huiusmodi per virum percepti) tunc dicit Bald.in dicto consilio (⁊ videtur sequi Alexandrum de Jmola in dictis eius cōsi.) quod omnes fructus etiam consumptos, ⁊ tam naturales quā industriales restituere tenet̃: ⁊ qd̃ de hoc proprie loquitur.d.l.penulti. nihil subaudiendo tex. Quia in dubio non debet intelligi virum illo casu cōsumere fructus de volūtate mulieris: ⁊ hoc ex pluribus presumptionibus quas plene prosequitur Baldus. ⁊ refert Alexand.de Jmo.vbi supra et hunc casum dicit Bald. (et post eum Alexan.) fuisse obmissum per Barto.in dicta.l.penultima.vbi solū loquutus est de fructibus perceptis contra voluntatem, aut de voluntate mulieris (subaudi de quibus constat) non autem quādo sumus in dubio an vxor hoc voluerit vel noluerit: quo casu dicit Bald. presumendum esse illam noluisse, ⁊ nunc premissa adaptando ad casum, ⁊ supposito quod aliud dicendum sit in aliquo in fructibus bonorum paraphernalium, aliud in fructibus bonorum non paraphernalium. prout videtur sensisse Bald.⁊ Alexand.de Jmo.vbi supra. quamuis
14 alij docto. non videantur ad hoc attendere, esset † videndum, an bona predicte quondam Anne (hoc est illa medietas bonorum quam sibi donauit dicta quondam nobilis Margareta) censeri debeant bona paraphernalia, supposito quod maritus illa tenuerit, ⁊ fructus vidente, sciente, ⁊ patiente dicta Anna perceperit, ⁊ illa administrauerit. Et si verum sit, quod illa dumtaxat dicantur paraphernalia que mulier secum defert in domum viri (prout superius retuli dicere Bald.⁊ Alexand.de Jmol.) non viderentur bona predicta esse paraphernalia, saltem immobilia, quia illa non sunt per vxorem delata ad domum viri. Contrariū tamen voluit Raphael Cumanus in dicto consilio.ciiij.vbi dicit, quod bona constante matrimonio ad vxorem peruenta (si vxore sciente, patiente, ⁊ non contradicente maritus per nonnullos annos fructus redditus perceperit) dicentur paraphernalia: ⁊ in paraphernalia conuersa. Cui consilio sic subscripserunt multi ⁊ valentes docto. Non refero motiua, cum possint ibi videri. Et quāuis ista distinctio Bald. presertim quatenus cōcernit casum in quo sumus in dubio, an de volūtate vxoris vel contra eam fuerint percepti, sit multum subtilis, ⁊ non sit sine fundamento: opinio tamen, vt iam dixi, Cyn. Marti.siluia.⁊ Barto.quoad fructus industriales, videtur
15 esse communis. Puto quod isti senserint, quod vbi † mulier vidua sciuit, ⁊ passa est fructus percipi per maritū, vel per alios mandato ipsius, ipsa videatur consensisse.l.qui in aliena.§.sed si non adiecit. et quod ibi gloss.ff.de acquirēda hereditate.⁊.l.si communis seruus.ff.de donatione inter virum ⁊ vxorem. quod etiam voluit Raphael Cuma.in di-

eto consilio. Est tamen aduertendum, quod, vt post Cyn. et Salice. in dicta. l. fina. C. de pactis conuen. dicit Alexand. in dicta. l. penulti. maritus vel heres petens impensas factas in dictis bonis illas compensare tenetur cum fructibus: argu. l. emptor. ff. de rei vendica. Que dixerim, &c.

¶ De fide instru. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Instrumentum testamenti, in quo duo ex testibus etiam supernumerarijs dicunt non sic vel sic actum, fidem non facit. Testamenti tamen dispositio probari posset per alios septem testes: sed quoad instrumentum, nullum est. Valquinus Filiolus.

1 ☞ Testamentum ratione voluntatis imperfectum regulariter est nullum: & nisi etiam publicetur.
2 Instrumentum per duos testes in eo descriptos potest reprobari.
3 Coram Titio aliquid actū esse, intelligitur quod eo presente actum est.

¶ Consilium. cxi.



D euidentiam eius de quo queritur super pretenso testamento probi quondam viri Gulielmi Sineti. Premitto, quod † testamentum imperfectum ratione voluntatis regulariter est nullum. per id quod habetur in. l. si is qui. & quod ibi omnes scribentes. ff. de testa. et in. l. furiosum. C. qui testamenta facere possunt. Premitto insuper, quod testamentum seu testamentaria voluntas (etiam si illa scripta extiterit per volentem testari, vel per aliū de ipsius voluntate) non valet regulariter nisi fuerit coram testibus publicata. l. ex ea scriptura. ff. de testa. & l. fideicōmissa. §. primo. et quod ibi docto. ff. de legatis. iij. et quod. no. Joannes And. in additio. Specu. titu. de instru. edi. §. ostendo. in magna additio. versi. illud. Premitto insuper, quod instrumentum potest † reprobari per duos testes in eo descriptos. capi. tam literis. in fine. de testi. & capitu. tertio loco. de probatio. quod etiam voluerunt Innocent. & docto. in capitulo cum Joannes heremita. de fide instrumento. Barto. Joan. de Imo. et alij in. l. prima. §. si quis neget. ff. quemadmodum testamenta aperiantur, describantur, & inspiciantur. Et procedit hoc non solum eo casu quo huiuscemodi duo testes sunt de testibus necessarijs instrumenti, sed etiam quādo sint de non necessarijs, vt quia vltra competentem numerum fuerunt alij descripti in instrumento, vt voluit Bar. in. d. l. j. §. si quis neget. Ex quibus infero, quod cum, prout deposuerunt duo ex instrumentarijs testibus ad futuram rei memoriam examinati super testamento dicti quondam Sineti testamentum huiusmodi non fuerit saltem ex integro recitatum, illud non valuit vel saltem non probatur per illud pretensum instrumentum quod de eo fecisse dicitur magister Gastinelli. Nisi forte quis dicat, quod ea que dicta sunt procederent si dicti testes dicerent se non fuisse presentes in dicto testamento: vel aliter fuisse depositum per dictum quondam Gulielmum quam legatur in dicto instrumento quod non videtur deponere dicti testes, & maxime vnus ex eis, quin solū dicit quod post interrogationem factam per dictum Rastelli an testes cognosceret, & subsecutā responsionē, non vidit vel audiuit fieri aliam recitationem de dicto testamento. Ex cuius depositione, non infertur quin potuerit tunc recitari et publicari, ac etiā bene audiri per alios tunc presentes. iuxta ea que not. docto. in. l. heredes palam. in princip. ff. de testa. Bal. in. l. testium. C. de testi. & in. l. j. C. de bono. pos. secundum tabu. Sed istud non obstat: quoniam respondeo quod cum prefati duo testes presupponantur per dictum magistrum Rastelli fuisse descripti in dicto per eum facto instrumēto, et fuisse presentes dicto pretenso testamento, ac publicationi & recitationi illius, & isti testes aliud dicant, vnus, scilicet, q nihil effectualiter viderit vel audiuerit recitari aut publicari de contentis in dicto instrumento, & alius, quod non fuerit nisi pars recitata, & quod post illius recitationem ingrauescente morbo idem Gulielmus fuerit remotus a fenestra. Et sic consequenter etiam dicit se non audiuisse totum
3 testamentū publicari. Isti † (dico) impugnant predictū testamentum, in quo scriptum est quod presentes extiterint: q2 presentia includit intelligētiā. Et eo ipso qd notarius scribit aliquem fuisse presentē, intelligitur scribere eum etiam fuisse intelligentē. Et ita perinde est ac si scriberet talem fuisse presentem & intelligentē. l. diem. §. co. ā. & quod ibi Bar. ff. de arbi. & l. corā. & qd ibi Bar. ff. de verb. signi. & l. j. & qd ibi Bar. & Bal. C. de erro. aduo. qd etiam voluit Alex. de Imo. consilio xliij. exord. visis & ponderatis ijs que continent in processu. ver. non obstat insuper q dicta donatio, &c. in. iiij. vo. Ad id vero de quo opponitur patet facilis responsio: q2 doc. in locis allegatis loquunt in alio casu, & in quo, ad verificationē dicti illius qui asserit aliquem fuisse presentem sufficit quod fuerit presens presentia corporali: quāuis presens non esset presentia mentali: vt q2 forte nō aduertebat ad ea que agebātur. Sed secus est in hoc casu, q2 dictus magister Rastelli non debuit dictos testes scribere fuisse presentes dicte sue pretense recitationi & publicationi, nisi & corpore presentes fuerint, & illam fieri audiuerint. Cum igitur dicant, vt predixi, se non audiuisse dictam pretensam publicationem. vnus scilicet, q nihil de ea audiuerit, & alius, quod non audiuerit nisi partem, & q alia facta non extitit dictum pretensum instrumētum nō probat. Fateor autem, quod si alij testes qui in numero septē pretenduntur fuisse presentes, deponerent se fuisse presentes, et ita audiuisse prout scriptum cōperitur in dicto asserto instrumento, tunc bene probaretur dictū assertum testamentum: non quidem per dictum instrumētum, sed per eos testes qui sic deponerent. Que dixerim, &c.

¶ Commu. diuidun. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Diuidere communem iurisdictionem condomini castri possunt: nisi pacta vetēt. Sed nec illa adstringere possunt ad perpetuam communionem. V. F.

1 ☞ Uxor vsufructuaria relicta a viro, liberis heredibus institutis, alimenta tantum habet in domo et quandam preeminentiam.
2 Legitimā & eius fructus nulla testatoris volūtas liberis aufert vel suspendit: nisi forte in casu.
3 Subditi communis iurisdictionis seu castri, an & quomodo amborum dominorum sint subditi: & quomodo etiā priuatis personis subijci possunt.
4 Pactum de non diuidenda iurisdictione, an & quando valeat inter condominos.
5 Verba hec quandiu voluerint morte paciscentium resoluuntur.
6 Venari in loco mihi & tibi communi an possim: quāuis in eo habeam modicam partem. fallit &c.
7 Cyrogrilli que bestie dicantur.

¶ Consilium. cxij.



Isis articulis seu capitulis diuisionis dudū facte per & inter nobiles & generosos viros Imbertū marescalli domi. Montisfortis ex vna parte, & Franciscum de Cassenatico do. de Roanis ex alia vna cū casu mihi exhibito parte illustris & generosi viri Gulielmi de Anceduna do. Cadarossie: dico & respondeo ad dubia que ex capitulis & casu huiusmodi videtur oriri & nunc elici per & inter dictū nobilem Marescalli partim suo ꝓprio & partim procuratorio nominibus nobilis & egregie mulieris do. Joanne de Comerijs relicte nobilis & potentis quōdam viri domini Jacobi de Cassenatico domini eiusdē loci, & quondā patris naturalis & legitimi dicte nobilis Frācisci ex vna parte, et dictū nobilē de Anceduna ex alia. Et primo ad primū respōdeo, q etiā supposito q per illa verba per que idem quondā Jacobus reliquit, voluit & ordinauit prefatā do. Joannam eius vxorē esse dominā, rectorē, gubernatricē, & administratricem omniū & singulorū bonorū suorū & hereditatis eiusdem do. Jacobi posset alias pretendi candē do. Joannam esse relictam vsufructuariā: hoc tamē non haberet
1 locū in hoc casu, in quo † (vt existimo) prefatus dominus Jacobus heredes instituit eius liberos: sed solum censeretur

tur ipse dominus Jacobus eidē reliquisse alimenta ⁊ quan-
dam preeminentiam in domo: prout dici solet eo casu quo
maritus reliquit vxorem eius dominam ⁊ vsufructuariam:
quo casu si supersint liberi heredes instituti, nō est vxor vsu-
fructuaria: sed solum habet alimenta cum preeminentia. per
id quod notat glossa in. l. prima. ⁊ doctores communiter in
authentica hoc locum. C. si sec. nupser. mulier. Bartolus et
doctores in. l. Titia cum testamento. §. finali. ff. de legatis ⁊
fideicommissis secundo. Bartolus in consilio exordiente,
Petrus Matheoli de Perusio in suo testamento, ⁊c. ⁊ con
silio exordiēte, Nycolaus ser Amati instituit heredē, ⁊c. Ro
manus consilio centesimo decimooctauo, exordiente, quo ad
primum quo queritur. ⁊ cōsilio dxvj. exordiente, in casu pro-
posite consultationis: ⁊ tam ipse quam alij in locis infini-
tis. Cuius dicti ratio dici solet, pro eo quia fauore filiorum
ad quos pater maiorem charitatem habuisse presumitur
quam ad vxorem. l. cum quidam. C. de institutio. ⁊ substitut.
l. cum accutissimi. C. de fideicommissis. l. tale pactum §. fina.
ff. de pactis. ⁊. l. cum auus: cum suis similib. ff. de cond. ⁊ de-
monstratio. verba illa testatoris dicentis, relinquo ⁊ ordi-
no talem vxorem meam dominam, ⁊c. non important domi
nium, sed quandam preeminentiam vxori concessam in do-
mo post mortem viri, sicut ante mortem preeminens erat.
l. secunda. ff. rerum amotarum. ⁊. l. prima. §. si vir. ff. ad Se-
natusconsultum Sillay. Et ita solent doctores hoc verbum
dominam, interpretari ex communi vsu loquendi quo ho-
mines vxores dominas appellant. l. Titia. §. qui marco.
ff. de annuis legatis. Que si procedant, imo quia proce-
dunt eo casu quo vir reliquit, voluit, ⁊ ordinauit vxorem
suam esse dominam, vsufructuariam, ⁊ massariam: vt, sci-
licet, non sit vera vsufructuaria superstitibus liberis ⁊ he-
redibus testatoris: multominus debet in casu nostro dicta
domina Joanna censeri vsufructuaria, sed solum debet ha-
bere alimenta, hoc est victum, ⁊ preeminentiam in domo di-
cti quondam domini Jacobi testatoris. Et sic videtur quod
pretextu asserti vsusfructus male se opponat ipsa domina
Joanna, seu pro ea ⁊ procuratorio nomine eiusdem dictus
nobilis Marescalli. Illud autem certum est, quod etiam
si essemus in casu in quo dictus quondam dominus Jaco-
bus censeretur legasse ⁊ reliquisse verum vsumfructum, de-
2 buisset † nihilominus dictus nobilis Franciscus eius fi-
lius habere legitimam ⁊ fructus illius. authentica nouissi-
ma. ⁊ quod ibi glossa ⁊ doctores. C. de inofficioso testamen-
to. ⁊ in corpore vnde sumitur. per illam enim authenticam
secundum communem opinionem corrigitur. l. vxori mee. ff.
de vsufructu legato. quia hodie filius habere debet legiti-
mam suam: non tantum in proprietate: sed ⁊ in vsufructu,
scilicet, causali simul. Et si testator adijceret grauamen in vsu
fructu, illud grauamen rejceretur quo ad legitimam. per re-
gulam. l. omnimodo. C. de inof. test. quod etiam voluit gl. in. l.
quoniam in prioribus. super verbo, grauamē. ⁊ ibi Bal. C. e.
tit. gl. in. l. omnium. ff. de vsufr. Cyn. in. l. j. C. e. tit. Bart. in d. l.
vxori mee. Jo. And. in addi. Spec. tit. de pig. §. sequitur vide
re. in addi. exordiēte, si vsusfructus debebatur. Bened. Capra
trien. ⁊ semil. in. §. prohibemus. ⁊ Barth. Cer. cō. xxxvij. exor-
diente, difficile est priuare filiū sua legitima, ⁊c. pater heredē
vniuersalem in omnibus eius bonis filiū instituisset, ⁊ vsum-
fructum omniū bonoꝝ alteri reliquisset: quia tunc secundum
eos videretur legatum vsusfructus valere: super quo tamen
non insisto, q: non oportet. ¶ Ad secundum dico, ⁊ respon-
3 deo, quod cum † castrum Caderossie, territoriū ⁊ iurisdictio
sint indiuise inter dictos nobiles de Anceduna ⁊ Marescal
li, oēs homines ⁊ incole illius loci sunt subditi eorundē nobi
lium: nec pōt ibi esse aliquis incola illius loci aut territorij qui
non sit etiā subditus dicti nobilis de Anceduna ratione ha-
bitationis, per id quod no. omnes doct. cōmuniter in feu. tit.
qual. vasal. iur. deb. fideli. Et qui omnes tenentur iurare fide
litatem. prout in. c. j. ver. aut si ideo iurat. illo tit. Et hoc pce-
dit nisi ille incole essent vel clerici vel alias empti. Et sic quā-
diu locus seu castrum, territoriū, ⁊ iurisdictio erunt inter eos
indiuise non poterit, prout nec hactenus potuit, dictus no-
bilis Marescalli acquirere aliquos homines qui ibi resi-
deant, ⁊ fiant aut facti fuerint incole illius loci, qui etiam
quo ad iurisdictionem non subijciantur dicto nobili de An
ceduna: ⁊ idem econtra. Fateor tamen quod dictus nobi-
lis Marescalli potuit vel potest aliquos homines acqui-
rere qui ei promiserint aut promittunt quod essent ⁊ quod
erunt homines sui: ⁊ quod prestabunt sibi seruitia iuxta
conuentiones habitas vel habendas imposterum. Quia etiā
tales homines posset acquirere etiā priuatus: hoc est non
habens iurisdictionem. Et tales (et quidem multi et fere
infiniti) reperiuntur et in Delphinatu, ⁊ in regno, ⁊ ali-
bi. Et de talibus hominibus, ⁊ modo seu forma constituen-
di illos loquitur Specu. titu. de feu. §. quoniam. in princip.
⁊ versicu. quarto queritur. ⁊ Joan. Raynaudi in repeti. l.
imperialem. §. fin. versicu. quero vlterius, quid est quod ho-
die dicimus homagium. ⁊ versi. quero vidimus de homa-
gio quod fit pro fundo, nūc videamus an possit fieri sine feu-
do. de prohib. feudi alien. per Freder. ⁊ Alua. in prela. feu.
versic. insuper sciendū est quod ex generali cōsuetudine, ⁊c.
verum, quāuis seruitia vel alia per tales homines dicto no-
bili Marescalli promissa vel in futurum promittenda de-
beantur vel debenda sint ipsi nobili Marescalli: dicti tamen
homines (si sint vel futuri sint incole loci vel territorij Ca-
darossie) sunt vel erunt ratione iurisdictionis subditi etiam
dicti nobilis de Anceduna quandiu manebit iurisdictio in-
ter eos indiuisa. Et ita ratione criminum ⁊ contractuum,
vel alias poterunt coram officiarijs cōmunibus aut etiam
coram proprijs officiarijs ipsius nobilis de Anceduna per-
inde conueniri, acsi non essent eo modo quo dixi facti homi
nes dicti nobilis Marescalli. ¶ Ad tertiū, in quo mihi vi-
dentur prefati nobiles de Anceduna ⁊ Marescalli conten
dere de facienda diuisione dicte iurisdictionis, dicto, vide-
licet nobili Marescalli contendēte qd illa fieri debeat, et pe
tente quod illa fiat: ⁊ dicto nobili de Anceduna pretenden
te illam fieri non debere, nec fieri posse eo inuito, obstante
conuentione seu pacto facto tempore facte diuisionis certo-
rum aliorum bonorum per ⁊ inter dictos nobiles Mare-
scalli ⁊ de Cassenatico predecessorem ⁊ authorē huius no-
bilis de Anceduna, ⁊ a quo causam habet: non possum ple-
ne respondere, pro eo quia dicti nobiles non conueniunt in
facto: hoc est super facto non fiende imposterum vel fien-
de diuisionis dicte iurisditionis. Et etiam quia quamuis
habeam capitulum facte diuisionis, non habeo tamē instru-
mentum vt possim plene videre alias conuentiones (si que
sint) ⁊ bonorum obligationes mutuo ⁊ inuicē sibi ipsis fa
ctas p dictos nobiles Marescalli ⁊ de Cassenatico. voluis-
sem etiam videre instrumentū emptionis facte per dictum
nobilem Gulielmum a dicto nobili de Cassenatico: quorum
4 salua visione dico, † quod si esset factum pactum de non fa-
cienda diuisione iurisdictionis intra certum tempus (po-
ne intra decem annos vel aliud tempus) certum illud pactū
videtur valuisse: secus si factum esset pactum ne vnquā fieret
diuisio. p id quod habetur in. l. in hoc iudicium. §. si cōueniat.
⁊ quod ibi doct. ff. communi diuidū. ⁊ vbi probatur vtrius-
que dictum. Et de vtroque ponit Alexand. de Jmol. con-
silio. xviij. exordiēte, visis capitulis initis inter prefatos ma-
gnificos ⁊ potentes dños, ⁊c. Et non solum valeret pactum
de non facienda diuisione intra certum tempus, sed etiam
valeret si esset factum de non facienda diuisione in vita pa-
ciscentium: vt probatur ex coniunctione duarum. ll. scilicet,
l. j. ⁊. l. nulla societas. ff. per so. quod etiam voluit Alexan. de
Jmo. in dicta. l. in hoc iudicium. §. si conueniat. vbi refert ita
se consuluisse. Jdem etiam voluit Flori. in dicto. §. si conue-
niat. ⁊ do. Jason May. in. §. quedam. versic. quid diceretis
de casu isto. institu. de actio. vbi etiam refert quendam solē-
nissimum docto. aliter consuluisse: ⁊ male secundum eum. Si
5 igit † prefati nobiles Marescalli, ⁊ de Cassenatico cōuenis-
sent seu pacti extitissent, quod iurisdictio ⁊ alia quedam de
quibus in dictis capitulis manerēt in communione, quous-
que ipsi aut ipsorū alter voluissent seu voluisset, videretur
hoc pactum valuisse. pro eo quia istud pactum non exten-
debatur post vitam paciscentium: quia morte extinguenda
erat voluntas. capitu. si gratiose. de rescrip. in. vj. Quo fit, vt
non posset inuito dicto nobili de Cassenatico (si adhuc con-
dominus iurisdictionis ⁊ aliorū predictorum existeret) fieri
diuisio: Maxime cum, vt puto, pacta, conuentiones, et alia
de quibus in instrumento dicte diuisionis fuissent iurata: ⁊
sic seruāda. c. cū cōtingat. c. si vero. cū multis simili. de pac. sed
q: idem nobilis de Cassenatico horū condomin⁹ nō existit,
sȝ ea trāstulit ī dictū nobilē de Anceduna est maior difficul
tas: An nolēte dicto nobili Marescalli, iurisdictionē, ⁊ alia
q̄ remāserāt indiuisa āpli⁹ remanere in cōione, debeāt illa di
uidi resistente ⁊ inuito dicto nobili de Anceduna emptore,
⁊ viuente p̄fato nobili de Cassenatico ei⁹ authore, ⁊ hoc est
effectualiter q̄rere, An quo ad bona dicti nobilis de Cassē-
natico habeatur p mortuo, ⁊ sic cēseat amplius nō velle: an
nō. Et an ipe nobilis de Anceduna, dictum nobilē Mare-
scalli diuisionē fieri petēte, repellere possit, quēadmodū hoc

facere possit dictus nobilis de Cassenatico si esset condominus: sed huic non possum plene respondere nisi prius visis dictis duobus instrumentis, scilicet, diuisionis, & emptionis. ¶ Venio ad quartum super quo dico, quod ex narratis non mihi plene apparet quod dicti nobiles Marescalli & de Anceduna conueniant in facto: nisi fortasse casus mihi missus presupponatur fuisse factus & descriptus de consensu vtriusque: & sic, quod vndecim partes insule, de qua ibi: & quadragesimaoctaua pars duodecime partis eiusdem insule spectent & pertineant ipsi nobili de Anceduna: & alie quadraginta septem partes dicte duodecime partis spectent & pertineant dicto nobili Marescalli. Insuper & quod tam idem nobilis Marescalli quam sui predecessores fuerint a tempore & per tempus de cuius initio aut contrario hominum memoria non existit in ea possessione de qua narratio fit in casu: Et quidem si hoc vltimum verum esset, videretur quod ipse Marescalli non posset prohiberi quominus animalia sua immittat, ac illa depascat, & venetur in predicta insula: prout dicit se facere posse, & hactenus fecisse. capit. super quibusdam. §. preterea. & quod ibi glossa & doctores. de verborum & rerum significatio. l. si arbiter. ff. de probatio. capitulo mos antiquus. sexagesima quinta distinctione. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quotidiana & estiua. & cap. j. ad fin. & quod ibi glossa & doctores. de prescriptio. in sexto. Si vero non ita existeret, tunc quo ad herbagia siue pascua (cum illa sint fructus predij seu insule prementionate. l. fructus. & l. solum. §. meum est. ff. de rei vendicatio. & quod plene notat Petr. antiq. in suo tractatu munerum. ante finem. per decem chartas vel circa. versic. exoritur ex ijs alia questio, vtrum dominus possit apascairare, &c.) tunc dico quod illa videretur pertinere ad dictos nobiles Marescalli & de Anceduna: ad quemlibet, videlicet, pro quota & portione quam ipsi & eorum quilibet habet in predicta insula. Et hoc videtur esse induuitatum: Tum multis alijs rationibus: tum quia accessorium, &c. regula

6 accessorium. de regulis iuris. in sexto. Quo † vero ad venationem, dico & respondeo quod cum idem Mareicalli partem habeat, licet modicam (habito respectu ad quotam et portionem dicti nobilis de Anceduna) dicta insula videtur posse dici sua ratione illius partis: quia quod inter te & me commune est, meum est: & tuum est. l. illud. ff. de ritu nuptiarum. & l. duo fratres. ff. de acquirenda hereditate. Et sic non videtur posse inhiberi quominus illam ingrediatur tanquam suam pro parte. Quod si ita est, potest in illa venari, & facere suum id quod capit. per id quod habetur in l. diuus. & quod ibi glo. ff. de serui. rust. pred. §. fere. institu. de rer. diuisio. & l. fin. §. sed cum in secunda. C. de fur. & quod notat glossa in. l. tertia. §. plane. ff. de acquirendo rerum dominio. Ad quod facit quod notat Angelus in dicta. l. Diuus. & prout dicit Ang. in. d. l. Diuus. secundu Bartho. Vero. in suo tract. de seruit. sub titu. de occupatione. nobiles & principes gaudent quod possint venari in fundo alieno: & est ratio, quia ingressus est prohibitus non captura. dicto. §. fere. & alijs supra allegatis. Quod etiam videtur voluisse Bartholom. Veronen. vbi supra. & Floria. in dicta. l. diuus. Limitat tamen idem Benedict. vt hoc non procedat eo casu quo fructus fundi consisterent in venatione, iuxta id quod habetur in. l. vsufructuarium venari. ff. de vsufruct. & l. venationem. ff. de vsuris. Sed videtur quod eo casu deberet iudicari de venatione seu de ijs que per eam capiuntur, prout de fructibus. Preterea est aduertendum an fere, & alia animalia existentia in predicta insula sint ibi inclusa vt illinc recedere non possint, quia tunc illa viderentur esse dominorum dicte insule: cum eorum custodiam euadere non possent. dicta. l. vsufructuariam venari. & argumento. l. naturalem. §. Ceruos. ff. de acquirendo rerum dominio. quod etiam voluit Jacobus Rebuff. l. j. C. de venat.

7 fera. libro vndecimo. Qui etiam idem credit in † cyrogrilis seu cuniculis reconditis in claperijs lapideis, cum domini fundorum & claperiorum illos ibi tenent, & capiunt quando eis placet: & cyrogrili ibi pascuntur, redeunt, pariunt, & nutriunt fetus suos: ad quod facit secundum eum quod habetur in feudis. titu. de pace tenenda, & eius violatori. §. nemo. & l. tertia. §. item si. ff. de acquirendo rerum dominio. super quo tamen articulo cum non sim plene de materia informatus vlterius non insisto. ¶ Ad quintum etiam non possum plene respondere, pro eo quia non habeo plenam informationem de casu: vellem enim videre instrumentum venditionis facte dicto domino de Anceduna, sine cuius visione non possum plene intelligere an ius patronatus ad eum transiuerit: vel saltem vel maxime quandiu viuet dictus nobilis Franciscus. Per dictum enim instrumentum apparere debet, an aliqua bonorum vniuersitas, & que vendita extiterit ipsi nobili Gulielmo, & quomodo, aut quibus verbis fuerit in venditione huiusmodi facta mentio de iure patronatus: quorum visio necessaria est ad plenum intellectum huius questionis. prout colligi potest ex ijs que notat Joannes Andreas in capitu. in nouella. & post eum Petrus de Ancharano, Geminia. & Philip. de Fran. de iure patronatus. glossa Panormita. & doctores in. c. illud. & quod habetur in. c. de iure. de iure patrona. Que dixerim, &c.

¶ De author. prestan. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Donandi licentiam pater filio concessit: quinimo testamentum faciendi, quod per certas clausulas in donationem resoluitur: Responsum est patrem in donationem causa mortis potius consensisse, illamque valuisse. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Filiusfamilias sine expressa patris licentia donare non potest donatione causa mortis: & quid de donatione inter viuos.

2 Donatarij presentia vel acceptatio necessaria ad validitatem donationis: & an vtrunque sit necessarium. & quid de confessione.

¶ Consilium. cxiij.

1 AD hoc vt † filiusfamilias donare possit donatioe causa mortis bona non castrensia vel quasi, non sufficit quod pater eidem filio prestiterit licentiam donandi vel consensum: sed opus est quod ipse expresse & specialiter consenserit aut permiserit filio quod donaret donatione causa mortis. l. filiusfamilias. §. patri. vers. sed enim. ff. de donatio. alias enim (si pater filio concessisset facultatem donandi, vel ipsi filio donare permisisset) ipse censeretur eidem filio concessisse facultatem vel permisisse vt donaret donatione inter viuos, non causa mortis. dicta. l. filiusfamilias. vbi de hoc est textus singularis secundum Joannem de Jmola. & licet hoc videatur mirabile, pro eo quia si permittitur quod est maius, multo fortius (vel saltem non minus) videtur etiam permitti quod est minus. regula cui licet. de reg. iur. in vj. & l. qui in ea. §. j. ff. de adult. & maius videatur esse posse donare inter viuos quam causa mortis: pro eo quia donatio inter viuos non potest regulariter reuocari. l. j. in prin. ff. de donatio. & l. fi. C. de reuoc. dona. donatio vero causa mortis potest reuocari: & per penitentiam donatoris, & per mortem donatarij ante mortem donatoris. l. j. ij. & l. si mortis. cum. l. seq. ff. de dona. cau. mor. & l. non omnis. ff. si cer. pet. Tamen dici potest secundum Jo. de Jmol. in d. l. filiusfamilias. quod quāuis certo respectu donare causa mortis, sit minus quam donare inter viuos, tamen alio respectu videtur maius: pro eo quia magis preiudiciale est concedenti potestatem donandi, &c. eo quia facilius mouetur quis pluries ad donandum causa mortis, quam libere & absolute inter viuos. vnde ex hoc posset magnum preiudicium generari patri cōcedenti: si forte filius faceret plures donationes causa mortis, & eū mori contingeret: quia tunc haberent effectum ad preiudicium patris. Et ideo sub simplici permissione de donādo non censetur pater permisisse donare donatione causa mortis. Pro quo facit secundum eum quod habetur in simili, in capi. fi. de transla. episc. opus est igitur ad validitatem donationis causa mortis fiende per filiumfamilias de bonis non castrensibus vel quasi, quod pater illam expresse & specialiter permiserit. propter quod videndū est, an hoc factum extiterit in casu de quo queritur: vbi presuppono, quod honesta quondam mulier Bellissens blayne filia magistri Joannis blayni fabri de expresso & speciali illius cōsensu vel ipsius presentia condiderit testamentum, & disposuerit instituendo & legando: prout in eodem. Et quod tandem subiunxerit quod dictum eius pretensum testamentum valere volebat iure testamenti nuncupatiui: & quod si nō valeret iure testamenti volebat quod valeret iure codicillorum: ac iure cuiuslibet vltime volun

volūtatis: omnique eo iure, modo, via, & forma, &c. Ad quod respondeo breuiter & succincte quod quamuis super hoc sint opiniones, cōmuniter tamen opinio videtur esse, quod p illa verba videatur pater concessisse filio facultatem donandi donatione causa mortis. vt voluit Alexander de Imola in l. senium. versicu. & circa hic nota. per glossam. C. qui testamenta facere possunt. qui ponit multas remissiones, vbi videri potest. Pro hac parte consuluit Signor. de homod. multa inducens. consilio trigesimo, exordiente, factum tale est. Quidam nomine Aroldus capra cōsensu Anthonij, &c. & Fulgosius consilio octuagesimooctauo, exordiente, visis superius allegatis: & in singulis quatuor quesitis, &c. qui etiam multa inducit. Et sic puto predictam Bellissentem potuisse donare, & bona sua relinquere donatione causa mor-
2 tis: Fuit † tamen necessaria presentia & acceptatio donatariorum per id quod notat Angelus, Joannes de Imola & Paulus de Castro in l. qui in potestate. ff. de testam. & Philippus de Franc. in Rubrica, de testamentis. versiculo, sed remanet dubitatio, an sit necesse quod donatarius quando est presens debeat acceptare. in sexto. Et sic non videtur quod sola presentia sufficiat, sed opus sit etiam acceptatione donatarij in quem confertur dispositio: pro eo quia donatio causa mortis exigit saltem nudum pactum: & illo solo hodie perficitur. vt notat glossa in l. cum pater. §. Meuio. ff. de legatis & fideicommissis secundo. & in l. secunda. C. de iure dotium. Fateor quod Bartolus in. l. que dotis. ff. soluto matrimon. videtur sentire quod presentia donatarij sufficiat. Sed istud non est sine magno dubio: propter quod potius inclinor in primam partem. Pro qua facit id quod notat glossa & doctores in l. illud. C. de sacrosanctis ecclesijs. Facit etiam quod dici solet de confessione facta parte presente, que sibi non prodest nisi illam etiam acceptet, secundum Cynum. qui ita notat in. l. vnica. questione sexta. vbi etiam Salicetus in decimaquinta opposit. C. de confessis. Salicetus in l. iubemus. C. de libera. causa. & in l. generaliter. questione sexta. C. de non numerata pecunia. vbi refert se sepius consuluisse: & ita tenuisse dominum suum, scilicet, Richar. de Sali. & probat per. l. finalem. ff. de interrogatoria actione. & ita etiam notant moderni in l. certum. §. si quis absente. ff. de confessis. Si igitur in dicto testamento fuerint presentes dictus fabri pater, & honorabilis vir magister Petrus ponerij, qui etiam acceptauerit legatum sibi factum de vinea: puto cum posse defendi, & posse consequi vineam huiusmodi iure donationis causa mortis. Sed si non acceptauerit, puto contrarium, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ De donatio. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Donationem siue preambulam ordinationem ante testamentum factam, in qua pater illam faciens facultatem mutandi & de bonis suis disponendi reseruauit, quis dubitet mutari posse? Fratres tamen nonnunquam paternas successiones negant sororibus vel plusquam possint. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Preambula ordinatio diuisionis a patre filijs facte qualis ad testamentum consideretur.

¶ Consilium. cxiiij.

1 

Etiam si diuisio † quam fecisse legitur nobilis quondam vir Claudius Silui inter nobiles Jordanum, & Anthonium Silui eius filios naturales & legitimos videretur continere donationem per eundem Claudium prefatis eius filijs factam anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo sexagesimotertio. & die quinta mensis Martij: huiuscemodi tamen diuisio et pretensa donatio videtur potius debere dici aut vocari ordinatio facta a patre supremi iudicij dispositionem preueniens. de qua loquitur. l. parentibus. C. de inofficioso testamento. & l. si filia. §. Papinianus. ff. de inofficioso testamento. Et hoc quidem, quia dispositionis supreme natura mutabilis est: sicut & testamentum est mutabile vsque ad supremum vite exitum. l. quarta. ff. de adimendis legatis. & l. finali. §. penultimo. ibi, & in ea vsque ad extremum vite spatium perseuerauerit. Preterea supposito quod dicta diuisio & pretensa donatio possent dici vera donatio, vel continere etiam veram donationē, non ordinationem factam a patre supremi iudicij dispositionem preuenientem: adhuc videretur, quod huiuscemodi pretensa donatio non tenuerit impediente patria potestate: sed indiguerit alieno auxilio, scilicet, confirmatione per mortem patris. l. secunda. C. de inofficio. donat. & l. siue emancipatis. C. de donationibus ante nupt. vel propter nupt. &c. & sic adhuc fateri oportet, quod illa fuit mutabilis: et quod dictus quondam nobilis Claudius potuit eam subijcere oneri substitutionis. l. sequēs questio. ff. de leg. ij. nisi forte quis dicere voluerit, quod cum in diuisione & pretensa donatione huiusmodi interuenerit paternum iuramentum donatio predicta fuerit iuramento confirmata & vallata: & sic quod pater non potuerit contrauenire, per id quod not. Bald. in. l. iij. C. de vsucapio. pro donato. & alij in alijs locis: cuius tamē contrariū voluit Paulus de cast. consilio. cv. exordiente, circa bona que fuerūt domini Huberti, &c. versic. tertio videtur obstare iuramētum, &c. ibi. dic ergo melius quod hec donatio iuramento nō confirmatur. Bald. in quodam suo consilio exordiente, queritur an donatio, &c. & Fulgo. consilio. cxcix. exordiente, viso supra scripto instrumento donationis, &c. Sed hoc nō obstat, pro eo quia in instrumento dicte pretense donationis fuit expresse reseruatum quod dictus nobilis Claudius possit vendere, donare, legare, & facere de bonis premētionatis, prout facere poterat adulte dictam diuisionem: & de ipsis bonis testari, & facere ad suam voluntatem prout quilibet de suo facere potest & debet. ex quibus verbis aperte colligitur et apparet, quod dictus nobilis Claudius non intendebat facere veram & meram donationem de dictis eius bonis: sed potius (vt iam dixi) facere intendebat diuisionem seu ordinationem, eius supremi iudicij ordinationem preuenientem. Et sic illa non obstante potuit de illis disponere & testari: Tum quia supposito (citra preiudiciū veritatis) quod illa fuisset vera & mera donatio: quia tamen idem nobilis Claudius sibi reseruauit facultatem vendendi, donādi, legandi, & faciendi prout antea facere poterat, ac etiā de bonis donatis testādi & faciendi ad suam voluntatem (prout de suo quilibet facere potest & debet) ipse potuit testari: qr quilibet regulariter est moderator et arbiter rei sue. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de contrahenda emptione, & venditione. l. polia. C. de his quib. vt indignis. & capitu. de his. ad fin. de sepul. Cum igitur pacta seruanda sint, ipse nobilis Claudius potuit de dictis eius bonis disponere & testari: quod etiam in terminis voluit Joan. fab. in. §. liberis. institu. de pupilla. substitu. quia pacta inita seruanda sunt. pro quo allegat. l. primā. C. de dona. que sub modo. & l. ij. et per totum titulum. C. si mancipiū ita fuerit aliena. Ex quibus omnibus infero, quod non obstantibus diuisione & pretensa donatione superius mentionatis, potuit prefatus quōdam Claudius de bonis suis disponere & testari, prout postea fecisse dicitur: & quod consequenter nobiles Magdelena, Lucia, & sorores debēt admitti ad substitutionem seu fideicommissum per dictum quōdam Claudium relictum: prout alias respondi. Que dixerim, &c.

¶ De su. et legi. libe. Rubri.

¶ Epitome.

¶ Summatur vt in primo notabili. V. F.

1 ☞ Imputare in legitimam debitam in bonis aui materni nepos debet maternam dotem per auum constitutam.

2 Fructus legitime an et quando debeantur.

¶ Consilium. cxv.



Uper eo de quo effectualiter queritur parte prouidorum virorum Gulielmi Eyraudi nepotis seu Felezeni honorabilis quondam viri Joannis Pelegrini ex Anthonia eiusdem dicti Joannis filia

predefuncta, ⁊ magistri Nicolai Pelegrini dicti quondam
Joannis filij naturalis ⁊ legitimi: an deinde dos materna
per dictum quondam Joannem constituta debeat ipsi Gu-
lielmo imputari in legitimam sibi debitam in bonis prefati
1 quondam Joannis eius aui materni. Fuerunt † olim, ⁊
hodie sunt, quatenus de iure communi loquimur, varie opi-
niones: vna fuit quod nepos debeat maternam dotem per
auum constitutam sibi imputare in legitimã debitam in bo-
nis aui materni. Et hanc opinionem sequuti sunt Martin.
Siluia. Jacob. de Aretio ⁊ Jacob. Butri. relati per Bal-
dum in. l. scimus. in principio. versiculo secunda questio est.
⁊ hanc habeo in additio. ⁊c. C. de inoffic. testa. Pro hac opi
nione consuluit Bar. cons. clxxxiij. exordiente, Gilbertus de-
dit dotem pro filia, ⁊c. qui pro hac parte multa inducit. Eũ
etiam sequutus est idem Bart. in. l. in quartam. versic. formo
aliam questionem. vbi etiam inducit fundamenta de qui-
bus in. d. consil. dicens se pro hac parte consuluisse: ⁊ quod
ita consuleret. Et loquitur Bart. eo casu quo dos remansit
penes nepotem seu filie seruum in vim cõsuetudinis. de qua
per glos. ⁊ doct. in. l. dos a patre profecta. C. solu. matri. ⁊ per
scribentes in. l. post post dotem. ff. solu. matri. Hanc opinio-
nem etiã sequutus est in dictis terminis Bal. in. l. quoniam
nouella. vers. veniamus ad questionem, ⁊c. Jllam etiam opi
nionem sequuti sunt Paul. de Cast. Rom. ⁊ Alex. de Jmo.
in. l. illam. C. de colla. ⁊ Pau. de Cast. in d. l. in quartam. vers.
tangit etiam Bart. questionem quotidianam. Pro ea etiam
consuluit Pau. de Cast. cons. cxxiiij. exordiente, dubia de qui
bus queritur, ⁊c. vers. super secundo quo queritur an dos da
ta filie. ⁊ cons. cclj. exordiente, visis ⁊ ponderatis omnibus su
pradictis. ⁊ vbique refert Bal. tenuisse opinionem contra-
riam: quem (vtpote eius preceptorẽ) dicit se aliquando fuis-
se sequutum in consulendo. ⁊ hoc est verum, scilicet, consil. cl.
exordiente circa primum quesitum. Sed postea ab illa Bal.
opinione discessit scribendo ⁊ consulendo in quatuor locis
superius recitatis: in quibus semper sequutus est opinio-
nem Bart. Dictam opinionem Mart. Siluia. Jac. de Are.
Barto. ⁊ aliorum predictorum etiam sequutus est in termi-
nis predictis Alexan. de Jmo. in. l. post dotem. vers. item in-
quantum. Bar. hic in quinta. q. ff. solu. matr. ⁊ cons. xxiiij. exor
diente, visis dubijs, ⁊c. in primo vol. And. Barb. cons. xl. exor
diente, Jllud adduco in prospectum quod altissimus Deus
princeps dicit, ⁊c. ⁊ multis seq. vbi pro hac parte multa indu
cit: ⁊ Paul. de monte pi. in repetitio. l. in quartam. versi. no-
no querit Bart. de pulchra ⁊ quotidiana questione, ⁊c. ⁊ mul
tis (non dixerim col.) sed chartis sequentibus. ff. ad. l. falcid.
vbi pro hac parte inducit vndecim fundamenta: ⁊ quamuis
postea laboret (⁊ quidem multũ ⁊ subtiliter) impugnare opi
nionem Bart. ⁊ deffendere opinionem Bal. illi contrariam,
tandem tamen post multas col. dicit quod maiores nostri
adeo semper timuerunt fundamenta Bart. quod semper tre
pidanti animo amplexi fuerunt sententiam Bal. subiungẽs
quod in iudicando ⁊ consulendo non est recedendum a sen-
tentia Bart. que est ipsa veritas. Pro qua (inquit) faciunt
fundamenta per eum inducta ⁊ supra mentionata: ⁊ sic idem
Paulus sequutus est hanc primam opinionem. Alia ⁊ se-
cunda opinio fuit: quod si filij sint heredes matris in do-
te, quod tunc non imputent eam in legitimam: ⁊ hanc vi-
detur tenuisse Bartolus in dicta. l. post dotem. ff. soluto
matrimonio. secundum Joannem de Jmola in dicta. l. in
quartam. versicu. secunda fuit opinio, ⁊c. Et hanc opinio-
nem etiam sequutus est Jacobus de Bellouisu in quodam
suo consilio. Quia ex quo dos fuit effecta matris, ex muta-
tione persone mutatur patrimonium. l. Pau. respondit. §. fi.
ff. de acqui. her. ⁊ per alia fundamenta que allegat. Et hanc
opinionem sequutus est Bal. in d. l. illam. C. de colla. ⁊ Ang.
in dicta. l. in quartam. secundum Joannem de Jmola ibi. ⁊
Raphael. Cumanum consilio decimo, exordiente, in ciuita-
te laude factum tale est, ⁊c. in consilio octuagesimosexto,
exordiente, circa primum vt nostis magna dubitatio est.
Tertiam opinionem tangit Baldus in dicta. l. illam. di-
cens eque posse distingui: quod aut nepos venit ad succes-
sionem aui ex persona matris, vt quia concurrit cum auun-
culo vel cum matertera, qui alias precedebant eum in gra-
du, ⁊ tunc debeat nepos dotem maternam imputare in le-
gitimam: quemadmodum illam imputaret mater si viue-
ret: ex cuius persona venit nepos secundum eum. Secus
dicit Baldus, si veniret ex propria persona, vt quia concur-
reret cum nepote ex alia filia: cum tunc ipse ⁊ alius nepos ex
alia filia essent pares in gradu. Et hanc partem tenuit idem
Bal. in quodam suo consilio prout ipse refert in dicta. l. il-
lam. et Joann. de Jmo. in. d. l. in quartam. Hec tertia opi-
nio visa est rationabilis Joann. de Jmola qui propterea
eam sequitur in dicta. l. post dotem. versiculo item adde ei
quod dicit ibi tu potes dicere quod si veniat ad successio-
nem. ⁊ in allegata. l. in quartam. Jstam opinionem post
longam disputationem in dicta. l. quoniam nouella. versi-
culo quero quarto. C. de inofficioso testamento. sequutus
est Salicetus in. l. scimus. §. repletionem. versiculo quero
an nepos. eodem titulo. Reperio quod Baldus posuit a-
liam opinionem consilio ducentesimonono, exordiente, ca-
sus super quo consilium postulatur, ⁊c. versiculo, ego in hoc
articulo, ⁊c. in prima parte. vbi distinguit, an liberi matris
predefuncte veniant cum alijs liberis defuncti de cuius he-
reditate agitur: an cum extraneis. dicens, quod primo ca-
su imputant dotem maternam: secundo non. Non putaui
expedire referre fundamenta predictarum opinionum, ⁊
doctorum illas deffendentium. verum videtur quod opinio
Martini Siluiani, Jacobi de Aretio, Jacobi Butr. Bar-
toli ⁊ sequatium tenentium quod dos materna debeat per
nepotem imputari in legitimam debitam in bonis aui ma-
terni qui dotem constituerat eo casu quo dos peruenit ad
nepotem in vim consuetudinis superius mentionate sit
communior ⁊ verior. Et quod propterea in casu de quo que-
ritur teneatur dictus Gulielmus dotem per dictum quon-
dam Joannem Pelegrini eius auum pro dicta quondam
Anthoneta constitutam imputare in legitimam. Preterea
cum ipse sit nepos, ⁊ dictus magister Nicolaus eius auun-
culus, tenetur ipse illam imputare: non solum secundum
primam opinionem, que videtur communior ⁊ verior, sed
etiam secundum tertiam opinionem: pro qua, vt dixi, con-
suluit Baldus, ⁊ quam sequuti sunt Joannes de Jmola, et
Salicetus in duobus locis. ⁊ Philippus de Corneo in di-
cta. l. illam. Preterea ista questio videtur mihi decidi per
dominicalem constitutionem exordientem, Jtem quia in-
ter doctores est magna altercatio circa. l. dos a patre pro-
fecta, ⁊c. versicu. ⁊ ipsam dotem succedendo patri aut auo
materno, in legitima computẽt, ⁊ cõputare debeant. Et sic
nõ puto oportere super hoc multũ insistere, supposito prout
suppono, quod illa cõstitutio ibi seruetur pro lege. Conclu
do igitur, quod dictus Gulielmus ayraudi, tam suo, quam
cessionario nominibus Silene eius sororis, potuit, ⁊ potest
petere legitimam in bonis dicti quondam Joannis pele-
grini eorundem Gulielmi ⁊ Silene aui materni debitam: ⁊
que, si eidem Joanni non superfuerint alij nepotes seu Fe-
lesene ex prefata quondam Anthoneta, ascendit ad sextam
partem bonorum eiusdem quondam Joannis: eorum, sci-
licet, que superfuerunt tempore mortis ipsius quondam
Joannis: deducto ere alieno, ⁊ funeris impensa. Hec pro-
bantur in authenti. de triente ⁊ semisse. §. primo. collatione
tertia. ⁊ transumptiue in authentica nouissima. C. de inoffi-
cioso testamento. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. ff.
eodem titulo. Sed in dicta quarta debet sibi imputare do-
tem maternam per predicta: ⁊ intelligo dotem ipsam to-
tam, si illa tota ad eum ⁊ dictam Silenam vel ipsum perue
nerit, alias vero debet imputare id quod de ea peruenit. ar-
gumen. l. que de tota. ff. de rei vendicatio. ⁊ quod not. Ale-
xander de Jmola in dicta. l. illam. Et facta huiusmodi im-
putatione poterit videri quantum eidem Gulielmo debea-
tur pro supplemento predicte legitime: ⁊ illud debet sibi
assignari cum fructibus perceptis a tempore mortis dicti
quondam Joannis secundum ratam ⁊ valorem huius sup-
2 plementi: quia † non solum debetur legitima, seu in casu
isto supplementum legitime, sed etiam fructus illius. dicta
l. scimus. ⁊ expressius in authentica nouissima. ⁊ quod ibi
glossa ⁊ doctores ⁊ quod notat glossa magna in. l. in fidei-
commissaria. in principio. ff. ad Senatusconsultum Tre-
bellianum. Joannes Andreas in additio. Speculator. ti-
tulo de pignoribus. §. sequitur videre. in addition. incipien-
te, si vsusfructus debebatur. Baldus in. l. non est ambi-
guum. C. familie erciscunde. ⁊ Alexander de Jmola con-
silio sexagesimonono. exordiente, super primo dubio, ⁊c. ver-
sicu. super secundo dubio, scilicet, an possit agere ad fructus,
⁊c. in. j. vol. Quo vero ad domum quam de suis proprijs pe-
cunijs cõparasse seu emisse dicitur dictus magister Nicolaus
tempore vite prefati quondam Joannis eius patris, dico ⁊
respondeo prima facie quod cum idem Nicolaus reperiatur
tenere ⁊ possidere dictam domum, dicto Gulielmo agenti in
cumbit onus probãdi quod illa fuerit acquisita de bonis pa
ternis. iuxta ea que not. Bald. in auth. ex testamento. versic.
vndecimum capitulum. ibi ergo circa hunc articulum, ⁊c. C.
de col

de collatio. Alexand de Imo. in dicto consil. xxiiij. exordien
te, visis dubijs. ibi & quod petenti incumbat onus proban-
di, &c. in primo volumine. & Philippus de Corn. in. l. cum
oportet. in prin. ver. in ea. in fin. hec vera, &c. C. de bon. que li
beris. Etenim hoc laudo, quod domini arbitri & arbitrato
res inquirant & se informent de & super arte dicti magistri
Nicolai, & an sit industriosus & diligens in sua arte, & alias
talis qui verisimiliter fuerit ex arte sua lucratus pretium di
cte domus: insuper etiam inquirant & se informent, an pa-
ter esset diues, & iste magister Nicolaus haberet gubernium
& administrationem bonorum paternorum, vt sic possint ve
risimiliter presumere istam domum fuisse acquisitam vel non
acquisitam ex bonis paternis. Quia si ipse Nicolaus sit in
arte industriosus & bene diligens, satis videtur presumen-
dum quod illam domum acquisierit ex sua industria, & quod
propterea non fuerit dicti eius patris: maxime si non habue
rit gubernium & regimen predictorum bonorum. E contra
vero si non est industriosus & diligens in arte, aut alias talis
qui verisimiliter ex sua industria non acquisiuerit pretium di
cte domus, deberet presumi quod illam acquisierit ex bonis
paternis: & sic quod illa fuerit patris. per id quod notat
glos. & docto. magis communiter in dicta. l. cum oportet. Et
ita mihi videtur sub correctione.

¶ Ad Senat. Consul. Tertyll. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Mater minor vigintiquinque annis, que filio impuberi
tutorem non petijt: succedit nihilominus filio, exclusis agna
tis: quamuis eum imprudens in lecto suffocauerit: dum
absit culpa. V. F.

¶ Consilium. cxvj.



Vidi casum mihi mis-
sum parte Joannis Perotoni, & ysabelis
eius sororis, vna cum dubijs ex casu huius-
modi subortis & elicitis: pro quorum faci-
liori responsione premitto breuiter & succin
cte, quod hereditas prouidi quondam viri Ludouici Pe-
rotoni fratris dictorum Joannis & ysabelis delata est Mat
theo ipsius Ludouici filio naturali & legitimo. auth. de he-
redibus ab intestato. §. j. colla. ix. & transumptiue in authen.
in successione. C. de legiti. libe. Et si ante illius immistionem
idem Mattheus ab humanis decesserit, ipse illam trasmisit
ad Margaretam de prato eius matrem. per id quod notat
docto. in. l. si infanti. C. de iure deliber. & in. l. ventre. ff. de ac-
quir. her. Si vero idem Mattheus post illius immistionem
ab humanis decesserit, illi successit eadem Margareta eius
mater. auth. defuncto. & in corpore vnde sumitur. C. ad Ter-
tyllian. nec mihi videtur (salua maiori librorum reuolutione
qui mihi hic desunt) quod ea que eidem Margarete expo-
nuntur parte dictorum Joannis & ysabelis eidem Mar-
garete noceant: vel prosint dictis Joanni & ysabeli. Et pri-
mo quidem non id quod eidem opponitur, scilicet, quod non
petierit dicto Mattheo (non solum impuberis sed infanti)
de tutore prouideri: Tum quia vt audio predicta Marga
reta non solum erat minor xxv. ann. tempore mortis & decessus
dicti quondam Ludouici, sed etiam tempore mortis dicti Mat
thei eius quondam filij: non ergo ex hoc capite incurrit penam
predictam. l. ij. & quod ibi gl. & doct. C. si aduer. deli. quod etiam
voluit glo. & doc. in. l. matres. C. ad Tert. & Bal. in. l. precibus.
ver. circa quartum casum. ibi, videamus ergo casus in quibus
mater, &c. C. de impub. & alijs subst. Tum & quia dictus Mat
theus mortuus est ante lapsum annum: quinimo & ante lapsum
septem mensium a tempore eius natiuitatis: & sic eo tempore quo
eadem Margareta nondum videbatur in mora petendi proui-
deri de tutore dicto Mattheo filio: pro quo allegasse sufficiat
id quod habetur in. l. ij. § si mater. & §. consequenter. ff. ad Tertyl.
& quod habetur in. l. sciant. C. de legi. here. & quod no. Bal. in
d. l. matres. ver. modo ego quero Titius decessit, &c. de quo
plene per Ang. Are. quem tamen non habeo hic in. §. actionum. in
materia tutelari. insti. de act. Nec etiam videtur eadem Marga-
reta debere excludi pro eo quod moriente dicto quondam Lu-
douico eius marito non petierit de curatore ventri prouide
ri. & hoc dico argumento d. l. ij. C. si aduers. delic. quia si cum
minor xxv. annis existeret non debuerit aut debeat repelli
ab hereditate dicti Matthei eius quondam filij propter non
petitum tutorem. d. l. ij. C. si aduer. delic. eadem ratione non
videtur ab ea repellenda propter non petitum curatorem da-
ri ventri: quia vtrobique videtur eadem ratio, ergo idem ius, &c. l.
illud. cum suis simili. ff. ad. l. aq. Et sic non videtur obstare id quod
habetur in. l. ij. §. filijs autem. x. quod si cum pignoras. ff. ad tertyl. nisi forte
quis dicat quod fauorabilior sit causa partus quam pueri: vt singulari-
ter dicit text. l. j. §. & generaliter. ff. de vent. in possess. mitte. quod
etiam voluit Bald. in dicta. l. matres. versic. modo ego que-
ro Titius decessit, &c. propter quod, vtpote absens a libris,
aliquantulum subsisto non ante puto, alio non apparente, quod
propter suffocationem dicti Matthei debeat ipsa Marga
reta repelli ab ipsius hereditate: pro eo quia licet fuit idem Mat-
theus per eandem Margaretam vel de ipsius mandato pro-
pter exhibitionem lactis leuatus a cunabulis, non tamen ap-
paret quod ipsa deinde dictum Mattheum posuerit inter
se & nutricem de qua in depositionibus testium mihi exhi-
bitis: quinimo illum inibi posuit dicta nutrix. nec etiam ap-
paret, quod ipsa nutrix de scitu & consensu eiusdem Marga-
rete hoc fecerit, potuit enim contingere quod dormiente eadem
Margareta ipsa nutrix hoc fecerit: nec puto quod in du-
bio fuerit vel sit aliquid maligni presumendum contra ipsam
Margaretam matrem illius Matthei & nondum nuptam.
Et hoc operatur naturalis cognatio propter naturalem affe-
ctum: & ardor materni amoris. l. aurelius. §. Titius testamen
to. ff. de liber. lega. l. Paulo calimaco. §. Pomponius. ff. de
leg. iij. si vero ante mortem huius Matthei conuolasset ad
secunda vota tunc potuisset presumi minor amor ad Mattheum
filium, & maior ad secundum virum. l. lex que tutores. C. de
administra. tuto. de quo Bald. in dicta. l. precibus. ver. quid
ergo si petijt non ydoneum, &c. C. de impube. & alijs substit.
Propter que (salua maiori deliberatione) existimo inten
tionem, dictorum Joannis & ysabelis (alio, non apparen-
te) non posse opportune defensari: eo maxime, quia suppo-
sito quod dicta Margareta probari posset imposterum talem
culpam commisisse propter quam non potuisset aut posset eidem
Mattheo cum effectu succedere, succederet tamen & esset il-
lius heres postquam adimit illius hereditatem: sed per fiscum
sibi auferretur hereditas. per id quod puto voluisse Bart.
(quem non habeo hic) in. l. cum ratio. ff. de bon. damna. & in
l. codicillis. §. matre. ff. de lega. ij. Que dixerim, &c.

¶ De in integ. restit. Rubri.

¶ Epitome.

¶ Minori in permutatione leso, sed non vltra dimidiam
iusti pretij non succurritur. si in contractu iurauerit: quia iura-
mentum eum representat maiorem. V. F.

¶ Consilium. cxvij.



Vidi copiam note breuis seu li-
teram testimonialem
permutationis facte anno incarnationis do.
millesi. ccccci. & die decimaquinta mensis Ja-
nuarij per & inter honestum iuuenem Petrum
de Campis ville sancti Remigij minorem vigin
tiquinque annis, & maiorem decem & octo ex vna parte, & Anto-
nium bouis ex alia, vna cum subiunctione casus in quo sup-
ponitur eundem Petrum fuisse lesum in dicta permuta-
tione circa dimidiam iusti pretij. Ex quibus tamen non pos-
sum plene respondere ad quesitum, pro eo quia ex dicta no-
ta, & casu predicto non plene percipio an idem Petrus fue-
rit lesus vltra dimidiam iusti pretij vel citra: hoc est in mino
ri: quia dictio circa, posita in casu est dubia & incerta. Si enim
idem Petr. non fuit lesus vltra dimidiam iusti pretij, non puto quod
ipse possit contrauenire: & hoc propter iuramentum per eum pre-
stitum de non contraueniendo: Quod (licet minor viginti-
quinque annis existeret) representauit tamen eum maio-
rem vigintiquinque annis. vt voluit gloss. in. l. secunda. C. de
rescinde. venditio. & in capitu. penulti. de emptione & vendi-
tio. per authen sacramenta puberum. C. si aduersus vendi-
tionem. & propter iuramentum huiusmodi fuit exclusus a
beneficio minoris etatis & restitutionis in integrum. dicta
authenti. sacramenta puberum. Nec iuuaret eundem Pe-
trum si forte diceretur, quod ipse non fuerit certioratus de
dicto beneficio. pro quo causa breuitatis allegasse sufficiat
nota. per Bartolum, & sequaces in dicta authent. sacramen-
ta puberum. per Bar. Ang. & Fulg. & Pau. de ca. in. l. si duo
patroni. §. i. de Julian. ff. de iureiur. si vero fuerit lesus vltra

dimidiam iusti pretii vellem intelligere an in multo vel in pauco: ⁊ deinde vellem videre extensionem illius clausule. Sibi mutuo dederunt maiorem valentiam, ⁊c. que a variis notariis varie solet extendi. Aliqui enim illam extendunt ⁊ adiiciunt etiam si huiuscemodi maior valentia excedat dimidiam iusti pretii, ⁊c. vel per verba equipollentia: ⁊ tunc videtur idem Petrus etiam exclusus a beneficio dicte. l. ii. de rescinden. vendit. per id quod in ea notat Bartol. ⁊ doctor. de quo etiam Bartol. ⁊ docto. in. l. si quis cum aliter. ff. de verbor. obligatio. Et hoc maxime ⁊ fortius procederet si etiam esset renuntiatum beneficio dicte. l. ii. C. de rescind. vendi. quod tamen an factum extiterit non potui plene intelligere; pro eo quia clausula, renuntiauerunt. non fuit extensa in dicta nota, sed post verbum (Renuntiauerunt) posita est dictio, ⁊c. abbreuiate scripta. Si vero fuisset ipse Petrus lesus vltra dimidiam iusti pretii, ⁊c. ⁊ non esset donata maior valentia iuxta ⁊ secundum extensionem superius mentionatam post verba sibi mutuo dederunt maiorem valentiam, nec esset renuntiatum. l. ii. C. de rescinden. venditio. tunc posset ipse Petrus intentare beneficium dicte. l. iuxta ea que ponit glos. ⁊ doct. in dicta. l. ii. ⁊ glos. ⁊ doctores in. d. cap. penult. de emptio. ⁊ venditio. vt igitur possem plene ⁊ secure respondere vellem habere plenam informationem de lesione dicti Petri: an, videlicet, fuerit lesus vltra dimidiam iusti pretii vel non; ⁊ habere vel instrumentum vel extẽsam dicte permutationis siue dictionem, ⁊c. abbreuiate scripta: Que dixerim, ⁊c.

¶ Commu. de success. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Postquam vulgaris ⁊ pupillaris substitutiones expirarunt, succedit vt plurimum fideicommissaria: ⁊ vtrinq; coniuncti fratres in successione fratrum defunctorum preferuntur consanguineis tantum. U. F.

1 ☞ Legitime ⁊ pupillaris substitutionis consideratio.
2 Quictantie bonorum paternorum vel maternorum tempus considerandum.
3 Fructuum ⁊ possessorum diuisiones ⁊ distinctiones quedã.
4 Restitutio fructuum venit in petitione hereditatis quamuis in libello non petiti sint.

¶ Consilium. cxviii.



Ex themate consultationis parte honeste mulieris Helene Radulphe filie naturalis ⁊ legitime honorabilis quondam viri Hugueti Radulphi ac vxoris ⁊ persone coniuncte prouidi viri Joannis Hugonis loci de Insula fuerat elicita multa ⁊ varia dubia: ⁊ quidem oportune. Pro quorum faciliori solu-
1 tione premitto quod cum † eidem quondam Hugueto superfuerint quatuor filii ⁊ due filie naturales ⁊ legitimi, horum omnium fuit semis seu dimidia pars bonorũ eiusdem quondam Hugueti: eorum, videlicet, que superfuerunt deducto ere alieno, ⁊ funeris impensa. authent. de triente ⁊ semisse. §. i. versicu. hec nos mouerunt corrigere legem. collat. tertia. ⁊ transumptiue in authentica nouissima. ff. de inoffic. testam. iuncta. l. Papinianus. §. quoniam quarta. ⁊. §. quarta. ff. eod. titu. Supposito igitur (prout in facto ponit) quod deducto ere alieno ⁊ funeris impensa bona dicti Hugueti valerent tempore eius mortis mille ⁊ quingentis florenis: dictorum sex liberorum legitima ascendit ad septingentos ⁊ quinquaginta florenos: ⁊ sic legitima cuiuslibet ascendit ad centum ⁊ vigintiquinque florenos. Ex quo infertur, quod cum dicta Alziaria ab humanis decessit facta pubes, ⁊ propterea expirauerit quo ad eam pupillaris substitutio, si que sibi facta extiterit. l. in pupillari. cum iuris similibus. ff. de vulgari ⁊ pupilla. ⁊ legatum sibi relictum non excederet legitimam, quinimo nec ad illam ascenderet vt patet ex predictis, iunctis iis que ponuntur in predicto themate: nihil potuerunt Marcellinus, Michael, Claudius, ⁊ Stephanus eius fratres petere in legato sibi relicto in vim, videlicet substitutionis de eis facte: quia eadem Alziaria non potuit in eius legitima seu dicto relicto, quod ad valorem illius non ascendebat, per dictum eius patrem onerari aut grauari. l. omnimodo. C. ⁊. l. quoniam in prioribus, ⁊. l. scimus. in princip. C. de inoffic. testam. ⁊. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulgari ⁊ pupillari. Sed in dicto relicto ⁊ aliis bonis, si que erant eiusdem Alziarie ab intestato vita functe, successerũt ⁊ succedere debuerunt dña Silla eius mater, ⁊ dicti Michael, Claudius, Stephanus, ⁊ Helena eius fratres ⁊ soror vtrinque coniuncti repulso ⁊ excluso dicto Marcellino fratre consanguineo. authen. defuncto. ⁊ in corpore vnde sumitur. C. ad Tertyl. Et per hoc patet responsio ad primum quesitum. ¶ Ad secundum dico ⁊ respondeo, quod dicta Alziaria testari potuit de dicto relicto seu dote: ⁊ in illo, ⁊ aliis bonis suis heredem vniuersalẽ instituere matrem: vel alium. Matri tamen relicta legitima, que fuisset triens, non quidem illius partis quam mater erat habitura ab intestato, sed triens omnium bonorum suorum: per id quod notat Bald. ⁊ docto. in dicta authenti. nouissima. Sed postquam illa decessit ab intestato, vt ponitur in casu; eidem successerunt mater ac frater, ⁊ soror vtrinque coniuncti: quilibet, videlicet, pro quinta parte. dicta auth. defuncto. C. ad S. C. Tertyllianum. ¶ Ad tertium dico ⁊ respondeo, quod cum dictus Michael inibi nominatus se immiscuerit paterne hereditati, ⁊ deinde factus pubes ab humanis decesserit, expirauerunt substitutiones vulgaris ⁊ pupillaris. l. post aditum. C. de impube. ⁊ aliis substitutio. ⁊ d. l. in pupillari. ff. de vulga. ⁊ pupill. Et sic remansit sola fideicommissaria substitutio: que sibi locum vendicauit in personam fratrum superstitum, scilicet, dictorum Marcellini, Claudii, ⁊ Stephani. Uerum, quia idem Michael erat de liberis primi gradus, ipse poterat disponere de duabus quartis, scilicet, de legitima, ⁊ trebellianica: quod cum non fecerit, in illis successerunt prefati Silla mater, Claudius, Stephanus, ⁊ Helena: quilibet, videlicet, pro quarta parte: repulso ⁊ excluso prefato Marcellino. dicta authent. defuncto. Legitima vero, vt predixi, ascendebat ad valorem centum ⁊ xxv. florenorum, que detrahetur de illa quarta parte in qua fuit heres institutus: ⁊ de residuo deberetur quarta pars pro trebellianica. iuxta id quod notat glossa in ca. Raynaldus. super verbo, licet totas: ⁊ quod ibi per doct. de testa. ⁊ quod notat Joan. de Imol. in dicta. l. coheredi. §. cum filie. Totum vero residuum, hoc est id quod supererit de dicta quarta parte, facta prius detractione dictarum duarum quartarum, debuit restitui prefatis Marcellino, Claudio, ⁊ Stephano substitutis. Addo predictis, quod si dictus Michael habuerit tempore eius mortis bona aliunde quesita quam ex bonis paternis in illis successerunt dicti Silla, Claudius, Stephanus, ⁊ Helena. Et per hec etiam patet responsio ad quartum quesitum, scilicet, quod dictus quondam Michael potuerit disponere de media parte sue quarte partis: ⁊ forte de aliquo vltra, facta debita calculatione: quod cum non fecerit, in illa, ⁊ aliis bonis aliunde quesitis quam a patre, sibi successerunt mater, ⁊ dicti Claudius, Stephanus, ⁊ Helena. ¶ Ad quintum dico ⁊ respõdeo, quod cum predictus Claudius inibi nominatus se immiscuerit paterne hereditati, ⁊ deinde factus pubes ab humanis decesserit, substitutiones vulgaris ⁊ pupillaris expirarunt, per iura superius allegata: ⁊ remansit sola fideicommissaria: per quam fuerunt ad fideicõmissum inuitati prefati Marcellinus, ⁊ Stephanus substituti. Uerum, quia dictus Claudius erat de liberis primi gradus, ipse potuit, prout dictum est de dicto Michaele, detrahere duas quartas, scilicet, legitimam, ⁊ trebellianicam: ⁊ que ascendebant ad id quod ascenderant legitima ⁊ trebellianica dicti quondam Michaelis. Et quia dictus Claudius de illis non disposuit, ei successerunt dicti Silla, Stephanus, ⁊ Helena: quilibet, videlicet, pro tertia parte repulso predicto Marcellino. dicto authen. defuncto. Successerunt etiã dicti mater, Stephanus, ⁊ Helena in eo quod ad dictum Claudium peruenerat de legitima ⁊ trebellianica dicti quondam Michaelis: quia ille non veniunt in fideicommisso ab eodem Claudio relicto. Etiam successerunt in bonis aliunde quesitis quam ex paterna successione vel ex substitutione per eum facta. Reliqua vero, hoc est illa pars que superfuit de quarta parte in qua fuit idem Claudius heres institutus prius detractis dictis duabus quartis, ⁊ id quod ad ipsum quondam Claudium peruenerat de parte dicti quondam Michaelis in vim substitutionis supra mentionate peruenire debuerunt ad dictos Marcellinum ⁊ Stephanum eidem Claudio substitutos. Et per hec patet responsio etiam ad sextum quesitum. Ad septimum dico ⁊ re-
2. spondeo † quod si tẽpore quictantie, de qua in eo, ⁊ que fuisse facta dicitur per prefatam Helenam de bonis paternis ⁊ maternis dicta Silla mater fuerit absens, nõ valuit predicta

quictan

quictantia quo ad bona materna: quinimo fuit illicita: vt-
pote pactum factum de successione alterius, & absentis.l.fi-
na.& quod ibi per doctor. C. de pactis. Si vero fuerit pre-
sens, tunc videtur esse magis dubium: attamen adhuc dico
(salua pleniori deliberatione) quod non propterea deberet
dicta Helena repelli a petitione legitime, sed supplementi il
lius: hoc est eius quod pro legitima sibi debetur vltra quin-
que florenos sibi legatos, & iure institutionis relictos per
dictam quondam Sillam: pro eo quia, vt apparet ex tenore
predicte quictantie, dicta Helena legitur quictasse & remisis-
se omnia iura & omnes actiones paterna, materna, pater-
nas, & maternas eidem (tempore facte quictantie huiusmo-
di) competentes in & super bonis dicte Sille: & cum tempo-
re quictantie huiusmodi viueret dicta Silla, nullum ius seu
actio ratione & ex causa legitime competebat eidem Hele-
ne super bonis eiusdem Sille eius matris. Pro quo allegasse
se sufficiat not. per Barto. in.l.fina.ff.de liber.agnosc. Alber.
in authenti.nouissima.C.de inof.testam. Jo. de Jmo. in l.lex
cornelia.ff.de testam. Panorm. in c. Raynutius. in fi. de te-
stam.& in c.transmisse. qui filij sint legiti. Alex. de Jmo. in.l.
si cum dotem.in princip.ff.solu.matrim. Paul. de Cast. cons.
xxx.& Antho. corset. in suis singularibus in verbo, legitima.
Legitima vero debita eidem Helene in bonis maternis est
dimidia pars trientis: Hoc est, sexta pars bonorum prefate
quondam Sille: eorum, videlicet, que superfuerunt dedu-
cto ere alieno, & funeris impensa. §.primo. collatione tertia.
& transumptiue in dicta authentica nouissima. iuncto eo
quod habetur in.l. Papinianus. §. quoniam quarta autem.
ff.de inofficioso testamento. in quo non potuit dicta Hele-
na grauari.l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. C. de inof
ficioso testamento. & authentica vt cum de appella.cognosc.
§.ceterum.collatio.viij.nec sibi preiudicasset ipsa Helena quo
ad supplementum si fortasse etiam sine protestatione & sim-
pliciter recepisset dictos quinque florenos, & dictum Ste-
phanum heredem liberasset & quictasset. dicto. §. ceterum.&
quod per illum.§.post alios docto.not.dom. Jas. May. in.l.
si quando.§.& generaliter.C.de inofficio.testamento. ¶ Ad
octauum quesitum dico & respondeo, prout dixi de Claudio
& Michaele, scilicet, quod cum ipse Stephanus post immi-
xtionem paterne hereditatis & factus pubes ab humanis
decesserit, expirauerunt substitutiones vulgaris & pupilla-
ris.l.post aditam. &.l. in pupillari.superius allegate. Et sic
remansit sola fideicommissaria, per quam, predictus Mar-
cellinus eius frater & superstes petere potest illam quartam
partem in qua erat idem Stephanus per patrem institutus:
detractis tamen duabus quartis, scilicet, legitima & trebel-
lianica (prout dixi de Michaele & Claudio) in quibus suc-
cedere debet dicta Helena soror vtrinque coniuncta repul
so prefato Marcellino fratre consanguineo.dicta authent.
defuncto.C. ad Tertyl. Debet etiam ipsa Helena succede-
re in omnibus bonis que ex materna successione ad eundem
Stephanum peruenerant: insuper & in illis que ad eũ per-
uenerant de legitimis & trebellianicis dictorum quondam
Michaelis & Claudij: quia bona hec non veniunt in resti-
tutione fideicommissi. Quo vero ad illa que ad ipsum quon-
dam Stephanum peruenerant in vim fideicommissarie sub-
stitutionis de quotis & portionibus eorundem Michaelis
& Claudij, dico quod illa debent restitui predicto Marcel-
lino substituto: quia illa veniunt in restitutione fideicom-
missi. ¶ Ad nonum dico & respondeo, quod facta semel de-
tractione legitime & quarte trebellianice de quotis & por-
tionibus in quibus fuit heres institutus dictus Michael
primo defunctus, non potuit de portione huiusmodi fieri
alia detractio trebellianice per Claudium secundo loco vita
functum. Et idem dico quo ad quotam dicti Claudij, scili-
cet, quod facta detractione legitime & trebellianice per he-
redes Claudij, non potuit fieri alia detractio per heredes
Stephani: prout satis colligitur ex ijs que superius dixi re-
spondendo sigillatim ad quesita: quod probatur per id quod
habetur in.l.j.§.inde Neratius.& quod ibi docto.ff. ad Tre-
bellia. ¶ Ad decimum patet responsio per ea que predixi,
scilicet, quod pro quota parte fuerit & sit prefata Helena heres
dictorũ eius fratrũ & sororis.& iuxta responsiones meas po-
terit formari conclusio libelli: & peti declarari dictam Hele-
nam fuisse & esse eorum heredem, & ad ipsam spectasse & per
tinuisse, ac spectare & pertinere eorum hereditates pro di-
ctis quotis: & peti condemnari ad restitutionem eorum que
de bonis predictis tenet & possidet, seu etiam tempore feren
de sententie possidebit prefatus Marcellinus eius frater.
3 ¶ Ad vndecimum dico & respondeo, quod † pro illius ple-
na solutione opus esset effundere multos sermones, pro eo
quia fructuum quidam sunt naturales, alij sunt ciuiles, &
rursum naturalium, quidam sunt industriales, alij sibi reti-
nent nomen generale, & dicuntur naturales. Preterea pos-
sessorum, quidam possident cum titulo, quidam sine titulo:
& iterum possessorum, quidam sunt bone fidei ab initio, & sem
per: quidam sunt bone fidei ab initio, & postea male fidei:
quidam autem sunt semper male fidei: in quibus reperitur
quo ad fructus distinctio: vt colligitur ex ijs que not. glossa
Bartolus & doctores in.l.ex diuerso.ff. de rei vendic.glossa
& doctores in §. si quis a non domino. institu. de rerum di-
uisione. Cynus & doctores in. l. certum. C. de rei vendicat.
Anthonius de Butrio & doctores in capitu. grauis. de re-
stitutione spoliatorum. scribunt & alibi in multis locis do
ctores de hac materia: verum quia non habeo plenam vel
oportunam informationem de qualitate possessoris in du-
bio predicto nominati, an, videlicet, fuerit & sit male aut
bone fidei possessor: & an semper vel aliquando, nec etiam
habeo informationem an cum titulo vel sine titulo possede-
rit bona predicta: ea, videlicet, que, vt dixi in alijs quesitis,
debent per eum restitui: nec etiam sum plene informatus
de fructibus: an, videlicet, sint naturales, ciuiles, vel indu-
striales: non possum plene, tute, & secure respondere. Di-
cam tamen vnum verbum, salua visione plenioris informa-
tionis & maiori deliberatione, scilicet, quod si dictus Mar
cellinus fuerit semper malefidei possessor sciens, videlicet, &
quo ad bona que fuerunt dicte Sille, & quo ad quotas bo-
norum dicti quondam Hugueti que debuerunt & debent di
cte Helene restitui, aliena bona possidere, ipse tenetur ad re
stitutionem fructuum per eum perceptorum: & non solum
perceptorum, sed etiam eorum quos vel ipse vel dicta He-
lena percipere potuit. Tenetur etiam non solum ad restitu-
tionem fructuum extantium, sed etiam consumptorum: siue
ex illis ditior factus extiterit, siue non. Si vero fuerit & sit
bone fidei possessor dico & respondeo, quod ipse tenetur ad
restitutionem fructuum naturalium per eum perceptorum:
siue illi extent, siue non: & idem dico de industrialibus extan
tibus. Quo vero ad consumptos, distinguitur: an ex illis
factus fuerit ditior, an non. Et primo quidem casu tenetur:
in secũdo, non tenetur. Intelligo que dixi quo ad iudicium
vniuersale petitionis hereditatis, quo agendum erit contra
dictum Marcellinum. Pro quibus poterit videri quod
notat Cyn. in dicta.l. certum. Bartolus & doctores in dicta
l.diuerso. glossa & docto. in dicto §.si quis a non domino. do
ctores in.l. non est ambiguum. C. familie erciscun. Et cum
plenius fuero informatus de qualitate possessoris & genere
seu generibus fructuum, an, videlicet, sint segetes, vue, seu
vina, oleum, fenum, poma vel alia huiusmodi: aut lana,
lac, vel alia: aut domorum pensiones: tunc authore domi-
no plenius & securius respondebo. Interim vero poterit fie
ri libellus in petitione hereditatis, & obmitti petitio fru-
ctuum: quia in hoc iudicio veniunt fructus etiam si non pe
tantur in libello. vt not. Bartolus & doctores in.l.si post.C.
de petitione hereditatis. Et hoc dico, ne forte petendo fru
ctus nobis qualequale preiudicium faciamus: vt, verbi
gratia, si peteremus omnes fructus perceptos & qui per-
cipi potuerunt: & tam extantes, quam quomodolibet con-
sumptos: vel in forte minus petendo: vt, verbi gratia, si
duntaxat peteremus omnes fructus naturales: insuper et
industriales extantes: aut consumptos, ex quibus factus
est ditior idem Marcellinus: ne igitur in hoc incidamus,
poterit fieri libellus, vt dixi, & interim cogitabitur. ¶ Ad
duodecimum, dico bonum esse supersedere a petitione do-
tis de qua ibi. Et si forte aduersarius voluerit quod hec ma
teria decidatur per amicos vel arbitratores, tunc poterit
de ea fieri sermo: & illa post es alienum debitum per dictum
quondam Huguetum, detrahetur de bonis eius tanquam
legitima: imo par legitime, & ad valorem illius non ascen-
dens: vt superius dixi de legitima dicte quondam Alisie.
Que dixerim, &c.

¶ Soluto matrimo. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Soluto matrimonio per mortem viri, doteque ab vxo-
re vel eius patre repetita, alimẽta per heredes viri vxori ne
intra annum quidem luctus sunt prestanda: Sed nec vestes
lugubres, nisi cõsuetudo aliter cogat. Eius vero quod mari-
tus pro infirmitate vxoris expendit, ratio habẽda est. U.F.

¶ Consilium. cxix.



D id de quo queritur parte honeste mulieris Alisie Mesclate sororis ꝛ heredis quondam Petri Mesclati, dico ꝛ respondeo, quod quia vt supponitur in facto, dos Margarete vxoris dicti quondam Petri, seu id quod de ea solutum extiterat prefato quondam Petro fuit per patrem predicte Margarete a dicta Alisia herede dicti Petri repetitum, ipsa Alisia non tenetur etiam durante anno luctus eandem Margaretam alimentare seu nutrire: per id quod notat Angelus Areti. et dominus Jason Mayn. in §. fuerat. Institu. de actionib. ꝛ quod colligitur ex not. per glossam ꝛ doctores in. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. actio. Et idem dico quo ad vestes: nisi forte quo ad vestes lugubres seu vestes luctus, si de consuetudine ille fieri consueuerint in partibus illis expensis heredum viri: per id quod vt puto not. Jo. de Imo. quem non habeo hic in. l. penulti. §. seruus vxoris. ff. soluto matrimonio. ¶ Ad secundum, dico ꝛ respondeo quod attendi debet ꝛ considerari quantitas seu magnitudo expense de qua ibi, que, videlicet, fuisse facta pretenditur pro curanda predicta Margareta tunc infirma: ꝛ si illa sit modica non excedens quantitatem dotis seu fructuum illius, expensa huiusmodi fienda, erat supportanda per maritum: ꝛ sic ad illam teneretur predicta Alisia tanquam heres dicti Petri. Si vero expensa huiusmodi esset magna, vel alias excederet quantitatem dotis seu fructuum illius, dictus maritus non tenebatur ad illud plus: et per cōsequens nec dicta Alisia eius heres: sed debet illud plus solui de dote dicte Margarete: ꝛ si non sufficiat, de bonis patris. Ad residuum vero tenetur dicta Alisia per id quod colligitur ex his que notat Cynus, Albericus, Bartolus, Alexander de Jmola in. l. quod in vxorem. C. de negotijs gestis. ꝛ quod not. docto. in. l. si cum dotem. §. si autem in seuissimo. ff. soluto matrimonio.

¶ De pact. int. empt. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Pactum de redimendo toties quoties voluerit venditor, triginta annis tollitur. U. F.

1 ☞ Dispositio non adaptatur vbi verba non conueniunt.
2 Successoris appellatione vniuersalis intelligitur.
3 Prescribitur pacto de redimendo triginta annis, et sequenti.
4 Debitor inuito creditore an ꝛ quando se liberare possit.
5 Prescribere possessor male fidei an ꝛ quando possit.
6 Presumi non debet quis maiorem valorem qui in moneta contingat donare.

¶ Consilium. cxx.



Jso instrumento venditionis, quam fecisse dicitur nobilis ꝛ potens quondā vir dominus Joannes de montealbano, dominus de Alysio nobili quondam viro Jacobo Penchenati, de hominibus, homagijs, censibus, redditibus, laudimijs, prouentibus, ꝛ quibuscunque emolumentis quecunque essent, ꝛ quocunque nomine censerentur: insuper ꝛ de iurisdictione alta ꝛ baila quam pro tunc idem dominus Joannes habebat in loco, territorio, ꝛ districtu de vaccino cum reuerēdis. in Christo patre ꝛ domino Diensi Episcopo, pretio quadringentorum florenorum inibi mentionatorum: ꝛ cum pacto expresso ꝛ solenni, quod quotienscunque idem dominus Joannes aut sui imposterum heredes ꝛ successores vellet seu vellent tradere ꝛ realiter expedire simul ꝛ semel in pecunia numerata quadringentos florenos talis valoris qualis erant dicti quadringenti floreni pro pretio predicto mentionati, huiusmodi vēditio foret cassa ꝛ nulla: sibiq; dicto domino esset licitum data supra mentionata ꝛ specificate vendita recipere propria authoritate sine alicuius domini vel superioris licentia petita vel obtenta: solutis dicto nobili Jacobo ꝛ suis dictis quadringentis florenis, ac iuribus ꝛ arreragijs: que tunc eidē nobili Jacobo deberētur in loco ꝛ parrochia Vaccini ad causam premissorum per eundem dominum Joannem venditorem. Dico ꝛ respondeo breuiter ꝛ succincte, mihi tamen reseruata pleniori deliberatione ꝛ visione librorū quib⁹ in hoc eremo ꝛ inter nobiles pro nunc careo, quod multa videntur obstare intentioni nobilis ꝛ generosi viri domini de Suza emptoris dicte gratie redemptiue. Et primo quidem † quia verba predicti pacti non videntur adaptari dicto dn̄o Suze, ergo nec eius dispositio. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusation. l. quarta. §. totiens. ff. de dam. infec. l. ita autem. ff. de administratione tuto. ꝛ quod voluit Pau. de cast. consi iiij. et consilio. xi. ꝛ Rota. consil. cccclxij. et consi. cccclxij. Quod autē verba predicti pacti eidē do. Suze non adaptentur, patet pro eo: quia in dicto pacto dictū est, quod quotiescūq; dictus do. Joannes aut sui imposterum heredes ꝛ successores vellet seu vellent tradere, ꝛc. cuiusmodi nō est dict⁹ do. Suze: ꝛ quidē nō est ipse do. Joannes venditor, nec est eius heres, ꝛ hoc certū: insuper nec eius successor: q̄ † appellatione successoris comprehenditur successor vniuersalis tantum, ꝛ non singularis. l. quedā. §. nihil interest. ꝛ quod ibi Alexand. de Jmo. ꝛ docto. ff. de eden. ꝛ quod not. docto. in. l. stipulatio ista habere licere. §. sicut. ff. de verb. obli. Et ad hoc, dictum. §. nihil allegat Bald. in. l. emptorē. C. loca. ꝛ ob hoc dicit Joan. de Jmo. in. l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. q̄ si quis acceperit rem in emphyteusim pro se, suis heredibus ꝛ successoribus, intelligit̄ de heredibus vniuersalibus, qui sunt heredes de iure ciuili: ꝛ de successoribus vniuersalibus qui succedunt de iure pretorio. d. l. stipulatio ista. in princip. cum verbo, ceterorū. ff. de verb. obl ꝛ ideo recipiens dictam emphyteusim non poterit eā transferre titulo singulari nisi cum solēnitate, de qua in. l. fi. C. de iu. emphy. non igitur videtur dict⁹ do. Suze posse in vim pacti de quo supra reemere aut repetere res venditas. Preterea supposito (citra preiudicium veritatis) q̄ ratio predicta eidē do. Suze non obesset: eidē tamē obesse † videretur prescriptio: pro eo: quia pactum predictū factum est anno, mense, et die, a quib⁹ decursi sunt anni quinquaginta, ꝛ vltra: obstat ergo (non solum dicto do. Suze emptori) sed etiam prefato do. Joanni (si viuat) alias eius heredi prescriptionis exceptio. per id quod not. Inno. in capi. cura. de iure patro. ꝛ alij plurimi quos referre solent scribētes in. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucapio. do. Feli. in capitu. fin. de prescrip. multos refert do. Guy. Pape in decisionibus parlamenti Delphinalis decisione. cxcix. exordiente, an capi. male fidei possessor, quem etiam sequutus est Humber. de Bouen. in repeti. authen. sacramenta puberū. circa fin. C. si aduers. vendi. Et q̄uis multi videantur tenere contrarium, dicta tamen opinio Innocē. et sequacium videtur procedere in hoc casu: in quo dici non potest dictum nobilem Jacobum fuisse in malafide vel peccato si non retrouendidit res venditas postquam non fuit requisitus intra triginta annos. Non † enim videtur esse iudicandum in hoc casu prout in alijs: vt (verbi gratia) in debitis, vel similibus, a quibus per oblationem, consignationē, ꝛ depositionem vel alias potest se debitor liberare etiā inuito creditore, per id quod not. Bald. in. l. acceptum. C. de vsu. ꝛ docto. in. l. si mora. ff. soluto matrimonio. quod facere non poterat dictus nobilis Jacobus, seu etiam eius heres: quia pretensa facultas data erat quotiensc̄uque, ꝛc. Preterea, licet bona vt plurimū obligentur seu hypothecentur pro minore pretio quā valeant, hoc tamen non est in venditionibus in quibus vt plurimum venduntur eo pretio quo valēt: ꝛ sic verisimiliter potuit cogitare vel credere dictus nobilis Jacobus, quod dictus do. Joā. vel eius heredes aut successores non redimerent res venditas: ꝛ si bene attendatur ad rationes allegatas per Joan. de Jmo. Roma. ꝛ alios modernos in dicta. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucapio. per Joannem de Jmo. ꝛ alios in dicto capitu. fin. de prescrip. quatenus reprehendunt Barto. in dicto. §. sequitur. in eo quod † dicit dictum capitu. fina. ꝛ capitu. possessor male fidei. de regu. iur. in. vj. non habere locum in prescriptione actionum personalium: in prescriptione inquam, tritriginta, vel. xl. annorum. ꝛ sic odiosa: ꝛ in odium negligentium introducta. de qua in. l. omnes. ꝛ in. l. cū notissimi. C. de prescrip. trigin. vel xl. annorum. ille rationes (et signanter precipue) videntur cessare in hoc casu: quod etiam aperte sensit ꝛ voluit Ange. vt colligitur ex diuersitate eorum que ipse not in dicta. l. sequitur. §. si viam. ꝛ consilio. liiij. exordiente, Julianus ꝛ Franciscus vendiderunt Bonifacio certum fundum. Cui dicto non obstat, quod in pacto superius mentionato dictum extiterit, quod quotiescūq; dictus domi. Joannes aut sui imposterum heredes ꝛ successores vellet seu vellent tradere, et realiter

realiter expedire, ⁊c. nec cautela quam pro excludenda prescriptione ponit Angelus in.l.j.ff.de vsucap. Quoniam respondeo, quod doctrina Ange. ⁊ sequacium (de qua in dicta.l.j.) procedere posset, si dictu extitisset, quod dictus dominus Jacobus voluit, quod quotiescunq; prescriptum extitisset totiens volebat eundem domi. Joãnem aut suos heredes ⁊ successores posse tradere ⁊ realiter expedire, ⁊c. ⁊ quod tunc predicta venditio esset cassa: ita enim equipollenter videtur loqui Alex. ⁊ sequaces in predicta cautela: sed non ita fuit dictum in casu de quo queritur vt apparet ex tenore dicti pacti: propter quod nõ obstat illa doctrina Ang. nec etiam.l. sicut in annos.ff.quib. mod.vsusfruct.amitt. Et hoc expresse voluit Angel.in dicto consi.liiij. vbi loquitur in casu in quo data fuerat facultas redimendi totiens quotiens, ⁊c. Et tamen dicit ibi Angelus (si memoria non me fallat) quod lapsis triginta annis non possit venditor redimere rem venditam, etiam si emptor iurasset reuendere. Et per hoc patet responsio ad duo quesita. ¶ Ad aliud, dico ⁊ respondeo non esse dubium quin illi quinquaginta floreni qui eidem domino Joanni soluti ⁊ numerati extiterunt tempore dicte venditionis, seu eorum valor solui debeat heredi dicti nobilis Jacobi.capitu. olim causam.⁊ capitu. cum canonicis. de censi. ⁊ quod etiã notant Bartol.⁊ doctores in l. Paulus respondit.ff.de solution.⁊ cano. in c.quinto.de iureiurando. Quo vero ad tricentos ⁊ quinquaginta florenos quos de debito mille tricentorum ⁊ triginta florenorum eidem domino Joanni remisisse dicitur dictus dominus Jacobus eius creditor ⁊ emptor, videtur maior difficultas: pro eo quia (vt dicitur in instrumento predicte venditionis) res predicte vendite extiterunt pretio quadringentorum florenorum monete currentis tempore dicte venditionis: hoc est, anno millesimo quadringẽtesimo quinquagesimosecundo, ⁊ die septima mensis Aprilis. ⁊ deinde in dicto pacto dictum est, quod quotienscunque dictus nobilis Joannes aut sui imposterum heredes aut successores vellet seu vellent tradere ⁊ realiter expedire simul ⁊ semel in pecunia numerata quadringentos florenos talis valoris qualis erant dicti quadringenti floreni pretio predicto iam mentionati, ⁊c. propter que videtur, quod pro obtinenda recuperatione dictarum rerum venditarum dare sufficiat ⁊ soluere tricentos ⁊ quinquaginta florenos monete currentis tempore dicte venditionis, aut illorum valorem ⁊ extimationem. Puto tamen quod illud in quo minus valent dicti tricenti ⁊ quinquaginta floreni monete currentis tempore dicte venditionis, quam tricenti ⁊ quinquaginta floreni monete currentis tempore contracti seu facti debiti dictorum mille tricentorum ⁊ triginta florenorum, solui debeat heredi dicti nobilis Jacobi per heredem dicti nobilis venditoris: quia per instrumentum venditionis ⁊ quictantie concesse non apparet quód dictus nobilis Jacobus dictum nobilem Joannem quictauerit de tricentis ⁊ quinquaginta florenis monete currentis tempore contracti debiti mille tricentorum ⁊ quinquaginta florenorum, sed potius colligitur ex illo quod eum quictauerit de tricentis ⁊ quinquaginta florenis monete currentis tempore facte venditionis: ⁊ hoc habita relatione ad dictum pretium quadringentorum florenorum monete tunc currentis, ⁊ ad quinquaginta florenos monete etiam tunc currentis per dictum nobilem Ja-
6 cobum tunc numeratos. Et ita † etiam in dubio presumendum est: ⁊ non quod ipse nobilis Jacobus donare voluerit maiorem valentiam.l.cum de indebito. circa prin.ff.de prob. ⁊.l.si cum aurum.ff.de solut. Que dixerim, ⁊c.

¶ De testamen. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Testamentum, in quo vni ex filiis iure institutionis nihil relictum est, si verbis generalibus, quod omni alio meliore modo valeat, ⁊c. fu:lcitum sit: valebit saltem iure codicillorum. Illa enim verba clausulam codicillarem faciunt.

¶ Consilium.cxx.



Visa copia vltimi ⁊ nuncupatiui testamenti honorabilis quondam viri Raymundi Victoris, mercatoris loci de Marcilhaniciis: ⁊ intellecto eo de ⁊ super quo dubitatur, dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succincte, quod licet testamentum huiusmodi videatur ab initio fuisse nullum propter preteritionem venerabilis quondam viri domini Stephani Victoris, eius filii naturalis ⁊ legitimi, cui nihil legitur reliquisse iure institutionis: quód nihilominus facere debuisset, authenti. vt cum de appellation.cognosc.§. aliud quoque capitulum, collatione octaua. ⁊ quod notant scribentes in authentica nouissima. C. de inofficioso testamento. Joannes de Jmola ⁊ Alexander de Jmola in. l. inter cetera.ff.de liberis ⁊ posthumis. ⁊ cano.in capitu. Raynutius. de testamentis. Tamen contrarium videtur verius: pro eo quia in dicto testamento posita est clausula per quam idem Raymundus voluit quod testamentum huiusmodi valeret iure testamenti, vel donationis causa mortis, vel legati, aut alio meliore modo, via, iure, ⁊c. perinde est, ac si idem Raymundus iure institutionis reliquisset eidem domino Stephano ea que sibi legauit: ⁊ hoc propter generalitatem verborum predictorum, per id quod notat Baldus in.l. quoties.C.de heredib.instituen.⁊ sequitur Paul.de Castro consilio cẽtesimo quadragesimoquinto, exordicte, super puncto quo queritur an testamentum sit nullum, ⁊c. Raphael Cumanus in.l. his verbis.ff. de heredi. institu. Alexander de Jmola in.l.nam quod.§. non omnis. ff. ad Senatusconsultum Trebellianum. ⁊ dominus Jas. Mayn. in dicta authentica nouissima.collatio.octaua. Censetur igitur dictus dominus Stephanus fuisse institutus in illis que sibi legata extiterunt: vel perinde ac si illa fuissent sibi relicta iure institutionis. Preterea esto (citra preiudicium veritatis) vt testamentum predictum non valuerit iure testamenti: valuit tamen iure codicillorum: quia fuit, ⁊ est perinde ac si in eo fuisset apposita clausula codicillaris.l. cum pater.§.filius matrem.ff.de legatis ⁊ fideicommissis secundo. arguendo a similitudine rationis, secundum Baldum ⁊ Angel.ibi: quod sequitur Alexand.de Jmola in l.prima. ff. de iure codicill.⁊ probatur in. l.codicillis.§.fina.⁊ quod ibi Bartolus ⁊ Joannes de Jmola. ff. de legatis ⁊ fideicommissis secundo. vbi sufficit equipollens. Dictus igitur dominus Stephanus censetur fuisse grauatus ab intestato de restituẽdo eius portionem hereditariam Gulielmo, ⁊ Maurello Victoris eius fratribus heredibus institutis.l. generaliter.§. ex testamento.ff.de fideicommissar.liberta. ⁊ quod plene notant doct.in authentica ex causa.C.de liber.pret.vel exhere.⁊ in.l.ex ea.ff. de testam. Poterit tamen idem dominus Stephanus grauatus detrahere vnam quartam, non duas: pro eo quia grauamen fuit purum. Pro quo allegasse sufficiat not. per glos. Barto. ⁊ doctores in.l. Papinianus.§.meminisse.ff.de inofficioso testamento. per glossam Bartol. Bald. ⁊ Philipp. de Cor.in.l.quamquam.C.ad.l.Falcidiam. Alexan.de Jmola consilio vigesimosexto. Baldus consilio ducentesimo sexagesimooctauo.in prima parte, ⁊ Joann. Petr. Ferrariens. in sua practica, titulo forma libel. quando agitur ex substitutione super verbo, ac per fideicommissum, vers. similiter est et aliud memorie cõmendandũ. Et quia dicto Raymundo superfuerunt sex liberi, scilicet, Jacobus, dicti Gulielmus, Maurellus, dominus Stephanus, necnon Mathiena, et Catherina: horum omnium legitima fuit semis, seu dimidia pars bonorum eiusdem quondam Raymundi: eorum, scilicet, que superfuerunt deducto ere alieno, ⁊ funeris impensa. authentica, de trien.⁊ semisse.§.j.⁊ transumptiue in authentica nouissima. C. de inofficioso testamento. iuncta dicta.l. Papinianus.§. Quarta autem. ⁊ quod notat Bartolus in.l.quoties, la grande.ff.de heredi.institu. ⁊ Baldus in l.quoties.C.eodem titu. Legitima igitur dicti domini Stephani fuit vna vncia, seu duodecima pars predictorum bonorum.

¶ De secundis nupt. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Testator si habet filium vnicum ex primo matrimonio, ⁊ secundam vxorem, ⁊ liberos ex secudo matrimonio, secunde vxori plus relinquere non potest quam re vera relinquit filio vnico primi matrimonii. Et si minus legitima ei reliquerit, non potest secunda vxor retinere de relicto quantum ascendit eius legitima.

1 ☞ Testator an possit plus relinquere secunde vxori, quam relinquit vnico filio primi matrimonii.⁊ nu.9.
2 Uxori secunde quod plus relinquitur quam filio primi ma-

trimonij, an pro non scripto habeatur. vt nu. 11. 12. & 14.
3 Glosse opinio de eo quod plus est relictum secunde vxori quam filio primi matrimonij.
4 Jacobi de Butrio & aliorum opinio contraria opinioni glosse, si plus relictum sit vxori quã filio primi matrimonij.
5 Vniuersale dictum omnia includit.
6 Omnino verbum est precisum, & quid significet.
7 Solos, hec dictio omnes alios excludit.
8 Doctor minoris scientie in aliquo, quando plures maioris scientie & authoritatis superat.
10 Heredi applicantur ea que habentur pro non scripto.
13 Minus dicitur quandoque quod nihil est.
15 Legitima intelligitur deducto ere alieno, & funeris impensa. & nume. 16.
17 Supplementum legitime an fiat ipso iure, & que actio competit ad supplementum.

Consilium. cxxi.



Factum tale est. Honorabilis quõdam vir magister Stephanus Autrandi
habens tres liberos primi gradus, scilicet,
Franciscum susceptum ex honesta quon-
dam muliere Joanna de cruce eius prima
vxore, ac Claudium, & Claudiam susceptos ex nobili mu-
liere Claudia Falcone eius secunda vxore, condidit eius vl
timum & nuncupatiuum testamentum, in quo inter cetera
legauit, & iure institutionis reliquit dicto Francisco sum-
mam quinquaginta florenorum monete currentis, & hoc
pro omni iure dreytura, &c. Dictis vero Claudio, & Clau-
die filijs secundi matrimonij legauit & iure institutionis reli
quit certas pecuniarum summas in dicto eius testamento la
tius declaratas: & prefatam Claudiam Falcone eius se-
cundam vxorem heredem vniuersalem solam & insolidum in
stituit, & eidem quandocunque illam decedere contingeret,
substituit dictum Claudium eius filium sub certis modifi-
cationibus inibi expressis: et ipsi Claudio si eum ab huma-
nis decedere contingeret sine liberis naturalibus & legiti-
mis, ex legitimo matrimonio & eius proprio corpore pro-
creatis substituit dictam Claudiam eius filiam naturalem &
legitimam, & eiusdem Claudie liberos, & liberorum suorum
liberos vsque in infinitum. Deinde idem magister Stepha
nus vita functus est, & ab humanis decessit superstitibus
dictis Claudia Falcone secunda vxore, & liberis: quo vita
functo, eadem Claudia Falcone hereditatem eiusdem ma-
gistri Stephani adiuit & acceptauit: deinde mortuus est
dictus Franciscus, superstite & sibi superuiuente Joanna
Autrande eius filia naturali & legitima, ac vniuersali he-
rede insolidum & vnica, etiam mortuus est idem Claudius
substitutus, superstitibus & sibi superuiuentibus liberis
naturalibus & legitimis, & dictam Claudiam Falcone.
Quesitum est quid, & quantum eadem Falcone habere
potuerit, aut de iure debuerit in bonis & hereditate dicti
quondam magistri Stephani testatoris: Dico & respon-
deo, quod idem Stephanus non videtur potuisse plus re-
1 linquere † dicte Claudie Falcone, quam legauerit vel reli-
querit dicto Francisco filio primi matrimonij. l. hac edicta-
li. & quod ibi scribentes. C. de secundis nuptijs. & authent.
de nuptijs. §. optime. & quod ibi Bartolus Angelus & do-
ctores. quod etiam voluit Fulgosius consilio nonagesimo-
septimo, exordiente, Antonius transiens ad secunda vo-
ta: & Benedictus Capra consilio octuagesimoprimo, exor-
diente, punctus. Domina Blasia filia quondam Melchio-
nis, & quia idem quondam magister Stephanus non vi-
detur legasse vel reliquisse dicto Francisco nisi quinquagin-
ta florenos, ergo nec potuit relinquere dicte Falcone eius
secunde vxori vltra quinquaginta florenos: & si plus reli-
2 querit, imo quia plus reliquit, illud plus habetur pro † non
scripto, relicto, aut donato: & debuit applicari dicto Fran-
cisco vnico filio dicti primi matrimonij. dicta. l. hac edicta-
li. §. si vero plusquam. & dicto. §. optime. versicu. & hoc de-
cernens, ibi, & inter eos solos ex equo. & transumptiue in
authentica ad eos solos. C. de secund. nuptijs. Et quamuis
gloss. in d. §. si vero plusquam. super verbo diuidi. videatur
intelligere quod illud plus diuidatur inter nouercam vel vi-
tricum, & liberos primi matrimonij vt ad equalitatem redu-
3 cantur. et quam † glos. sequitur ibi Cynus in quarta que-
stione. & Baldus in eadem. l. in verbo, omni subscriptione,
&c. quem videtur legere per §. modo occurrit. & idem firmat
Salicetus ibidem. & Angelus in. l. quoniam preterite. C.
4 de sec. nup. tamen † Jaco. de But. in d. l. hac edictali. tenet cõ
trarium, scilicet, quod totum illud quod est plus relictum se-
cundo viro aut secunde vxori quã vni ex liberis primi matri
monij aufertur secundo viro vel secunda vxore, & totũ illud
applicatur liberis primi matrimonij. Et hanc opinionem
Jaco. de Butrio. putat in stricta disputatione esse verio-
rem: & profecto vt dicit Philip. de Corn. consil. lj. exordien-
te, viso suprascripto testamento. in quarto volumi. verba tex.
dicte legis hac edictali. sunt satis clara pro opinione Jaco.
Butri. (scilicet) in versicu. seu. §. Si vero plusquam. & magis
clara sunt verba in dicta. l. quoniam preterite. dicit tex. quo-
niam preterite. ll. omnia que, liberis ex priore matrimonio
procreatis, mulier quidem secundo marito, vir autem secun-
de vxori dotis vel ante nuptias donationis nomine vel alio
quocũque modo dederit, vel reliquerit ampliora ijs que vni
filio vel filie ex anteriore matrimonio progenitis danda vel
relinquenda sunt, reuocata ad solos filios ex anteriore ma-
trimonio natos, peruenire constituerunt. Ibi aduertẽdi est,
5 quod ibi dicitur † vniuersaliter, omnia, & sic nihil excludi-
tur. argu. l. Julianus. ff. de legatis. iij. capitu. solite. de ma-
ior. & obedien. dicit etiam tex. ad solos filios ex primo matri-
monio genitos, & sic omnes alios excludit. l. fina. ad fin. C. de
legi. l. si finita. §. Julianus. ad fin. ff. de damno infect. & l. cum
vnus. in princip. ff. de bon. authori. iudic. possid. quod etiam
per illa iura voluit Oldrad. consilio. ccliiij. exordiente, quia
tota pars. circa medium versicu. annectitur verbum solos.
Similiter text. in dicta authen. de nupt. §. optime. ponit ver-
ba sequentia. Et hoc decernens recte intulit, qꝛ quod plus
est in eo quod donatum aut relictum est omnino aut nouer-
ce aut vitrico, ac si neque scriptum, neqꝫ relictum, aut datum,
aut donatum competat filijs, & inter eos solos ex equo di-
uidatur, vbi aduertendum est quod primo dicit (omnino)
6 quod est † verbum precisum, & significat idem quod preci-
se, totaliter, & in omni casu: per id quod habetur in. §. fin. in-
stitu. de tute. & quod not. gloss. in clementi. j. in verbo, omni-
no. de vita & honesta. cleric. Archidia. & Joan. Andr. in cap.
si beneficia. de prebẽ. in. vj. & quod voluit. text. in. l. iij. §. ex hoc
edicto. ff. naute, caupo. stabula. quod etiam voluit Fran. de
arct. in capi. qualiter & quando. el. ij. de accusa. eo casu quo nõ
subest ratio seu causa que aliud suadeat: & idem voluit Ale-
xand. de Jmo. in. l. precibus. C. de impube. & alijs substitu.
pro quo allegat. l. si cum exceptione. §. quatenus. & quod ibi
glo. in verbo omnino. ff. quod metus cau. capit. ex parte. el. j.
de officio delegati. & alia multa dicit etiaꝫ text. dicti. §. opti-
me. quod illud totum competat filijs: & subdit, quod inter
eos solos diuidatur: ibi dici non potest verbum, solos, pro-
ferri respectu filiorum secundi matrimonij, quia nondum
fecerat mẽtionem de filijs primi matrimonij, dum dixit, filijs
competat, sed indefinite loquutus fuerat, sed postea imme-
diate subdit text. quod sancitum erat, quod filij secundi ma-
trimonij participarent, & istud corrigit repetens quod illud
plus, solum filijs primi matrimonij deferatur, seu detur: illa
7 itaque prima † taxatiua, solos, videtur excludere nouercam
et vitricum: & vt dixit Philipp. de Corn. in dicto consilio. lj.
dicti text. videntur multum precisi: & facit, quia etiam text.
in dicta authẽ. de nupt. §. hoc autem quod plus. pluries re-
petit, quod filij inuicem diuidant, & quod plus est illis de-
feratur: nunquam faciens de nouerca vel vitrico mentionẽ.
pro hoc etiam ponderandus est text. in dicta authẽ. de nup.
§. de augmentis. in fi. vbi deciditur, quod si vxor binuba ha-
bens filium ex primo matrimonio, secundo viro dederit ma-
gnam dotem, vel vir binubus secunde vxori dederit immen
sam donationem ꝑpter nuptias, & deinde ad notitiam per-
uenta dispositione dicte. l. hac edictali. diminuat vxor dictã
dotem, vel vir donationem propter nuptias, de communi
consensu subdimitur vt patet in tex. per verba infra scripta.
Nequaquam erit lucrũ filijs quod datum est, sed licebit lu-
crari aut victricũ aut nouercã filijs secundum hoc lesis. Et
ne hoc sequatur, Justinian⁹ ibi prohibet diminutionem do
tis seu donationes huiusmodi. vult ergo text. quod si liceret
mulieri binube diminuere dotem de consensu secundi viri,
vel viro binubo diminuere donationem propter nuptias de
consensu secunde vxoris, tunc vitricus vel nouerca lucraren-
tur, & filij ex primo matrimonio damnificarentur propter di-
ctam diminutionem: sed si vera esset sententia glo. in dicta. l.
hac edictali. super verbo diuidi. & sic non posset lucrari vitri
cus ex diminutione dotis, neqꝫ nouerca ex diminutione do-
nationis propter nuptias, quia ponamus, quod vir binu-
bus dederit filio centum, & secunde vxori eidemqꝫ nouerce
ducenta

ducenta, si diminutionem faciat ⁊ reducat donationem fa-
ctam de ducentis ad centum, erit damnum nouerce: quia se-
cundum sententiam gloss. si nõ fuisset facta diminutio filius
habuisset centum ⁊ quinquaginta, ⁊ nouerca alia centum et
quinquaginta, pro eo quia hoc modo reducerentur filius
⁊ nouerca ad equalitatem, quod fieri vult glossa predicta: et
si in casu predicto vir binubus diminueret donationem per
eum factam de ducentis, ⁊ illam reduceret ad centum ⁊ quin
quaginta, ⁊ deinde donaret vel relinqueret filio primi ma-
trimonij alia centum ⁊ quinquaginta, nihil lucraretur no-
uerca: quia etiam si non diminuisset donationem predictam
habuisset nouerca centum ⁊ quinquaginta secundum opi-
nionem glos. et sic non cauillando ille textus probat quod
non reducantur ad equalitatem quando plus relinquitur
nouerce vel vitrico quam filijs primi matrimonij: Fateor
tamen quod glossa predicta sentiens hoc contrarium, ⁊ vo-
lens illud euitare, dicit quod vitricus vel nouerca lucratur
ex diminutione, pro eo quia reuocando ⁊ diminuendo aper
te dabit minus, ⁊ postea dabit residuum in absconso, quod
cedet in damnum filiorum primi matrimonij: sed istud non
obstat, tum quia hoc est diuinare, scilicet, quod mulier binu
ba vel vir binubus postea det in absconso secundo viro, vel
secunde vxori, quod non est presumendum, pro eo quia sic
fraudarent legem ac liberos, ⁊ peccarent, quod in dubio non
est presumendum eos velle facere: maxime postquam re-
nocant. l. merito. ff. pro socio. tum ⁊ quia dicta responsio
glosse non conuenit litere dicti §. de augmentis. que dicit
(licebit lucrari) sed si in fraudem daret non verificaretur ver
bum licebit. capitulo magne. circa principium. ibi, quid li-
ceat secundum equitatem, de voto ⁊ voti redemptione. In-
fert Philippus de Corne. in d. consil. ipse alias consultus
tenuit hanc partem, licet plurimum suspensus extiterit pro
pter authoritatem glosse, ⁊ sequen. sed fretus authoritate
Iustiniani in. l. prima. circa medium. C. de veteri iure enu-
cleando, ⁊ de authoritate iuris prudent. dicit quod quan-
8 doque vnus longe † minoris scientie ⁊ authoritatis in ali-
quo plures etiam maioris authoritatis ⁊ scientie superat.
Et, quod inquit Seneca, non te moueat preceptorum au-
thoritas, sed quis te meliori foueat ratione attendito: quem
refert ⁊ approbat Raphael Fulgosius in. l. prima. C. de con
dictione indebiti. tandem decreuit consulere prout supra, ⁊
postea alijs vicibus pluries consulendo idem tenuit ⁊ vi-
dit etiam (vt refert) pluries sic consultum per famos. vtrius
que iuris doctorem Bald de Bartholi. qui referebat vidis-
se consilium domini Mariani Sozini pro hac parte, et dis-
putationẽ Floriani de Bono. qui dicebat gl. d. l. hac edicta
li. super verbo, diuidi. esse falsissimam: ⁊ hanc opinionem
Iacobi Butr. sequitur Albericus in dicta. l. hac edictali.
versicu. dominus tamen Iacobus Butrius, ⁊c. Pro quo in-
ducit hanc rationem, quia si plus relictum, donatum, aut
datum, sit tanquam non scriptum, neque relictum, aut da-
tum, vel donatum, non videtur quomodo vitricus aut no-
uerca in illo plus relicto, ⁊c. partes habere possunt: ⁊ qui-
dem non ex lege, quia lex eos non vocat: non etiam ex re-
licto, aut dato, vel donato, quia hoc non vult, vt dicitur in
dicta. l. hac edictali. §. si vero plusquam. ⁊ hoc etiam tenuit
glossa in dicta authentica ad eos solos. C. de secundis nu-
ptijs. Hanc opinionem etiam sequutus est Philippus de
Corn. consilio trigesimotertio, exordiente, memini me alias
consuluisse, ⁊c. ⁊ plenius consilio quadragesimoquarto, exor
diente, plurimum dubium est, ⁊c. consilio centesimo decimo-
octauo, exordiente, in hac consultatione est premittendum,
⁊c. in primo volumine. ⁊ dicit Philipp. Francus in dicto
primo consilio quod Bartolus videtur hoc voluisse in sum-
mario principij. dicta. l. hac edictali. vbi sic dicit, transiens ad
9 secunda vota † non potest coniugi suo plus relinquere, vel
alio modo concedere, quam vni ex liberis primi matrimo-
nij, cui minus concedit: ⁊ quod vltra relinquitur, inter li-
beros equaliter diuidetur: vbi est attendendum quod Bar-
tolus non dicit illud plus diuidi inter liberos ⁊ nouercam
vel vitricum, sed tantum dicit quod inter liberos, ⁊c. Forte
vero opponetur, quod si id quod plus donatum est aut re-
lictum haberi ⁊ censeri debeat pro non scripto, donato, aut
relicto, illud cessit aut cedere debet in commodum ⁊ vtilita-
tem dicte nouerce heredis vniuersalis, pro eo quia pro non
scriptum remanet in hereditate: ⁊ per consequens cum di-
10 cta nouerca fuerit † heres insolidum ⁊ vnica instituta, illud
plus relictum debuit ⁊ debet eidem insolidum applicari:
quia pro non scripta applicantur heredi a quo relicta sunt.

l. vnica. §. in primo. C. de caducis tollendis. l. finali. ff. de ijs
que pro non scripto haben. Sed hoc non obstat. Tum quia
iura predicta loquuntur de pro non scriptis relictis non qui
dem heredibus, sed alijs (ab ipsis tamen heredibus) quod
non fuit hic, quia dictum plus relictum (⁊ propterea pro
non scripto aut donato relictum) est ipsi Claudie heredi,
non autem ab ipsa Claudia herede: ⁊ sic non sumus in ter-
minis in quibus sibi locum vendicent verba predictorum iu
rium, ergo nec in eis habet locum predictorum iurium dis-
positio. l. prima. §. loquitur. ff. de aqua quot. ⁊ esti. l. quarta. §.
totiens. ff. de damno infect. l. ita autem. ff. de administratio.
tutorum. ⁊. l. si seruum quis. §. non dixit. ff. de acquirenda he-
reditate. ⁊ quod ponit Romanus consilio ccccxlij. Tum et
quia si hoc esset verum quod (pro non scripto) remaneret
penes hereditatem, ⁊ propterea applicaretur heredibus a
quibus relinquerentur, illa pariter applicarentur liberis se-
cundi matrimonij prout ⁊ liberis primi matrimonij, cum
communiter filij secundi matrimonij equaliter instituantur
heredes cum liberis primi matrimonij: ⁊ plerunque viuen-
te nouerca honorentur maiori portione quam liberi primi
matrimonij. Et tamen text. dicti §. optime. decidit quod il-
11 lud, pro non scripto, non † deuoluitur ad filios secundi ma-
trimonij pro aliqua portione. Preterea si filij primi matri-
monij non essent instituti, istud, pro non scripto, non deuol-
ueretur ad eos, quod est contra dicta iura: ex quo datur in-
telligi quod istud, pro non scripto, non deuoluitur ad eos
a quibus relictum est, prout alias regulariter contingit: in
alijs, pro non scriptis, sed deuoluitur ad filios primi matri-
monij, quorum contemplatione efficitur pro non scripto, et
hoc in terminis decidit Bal. in dicta. l. hac edictali. §. quam
obseruationem. ⁊ sequitur Philipp. Corne. in dicto consil.
quadragesimoquarto. in primo volumine. videtur igitur
12 super hos articulos concludendum † quod plus relictum,
datum, aut donatum per binubum aut binubam secũde vxo-
ri, vel secundo viro, eidemque nouerce, aut vitrico, quam
vni ex liberis primi matrimonij, illi, scilicet, cui minus de-
beat eidem liberis primi matrimonij insolidum applicari:
⁊ quod ad nullam partem huius pluris debeat admitti aut
recipi nouerca aut vitricus. Et ad glossam que est in dicta
l. hac edictali. §. aliter. versicu. si vero plusquam. super verbo
diuidi. respondent aliqui quod illa non loquitur in illis ter-
minis, sed quãdo vni filio nihil fuit relictum: de qua questio
ne dubitauit glossa in dicta authentica ad eos. C. de secund.
nuptijs. ⁊ ponit opinionem quod totum attribuatur filijs
primi matrimonij, quamuis subijciat vel aliter, vt in dicta. l.
hac edictali. in principio. Et quamuis glossa illo casu videa-
tur fortasse potius inherere illi opinioni, scilicet, quod re-
ducantur ad equalitatem, ⁊ illo casu possit tollerari senten-
tia glosse: pro eo quia satis durum videretur quod vitricus
vel nouerca nihil haberet, ⁊ verborum rigor hoc casu esset:
13 quia licet quandoque quod nihil † est, minus dicatur. l. mi-
nus. ff. de verborum ⁊ rerum signifi. ⁊. l. illud. §. minus. ff. de
tributor. actio. prout etiam dicit Baldus ad hoc proposi-
tum in dicta. l. hac edictali. in principio. Tamen non pro-
prie, ideo non mirum si hoc casu equitas, quamuis non scri-
pta, preualeat rigori, qui potest dici non scriptus. Sed quan
do aliquid est filio prioris matrimonij relictum rigor est scri
ptus, ⁊ ideo ille preualet equitati non scripte. l. placuit. C.
de iudicijs. ⁊. l. prima. C. de legibus. ⁊ maxime cum non sit
tanta equitas quando est aliquid filio primi matrimonij re-
lictum, quanta est quando nihil est relictum, cum primo ca-
su aliquid, scilicet, datum, quantum fuit datum vel relictum
filio primi matrimonij applicetur vitrico vel nouerce, in se-
cundo vero casu nihil. ⁊ quamuis etiam in casu dicte glo. du-
bia sit eius opinio, illa tamen non pertinet ad thema nostrũ
in quo fuit aliquid relictum filijs primi matrimonij. Potest
etiam responderi dicte glosse quod illa non congruit nec po
test adaptari ad dictam authen. de nuptijs. §. optime. etiam
non conuenit dicto. §. de augmentis inducto, vt superius di-
xi. Preterea textus dicte. l. hac edictali. §. seu. versicu. si vero
plusquam. ⁊. §. optime. in verbis supra relatis, dicit quod il-
lud totum est, pro non scripto. Sed secundum consideratio-
nem glos. non esset totum, pro non scripto, quia pars rema-
neret apud vitricum vel nouercam, ⁊ sic quo ad illam par-
14 tem † non esset, pro non scripto, ex quo vitricus vel nouerca
illam partem haberet vigore relicti dati vel donati. Ad de-
cisionem vero Cyni ⁊ Baldi de qua in dicta. l. hac edictali.
respondet Romanus in consilio in quo sequutus est opinio
nem Iacobi Butr. illos deridendo, quod ipsi loquũtur sine
ratione contra literam expressam in dicta. l. hac edictali. in

dicto. §. optime. Preterea Baldus & Salicetus in dicta. l. hac edictali. variarunt in hoc articulo, prout satis clare ostendit Philippus de Corne. in dicto consilio quadragesimoquarto. & ideo non est eorum opinio in eodem articulo magnifacienda, exemplo eorum que dicuntur de teste variante. Sed remanet difficultas, an supposito quod alteri ex dictis suis filijs, illi, scilicet, cui minus non reliquerit aut donauerit testator tantum quantum ascendit eius legitima, quia cum eidem testatori superfuerint tres filij erat tertia pars trientis bonorum eiusdem testatoris, eorum, scilicet,
15 que superfuerunt deducto † ere alieno & funeris impensa. authentico de triente & semisse. §. primo. collatione tertia. et transumptiue in authentico nouissima. C. de inofficioso testamento. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eodem titulo. possit nihilominus dicta Claudia secunda vxor eademque nouerca retinere de bonis eiusdem testa-
16 toris tantum quantum ascendebat legitima illius filij † cui minus reliquit, an ve possit duntaxat tantum de bonis predictis retinere quantum dictus testator reliquit illi ex liberis suis cui minus reliquit. super quo dico quod Baldus mouit hanc questionem in. l. vnica. versiculo quarto quero. C. de inofficiosis dotibus. & ibi allegat pro liberis primi matrimonij dictam. l. hac edictali. §. si vero plus. dum ibi dicit quod plus relictum est tanquam non scriptum, et non relictum, &c. per quod patet quod illa litera respicit factum ipsum testantis, seu relinquentis aut donantis. Postea vero arguit pro nouerca aut vitrico dicens quod contrarium videtur, scilicet, quod vitricus aut nouerca tantum retinere possit de relicto dato aut donato quantum ascendit legitima filij primi matrimonij, cui, scilicet, nunquam donauit aut reliquit binubus aut binuba, pro eo quia id quod est iure institutionis relictum liberis primi matrimonij, seu illi cui minus, si non ascendat ad valorem legitime
17 suppletur ipso iure † per legem vsque ad legitimam: & ita fingitur ille filius iuris fictione institutus in legitima. l. omnimodo. & l. quoniam in prioribus. & l. scimus. C. de inofficioso testamento. Et ita videtur sensisse Fulgosius in dicta. l. omnimodo. vbi voluit posse dici quod pro supplemento legitime competit actio ex testamento, quia ipso iure inest suppletio, & habetur perinde ac si integra legitima relicta extitisset quasi plus dictum & minus scriptum videatur. dicta. l. scimus. in principio. Ergo videtur quod tantum habere debeat dicta Claudia nouerca in casu nostro quantum est in relicto facto, dicto, suppleto per legem, non autem quantum est in scriptura relicti. Et pro hoc etiam videtur facere. l. quoniam preterite. in verbo, diuidi. vel relinquenda. C. de secundis nuptijs. vbi non videtur solum respici quod relictum est, sed quod est relinquendum: et sic necessario loquitur in debito bonorum subsidio: & ista pars que videtur Baldo verior vbi supra esset vera. Qui tamen subiungit se dubitare, pro eo quia illud quod suppletur per legem non proprie continetur appellatione dati vel relicti. argumento. l. prime. in principio. ff. de ijs que in testamentis delentur. & l. prima. §. finali. maxime in glossa. ff. de collatione bonorum. inducit & alia fundamenta Baldus pro hac parte, hoc est pro parte liberorum que possunt ibi videri: & tandem dicit super hoc passu, quia nouissimus est, cogitabis. Istam questionem etiam mouit Baldus in dicta. l. hac edictali. versiculo, ita tamen. vbi arguit ad partes, & quamuis dicat questionem dubiam, tamen concludit pro vitrico & nouerca, scilicet, quod debeant habere vsque ad legitimam vnius filij: pro eo quia prouisio testatoris miscetur cum prouisione legali: & quia prouisio legalis venit ad confirmandum iudicium defuncti, vt non expugnetur testamentum per querelam, & perinde habeat acsi testator legitimam reliquisset filio, dicens de facto ita consuluisse pro parte nouerce: & idem consuluit ibidem Salicetus. Refert tamen Bartolum contrarium tenere, quod videtur verius. per textum d. l. hac edictali. §. si vero equis. ibi (cui minor portio in vltima voluntate derelicta vel data fuerit aut donata) & per verba dicti. §. optime. in authentico, de nuptijs. ibi, Filius ex illius substantia perceperit aut ex nouissima voluntate dimissum aut in vita datum. Constat enim quod dicta verba non verificantur in eo quod suppletur pro supplemento legitime, quia illud nō est relictum vel datum in vltima voluntate, neque in vita datum a testatore: nec est eadem ratio vtrobique propter quam vtrobique debeat fieri suppletio relicti vel donati, quia. l. videtur abhorrere quod ascendens plus relinquat vel donet secundo viro aut secunde vxori quā relinquat vel donet vni ex liberis primi matrimonij: illi (scilicet) cui minus: q̄ ratio militat etiā respectu legitime, quia suppletur maxime quando suppletur contra voluntatem ascendentium: quod videtur contigisse in casu, non solum ex eo quia dictus testator voluit (si memoria non me fallat) dictū eius filiū esse tacitū & cōtentū de dicto legato, & nihil amplius posse petere in & sup bonis, sed etiā quia supplemētum legitime habetur ex legis dispositione, non ex patris voluntate. Imo contra voluntatem, prout cōtra volūtatē fiebat testamenti reicisio, propter quod est inductum supplementum legitime, et ideo nullo pacto dici potest supplementum legitime ex vltima voluntate patris relictum, vel inter viuos datum per patrem, et propterea decisio vel nullo pacto conuenit verbis iurium supra ponderatis: quibus est magis inherēdum quam decisioni Bal. et p hac parte consuluit Philip. de Corne. in dicto consil. cxviij. vbi etiam refert Bald. de Bartholi. ita consuluisse Perusij, & se consilio ipsius subscripsisse. dicit etiam Bald. loqui sine lege & ratione vrgenti: Pro eadem parte etiam consuluit Philip. de Corne. in consilio. lj. in quinto volumine. vbi etiam dicit posse negari fundamenta Baldi (scilicet) quod misceatur prouisio legis cum promissione hominis: non enim sequitur (suppletur) ergo, miscetur: & subiungit, non est mirum si Bald. et Salicetus, (qui volunt quod vitricus, & liberi reducantur ad equalitatem) si pro illa seruanda volunt considerari dictum supplementum legitime, vt sic filius (cui minus est relictum) non habeat plusquā vitric⁹ vel nouerca. dicta. l. hac edictali. refert etiā ibi quod alias sequendo opinionem Barto. sic consuluit, et vidit consultum per Bal. de Bartholi. Et hec pars sub benigna supportatione videtur mihi verior. Et sic quod prefata Claudia de dictis bonis retinere non possit nisi valorem quinquaginta florenorum, & quod totum residuū debeat applicari dicte Joāne. Quod autem superius dixi legitime supplementum peti beneficio legis, non autem ex voluntate testatoris, verissimum est, et a Jacobo de Beluisu probatum in. §. & he quidem. in authenti. vt cum de appella. cognosco. collatio. viij. Hinc nacta occasione, quesitum scio, si pater testans minus legitima reliquerit filio, iusseritque illa minutula portione contentum, an testatum viribus subsistat, & valeat: & videretur nō valere atque ideo per inofficiosi querelā rescindi. istud probatur in. l. cū duobus heredibus. C. de inofficioso testamen. Secundo facit text. in contrarium in. l. quoties. §. si duo. in fin. ff. de heredi. instituen. in contrarium tamen est veritas fauore testamentorum idq; nouissima Justiniani constitutione in. §. ceterum si qui. in authē. vt cū de appellatione cognosc. colla. viij. Ceterum (inquit Imperator) si qui heredes fuerint nominati, etiam si certis rebus iussi fuerint esse contenti. hoc casu testamentum nullatenus solui precipimus. idem dicit textus in. l. omnimodo. C. de inofficioso testamento. Sed, retento hoc themate, an preclusa sit hoc modo via agendi ad legitime supplementum: &, perspectis verbis testamenti, videretur. Nam disponat testator, & erit lex. §. disponat. in authē. de nuptijs. collatio. iiij. & l. j. ibi, & non sint cassa iudicia eius. C. de sacrosanctis ecclesijs. idq; etiam lege. xij. Tab. cautum fuisse scio. vti quisque rei sue legassit, ita ius esto. l. verbis legis. ff. de verborum significatio. His tamen nō obstantibus contrarium decidit textus in dicto. §. ceterū. Quicquid autem (ait Justinianus) minus eis legitima portione hoc secūdum nostras alias leges ab heredibus impleri volumus. Et in dicta. l. omnimodo. & in. l. si quis filium. & l. scimus. C. de inofficio. testamen. & hoc tenet Baldus post alios in dicta. l. omnimodo. versi. quero: pater instituit filium in minus legitima, &c. Subijcit ibidē Bald. quod illa testatoris verba nihil operantur ad impediendam legitime suppletionē. Nec obstat dictus. §. disponat. quia solutio elicitur ex illo ipso textu disponat, inquit, secūdum quod dignum est. dignum autem est, vt filijs relinquatur legitima absq; vlla diminutione. §. j. de triente, & semisse. in authentico, & equum est equalitatem inter liberos seruari. Minus obest. d. l. j. C. de sacrosanctis ecclesijs. quia voluntates testantium secundum legum dispositionem regulande sunt vt ibi notant omnes scribentes. Preterea ista legitime suppletio fit ipso iure, vt dicit text. in dicta. l. scimus. ibi attamen ipso iure inesse eandem repletionem. & ibi glo. & Bald. C. de inofficio. testamē. expressa enim prouisio legis facit cessare prouisionem hominis. no. in. l. nemo potest. ff. de legatis. j. & in. l. tertia. §. illo. per illum tert. ff. pro socio. Quod autem dictum est supplectionem fieri ipso iure, hoc ita accipiendum recte existimant Accursius, & Bal. in. d. l. scimus. si hoc alleget filius, argu. l. si quando.

si quando. C. de inoffic. testa. tex. etiã pro hoc est in. l. j. §. j. de ferijs, & dilatio. Et hec notanda, quia quotidiana per. l. legaui. ff. de lib. leg.

¶ De testament. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Testator non potest filiam grauare si eius dos & quod est ei relictum testamento legitimam non egreditatur.

¶ Consilium. cxxij.



Uia prouido quõ-uam viro Joanni Puey habitatori (cum in humanis ageret) loci de Boyssimo, Ualentinensis diocesis, superfuerunt due filie naturales et legitime, scilicet, Ayglina, & Bartholomea, harum duarum legitima fuit triens, seu tertia pars bonorum dicti Joannis: illorum, scilicet, que superfuerunt deducto ere alieno, & funeris impensa. authentico de triente & semisse. §. j. collatione tertia. & transumptiue in authentico nouissima. C. de inofficioso testamento. iuncta. l. papinianus. §. quarta autem. ff. eodem titulo. & sic legitima cuiuslibet ex dictis filiab⁹ fuit sexta pars, in qua non potuit idem quondam Joannes grauare dictã Ayglinam heredem particularem in dote per eum ante pro eadem Ayglina constituta, et in quinqз florenis instituere. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. l. qui nuper. & . l. scimus. in principio. C. de inofficioso testamento. si ergo dos predicta & dicti quinque floreni non sufficiant eidem Aygline seu eius filio (qui eidem Aygline post mortem dicti quondam Joannis eius patris vita functi successisse dicitur) ad dictam legitimam, que, vt dixi, est sexta pars creditorum bonorum, ipse petere poterit id quod deest ad supplementum eiusdem legitime. dicta. l. omnimodo. Nec obstat huic dicto quod idem quondam Joannes voluit eandem quondam Ayglinam esse de dote & summa predictis tacitam & contentam, et quod nihil aliud plus possit aut debeat petere, exigere, vel habere in & super bonis, rebus, iuribus, actionibus, & rationibus, eiusdem Joannis: quoniam respondeo quod ista prohibitio non valuit, nec valet quo ad hoc vt impediretur dicta quondam Ayglina, vel hodie impediantur eius heredes petere supplementum predicte legitime, si dos & quinque floreni pronuntiati non sufficerent ad dictam legitimam, pro eo quia predictum onus debet reijci de legitima. dicta. l. quoniam in prioribus. & econtra, si prefatus heres dicte Aygline plus petere posset pretextu & occasione predicte legitime quam predixi, sed non posset dicto authen. de triente & semisse, & successionibus filiorum, & nepotum naturalium, & collationibus vel distributionibus: necnon & literarum aut numerationum, atque rerum, & quibus detinent inficiationibus. §. j. postquam idem quondam Joannes suum condidit testamentũ, in quo heredem vniuersalem instituit & nominauit dictam Bartholomeam cuius testamentum fulsitum sufficienti testium numero, & alijs de iure requisitis valuit, & valet.

¶ De donatio. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Donatio facta a fratre sorori non vitiatur etiam si donans postea rei donate fructus percipiat, & eos in suos vsus conuertat. maxime si in contractu donationis clausula precarij accesserit.

1 ¶ Donatio ideo non est inefficax quod donans post donationem quo ad viueret fructus rei donate perceperit, et in suos vsus conuerterit.
2 Precarij constitutionis clausula excludit presumptionem simulationis.
3 Simulationis causa potest esse triplex.
4 Donatio facta sorori non ideo presumitur simulata.
5 Clausula (etiam ex causa de futuro) facit vt in donatione nõ solum presentia sed & que postea adquisita sunt, debeant.
6 Donatio omnium bonorum presentium et futurorum cum clausula precarij non valet, nisi precarium conferatur etiam ad futura.

¶ Consilium. cxxiij.



Tiam si verum sit quod magnificus et potens quondam vir do. Raymundus de Agonto do. Salt⁹ nouissime vita functus post per eum factam donationem nobili & generose mulieri do. Ludouice de Agonto eius sorori de castro Lucis marini, et nõ obstante donatione huiusmodi tenuerit quãdiu
1 † vixit dictum castrum cum suis territorio & districtu, ac fructus, reditus prouentus, & emolumenta huiusmodi quãdiu vixit perceperit, & in suos vsus conuerterit, non propterea cõcluditur vel infertur quod donatio predicta fuerit, sed p coheredes dicte magnifice domine Ludouice dici posset simulata, vbi non submisit & apparent cause vel sufficientes coniecture propter quas decurrendum sit ad presumendum simulationem: pro quo allegasse sufficiat id qđ no. Bar. in. l. sicut. §. superuacuũ. ad fin. ff. quib. mod. pign. vel hypo. sol. Bald. in. l. emptione. ver. quero qualiter probatur simulatio. ibi, aut per eum cum quo contrahitur. C. plus valere, qđ agi. & in. d. §. superuacuum. Bart. consi. lxxx. exord. Martinus de Eugubio circa fi. & consil. lxiij. exordien. Factum tale est, Petrus Nicole, &c. domini de Rota deci cccclxxx. exord. extra Rotã. q per hoc q donatarius possessionum post donationem, &c. & Ange. consi. cij. exord quedã mulier &c. Ang. Are. insti. de actio. in prin. vo. j. ver. querit quomodo probetur simulatio eo ipso q alienans manet in possessione rei vendite. insti. de excep. Phil. cor. consil. cciij. exor. viso dicto puncto, &c. in. iij. volumi. & huius dicti põt duplex ratio assignari, vna quam ponit Bartolus in dicto consilio Martinus de Eugubio, in fine. scilicet, quod si emptor qui emit non egit contra venditorem vt sibi traderet rem venditam, non potest eidem emptori per venditorem culpa imputari quod non egerit, cum ipse vẽditor ex hoc cõmodũ senserit. l. cum in fundo. §. mulier. ff. de iure dotium, & multominus hoc dicere potest donator cui donatarius infestus aut molestus esse non debet. Secunda ratio, quia simulationes huiusmodi nõ solent fieri nisi ex aliqua causa, & communiter in fraudem: vnde si non est presumptio fraudis, nõ creditur presumptio simulationis: prout colligitur ex dictis Bar. in. l. post contractũ. ff. de dona. & clarius in dicto consilio. factũ tale est Petr⁹ Nicole. Ad premissa facit qđ voluit Ang. in dicto cõsi. cij. vbi aperte dicit q ex possessione venditoris vel donatoris post cõtractũ multo alio concurrente, nõ inducitur simulatio, nec fraudis presumptio, vbi tractatur solum de preiudicio concedentis: pro quo allegat. l. nõ vltз. ff. si quis a paren. fuerit manu. non obstat secundum eum dicta. l. sicut. §. superuacuũ. que prima facie videtur dicere totum oppositum, quia respondet, qđ in dicto. §. superuacuum. vltra & propter continuatã possessionem per venditorem concurrebat aliud (scilicet) cessatio solutionis debiti per debitorẽ, eundẽqз venditorẽ factum: ibi enim secundum verã lecturã debitor consensit debitori quod pignus venderet vt sibi satisfaceret de pretio: vnde si debitor asserat se vendidisse, ex quo reperitur in possessione pignoris, & creditori non satisfecit, presumitur vẽditio simulata: quia est verisimile, q si vẽdidisset, prĩũ recepisset, & creditori satisfecisset: q2 igit creditori nõ soluit, est verisimile q ptiũ non recepit, & sic q nõ vẽdiderit, & idẽ no. in. l. j. C. de remis. pig. Preterea in instrũ premẽtionate donatiõis ponit clausula cõstitutionis
2 † pcarij q potẽs est excludere presumptionẽ simulationis eo, scз, casu quo de simulatione opponere vellet alter ex contrahentibus vtpote venditor vel donator, aut heres: vt colligitur ex ijs que notat Bartol. in dictis causis exordientibus vno (scilicet) Mart. de Eugubio & alio. Factum est tale Petrus Nicolai, &c. & do. de Rota in dicta decisione. Bald. in. l. illud. versi. Septimo queritur. ad fin. C. de sacrosanct. eccles. & in. l. prima. vers. & ex hoc patet quod cum interuenerit precarium. C. de donat. ante nupt. & Alexand. de Imol. consilio xxvij. exordiente, in causa & lite vertente super feudo. versic. modo sic quando deducitur, &c. in quinto volumi. vbi voluit, quod vbi pretendit seu deducitur, quod ex eo quod vẽditor post venditionem retinuit possessionem rei vendite, contractus censeatur simulatus, nec deducitur quod fuerit in fraudem tertij celebratus, sufficit ad tollendam hanc presumptionem simulationis quod venditor constituerit se precario nomine emptoris possidere: pro quo allegat Bal. in d. l. j. C. de don. ante nup. & in. d. l. illud. & Ang. in d. l. sicut. §. superuacuũ. quia vbi mutatur causa possessionis, cessat suspitio simulatio

nis:licet ille qui alienat remaneat in possessione:quo fit vt in casu de quo queritur postquam dictus quondam dominus Raymundus donator constituerit se precario nomine dicte domine Ludouice tenere ⁊ possidere,⁊c.censeatur causa possessionis mutata in iis que tūc possidebat.⁊ per hec patet responsio ad ea que scribuntur in quadam schedula mihi exhibita exordiente, quia dictus magnificus dominus,⁊c. in qua spectabilis vir dominus consultor in ea subscriptus pretendit donationem predictam fuisse simulatam.argu.dicte.l.sicut.§.superuacuum.et quod ibi per glo.⁊ Bart.⁊ alia de quibus ibi.quoniam respondeo,quod illa procedunt vbi tertius propter eius interesse pretendit cōtractum esse simulatum,vel in sui ipsius tertii de simulatione opponentis fraudem factum, quod non est hic: Nullus enim tertius de hac pretensa simulatione opponit. Preterea illud est certum quod (vt dicit Bart.in dicto consilio Pe. Nicol.⁊ sequuntur domi.de Rota.in decisione supra allegata Bald. in.l. prima. C. plus vale. quod agit.et alii multi in aliis locis) simulatio potest capi multis modis: ⁊ ideo, etiam si essemus in casu in quo retentio possessionis facta per venditorem aut donatorem posset inducere presumptionem simulationis, non tamen sufficeret dicere venditionem aut donationem esse simulatam:pro eo quia possessio rei vendite aut donate remansit penes venditorem aut donatorem, sed debetur exprimi ⁊ probari causa simulationis que potest esse

3 triplex.† Aliquando enim contrahentes agunt in veritate facere vnum contractum, ⁊ tamen simulant facere alium, vt verbi gratia,aliquando vir in veritate donat vxori, vel econtra vxor viro,⁊ tamē quia sciunt se prohibitos simulant se vendere. Aliquādo ⁊ secundo modo dicitur cōtractus simulatus quando contractus in veritate celebratur,sed modico tempore debet durare,vt quia forte emptor vel donatarius debet cito reuendere, vel retro donare.l.quarta.§.si ab ignoto.ff.de manumiss.⁊ huius simulationis natura est hec, vt debeat hoc expresse per pactum ab initio agi. dicto.§.si ab ignoto. Tertio modo dicitur contractus imaginarius seu simulatus quando fit apparenter contractus, et tamen ex mente agitur inter partes quod nihil fiat, ⁊ de hoc.l.nuda.ff.de contrahenda emptione ⁊ venditione, ⁊ de pact.inter emptor. ⁊ venditor. conuentis,⁊ que res venire possint. l.imaginaria.ff.de regulis iur.in.l.simulata.ff.de rerum permutatione.⁊.l.si emptor.ff.de aqua pluuia arcen.Et hoc fieri potest multis de causis vt dicit Barto.in dicto consilio Pe. Nicole,⁊c.versicu.secundo videndum est per id quod adiicitur ⁊c.ibi,Sed hoc est dicendum.Nec de ea opponere possent coheredes cum sint extranei, ⁊ tales quibus non necessitabatur dictus quondam do.Raymūdus donator aliquid relinquere: vt apparet ex iis que notat Bart.in dictis duobus consiliis.non igitur allegare posset quod donatio predicta facta fuerit in fraudem domine de Rognis. Sed nihil efficax vel validum apparet propter quod predicta donatio dici debeat simulata in prima, secunda, aut tertia specie simulationis:de quo tamen accipere deberet vt ponit Barto.in.d.consi.proxime dicto,et in.l.post contractum.et Philippus de corne.in.d.consil.ducentesimotertio.versicu. ⁊ voluit Ange.sequuntur etiam alii doc.in multis locis.nec debet presumi simulata propter retentam possessionem (vt predixit) quia non suberat causa, nec videtur coadiuuari ex eo,quod donatio predicta facta fuerit sorori, quia licet soror sit persona cōiuncta,nō est tamē talis cui frater dona-

4 re † prohibeatur aut donare non possit: cuius oppositum esset in vxore, ⁊ filiofamilias, ⁊ aliis quibusdam personis. Non obstat.l.data.C.de donationibus ante nupt.quia respondeo et fateor quod in donatione excedente summam legitimam(etiam si fiat persone coniuncte) debet regulariter interuenire insinuatio:⁊ de illa loquitur dicta.l.sed nos loquimur in simulatione donationis, ⁊ sic in casu diuerso. Propterea argumentum non cōcludit,⁊ reperio fuisse sufficienter responsum.Etiam non obstat quod vlterius dicitur, dictum dominum Raymūdum donationem huiusmodi fecisse vt presidio sororis posset prestare impedimentum domine de Rognis, in cuius fraudē videtur fuisse facta dicta donatio : quoniam respondeo, quod de hoc oporteret apparere(scilicet)quō prefati do.Raymūdus ⁊ Ludouica hoc egissent (scilicet) quod quāuis idem do.Raymundus fingeret ⁊ simularet se donare eidem do. Ludouice,ipse tamen non intendebat sibi donare in veritate,sed facere donationē apparentem nō existentem,aliter autem non est presumendum:maxime attēto quod donatio facta fuit absenti,⁊ cum iuramento,quo non est presumendum eum voluisse abuti: insuper,⁊ quia non apparet de causa propter quam verisimiliter censeri deberent ipsi dominus Raymundus ⁊ Ludouica hoc egisse.Uerum,quia tam predictis pretensis cōiecturis quam aliis mihi videtur plene respōdisse egregius vir dominus Franciscus dalmasii iurium professor eximius in quadam schedula exordiente, donationi facte per quondam magnificum,⁊c.ego sententie eius adherendo,nō insisto.Preterea etiam adhereo opinioni cuiusdam domi.Doctoris de qua in alia schedula exordiēte, propositum fuit in facto,⁊c.scilicet,quod donatio de qua ibi valuerit,nō solum quoad partem que fuit patris, ⁊ predecessoris dicti quondam domini Raymundi , ⁊ que tunc eidem competebat, sed etiam quoad iura que postea inibi acquisiuit : ⁊ quidem de primo dicto non est dubium:de secundo etiam non videtur dubitandum per donationem factam,pro eo quia dictus dominus Raymundus non dicit simpliciter se donare castrum cum omnibus iuribus ad eum spectantibus,⁊ que ad eundem spectare possent tunc vel in futurum, sed adiecit et etiam ex causa de futuro,propter que verba apparet voluntas dicti quondam domini Raymundi , scilicet,quod voluerit donare non solum iura que tunc habebat in dicto ca-

5 stro,sed etiam que postea ex causa † etiā de futuro,seu postea acquireret:⁊ ita huic,quod dico de futuris acquirendis, ⁊ ex causa de futuro,non obstat doctrina Barto.quam ipse posuit in multis locis,scilicet.l.post emancipationem.§.j.ff. de liber.legat.in.l.qui cum tutoribus.in princip.ff.de dona. ⁊ aliis multis locis relatis per dominum Jaso.in.l.j. versi. ex hoc potest limitari,⁊c.C.de pactis.vbi etiam Lancelo. Aduertendum est,quia illa doctrina procedit eo casu quo non essent adiecta hec verba (etiam ex causa de futuro) vel similia,que fuerunt posita in donatione superius mentionata:illa ergo extēdebatur ad futura,etiam ad illa que ex causa de futuro essent ad eum peruentura.Quod autē hoc fieri potuerit fuit oportune ostensum per dictum do.consultorem,quod etiam patenter sentiunt doctores in multis locis, in ea,scilicet,questione : in qua querunt an donatio omniū bonorum presentium et futurorū in qua donator constituit se tenere ⁊ possidere precario nomine bona huiusmodi va-

6 leat:⁊ communiter dicūt quod † non:⁊ loquentes de acquirendis,quod illa non essent obstante clausula constitutionis precarii aliquo tempore quo ad dominium aut possessionem penes eum remansura.Sentiūt ergo quod quis possit donare,non solum ea que ad eum pertinent tempore donationis,sed etiam ea que imposterum pertinebunt. Preterea etiam sentiunt quod precarium , dum tamen conferatur etiam in bona futura,hoc est dum non solum interuenerit circa bona presentia,sed etiam circa futura, operatur etiam circa futura.Et idem de cessiōe iurium ⁊ actionū que habentur loco traditionis.hoc enim voluit Angel. consilio clxxxj.exordiente,visis instrumētis.versi.vbi autem pactum constitutionis precarii.Barto.⁊ alii in.l.fina.C.que res pig. oblig.poss.⁊ Ange.in.§.actionum.versi.quero an in obligatione omnium bonorum.institu.de acti.Alexand.de Jmol. in.l.stipulatio hoc modo cōcepta.ver.Roma.hic.circa hoc plura dicit ⁊ Uital.de cab.in suis clausulis in clausula,constituit se precario nomine.versi.sed Jacobus Butri.in.l.fin. ⁊c.possent ⁊ alia multa tam super isto quam aliis articulis per ipsum dominum cōsultorē in dicta schedula positis allegari ⁊ induci,sed quia per eum allegata ⁊ predicta videntur sufficere,vlterius non insisto.

¶ De emptio.⁊ venditio. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Uenditio a muliere facta domus in qua totum eius consistit patrimonium cum donatione pluris quantumcunque valeret nō subscripta a notario intelligitur inefficax,⁊ quod mulierum sit genus auarissimum,⁊ quod mulier est fere famula viri , ⁊ quod lex est imposita rebus ⁊ non verbis.

1 ☞ Instrumentum publicum an sit a notario subscribēdum, ⁊ quid de protocollo.
2 Transumptionem siue descriptionem faciens an possit addere vel detrahere.
3 Actus quando rescindat venditionem.
4 Uenditio quando requirat insinuationem.

3 Donatio illius pluris (quatenus res excedit pretium rei vēdite) an reuocetur propter superuenientes liberos.

¶ Consilium.cxxiiij.



Ota venditionis quā fecisse pretenduntur Thomassinus Tibaudi alias Picar, ⁊ honesta mulier Matthea vre eius tunc vxor de quadam eiusdem Matthee domo fuit, vt pretenditur, sumpta et recepta per duos notarios (scilicet) magistrum Joannem Lescot superstitem, et magistrum Joannem Mazenaudi defunctum, quam non vidi, ⁊ que debuit esse subscripta seu subsignata per ambos notarios: Pro cuius dicti assertione premitto, quod non solum publicum instrumen-
1 tum debet subscribi seu subsignari † per notarium qui illud confecit seu recepit.l.secunda.⁊ quod ibi Baldus ⁊ Joannes de platea.C.de conueniendis fisci debitoribus. Ange.de tabe.in princip.authenti.contractus.C.de fide instrumentorum ⁊ de iure haste fiscalis, ⁊ de additionibus. Ange.de instrumentorum cautela, ⁊ fide: ⁊ primum de deposito, ⁊ mutuo, ⁊ alijs documentis priuate quidem scriptis, habentibus autem testes, ⁊ de non habentibus testes: de instrumentis publice confectis, ⁊ de collationibus manus proprie scripture, ⁊ de expositis instrumentis ab illiteratis, aut paucas literas scientibus: ⁊ de non scriptis contractibus: ⁊ de contractibus vsque ad vnam libram auri, ⁊ de contractibus: qui in agris fiunt, ⁊ vt in documentis ⁊ contractibus futuris locum habeat lex.§.sed si instrumen.⁊ quod ibi gloss.capitu. inter dilectos.§.instrumentum quoque.de fide instrumen.et quod not.gloss.⁊ docto.in.l.generali.de tabula.libro decimo. Specu.titulo de instru. edi.§. instrumentum. versicu. Item quod non est a tabellione ⁊c.et versicu. Item quod non est signatum.vult ⁊ Frācis.de Are.in.l.ad testium.§.si quid.per illum textum.ff.de testamen.⁊ per Joan.de Pla.in.l. nulli. C.de numerarijs, actuarijs, ⁊ chartularijs, ⁊ adiutoribus, siue scriniarijs, ⁊ exceptoribus sedis excelse, ceterorumque iudicum, tam militarium, quam ciuilium.libro duodecimo.sed etiam protocollum seu prima nota aut schedula, quia protocollum seu schedula huiusmodi debet habere omnia que in sui substantia habere debet instrumentum: vt colligitur ex eo quod Joan.Andr.in additio.Specula.titu.de instrumen.edi.§.videndum restat.versicu.⁊ nota quod tabellio,⁊c. in additio.exordiente, vbi hoc not. Et cur. quia cum notarius instrumentum redigit in publicam formam non debet addere vel minuere aut scribere nisi prout continetur in protocollo.authenti.de tabel.§.penul.⁊ in.§.cum P.tabellio.de instrumentorum caute.not. Angel.in.l.lucius.in princip.ff. de testamen.mili.vbi per illum textum, voluit quod non sit standum imbreuiature notarij si non est in publica forma subscripta, ⁊ subiungit: Caueant igitur notarij ne eorum imbreuiaturas non publicatas dimittant quas publicare possunt, apponendo signum, ⁊c.dicit etiam Bald.in dicta.l.lucius.quod imbreuiatura notarij nec facit fidem si ibi non sit signum tabellionis: pro quo allegat authenti.de fide instrumen.§.oportet.l.nemo.C.de assess.⁊ l.decernimus.C.de aquęduct.libro vndecimo.cum concordant.per eum allegatis.et not.Bald.C.de fide instrumento.in rubrica versicu.de tertio queritur nūquid imbreuiatura: ⁊ quod in protocollo requiratur signum notarij voluit etiam dominus Felinus in capitulo primo. versicu.⁊ illud in protocollo,⁊c.de fide instrumentorum.vbi etiam refert ⁊ affirmat quod id ipsum voluit Bald.in dicta.l.lucius.in princip.⁊ sensit in.l.contractus.C. de fide instrumentorum.⁊ in.l.eo quod a multis.in princip. C.si certum petatur.⁊ quemadmodum opus est quod notarius quando est vnus scribat et subscribat seu subsignet eius protocollum, ita quando sunt duo opus est quod ambo scribant, ⁊ sic duo protocolla faciant: aut quod vnus scribat, et ambo subscribant, seu subsignent.per id quod not.Bald.in l.iurisiurandi.C.de testibus.facit quod not.Bald.Barto.et alij in.l.si quis ex argentarijs.§.primo.ff.de edend.de quo in decisio.mag.parla.deci.cxxij.debet etiam prima schedula esse munda, ⁊ esse scripta manu eiusdem notarij, alioquin esset suspecta.vt voluit Bald.in.l.contrac.versicu.deinde quero si apparet scriptura,⁊c.C.de fide instrument.pro quo allegat authen.de triente ⁊ semisse.§.⁊ quod sepe. Preterea aduertendum est quod cum ante degrossationem instrumenti dicte pretense venditionis ab humanis decessit dictus magister Joannes, non debuit, nec de iure potuit dicta nota extendi, ⁊ equidem nō per magistrum Ludouicum dicti Mazenaudi pretensum fratrem dicti quondam magistri Joannis, vt dicitur, subrogatum ad degrossandū,⁊c. quia ipse nihil potuit exprimere vel declarare vltra id quod in huiusmodi pretensa nota reperit expressum aut declaratum: quia officium suum est transcribere, non addere vel interpretari, cum de hoc non fuerit rogatus, nec proprio sensu deprehendere veritatem, secundum Nicola.de machi.quem refert Bald.C. de fide instrumen.super rubrica paulo post medium. versicu.quarto queritur, ⁊ hoc iure dicit Bald.nos vti, quod illi qui faciunt transumptum nihil addunt vel detrahunt, sed prout scriptum inueniunt ita transcribunt,⁊c.ob hoc imperator in prima constitutione.C.§.quibus.non solum scribendi licētiam sed etiam interpretandi concessit: non etiam per dictum magistrum Joannem Lescot, quia cum non solum ipse sed etiam dictus quondam magister Joannes Mazenaudi dicantur fuisse rogati de dicta venditione, non potuit ipse solus extendere: ⁊ quamuis fortasse potuisset dicto magistro Ludouico concedi facultas extendendi dictam notam iuxta stylum dicti quondam magistri Joannis, huiusmodi tamen commissio fieri debuit cum cause cognitione: et sic vocata dicta Claudia.arg.l.Nam ita diuus.ff.de adoptionibus.quod etiam voluit Joannes de Jmola, in.l.Gallus.§.idem credendum.ad finem.ff.de liberis ⁊ posthumis. vbi etiam de hoc Alex.de Jmo. Preterea aduertendum est quod, vt dixi, duo fuerunt notarij qui notā predictā dicuntur recepisse, et quorum potuit esse varius stylus in extendendo degrossationem,⁊c.propter quod non videretur attendendus stylus huius vel illius notarij, sed stylus communiter consuetus ⁊ obseruatus: quod etiā videtur sensisse Alex. de Jmo.in.d.§.idem credentum.⁊ hec dicta sint quo ad materiam fidei predicte note. Quo ad vero materiam principalem, supposito, Citra preiudicium veritatis, quod de venditione huiusmodi appareret, ⁊ de clausulis positis in dicto pretenso instrumento, multa sunt que obstant dicte Claudie scilicet, iuramentum renuntiatio.l.secunda.C.de rescindenda venditione.⁊ donatio pluris quātumcunq; illud existat: per que videtur sibi abstulisse etiam remedium dicte.l.secunde. ⁊ capitu.penulti.de emptione ⁊ venditione. Si tamen posset ostēdi quod (vt mihi supponit) dicta Claudia esset mulier
3 † timida, seu que multam reuerentiā haberet ad dictū Thomassinum, ⁊ ille Thomassinus esset austerus velle deducere ad effectum quando sibi non parebat, putarem ex capite metus debere rescindi predictam venditionē, per id quod not. Panormita.in capitulo primo.in principio.de colla.⁊ quod verbera sibi intulisset seu minas, non esset dubium quin dicta pretēsa venditio rescindi deberet tanquam meticulosa ⁊ per metum facta. per id quod not.glossa, Barto.⁊ Alexand. de Jmo.in.l.prima.§.que onerande.ff.quarum rerum actio non datur.⁊ de exceptione iurisiurandi. Barto.et docto.in.l.interpositas.C.de transactio.Barto.in.l.ad inuidiam.C.quod metus causa.⁊ Panormita.in capitulo primo.in princip.de offic.delega.facit ad hoc, quia cum genus mulierum sit auarissimum.l.sed si ego.in fine.⁊ quod ibi gloss.ff.ad velleyanum.et.l.si stipulata.§.primo.ff.de donationibus inter virum ⁊ vxorem.non est verisimile quod dicta Matthea specialiter processerit ad venditionem dicte domus in qua (vt audio) consistebat totum eius patrimonium: ⁊ non solum ad venditionem, sed etiam ad donationem illius pluris quantumcunq; existeret, sine qua fortasse nolebat magister Antonius texerij notarius domum predictam emere. Est enim cogitandum quod mulier est fere famula viri.capit.hec imago.xxxiij.quest.quinta.propter quod mulier, imo mulieres verisimiliter hn̄t reuerentiā ad suos viros, ⁊ illos timent, qđ si ita est regulariter patet quid dicendū ⁊ presumendū existat de muliere timida, et que probabitur habuisse multam reuerentiam ad dictum eius virum, et quidem austerum, et Picardum. Pro quo bene facit quod notat Bald.in capitulo, causam matrimonij.de offic.delegat.vbi dicit, pone quod mulier sit verberata in camera in secreto ita quod nullus testis sciuerit, dicit Bal.recurrendum esse ad alia iudicia iuxta notata per Bartolum in.l.de pupillo.§.si quis ipsi pretori.ff. de noui operis nuntiatione.facit.l.prima.C.si quis imperatori maledixerit.et ideo dicit dominus Cardinalis Florentinus in dicto capitu.causam matrimonij. quod si mulier renuntiauerit iuri hypothece in re quam vir alienat, ⁊ deinde dicit quod per metum hoc fecerit, rescindatur talis renuntiatio.⁊ refert Reynerium ita consuluisse in facti cōtingen-

tia.ergo idem videretur esse dicendum in casu occurrenti, scilicet, quod edicto de verberibus vel minis predicti Thomassij.vel etiam de magna dicte Matthee reuerentia ad dictum Thomassium,et de ipsius Thomassij austeritate et lesione enormissima, deberet rescindi predicta venditio.Preterea ad impugnationem huiuscemodi venditionis videtur facere multe clausule, que dixerim cautele aut cauillationes posite in dicto instrumento, et quidem ut audio in illis partibus sitis insolite ut reperio super hoc iam fuisse scriptum. faciant enim clausule insolite presumi fraudem et dolum. secundum glossam.vbi etiam Baldus Angelus et Paulus de Castro in.l.si quis sub conditione.ff.de conditionibus institutionum.quod etiam voluit Baldus Salicetus Paulus de Castro dominus Jason,et alij in.l.testamentum.C.de testamen.vbi multas remissiones ponit idem domi. Jason. et vt dicit Bald.in capitu.ex literis.ad finem de consuetudi. vbi abundantior cautela ibi fraus euidentior: dicit etiam Baldus in capitu.quia verisimile.de presumptio. quod illa gloss.est singularis, scilicet, quod presumatur dolus propter minas,cautelas, et insolitas clausulas que potius cauillationes dici debent. Addo quod ad condemnationem dicte venditionis inter alia scribitur quod dictus dominus Thomassinus et Matthea vt subuenirent eorum necessitatibus, et vt facerent eorum conditionem meliorem, maxime pro se acquittando de pensionibus et chargijs inibi subscriptis erga creditores insoi nominatos vendiderunt,&c. et tamen in instrumento venditionis huiusmodi scriptum est eosdem vendidisse domum predictam cum oneribus dictarum pensionum, et ita erant pensiones ipse per emptorem soluende, vel reducende, si et quatenus sua interesse putaret. Ad quid enim vendebatur domus illa cum onere illarum pensionum si pensiones erant soluende per dictos venditores?Sed hic magister Antonius qui dicitur esse prudens et cautus voluit forte venditionem predictam collocari, et per colorē manifestum fieri quod iubesset iusta causa venditionis,et per id quod postea subiunctum est venditores predictos domum predictam vendidisse cum dictis oneribus voluit forte manifestari iustitiā pretij,scilicet,quod pretium esset iustum attentis illis oneribus, sed hec nō quadrant. Propterea illud non est obmittendum quod prefati Thomassius et Claudia fecerunt duos contractus, vnum, scilicet, quatenus valor domus predicte concurrebat cum pretio nonagintarum et septem librarum et decem solidorum,alterum vero donationis quatenus valor domus mentionate excedebat dictum pretium,per id quod notat Barto.in.l.si quis eum aliter.versicu.quero dicitur in instrumento.ff.de verborum obligationibus. vbi etiam Joannes de Jmol. Alex.de Jmo.et docto.cano in capitu.cum causa.de emptione et venditione.et docto.in dicta.l.secunda.C. de rescindenda venditione,et quando liceat ab emptione discedere.et ideo censeri debet fuisse vera donatio illius maioris valentie, si aliud vtpote metus vel alia non obsistissent, vt si excesserit valorem quingentorum solidorū seu aureorum re-
4 quirebat insinuationē,† vt voluit Roma.in.l.secunda.in principio.ff.de verborum obligationibus.per.l.cum hic status.§.penultimo.versicu.idem respond.ff.de donationibus inter virum et vxorem.et in.l.si quis donationis.ff.de contrahendā emptione et venditione,et de pact.inter emptor.et venditor.conuentis,et que res venire possint.quod etiam voluit Petrus de Anchara.et Joannes de Jmol.in dicto capitu. cum causa.ad quod faciunt no.in.l.si quis obligatione.ff.de regulis iuris.et idem voluit Bald. C.de contrahenda emptione et venditione.super rubrica.versicu.duodecimo quero &c.eo,scilicet, casu quo id quod donatum est excedit dimidium iusti pretij, quia tunc excedit terminos equitatis, et tunc esset vera donatio totius id quod iustum pretium excedit.dicta.l.si quis donationis. Non solum igitur censeretur domus predicta cum platea fuisse per dictos Thibaudi et Mattheam alienata, et translata in dictum magistrum Antonium termino dicte pretense venditionis, sed etiam termino donationis,et sic vero termino lucratur quatenus domus et platea huiusmodi seu maior valor excedebat valorē dicti pretij:quo fit, vt cū postea dicantur predicti venditores suscepisse liberos naturales et legitimos fuerit
5 † donatio huiusmodi reuocata ,ppter subintellectā, et tacitā conditionem.l.si vnquam.et quod ibi docto.C.de reuoca.dona.et quod not.Barto.et docto.in.l. Titia Seyo.§. Imperator.ff.de lega.ij.et cano.in capitu.fin.de dona.que.l.procedit non solum eo casu quo donata est quota bonorum, sed etiam quando donata est res particularis,aut pars illius: quia ratio dicte.l.si vnquam.est fundata in hoc,quod nō est verisimile donantem ita donasse si cogitasset de liberis procreandis:ita militat quando donatio fundus, vel domus, aut pars illius ascendens in effectu ad valorē alicuius quote bonorum donatoris,sicut si donaretur illa quarta bonorum vt identitas rationis vtrunque casum asserat.debet ergo vtroque casu esse eadem iuris dispositio.l.a Titio.ff.de verborum obligationi.et .c. ij.de trāsla.prela.alias videretur fuisse lex imposita verbis et non rebus,quod esse non debet. l.ij.C.comm.de lega.et capit.commissa.de elec.in.vj.et istam opinionem sequitur Barto.in dicta.l.Titia.§. Imperator. Joan.de Jmola.in capitu.fina.de dona. pro qua consuluit multa inducens Alexan.de Jmo.consilio sexagesimoprimo. exordiente,consulentes ijs que narrantur in themate, &c.in quarto volumine: idem voluit Alber.in dicta.l.si vnquam. in princip.et Joan.de Pla.in.l.prima.capitu.de re.postula. libro decimo.

De heredibus instituendis. Rubri.

Epitome.

Testator si heredes vniuersales instituerit tres filios suos,et alterius filij sui filios equis portionibus,censet quēuis eorum instituisse pro quarta parte heredem.

Consilium. cxxv.



Viso testamento dudum (scilicet) anno Domini millesi. quingentesimotertio et de mense Maij. condito per honorabilem quondam virum Stephanum Auterij loci de aligo E quensis diocesis,et in quo legit heredes vniuersales instituisse,et ore proprio nominasse Marcellinum, et Joannem Auterij filios suos naturales et legitimos, Antonium et Nicolaum Auterij eiusdē Marcellini filios naturales et legitimos,et ipsius testatoris nepotes seu Felezenos equis portionibus: viso insuper casu parte dicti Joannis mihi exhibito,vna cū quesitis seu dubijs in calce illius subscriptos,dico et respondeo breuiter et succincte,quod dicti Marcellinus, Joanes, Antonius,et Nicolaus,censentur instituti quilibet (scilicet) pro quarta parte:et sic prefati Marcellinus, Antonius,et Nicolaus, succedunt dodrante, seu tribus quartis partibus, et Joannes in quadrante seu quarta parte:quod maxime procedit propter illa verba (equis portionibus) pro quo allegasse sufficiat.l.interdū.in princip.ff.de heredi.insti.et procederet hoc etiam si in dicto testamēto scriptum esset,quod dictus Stephanꝰ heredes suos vniuersales instituit dictos Marcellinum cum suis filijs,vel cum dictis Antonio,et Nicolao,et dictum Joannem equis portionibus,quoniā etiam isto casu,qui videretur magis dubius,haberet quiuis ex dictis quatuor quartam partem.dicta.l.interdū.in principio. et quod not.docto.in.l.fina.C.de impube.et alijs substitu.Et quamuis dictus Joannes fuisset dicto quondam Stephano si ab intestato decessisset,successurus pro dimidia parte, eo quia eidem Stephano non superfuerunt nisi duo filij primi gradus,scilicet,dicti Marcellinus et Joannes.Angelus de heredibus abintestato.§.j. cum suis simili.colla.ix.nō tamen propterea potest idem Joannes pretēdere se grauatum cū fuerit heres institutus in quarta parte,et sic in tribꝰ vncijs: et tamen idem quondam Stephanus non cogebatur sibi relinquere vltra legitimā que ascendebat ad duas vncias bonorū dicti quondā Stephani,eorū,scilicet, que superfuerūt deducto ere alieno,et funeris impensa.auth.de trien.et semis. §.j.collatione tertia.transumptiue in authenti.nouissima.C. de inofficioso testamento .iuncta .l. Papinianus.§. quarta autem.ff.eodem titulo. Et per hec patet respon.ad alia quesita.

De legatis. Rubrica.

Epitome.

Heredem defuncti mariti realiter summam dotis vxori

defuncti offerre debere, et si ea recipere nolit protestari
quod per eum non stat, ⁊ de eo instrumentum publicum fie-
ri petere, ⁊ quod donare promittens recta via potest cogi
ad soluendum, ⁊ non posse legatarios legata propria au-
thoritate capere, quod si ceperint, eos cogi ad restitutio-
nem.

1 ☞ Oblatio verbalis sufficit si dicat is cui offertur se nolle recipere, nec requiritur realis.

2 Donare promittens, an recta via possit cogi ad soluendum.

3 Legatarius capiens res legatas propria authoritate, an eas amittat.

4 Legatarij quando legata restituere cogantur, ⁊ quando iusiurandum deferatur heredi.

¶ Consilium. cxxvj.



Ostquam constat et appa-
ret quod magni-
ficus et potens quondam domi. Ray-
mundus de Agruto, do. Saltus con-
fessus fuit ⁊ recognouit se habuisse et
recepisse de dote nobilis ⁊ generose mu
lieris domine Blãchie eius relicte, sum
mam vndecim milliũ Florenorum, con-
sulo heredibus dicti quondam do. Raymundi, vt ipsi pro
euitanda lata seu pena, offerant animo soluendi eidem do-
mi. Blanchie summam predictam vndecim millium Flore-
norum, ⁊ quam si recipere voluerit, sibi expediant, et publi-
cum instrumentum de recepto sibi confici obtineant. Si ve-
ro illam recipere recuset, protestentur quod per eos nõ fiat
quominus sibi satisfaciant, ⁊ summam predictam expediant:
Et tunc consulo quod de reali oblatione ac de recusatione
⁊ protestatione huiusmodi fieri petant publicum instrumen
tum, ⁊ cum ijs poterint reportare pecuniã, nec tenebuntur
eam depositare. Quinimo dicunt doct. quod si alicui fiat ver-
1 balis † oblatio, ⁊ ille dicat quod nolit recipere, non tenetur
offerens facere realem oblationem, vt voluit Bald. in. l. pri-
ma. C. ne lice. tertio prouoca. Pro quo allegat. l. si residuum.
C. de pignoribus ⁊ hypothecis. l. fundus. ff. de rescindenda
venditione. ⁊ quamuis illi tex. hoc non probent, tamen idem
tenent Rapha. ⁊ Paul. de Castr. in. l. qui Rome. in princi-
pio. ff. de verborum obligatio. qui mouentur pro eo quia ille
qui semel citatus dicit nolo capere, non est vlterius citan-
dus. capit. secundo. de dolo ⁊ contumacia. in. vj. not. glo. ma-
gne, in. l. finali. ff. de in integrum restitutio. et hanc opinio-
nem Bald. sequutus est Alexa. de Imol. in. l. si nerua. ff. so-
luto matrimonio. ⁊ dicta. l. qui rome. in principio, quod si
verum est, multofortius non tenetur offerens tunc depo-
nere: Verum quia super hoc sunt opiniones consulo, vt
prediri, quod dicta pecunia realiter offeratur: et quod ante-
quam fiat oblatio illa numeretur sub presentia testium, qui
postea videant illam eandem pecuniam realiter offerre et
sciant tempore et loco testificari ⁊ deponere de pecunia obla
ta, ⁊ de summa seu quantitate illius. Lando ⁊ consulo quod
eodem modo fiat de octingentis libris quas dictus quon-
dam dominus Raymundus tempore matrimonij contra-
cti per et inter ipsum et prefatam dominam Blanchiam
seu eius patrem nomine illius eidem domine Blanchie do-
nare promisit annis singulis pro suo doario in eum casum in
quem eum premori contingeret, prout contigit: quia licet
non videatur idem dominus Raymundus donasse, sed pro-
2 missionem fecisse † de donando, quod videtur esse aliud si-
cut aliud est promittere, et vendere, ⁊ aliud vendere, ta-
men puto quod dicti domi. heredes possint conueniri recta
via ad soluendum perinde acsi donasset, argumen. l. domi-
nus testamento. ff. de condictione indebiti. ⁊ cle. auditor. de
rescript. per que iura voluit Joannes Andreas in additio-
ne Speculatoris titulo de oblatio. ⁊ solutio. in rubrica. ⁊ se-
quitur Alexand. de Imola et domin. Jason. Mayn. in. l.
cum fundus. §. seruum. ff. si certum petatur. ⁊ dominus Ja-
son in, l. si fideiussor. §. meminisse. in principio. ff. de legatis
primo. quod ille qui promisit se obligare ad decem: potest
saltem pro decem conueniri absque alia obligatione cau-
sa circuitus euitandi. Et dicit Joannes Andreas hoc di-
ctum fuisse Alber, Sal. idem etiam dico de mille florenis
quos dictus quondam dominus Raymundus eidem do-
mine Blanchie legauit in suo vltimo testamento, et quod
voluit per eandem percipi, haberi, leuari, ⁊ recuperari an-
nis singulis: ipse enim due vltime summe debentur ⁊ pos-
sunt peti annis singulis, et in capite anni iuxta id quod no
tat glo. in. §. ac si ita. institut. de verborum obligationi. et in
l. prima. ⁊ quod ibi glossa et doctor. C. quando dies legati vel
fideicommissi cedat. sunt ergo offerendi vndecim mille flore
ni ⁊ dande octigen. libre predictis. Quo vero ad aliam sum-
mam quam eadem domina Blanchia pretendit sibi debe-
ri, econtra vero dicti domini heredes pretendunt se non
debere, et ad illam non teneri, erit bonum quod eisdem
dominis heredibus instantibus citetur ipsa domina Blan
chia comparitura coram egregio viro domino Judice ca-
mere, visura illam authoritate ⁊ mandato eiusdem domini
iudicis deponi animo ⁊ intentione illam repellendi, si et vbi
non apparuerit ad eam se teneri eidem domine Blanchie,
vel illam sibi postea expediendi et soluendi si et vbi appa-
ruerit quod in illa sibi teneantur. Verum si propterea eui-
tabitur expositio clamoris illate, insuper ⁊ exequutio seu ex-
actio illius, consulant dicti domini heredes spectabiles vi-
ros dominos eorum aduocatos Aquis residentes, ⁊ signan
ter spectabilem virum dominum Franciscum Dalmai-
sij: quia sine dubio existimo esse de ijs et alijs plenissime
dictum. Quo vero ad cophinos seu capsas et bona in eis-
dem existentia, dico et respondeo in primis, quod ad ve-
stes et alia sibi legata ipsa non incurrit penam priuationis,
⁊ quidem non pro eo quia illas post dictam hereditatem ⁊
3 apprehensam possessionem sua authoritate cepit, † et eas
sine consensu predictorum dominorũ heredum transporta-
uit, pro eo quia vt videtur dictus quondam dominus Ray-
mundus eidem domine Blanchie dedit et concessit licen-
tiam hoc faciendi: quod facere potuit. l. Titia cum testamẽ-
to. §. primo. secundum vnum intellectum gloss. et quod ibi
Bartolus. ff. de legatis secundo. ⁊ quod nota. Baldus Sa-
licetus Pau. de Castro. ⁊ domi. Jason Mayn. in. l. non est
dubium. C. de legib. Ange. in. l. si legata. C. eodem titu. Bar-
to. in repetitione. l. tertie. in secunda questione principali. C.
de pigno. ⁊ alij in alijs locis. Non etiam pro eo quia sua au-
thoritate cepit ⁊ transportauit seu capi ⁊ transportari fecit
capsas ⁊ cophinos predictos. l. obtentu. ⁊ quod ibi Bald. C.
4 de cri. expi. here. possunt tamen dicti † domini heredes repe
tere cophinos ⁊ capsas tanquam male captos ⁊ importa-
tos. Quo vero ad pecuniã ⁊ alia bona in eis existẽtia, puto
qđ si dicti heredes sunt de illis certi quod in eis existerent:
puta quod in eis essent tales res ⁊ tales, aut tanta pecunia-
rum summa, ipsi, taxatione premissa, ⁊ eis delato iuramen-
to per iudicem, poterunt iurare: ⁊ quod iuramentum sit eis
in hoc casu deferendum, colligitur ex ijs que not. Innocent.
Hostien. Joannes Andreas, ⁊ Panormitanus, in capit. fi-
nali. de ijs que vi metusve causa fiunt. ⁊ hoc fieri debet pro-
pter vitiosum transportum: et difficilem probationem con-
tingentem propter factum dicte domine ⁊c. et in odium
transportus sic facti. Si tamen dicta domina Ludouica
sola esset de premissis bene certa, puto quod ipsa posset iu-
rare, sed non puto quod iuramentum prosit coheredibus,
dicto capitulo fina. ⁊. l. si quando. vnde vi. loquuntur de iu-
ramento deferendo violentiam seu damnum passo, scilicet,
quod illi stari, ⁊ in fauorẽ illius stari debeat, premissa, vt di-
xi taxatione.

¶ De donatio. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Nepotes subintrantes locum matris eam representant, ⁊ ex eius persona succedunt auo. Et ꝙ non valet promissio de non instituendo alium heredem vniuersalem. Et ꝙ donatio facta filio vel nepoti in legitimam imputatur, ⁊ ab intestato confertur.

¶ Consilium. cxxvij.



X themate mihi exhibi-
te con-
sultationis, colliguntur multa dubia qui-
bus respondeo prout infra. Et primo ad
primum dico, quod licet Mattheus Mi-
stralis fuerit nepos ex filia prouidi quondã
viri Gulielmi Noguerij de cuiꝰ hereditate agitur, ⁊ nobiles

Simonetus Francesia, ⁊ Peyrona fuerint eiusdē Noguerij pronepos et proneptes, vtpote procreati ex nobili et honesta quondam muliere Antoneta de sancto Petro nepte eiusdem quondam Noguerij, quia tamen ipsi Simonetus Francesia, et Peyrona pronepos ⁊ proneptes non solum concepti sed etiam geniti extiterint in vita dicti quondam Gulielmi Noguerij, ipsi eidem Gulielmo succedunt, et succedere debent. §. cum filijs. ver. pari ratione. vt si nepos neptisque, ⁊c. institut. de heredi. que ab intesta. deferun. ⁊ authenti. de heredi. ab intesta. §. primo. collatione. ix. ⁊ hoc pro eo quia dicti Simonetus Francesia, ⁊ Peyrona subintrauerunt locum dicte quondam Antonete, ipsi illam representant, ⁊ propterea debent eidem Gulielmo succedere in ea pensione seu parte in qua successisset p̄fata Antoneta, si ipsa vixisset tempore mortis eiusdem quondam Noguerij per iura predicta: dictus igit̄ Mattheus succedit in dimidia parte, ⁊ prefati nobiles Simonetus, Francesia, ⁊ Peyrona, in alia dimidia parte: nisi forte dicatur quod imo eidem Gulielmo Noguerij solus ⁊ duntaxat successerit dictus Mattheus eius nepos, pro eo quia tempore sibi facte donationis de dimidia parte bonorum suorum ipse quondam Noguerij eidē Mattheo presenti ⁊ stipulanti promisit non facere nec instituere aliquem heredem alium vniuersalem preter eundem Mattheum: Sed istud non obstat: tum quia non propterea videtur promisisse ꝙ ipsum Mattheū vniuersalē heredē instituerет. quo fit vt cū nullū testm̄ idē Noguerij postea tradiderit censeat̄ ipse ⁊ censeri debet ab intestato decessisse, ⁊ sic ab intestato eidem (vt predixi) successerint prefati Mattheus nepos, ⁊ dicti nobiles Simonetus, Frācesia, ⁊ Peyrona pronepos ⁊ proneptes: dictus, scilicet, Mattheus pro dimidia parte, ⁊ prefati Simonetus, Francesia, ⁊ Peyrona pro alia dimidia parte: Tum ⁊ quia si ⁊ vbi pretendi posset quod primo dictus quondam Noguerij dicto Mattheo presenti ⁊ stipulanti promiserit ⁊ iurauerit eum instituere suum vniuersalem heredem solum ⁊ vnicum, sola p̄missio (vtpote a iure reprobata) non valuisset, sed fuisset ⁊ esset nulla. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli. l. pactum quod dotali. C. de pac. ⁊ l. cum donationis. C. de transi. Ad secundū dico ⁊ respondeo ꝙ non solum dictus nobilis Simonetus representat personam dicte Antonete eius quondam matris, sed etiam prefate Francesia ⁊ Peyrona, ⁊ sic non solū ipse Simonetus sed etiam dicte eius sorores succedunt dicto Gulielmo Noguerij eorum quondam proauo. Vniuersalis enim institutio heredis facta per dictam quondam Antonetam de dicto Simoneto nihil facit ad hunc casum, quia cum dicta Antoneta ab humanus decesserit ante mortem ⁊ decessum dicti Gulielmi Noguerij eius aui materni ipsa, vtpote cui nullum ius in bonis auitis competebat, non potuit de illis disponere. Quod aūt nullum ius successionis in dictis bonis eidē cōpeteret, hoc efficaciter persuadetur, pro eo qꝛ nec aliquod ius pro legitima, licet priuilegiata existat, eidem competebat. per quo allegasse sufficiat. l. j. §. si impuberi. ff. de colla. bono. ⁊ quod not. Bar. in. l. fi. ff. de libe. agnosc. Albe. in auth. nouissima. C. de inofficio. testamen. ⁊ alij in locis infinitis quos non refero, pro eo qꝛ nō expedit. Ad tertium dico ⁊ respondeo, ꝙ in illa dimidia parte de qua supra dixi, ⁊ pro qua succedunt dicte nobiles Simonetus, Francesia, ⁊ Peyrona, habebūt dicte Francesia, ⁊ Peyrona bessem, seu duas tertias partes, ⁊ Simonetus tertiam partem, qua isti succedunt equis portionibus. Ad quartum dico ⁊ respōdeo, ꝙ cum dimidia pars bonorū eidem Mattheo per dictum quōdam Gulielmum Noguerij donata ascēderet ⁊ ascendat non solum ad legitimā sibi debitā in bonis eiusdē Noguerij, sed etiā lōge vltra, ipse Mattheus teneretur eam imputare in suam legitimam, si prefatus Noguerij testatus decessisset, ⁊ alium heredem sibi instituisset. l. cum quo. de peculio. §. fina. ⁊ quod ibi Joan. de Jmo. ff. ad legem falcidiam. ⁊ Alexand. de Jmo. consi. cxlij. in secundo volumi. et in. l. Jllud. C. de colla. et domi. Jas. May. in. l. si quando. §. ⁊ generalis. C. de collat. ergo si ipse Mattheus velit succedere cum prefatis nobilibus Simoneto, Francesia, ⁊ Peyrona, ipse tenetur medietatem sibi donatam conferre seu communicare dictis nobilibus Simoneto, Francesie, ⁊ Peyrone. dicta. l. illud. in principio. ⁊ quod ibi Doct. ⁊ quod no. Docto. in authen. ex testamento. C. de colla. nisi forte quis dicat quod imo non teneatur dictus Mattheus conferre seu cōmunicare dictam bonorum medietatē sibi donatā, sed illam habere debeat precipuam: pro eo quia bona aduentitia non conferuntur. l. fin. C. de colla. cuiusmodi fuisse videtur dicta bonorum medietas eidē Mattheo donata: Quia bona nepoti per eius auum donata videntur esse aduentitia: cum ab auo ad eius nepotem prouenientia videntur esse aduentitia secundum gloss. reputatam singularem, in. l. qui in aliena. §. si interdum. ff. de acquirenda heredita. ⁊ idem sentit gl. ⁊ ibi Barto. ⁊ Ange. in. l. quesitum. in princip. ff. de lega. j. et Alexand. de Jmo. in. l. sed ⁊ si plures. §. in argu. ff. de lega. j. sed istud non obstat. Tum quia Barto. tenuit contrarium (scilicet) quod imo talia sint profectitia, in authen. ex testamento. C. de secun. nup. ⁊ in. l. dedit dotem ff. de colla. bono. Ange. consilio. lxxv. exordiente, Joannes Philippi suū condidit testamentum. ⁊ cōsilio seq. ⁊ Franc. de Are. in dicta. l. qui in aliena. §. interdum. Tum et quia doct. dicentes, quod bona que ab auo ad eius nepotem proueniūt sint bona aduentitia non perfectitia loquuntur ⁊ sentiūt ꝙ bona huiusmodi sunt aduentitia quantū ad ipsum patrem huius nepotis, hoc est dicto respectu ad ipsum patrem, ⁊ cum de bonis ipsius queritur, vel de legitima quam habere debet aut debuit pater huius nepotis in bonis sui patris huius nepotis aui. non autem dicunt, quod vbi esset questio de successione aui, ꝙ bona per auum eius nepoti donata nō senceātur bona aduentitia, sed sunt profectitia: ⁊ ita expressit Bar. ⁊ Cuma. in dicta. l. quesitum. ff. de lega. j. quod etiā colligitur ex glo. ⁊ dicto supra allegatis. Quo fit vt cum hic agatur de successione dicti quondam Gulielmi Noguerij, censeantur ⁊ censeri debeant bona dicto Mattheo per dictum Gulielmum donata fuisse ⁊ esse profectitia: ⁊ profectitia per eundem Mattheū si ⁊ quatenus succedere velit in alia medietate non donata cum dictis Simoneto, Frācesia, ⁊ Peyrona, conferenda, ⁊ communicanda.


De testamen. Rubri.

Epitome.

Testamentum nullum est vbi filio nihil est iure institutionis relictum: sed si aliquid iure legati sit relictum, clausula codicillaris apposita in testamēto facit vt tali modo preteriti censeantur grauati de restituendo quotas ⁊ portiones hereditarias abintestato delatas heredibus vniuersaliter institutis: ita tamen vt dicti filij ⁊ eorum quilibet possit detrahere vnam quotam, ⁊ non potest testator prohibere Trebellianicam inter liberos.

1 ☞ Testamentum an propter preteritionem nullum sit.
2 Opinio communis preualet, nec ab ea est in iudicando vel consulendo recedendum.
3 Clausula codicillaris quantum operetur etiam testamento deficiente ex causa preteritionis.
4 Trebellianice detractionē an prohibere potuerit testator.
5 Trebellianice detractio potest prohiberi non solū per verba specifica sed etiam per equipollentia, ⁊ an censeatur prohibita per facultatem testandi concessam a testatore liberis vsq; ad certam quantitatem.
6 Trebellianica an possit detrahi in ijs que pias causas respiciunt.
7 Codicillos quando intelligatur voluisse facere testator non testamentum.
8 Quarte due quando detrahi possunt ab herede instituto et de restituendo grauato.
9 Legitima detrahitur ante omnia ex toto patrimonio, deinde Trebellianica ex residuo.
10 Substitutio reciproca quando intelligatur.
11 Verba post mortem omnium liberorum Titium substituo, resoluuntur in plures singularitates.
12 Clausula codicillaris an impediat quominus legitima detrahatur.
13 Dos quando imputari debeat in legitimam.

Consilium. cxxviij.



Hristi nomine inuocato, viso consultationis themate mihi exhibito parte nobilis ⁊ generosi viri patris ⁊ legitimi administratoris nobilium filiorum quondam naturaliū ⁊ legitimorū defuncte mulieris nobilis Margarete Martine, ⁊ dubijs ⁊c.

Casu

casu huiusmodi opportune elicitis, dico ⁊ respondeo ad du-
bia huiusmodi prout infra. Et primo ad primum, quod testa
mentum egregij quondam viri magistri Joannis Martini
1 patris eiusdem nobilis Margarete fuit nullum † propter
preteritionem reuerendissimi Patris do. Ludouici Mar-
tini eius filij sancte sedis apostolice prothonotarij: insuper
⁊ nobilis Anne Martine eiusdem magistri Martini filio-
rum, ⁊ liberorum dicte nobilis Marguarete quibus nihil
legitur reliquisse iure institutionis, nec ipsos opportune ex-
heredasse, sed duntaxat eisdem legasse aut reliquisse certam
pecuniariam summam quod non sufficiebat. authent. vt cum
de appel. cognosci. §. aliud quoque capitulum. Innocen. §. ce-
terum. collatio. viij. Et hec cōmunis ⁊ verior opinio tam gl.
quam docto. prout apparet ex ijs que not. Joannes de Imo
la, in. c. Raynutius in eadem gloss. ibi sunt ille due. de testa.
vbi etiam concludit quod non solum est verum quod predi-
xi de iure ciuili, sed ⁊ de iure canonico quod etiam videtur
voluisse gloss. in dicto. c. Raynutius. inquantū vbi supplet
ad literam et dicit iure institutionis. et idem etiam videtur
voluisse alia glo. in. c. si pater. de testamen. in. vj. quatenus ibi
dicit tutius esset tenere quam intelligatur testatorem in casu
dicti. c. Raynutius. reliquisse iure institutionis. ⁊ idem sen-
sit Anto. de Butri. ⁊ Petrus de Anchara. in dicto capitu.
Raynutius quamuis testi. ⁊ Abbas antiquus in dicto capi.
Raynu. senserint contrarium. ⁊ Bald. in. l. fin. C. fami. ercis. et
procedit hoc etiam eo casu quo pater testatur inter liberos
secundum opinionē magis communem tam legistarum quā
canonistarum, ⁊ quam sequuntur Jacobus de Are. Jaco. de
Raue. Petr. Cyn. Sali. ⁊ Fulgo. in authentica nouissima. C.
familie erciscunde. ⁊ Bald. in dicto. c. si pater. vbi etiam fate
tur glo. quod ista est tutior sententia. idem tenet Joannes de
Imo. in capitu. Raynutius. vbi etiam hoc sequitur Andr.
Barba. ⁊ Joan. de Imo. ⁊ Alexand. de Imo, in. l. inter cete-
ra. ff. de liberis ⁊ posthu. ⁊ dicit Salic. in dicta authenti. no-
uissima. in prima oppositione; quod docto. communiter se-
quuntur hanc opinionem, quam etiam domi. Jason May.
in dicta authentica nouissima. dicit esse communem: quo
2 fit vt in consulendo † vel iudicando non sit ab ea receden-
dum. l. prima versi. crebrior apud veteres opinio. ff. de offic.
questo. c. nouimus. ⁊ quod ibi Anto. de Butr. de verborum
significatio. ⁊ capitu. de induciis. iij. questio. iij. ⁊ quod not.
Hostien. Joan. Andr. ⁊ alij scribentes in capitu. j. de consti-
tutio. ⁊ legitur in. l. fina. C. de pena iudic qui male iudi. Ve-
rum quia in dicto testamēto posita est clausula codicillaris,
per quam idem quondam magister Joannes Martini testa
tor voluit quod si dictum testamentum non valeret iure te-
stamenti valeret iure codicillorum, censentur prefati domi.
Ludouicus ⁊ alij rogati seu grauati de restituendo quotas
⁊ portiones hereditarias abintestato sibi delatas nobili-
bus Nicolao ⁊ Joanni Martini heredibus vniuersalibus
per eundem magistrum Joannem institutis, ⁊ suis ipsorum
domi. Ludouici ⁊ aliorum fratribus ⁊ auunculis, singula
singulis opportune referendo. l. ex testamento. et quod ibi
not. glo. C. de fideicommiss. l. querebatur. ff. de mili. testa. l. ex
hac scriptura §. ex ijs. ⁊ quod ibi docto. maxime Joannes de
Imo. ff. de testamen. ⁊. l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fi-
deicommissarijs libertatibus. de quo omnes docto. commu-
niter in authentica ex causa. C. de liberis preteritis, vel ex-
3 heredatis. operatur enim dicta clausula codicillaris † etiā
eo casu quo testamentum deficit causa preteritionis, vt est
text. singularis secundum Hugo. in. l. patrem. §. fina. ff. ad se-
natusconsultum Trebellianum, quod etiam ibi voluit An-
ge. idem etiam not. Cyn. Barto. Bald. ⁊ alij communiter in
dicta aut. ex causa. Jaco. de Bellouis. in quadam sua disputa-
tione exordiente, Queritur pater vel mater condidit testa-
mentum ⁊c. Dyn in. l. codicillis. in fine. ff. de legatis secun-
do. ⁊ Barto. in. l. prima. versicu. quinto quero. ff. de iure codi-
cil. quamuis glo. tenuerit contrarium in dicta authentica, ex
causa. sed illa reprehenditur communiter ab omnibus. Cen-
sentur igitur prefati domi. Ludouicus, ⁊ alij fuisse grauati
et rogati de restituendo dictis nobilibus Nicolao ⁊ Joāni
heredibus institutis eorum quotas hereditarias: dicti quon
dam dominus Ludouicus ⁊ nobilis Anna ⁊ eorum quili-
bet quintam partē hereditatis, ⁊ liberi dicte nobilis Mar-
garete aliam quintam partem, in ⁊ pro qua ab intestato erāt
eidem magistro Martini successuri. authentica de heredi-
bus ab intestato. §. primo. collatio. ix. ⁊ transumptiue in au-
thenti. in successione. C. de suis ⁊ legitimis liberis, et ex filia
nepotibus, ab intestato venientibus. ⁊. §. cum filius. institu. de
heredi. que ab intesta. deferuntur. Poterant tamen prefati

domi. Ludouicus ⁊ nobilis Anna, et eorum quilibet de-
trahere vnā quartam, ⁊ idem dico de donatis dicte nobilis
Margarete: non autem poterunt detrahere duas, pro eo
quia grauamen iniunctum per dictam clausulam codicilla-
rem fuit purum, non conditionale, pro quo allegasse suffi-
ciat quod not. gloss. Barto. ⁊ docto. in. l. Papi. §. meminisse.
ff. de inofficio. testamen. gloss. ⁊ docto. in. l. quāquā. C. ad legē
falcidiam. Jaco. de bellouis. in authen. de restit. ⁊ ea que pa-
rit. §. quamobrem. colla. iiij. ⁊ Bald. in. l. iubemus. C. ad tre-
bel. ⁊ pro hac parte consuluit Barto. consilio. cclxviij. Ale-
xand. de Imola consilio. xxvj. exordiente: circa primum du-
bium vel penul. versi. nec potuerunt dicti Jacobus et filij in
primo volumi. ⁊ idem voluit Bald. in. l. filium quem. versi.
Item quero quid si filius. C. familie erciscun. ⁊ id tenet Pe.
in practica titu. for. libel. quando agitur ex substitutione su-
per verbo, ac per fideicommissum. versi. similiter est ⁊ aliud
memorie commendandum. ⁊ alij in alijs locis. Et si quera-
tur quanta fuerit dictorum domi. Ludouici ⁊ aliorum legi-
tima, dico ⁊ respōdeo, quod cum dicto magistro Joanni te-
statori superfuerint quatuor liberi primi gradus (scilicet)
tres filij masculi, ⁊ vna filia, ⁊ due neptes ex prefata quon-
dam nobili Margareta. horum omnium legitima fuit di-
midia pars bonorum dicti testatoris: eorū (scilicet) que su-
perfuerunt deducto ere alieno, ⁊ funeris impensa. authen.
de trien. ⁊ semis. §. j. col a. iij. ⁊ transumptiue in dicta authen.
nouissima. C. de inoffi. testamen. ⁊ sic legitima cuiuslibet ex
dictis quatuor liberis primi gradus fuit decima pars predi
ctorum bonorum; ⁊ legitima dictarum duarum neptū in lo-
cum dicte quondam nobilis Margarete subrogatarū fuit
alia decima pars: quia iste neptes erant ab intestato succes-
sure cum dictis earum auunculis ⁊ auuncula, non in portio-
nes viriles, seu in capita, sed in stirpes. dicto. §. cū filius. in-
stitu. de heredi que abintest. defer dicta igitur earum dua-
rum neptum legitima fuit ⁊ est tanta quanta legitima eius
ex dictis liberis primi gradus. quod etiā voluit Pau. de ca
stro, consilio. ccclxvij. exordiente, viso suprascripto puncto, ⁊c.
⁊ domi. Jason May. in dicta authē. nouissima. versi. vltra
Barto. queritur, ⁊c. ⁊ est necessaria questio. Venio ad secun-
dum in quo queritur de duobus. primum est, An dictus te-
stator videatur per facultatem testandi vsque ad mille flore-
nos per eum concessam dictis nobilibus Nicolao ⁊ Joanni
4 heredibus institutis, † prohibuisse detractionem trebellia-
nice: secundum, an hoc facere potuerit, super quibus, ⁊ pri-
mo super secundo dico, quod super hoc. an (scilicet) detra-
ctio trebellianice possit hodie prohiberi sunt opiniones, prout
colligitur ex ijs que not. Bart. ⁊ moderni. in. l. Marcellus.
in princip. ff. ad trebel. ⁊ doct. in authen. sed cum testator. C.
ad legem fal. ⁊ in multis alijs locis. Et supposito quod op-
posito tenentiū detractionē huiusmodi posse hodie prohiberi
sit de iure verior ⁊ cōior, superest difficultas an hoc dictū pro-
cedat etiā in liberis primi gradus, cuiusmodi sunt dicti no-
biles Nicolaus ⁊ Joannes, super quo dicit Bald. in. l. iube-
mus. C. ad senatus. trebel. quod non: ⁊ hoc per illum tex. qui
vult quod testator non possit disponere, quod liberi primi gradus
sibi computent fructus in trebellianicā: si igitur testator hoc
modo trebellianicam minuere non possit, ergo non poterit
in totum tollere seu prohibere. l. videamus. §. penult. ff. de in
lit. iuran. Et idem tenet Salice. in dicta. l. iubemus. pro eo
quia posteriores. ll. volētes testatorem posse prohibere tre-
bellianicam, debent distingui secundum iura vetera. l. sed et
posteriores. ff. de legibus. ⁊ sic debent distingui secundum
dictam. l. iubemus. Et hanc opinionē videtur etiam sequi
Roma. in dicta. l. Marcellus, qui facta mentione de dicto
Bald. simpliciter transit cum eo. et consi. ccvj. exordiente, li-
cet de eorum conclusione, ⁊c. ⁊ Alexand. de Imo. consilio. v.
ad finem in tertio volumi. Sed contrarium voluit Cyn. in
dicta. l. iubemus. in prima oppositione, volens quod dicta
l. iubemus. sit hodie correcta per id quod habet in dicta au-
then. Sed cum testator. hoc sequitur Cuma. in. l. coheredi. §.
cum filie. ff. de vulga. ⁊ pupil. ⁊ Alexand. de Imo. in dicta. l.
Marcellus. in princip. qui etiam pro hac parte consuluit
consilio. lxvij. exordiente, cōsideratis ijs que in themate ⁊ se.
in primo volumi. ⁊ consilio. xxix. in quinto volumi. Et hec
videtur magis communis prout colligitur ex his, que not.
Anto. corse. de potesta. ⁊ excel. Regi. quest. lxxiij. super quo
articulo non insisto. ratio patebit. Supposito igitur, quod
vltima opinio (scilicet) quod detractio predicta possit prohi-
5 beri † etiam liberis primi gradus, restat dubium, an in casu
de quo queritur fuerit efficaciter prohibita per verba pre-
dicta: Cui videtur respondendum quod non: quia supposito

quod detractio huiusmodi possit prohiberi, non solum per
verba specifica seu expressa & expressam mentionem facien-
tia de prohibitione detractionis trebellianice, sed nunc per
verba equipollentia, cuius cõtrarium videtur voluisse An-
ge. in authentica, de heredi. & fal. §. si vero expressum. & in di-
cta authenti. sed cum testator. hoc tamen non faceret contra
id quod dixi: quia ad hoc quod efficaciter facta dicatur pro-
hibitio per verba equipollentia, opus est quod testator fa-
ciat talibus verbis que importare non possint nisi prohibi-
tionem trebellianice: quia alias si possent importare illud, et
etiam aliud non diceretur ex illis manifeste apparere de vo-
luntate testatoris qui pretenderetur prohibuisse: et tamen
certum est quod lex exigit manifestã voluntatem, d. §. Si ve-
ro expressum. & probationes debent necessario concludere.
l. neque natales. & l. ad probationem. C. de prob. & l. non hoc.
C. vnde legitimi, quod non facimus eo casu quo verba possint
aliud importare quam prohibitionem detractionis, & sic in
quo magnifeste non apparet quod hec fuerit mens testato-
ris. hec colliguntur ex his que ponit Oldra. consilio. ccxlviij.
exordiente, presupposita consuetudine ciuitatis, &c. in quar-
ta questio. Alber. in. l. raptores. C. de episcopis & cleri. Pau.
de Cas. consi. cl. exordiente, in causa que vertitur. Unde cum
dictus testator non fuerit vsus verbis que non potuerunt
aut possunt aliud significare quam prohibitionem, &c. ipse nõ
est censendus efficaciter prohibuisse detractionem trebellia-
nice. Et quod verba non sint alia patet, quia licet concesserit facul
tatem testandi & disponẽdi in vltima voluntate vsque ad sum
mam mille florenorum, non tamen expresse prohibuit: & vbi
dici posset quod imo expresse prohibuerit econtrario cense-
ri, adhuc non sufficeret, pro eo quia non est expressum quod nec
ipsi Nicolaus & Joannes non possent detrahere vel retinere
de bonis restitutioni subiacentibus nisi dictas mille libras:
est tamen aduertendum super hoc ad duo. Primũ, quod pri
ma dispositio seu voluntas facta per dictum testatorẽ anno,
scilicet, domini M.cccclxcj. & die quarta mẽsis Augusti vi-
detur esse reuocata per aliam dispositionem factam anno,
scilicet, eodem, & die quarta mensis Martij vt infra dicetur
secundum quod substitutio facta post mortem dictorũ Nico
lai & Joannis non est facta de tali hereditate, aut de aliqua
illius quota & sic de vniuerso, nec de quota vniuersi, sed de bo
nis existẽtibus in lingua occitanea: & ita nõ sumus in casu in
quo possit esse locus restitutioni fiende, &c. dispositione se-
natus. Trebellia. quod loquitur in grauato seu rogato de re-
stituendo hereditatem aut quotã illius, non autem in graua
to seu rogato de certis bonis restituendis: quia in illo non
transirent iura actiua & passiua prout trãseunt & transire so-
lent in fideicommissarium: in eum, scilicet, cui fit restitutio,
&c. dispositione senatusconsulti. et. §. sed quia heredes. versic.
ergo si quidem. insti. de fideicõ. here. & §. restituta. eo. tit. & quod
habetur in. l. j. ff. ad treb. Preterea aduertendum est ad illam
dimidiam partem predictorum bonorum que iuxta disposi-
tionem testatoris debeat restitui illis pijs causis, quod quo
6 ad partem eiusdem pias causas † concernentem non posset
detrahi trebellianica, sed si essemus in casu in quo dici posset
substitutionem fuisse factam de vniuerso, vel de quota vni-
uersali: & intelligo quod non solum fieri non potuisset de-
tractio huiusmodi per dictum Joannem nouissime vita fun-
ctum seu eius heredẽ, sed nec per dictũ Joãnẽ primo vita fun-
ctum. pro primo allegasse sufficiat not. per docto. communi-
ter in. c. si pater. de testa. in. vj. & quod not. Alex. de Imo. po-
nens multas remissiones in. d. l. Marcellus. versicu. sed siue
quesiuit Barto. Roma. consil. ccvj. & consilio. ccxxxix. Pau-
lus de Cast. & alij in multis cõsilijs. Pro secundo allegasse
sufficiat id quod not. Roma. in dicta. l. marcellus. in princi.
vbi Alexan. de Imo. versicu. iuxta predicta dubitatur. & Ro
ma. in aut. similiter. C. ad legem fal. pro qua allegat Roma. l.
cum dotẽ. ff. ad legem falci. & bene facit secundum Alexand.
de Imo. l. decem. ff. de fideicommissa. liber. & l. si seruus. cum
sequen. ff. ad legem falcidiam. Idem tenuit Pau. de Cast. in
dicta. l. cum dotem. in dicta lectura paduana et Roma. in di-
cto consilio. ccvj. Alex. de Imo. consilio. xx. exordiente, in ter-
tio volumine. Ad tertium, dico & respondeo, quod licet di-
ctus quondam magister Joannes Martini testator tempo
re per eum facte dicte eius secunde dispositionis, facte in-
quam anno predicto, & die quarta mensis Martij dixerit se
velle facere suum testamẽtum per modum codicilli. quia ta-
men ipse in dispositione huiusmodi heredes vniuersales in-
stituit equis portionibus dictos nobiles Nicolaũ & Joan-
nem Martini, ipse videtur testamentum condidisse per id
quod no. Bald. Salicetus, Paulus de castro, & Philipp. de
corne. in. l. testamentum. C. de testamen. Et Alex. de Imo. in
l. non codicillum. C. eodem tit. ibi voluit quod si testator vo-
catis testibus dixerit, vos eritis testes presentes ijs meis
codicillis, & ipse in dispositione per eum facta heredem vel
heredes instituerit, erit depositio huiusmodi testamentum
non codicillus, quia nõ curamus quomodo dispositiones lo-
quantur, dummodo appareat de mente illius: vnde cum di-
cta secunda dispositione magister Martini heredes vniuer
sales instituerit dictos Nicolaum & Joannem, palam patet
de eius voluntate, scilicet, quod tunc testari voluerit. Apparet
etiam quod ipse ab illo fideicommisso relicto in pijs causis
post mortem dictorum Nicolai & Joannis, si absque liberis
legitimis ab humanis decederent, recesserit, pro eo quia in
dicta secunda dispositione, & in dicto casu substituit liberos
eius prime filie & dictam nobilem Annam si tunc viueret, a-
lioquin eius liberos, si qui essent, per quod satis apparet
de ademptione dicti fideicommissi, que fieri potuit, etiam
in nuda voluntate. l. si quis ita. §. non solum. cum suis simili-
bus. ff. de adimen. & transferen. lega. vel forte quamuis super
hoc multum hesitem non esset grande malum dicere quod in
dicta secunda dispositione non voluerit dictus quondam
magister Joannes testari, sed potius codicillari, postquam
7 in ea dixerit se velle eam facere per modum † codicillorum:
vt sic inuitamur verbis eius & dicamus eum sic sensisse, quod
expresse ait. l. labeo. §. idẽ tubero. ff. de supp. leg. l. ille aut ille.
§. cum in verbis. & l. non aliter. ff. de lega. iij. & quod not. bea-
tus Augustinus Psalmo. xxxiij. sermone. secũdo ver. tenta-
uerunt prefatione Psalmi. cxlviij. & quod ponit Aristoteles
in primo Peryhermenias vbi dicit, quod voces sunt demõ
strationes eorum que sunt in affectibus passionum: huic au-
tem dicto non obstat quod in dicta secunda dispositione di-
xerit quod volebat facere testamentum, quoniam respondeo
quod non simpliciter & absolute hoc dixit, sed cum adiectio-
ne, scilicet, per mutationem seu modum codicilli. certum est
enim quod secundum etheologiã huius vocabuli testamen
tum, potest etiam codicillus dici testamentum: quia est que-
dam testatio mentis. vt not. glo. institu. de testa. in principio.
Uenio ad quartum, super quo dico quod si nos presuppona
mus dictam secundam dispositionem fuisse codicillarem nõ
testamentariã, & sic quod dictus testator non censeatur re-
uocasse reciprocum de superstite primo ex dictis Nicolao
& Joanne heredibus institutis sine liberis decedenti, potuit
8 Nicolaus primo defunctus disponere de duabus † quartis,
scilicet, de legitima, & Trebellianica: & hoc pro eo quia graua-
men sibi iniunctũ non fuit purum sed conditionale, quo casu
filius seu decedens heres institutus & de restituendo graua-
tus detrahet duas quartas, scilicet legitimam, & Trebellia-
nicam. iuxta ea que not. glo. Bar. & doc. in. d. l. Papinianus.
§. meminisse. ff. de inofficioso testamento. glos. Barto. Bald.
Philipp. de Corne. & alij in. d. l. quamquam. C. ad legem fal-
cidiam. Alex. Bald. in. l. filium quem. C. familie erciscunde.
pro quo dicto sunt boni text. in capitu. Raynutius & Ray-
naldus. de testa. legitima autẽ cuiuslibet ex dictis Nicolao
et Joanne fuit, vt colligitur ex predictis, decima pars predi
ctorum bonorum, quam potuit idem quondam Nicolaus pri
mo defunctus detrahere de illa portione in qua fuit heres
institutus: Trebellianica vero quam etiam detrahere po-
tuit erat quarta pars residui, non totius portionis, quia di-
cte quarte detrahũtur hoc ordine. Primo, scilicet, legitima
9 concernens totum † patrimonium, & postea trebellianica cõ-
cernens non totum patrimonium, sed duntaxat residuum:
iuxta theoricã quam ponit gl. in. d. c. Raynaldus. super ver-
bo licet ipsas. vbi etiam cano. & sequitur Bal. in. l. scimus. in
prin. C. de inoffi. testamen. & plenius in. l. si vero. §. quid ergo.
ff. de testa. mili. Ang. consilio. cxcix. exordiente, Magnificus
miles do. Gulielmus Petri. versicu. quarto premitto quod
ex quo dictum fideicommissum non fuit purum, &c. Joan. de
Imo. in. l. coheredi. §. cum filie. ver. & est notandum quod le-
gitima & Trebellianica. ff. de vulga. & pupilla. de cur. consil.
lxxv. exordiente, dominus Ludouicus Rotharius habens
filios sex. versi. quid plus. & de ipsis duabus quartis potuit
dictus Nicolaus disponere. d. c. Raynaldus. cum simil. resi-
duum autem ad eum peruentum de bonis dicti quondam
magistri Joãnis testatoris debuit restitui dicto Joanni sibi
substituto, & hoc siue illud peruenerit ad dictum Nicolaum
immediate ex paterna successione, siue in vim grauaminis
per clausulam codicillarem iniuncti prefatis do. Ludouico,
Anne, & liberis predicte Margarete. In primo non est du-
bium. de secundo probatur per id quod tenetur in. l. heredis
non. §. cũ ita. & quod ibi Barto. & doc. ff. ad treb. & quod not.
Barto.

Barto.⁊ alij in.l.Sceuola.⁊ in.l.Marcellus.§.quidā liberis.
Ang.⁊ alij in.l.Ita tamen.§.quilupectās co.titu.Bar.in.l.
iij.⁊ Angel.in.l.cū virum.C.de fideicō.Quo vero ad dictum
Joannē q nouissime mortuꝰ est,dico vt predixi de dicto Ni-
colao,quod ipse ex sua psona potuit detrahere dictas duas
quartas,scilicet,legitimam,⁊ trebellianicā: ⁊ potuit tam de
illis quam alijs duabus ad eundem peruentis ex testamenta
ria dispositione predicti Nicolai eius quōdam fratris dispo-
nere ⁊ testari:⁊ iste in vim testamenti per dictum Joannem
conditi peruenerunt ad dictam nobilem Annam heredem
institutam. Totum vero residuum debuit ⁊ debet restitui
substitutis,hoc est prefatis ambo, ⁊ liberis dicte quondam
nobilis Margarete: equidem de eo quod ad dictum quon-
dam Joannem immediate ex paterna successione peruene-
rat certum est,de alio vero quo ad eū peruenerat tā ex gra-
uamine iniuncto prefato quondā domino Ludouico Anne
ac liberis predicte Margarete, insuper ⁊ ex fideicommissa-
ria substitutione de eodem Joanne facta prefato Nicolao,
apparet per id quod habetur in.d.l.heredes mei.§.cum ita.⁊
quod ibi Bar.⁊ quod tam ipse quam alij not.in locis preal-
legatis.Et in isto fideicommisso vniuersali succedunt prefa
ta Anna,Francisca, ⁊ Philippa pro alia dimidia parte:
quod contingit propter illa verba(per equalem portionem)
alias vero si illa verba deessent succederent in viriles portio
nes,sed dicta Anna pro dimidia parte,⁊ alie pro alia dimi-
dia.l.interdum.in princip.vbi probatur vtrunqꝫ dictum.ff.
de heredibus instituend.⁊ per hoc patet responsio ad quar-
tum:⁊ quintum quesita:Et hoc predixi eo casu quo dicere-
mus quod in secunda dispositione dictus testator codicilla-
ri voluerit,non testari:Forte vero dicetur ꝙ illis que proxi-
me dixit de detractione Trebellianice,obstat id quod supe
rius dixeram in respondendo ad secundum quesitum, vbi
scripsi quod illa detrahi non poterat,pro eo qꝛ illa substitu-
tio non fuit facta de vniuerso:sed respondeo ꝙ istud nō ob-
stat pro eo quia tunc fui locutꝰ de substitutione facta in pri-
mo testamento seu prima dispositione dicti magistri Mar-
tini,⁊ in qua in bonis existentibus in lingua Occitana,dun
taxat substituerat, ⁊ a qua substitutione (vt dixi) in tertio
quesito fuit discessum per secundam dispositionem,⁊ in qua
post mortem dictorum nobilium Nicolai ⁊ Joannis,si sine
liberis decederent,fuerunt substituti dicta Anna si tunc vi-
ueret, alioquin eius liberi, ⁊ liberi dicte nobilis quondam
Margarete:nec fuit ista substitutio restricta ad bona existē
tia in partibus lingue Occitane. Si vero diceremus quod
in dicta secunda dispositione prefatus magister Martini
testari voluerit,⁊ discedere a prima dispositione, nisi qua-
tenus reperiretur id ipsum disposuisse in hac secunda quod
in prima dispositione,tunc esset inuestigandum cui videatur
dictus quondam magister Martini substituisse in dicta se-
cunda dispositione,an,scilicet, duntaxat vltimo morienti ex
dictis Nicolao ⁊ Joanne, an ve ambobus: vel etiā,an pri-
mo morienti fuerit superstes substitutꝰ,⁊ deinde ipsi super-
stiti,seu vltimo morienti fuerint substituti dicta nobilis An-
na ⁊ heredes predicte Margarete, quia si censeretur idem
quondā magister Martini duntaxat vltimo decedenti sub-
stituisse, non videretur superstes ex dictis duobus heredi-
10 bus fuisse reciproce†substitutus primo decedenti, postquā
non presupponitur in casu, nec colligitur ex dicta secunda
dispositione ꝙ idē testator post mortem dictorum Nicolai
⁊ Joannis substituerit in tota hereditate seu omnibus eius
bonis dictos Annam ⁊ liberos dicti quondam Margare-
te.l.pater filium.§.fina.⁊ quod ibi Ange.⁊ Jo.de Jmo.ff.ad
legem falcid.Ange.⁊ Joan.de Jmol.in.l.si pater impube-
res.⁊ in.l.qui duos. ff.de vulga.⁊ pupil.Barto.⁊ Pau.de
ca.in.l.heredes mei.§.cum ita.ff.de vulg.⁊ pup.cui dicto nō
obstat lex Titio seio.§. Seio libertis.ff.de leg.ij.qꝛ secundū
communem sententiam doctorum ille.§.intelligitur quando
vltimus ex multis institutis fuit expresse grauatus de resti
tuēdo totū fundū,vel totā hereditatē,tūc eñ videtur ipsi in-
stituti siue honorati reciproce sibi inuicē substituti,⁊ grauatꝰ
de toto fundo seu hereditate alteri restituendis vł pro virili
substitutus.d.§.seio libertis.⁊ ita tenēt Cy.Bar.⁊ doc.cōiter
in.l.pe.C.de impub.⁊ alijs substi.⁊ in.l.heredes mei.§.cū ita.
ff.ad treb.in.d.l.si pater impuberes filios.⁊ in.l.vel singulis.
ff.de vulg.⁊ pup.substi.Si igit̄ in casu de quo querit̄ videreť
facta substitutio vltimo decedēti ex dictis Nicolao ⁊ Joan-
ne,ita ꝙ non etiā primo decedēti,tunc videretur quod idem
Joannes qui vltimo decessit,solum videretur grauatus de
restituendo illam portionem in qua fuit heres institutus,
d.l.coheredi.§.cū filie.ff.de vulga.⁊ pupilla.⁊.l.cū patronus,
ff.de legatis secundo.⁊ argu.l.sed ⁊ si sic.§.fina.ff.de legatis
iij.⁊ dicta.l.pater filium.§.fin.ff.ad leg.fal.⁊ quod not.Ale-
xand.de Jmo.in.l.cum qui nouissimus.ff.ad trebel.et sic vi-
deretur ꝙ dictus Nicolaus primo defunctꝰ potuerit ex in-
tegro disponere de sua portione,quasi in nullo grauatus ex-
titerit,⁊ quod duntaxat esset restituenda portio peruēta ad
dictum Joannē vltimo vita functum:qui tamen potuisset
(vt predixi) detrahere duas quartas,⁊ de illis disponere,
⁊ testari:residuum autem esset restituendum predictis sub-
stitutis equis portionibus . Sed obmissis alijs multis que
hic dici possent,respondeo ⁊ dico,ꝙ licet gloss.prima,in di-
cta.l.si pater impuberes.sentiat, quod substitutio facta vi-
deatur vltimo morienti. pro cuius opinione facit tex.in.l.co
dicillis.in principio.ff.de vsusfruc.lega.contrarium tamē te-
net Bart.in dicta.l.codicillis.in princip.per.l.fin.§.filium.ff.
de lega.ij.⁊ idem voluit Barto.in dicta.l. heredes mei.§.cū
ita.qui ad hoc induxit dictum.§.filium.vbi facta est per fi-
deicommissum substitutio post mortem liberorū in his que
sibi relicta extiterant,⁊ tamen ibi dicitur,quod mortuo vno
libero admittitur ille qui fuit expresse substitutus,nec ve-
niant alij liberi ex aliqua substitutione. Et ita videtur,ꝙ nō
solum vltimus ex multis institutis seu honoratis,ceteri de-
bet grauatus, sed omnes: quilibet (scꝫ,) pro sua portione.
pro quo facit.l.falsa.§.fin.ff.de cōditio.⁊ demonstra.vbi pa-
tet,quod illa pluralitas (scilicet) post mortem omnium, re-
11 soluitur † in singularitates,⁊ quod perinde ac si dictū esset
quod testator post mortē primi ex institutis substituit pre-
fatos Annam,⁊ liberos.item ⁊ quod post mortē secundum
etiā substituit,⁊c.quod etiam videtur voluisse Alexand.de
Jmo.in dicta.l.pater filium.versi.tertio casu.ff.ad legē falci
diā.Mortuo igitur dicto quondam Nicolao videtur fuisse
inuitati ad eius portionem dicti Anna,⁊ liberi.l. Lucius.
§.Sayo ff.ad trebel.nisi forte dicamus ꝙ eidem Nicolao su-
perfuerit dictus Joannes eius frater , qui ex coniecturata
mente dicti quondam Martini testatoris videtur repulisse
substitutos per id quod not.Barto.in.l.heredes mei.§.cum
ita.sed istud nō videtur obstare,pro eo quia supposito quod
dicti Nicolaus,Joānes,Anna,⁊ Margareta fuissent vtrin
que coniuncti non poterant dicti Anna , ⁊ liberi Marga-
rete repelli quominus ab intestato eidem Nicolao cum di-
cto Joanne successissent, si ille ab intestato decessisset.authē.
defuncto.⁊ in corpore vnde sumitur.C.ad tertul.⁊ ita cū di-
ctus Joannes eidem quondam Nicolao non attineret in
gradu potiori,eo(scilicet) propinquiore abintestato repul-
suris dictos Annam,⁊ liberos Margarete, nec cum eo ab
intestato eidem Nicolao succederent,si ille intestatus deces-
sisset,non videtur quod ipse Joannes potuerit,⁊c.ex conie-
cturata mente dicti quondam magistri Martini repellere
substitutos. dicta.l. heredes mei . §. cum ita . vbi nepos ex
filio predefuncto neque repellit neptem substitutam.⁊ hoc
etiam sensit Bartol.in dicto.§. cum ita. ⁊ ita ibi expressius
Alexand.de Jmo.versicu.secus si esset persona que esset in
pari gradu cum substituto.forte vero opponetur,quod di-
cta secunda dispositio non valuerit vt testamentum,pro eo
quia in illa nihil legitur fuisse relictū iure institutionis pre-
fatis domi.Ludouico,Anne,⁊ liberis dicte Nobilis Mar
garete,quod tamen fieri oportuit ad vtilitatem dicti preteriti
testamenti.dicta authen.vt cum de appella.cognos. §.aliud
quoque capitulum. iuncto.§. ceterum. collat. iiij.⁊ per alia
que induxi super prima questio.Nec videntur prefati do-
mi.Ludouicꝰ,Anna,⁊ liberi nobilis Margarete fuisse gra
uati de restituendis eorum portionibus hereditarijs dictis
Nicolao ⁊ Joanni,quia in dicta secunda dispositione nulla
ponitur clausula codicillaris,vel aliud per quod dicti do-
mi.Ludouicꝰ,Anna,et predicti liberi censeantur fuisse gra-
uati.dico ⁊ fateor quod dicta dispositio quo ad institutio-
nem fuit nulla,⁊ ꝙ ea nō obstante fuit hereditas dicti quon
dam magistri Martini debita dictis eius liberis: dictis
(scilicet) Nicolao Joanni,domi.Ludouico,⁊ Anne,cuili-
bet (scilicet) pro quinta parte,⁊ prefatis liberis Marga-
rete predefuncte pro alia quinta parte.dicto authen.de he-
redibus ab intestato.§.j.colla.ix.sed non fuit nulla quo ad
substitutionem.per ea que habentur in authen.ex causa.et
quod ibi,docto.C.de liber.preteri.gloss.⁊ docto.in.l.ita ta-
men.§.quoties.ff.ad trebellia.⁊ sentit gloss.iuncto text.in.l.
eam quam.super verbo, tradit Bar.in quarto casu ibi po-
sito.C.de fideicommiss.Bald.in.l.j.C.de inofficio.testamen.
et in.l. si cum vel in vtero.C.de testamen. milita, vbi voluit
etiam fideicommissum vniuersale conseruari per dictam
authenti.ex causa.per quam censentur dicti quōdam Nico-

laus, Joannes & domi. Ludouicus, fuisse grauati de restituendis eorum portionibus hereditariis predictis substitutis. Sed istud videretur absurdum, & alienum a mente dicti testatoris, scilicet, quod diceremus dictos liberos primi gradus eidem magistro Joanni Martini quemlibet, scilicet, pro quinta pte, et liberos dicte Margarete pro alia quinta parte eidem Martini successisse, & nihilominus sub conditione, de qua in illa secunda dispositione, dictos Nicolaum, Joannem, & do. Ludouicum fuisse grauatos de restituendis eorum portionibus predictis Anne, & liberis Margarete, cũ ille in nullo grauate extiterint. Propter qđ existimo, vt predixi, melius esse quod in dicta secunda dispositione voluit dictus magister Joannes Martini facere codicillos, non testari: & ꝙ propterea non discesserit a prima dispositione, nisi quatenus in secunda aliter disposuit, & signanter quo ad substitutionem factã post mortẽ dictorũ Nicolai & Joannis.

¶ Ad sextum dico & respondeo, ꝙ, vt iam dixi super primo quesito, licet dictus quondã do. Ludouicus censeatur fuisse grauatus de restituendo eius portionem hereditariã prefatis Nicolao & Joanni, & hoc propter clausulam codicillarem in dicta prima dispositione adiectam: ipse tamen detrahere poterat legitimam que erat decima pars predictorũ bonorũ, in qua non poterant nec debebãt imputari contra pro eodẽ do. Ludouico per dictũ quondam magistrum Martini supportata, nec impense in & circa expeditiones suorum beneficiorum, per id quod not. Bald. Pau. de Cast. & doc. communiter in. l. omnimodo. §. imputari. C. de inoff. testa. Bartol. in l. j. §. nec castrense. ver. pro declaratione vos debetis scire &c. ibi, ergo dico quod quedam est militia. ff. de collatio. bono. Idem dic de expensis studii: quod etiam voluit Bartol. in dicto. §. nec castrense. ver. idem si pater expendit in filio vt eũ faceret doctorem. Bald. in authen. ex testamento. versi. decimumquintum capitulum est de expensis. C. de colla. Pau. de Castr. in. d. §. imputari. Ange. in. l. in quartam. vbi etiam Alexan. de Jmo. ver. addit Ang. hic &c. ff. ad legem falcid. & Pau. de Cas. consil. clxxxiiij. exordiente, Quidam nobilis de dragonerio, &c. Et sic non videtur qđ dictus magister Martini dictas onera & expensas compensare seu imputare non potuerit dicto domino Ludouico eius filio in sua legitima: insuper nec etiam prohibere quominus peteret supplementum, si relictum non spectaret ad legitimam, que: vt dixi erat decima pars bonorum paternorum, q: onus talis clausule prohibitorie ipso iure reiicitur de legitima. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testa. Igitur vt supponitur in casu, bona dicti quondã Magistri Martini valebãt deducto ere alieno & funeris impensa tempore mortis eiusdem quindecim mille florenis, legitima dicti domini Ludouici ascendebat ad valorem mille quingentorum: & cum ad plus non fuerit dicto domi. Ludouico relictum nisi centum, adhuc debeãtur mille & quadraginta floreni, q videnť posse peti p heredes ipsius: nisi forte dicatur quod eis obstet prescriptio. per id quod voluit Barto. in. l. si quis filium. C. de inoffi. test. vbi voluit ꝙ iuri petendi supplemento prescribatur quinquẽnio, qui etiam ita consuluit. sed respondeo ꝙ Barto. ab omnibus in hoc communiter reprobatur. dicentibus, quod supplementum petitur conditione ex dicta. l. omnimodo. quod etiam voluit ibi gloss.

Ad septimum dico et respondeo, quod si dictus quondam magister Joannes Martini qui dicitur dotẽ dedisse pro dicta quondam nobili Mar-
3 gareta fuerit stipulatus dotem ipsi † soli Margarete restitui, non autem sibi ipsi & dicte Margarete, tunc quia in tali dote successissent dicte eius filie, vt et taquã eius heredes, ipse non tenerentur dictam dotem imputare in earum legitimam sibi debitam in bonis dicti earum aui materni. vt voluit Barto. in. l. si cum dotem. ff. soluto matri. per. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pact. dota. Alexand. de Jmol. in. l. post dotem. ff. soluto matrimo. Alexan. de Jmo. in. l. illam. versi. nisi auus esset expresse vel tacite stipulatus dotẽ reddi soli filie. C. de colla. & Panor. consilio. cxxiiij. exordiente, de quibus queritur, &c. versi. super secũdo quo queritur. & idem dico, scilicet, quod dicte Francesia & Philippona nõ debeãt sibi in dictam earum legitimam sibi debitam in bonis aui imputare dictam dotem, si in presentia eiusdẽ aui, & eo casu sciente dicta Margareta fuerit stipulata dotem sibi reddi soluto matrimonio. vt voluit Pau. de Castr. in dicto consil. cxxiiij. et idem etiam dico si ex dispositione statuti dicte neptes potuissent in dicta dote succedere prefate earum matri tanquã heredes illius, vt voluit Pet. de Ancha. consil. xlix. exordiente, vi̇̃s diligenter verbis testamenti statutorum, et conceptionis stipulationis. Et pro iis dictis inducuntur multa in locis preallegatis que non recordor: nisi ꝙ interea est hoc bonum & optimum fundamentum, scilicet, ꝙ cum in dictis casibus & eorum quolibet nepotes dotem maternam habeant immediate a matre, & vt heredes illius, nõ ab auo materno, non tenentur ipsi dotem huiusmodi imputare in legitimam sibi debitam in bonis aui, in qua solum imputare debent ea que habent vel habuerunt de substantia eiusdẽ aui. l. suus. §. repletionẽ. C. de inof. testa. hoc casu, scilicet, quando nepotes habent dotem maternam tanquam heredes matris, procedunt fundamenta talia in. d. l. illam. Sed si prefatus quondam magister Martini vel dicta Margareta stipulati non extiterint dotem ipsi soli Margarete reddi post solutũ matrimonium, vel nisi ex dispositione statuti nepotes succederent matri in dotem tanquam illius heredes, tunc dico ꝙ ipsi debent dotem imputare in legitimam: q: illo casu nõ habent causa, id est, tanquã heredes matris, sed in vim consuetudinis gloss. relicte in. l. dos a patre profecta. C. solu. matrimo. illam auferentis, aut superstiti et eam concedentis nepotibus, & ita habent ipsi nepotes hanc dotem immediate ab auo, & de bonis aui. & ideo illam sibi imputant in legitimam, vt voluit Bar. in. d. l. in quartam. ver. pono aliam questionem. vbi etiam refert se pro hac opinione consuluisse hõ & verum est: & incipit consiliũ Gilbertus dedit dotem. & inde voluit Ange. Pau. de Castr. & Moderni in. d. l. in quartam. vbi etiam plenissime Petr. Pau. de Montepico. & multis aliis. Idem voluit Pau. de Cast. Roma. & Alexã. de Jmo. in. d. l. illam. Pau. de Cas. in. d. consi. cxxiiij. ver. super secundo quo queritur. & Alex. de Jmo. consi. xxiij. in. j. vo. Puto tamẽ quãuis isto casu teneantur dicti neptes dotẽ predicto quondam nobilis Margarete sibi imputare in dictam legitimam eisdem debitam in bonis aui, debent tamen habere supplementum eiusdem legitime, non obstante renuntiatione, quã etiã fortasse fecit eadem dicta Margareta, que supponitur postea viuente dicto magistro Martini ab humanis decessisse: quia illa renuntiatio dictis eius filiabus, eisdemque neptibus predicti aui non nocet ipsis neptibus. l. si ex patronis. §. j. ff. de bo. liber. l. si quis filio exheredato. circa principium. ff. de iniusto rup. & irri. testa. pro quo etiam facit, quia renuntiatio facta per dictam quondam Margaretam videť habere tacitam conditionem, si scilicet, successio eidem deferretur, & ideo si illa tacita cõditio non euenerit (prout nec euenit) renũtiatio habetur pro non facta, sicut dicimus in stipulatione pure facta animo nouandi obligationem conditionalem, quia stipulatio huiusmodi habet tacitam conditionem (scz) si eueniat traditio obligationis nouande, & ideo si illa conditio deficiat, stipulatio habeť pro non facta. l. quoties. ad finem. ff. de nouatio. & quod renuntiatio matris que viuẽte auo postea decessit non noceat ipsius matris filiis vel liberis, tenent doct. communiter, scilicet, Bar. Joan. de Jmo. Pau. de Cast. Roma. & Fran. de Are. in. l. qui superstitis. ff. de acquirenda hereditate. Bald. Alexand. de Jmo. & docto. communiter in. l. pactum quod dotali. C. de collationibus. Geor. na. in repetitio. capitu. quamuis pactum. de pact. in. vj. Fateor quod Richard. de Salice. & Barto. eius nepos nituntur limitare dictam opinionem in. l. pactum quod dotali. C. de pact. dicentes quod illa non procedat eo casu quo nepotes essent successuri cum auunculis & materteris, moti ratione de qua ibi per eos. Sed responsio ad rationem huiusmodi facta ex iis que not. Bartol. & alii in dicta. l. qui superstitis. Bald. in. l. liberorum. versicu. pone quod aliquis decessit. & in. l. prima. §. si filius. ff. de coniungendis cum emancipato liberis eius. & in. l. secunda. C. de liberis preteritis. etiam Joannes de Jmol. in dicta. l. qui superstitis. expresse impugnat opinionem Salice. per rationem supra allegatam (scilicet) quod illa renuntiatio habet tacitam conditionem, scilicet, si filie deferatur successio, quod cum factum non fuerit in hoc casu, pro eo quia dicta nobilis Margareta ab humanis decessit (superstite dicto quondam magistro Martini) non valuit dicta renuntiatio, vtpote cuius conditio non extitit. Que omnia dixerim &c.

¶ De fide instrumen. Rubri.

¶ Epitome.

¶ Exemplum seu registrum factum mandato seu authoritate iudicis, & parte contra quam productum est presente, et nihil opponente, aut legitime citata, facit fidem tanquam originale.

Consilium

¶ Consilium.cxxix.



Dherendo scriptis egregij iurium professoris domi. Petri Alberti, existimo fidem indubiã esse adhibendam exeplo seu registro testamenti et codicilli de quibus in allegationibus eiusdem do. Alberti, postquam (et vt inibi supponitur) originalia instrumenta testamenti et codicilli huiusmodi exhibita & producta extiterunt per nobilem quondam virũ Nicolaum Martini, & deinde per notarium Banchi curie & actorum, in actis ipsius fuerunt huiusmodi instrumenta registrata: pro quo mihi videtur sufficere allegata, et quod nõ abũdantissime per dictum do. Alberti: Et quamuis aliqui videantur voluisse mutare hanc communem sententiam, & restringere vt ita demũ procedat si exemplum seu registrum extiterit factum mandato seu authorita te iudicis, & parte contra quam productum est presente et nihil opponente, aut legitime citata: Hoc tamen nõ videtur obesse, nec procedere in hoc casu, quia illa limitatio non videtur habere locum in registro descripto in actis, sed in exẽplo seu registro aliter facto seu scripto non apud acta: & hoc fuit de mẽte Alex. de Imol. in aut. si qs in aliquo. c. de eden. vbi in prima fallentia dicte auc. dicit, q licet exeplũ regulariter fidem non faciat, hec regula tamen fallit quando factum est exemplum iudicis authoritate: & in exemplatione huiusmodi requiritur partis citatio secundum omnes. deinde vero in septima fallentia eiusdem regule quam ponit in. d. auc. si quis in aliquo. ver. septimo fallit in exemplo facto per modum registri in actis notarij, pro quo multa inducit, & idem fuit de mente do. Ias. vt colligitur ex his que ipse ponit in d. auc. si qs in aliquo. x. iij. principaliter. & ver. sexto fallit, &c. Nec obstant ille due limitatiões quas ponit Alex. in. d. auc. si quis in aliquo. ver. tamen dictã cõclusionẽ restringe, eq̃ idẽ non prima q2 tota series seu tenor dictorũ instrumentorum fuit in dicto registro positus & descriptus: non etiã secunda, in qua dicit Alex. de Imo. registrũ seu exemplũ ita demum probare quando apud acta fuit registratũ instrumentũ productum aduersario presente vel citato: quia in casu predicto instrumenta antedicta fuerunt producta, nõ quidẽ ab aduersarijs nobilis Anne Martine, que fortasse nũc impugnat fidem dictorum registrorũ seu exemplorũ, sed a dicto quondã nobili Nicolao Martini, cui ipsa vniuersaliter successit, et est ipsius vniuersalis & insolidum heres per mediũ nobilis quondã Ioannis Martini cui ipsa vniuersaliter successit, et idem Ioannes dicto quondã Nicolao: q2 heres heredis testatoris est heres. Et quemadmodum idem Nicolaus si hodie viueret, & qui originale instrumentum produxit pretenderet non posset se non produxisse predicta instrumenta, nec impugnare fidem dictorum registrorum nisi exhiberet & produceret dicta originalia instrumenta, per id quod not. Bald. in l. publicari. questio. octaua. C. de testamẽ. Ita nec dicta Anna illius heres potest hec registra impugnare, pro eo quia defunctus & heres eius finguntur eadem persona, per id qd habetur in authen. de iureiurando a mori. presti. collatione v. possunt & alia multa pro hac parte induci, sed quia allegata per dictum dominũ Alberti, mihi videtur sufficere. ego vlterius, &c.

¶ De donatio. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Donatio domus facta vt eam habeat donatarius post mortem donantis si iureiurando cõfirmata sit, valet: nõ obstante statuto prouinciali, quo cauere pretenditur quod donatio inter viuos valorem decem florenorum excedens non valet, nisi ea interuenerit solennitas de qua mentio fit in statuto.

1 Rei sue quilibet est moderator & arbiter.
2 Iusiurandum confirmat contractum alias nullum.
3 Statutum specialiter loquens de donatione non debet intelligi de donatione iurata.
4 Statutorum cassatio per papam vel imperatorem non extenditur ad ea statuta que sunt iuramento vallata.
5 Leges omnes ciuiles que statuunt iuramentum non esse seruandum non valent, nec sunt seruãde, nisi iuramentum sit cõtra bonos mores vel nutriat peccatum.
6 Donatio in qua fit mentio mortis, in dubio censetur donatio causa mortis.

¶ Consilium.cxxx.



Uilibet est regulari-
1 ter moderator & arbiter † rei sue. l. in re mãdata. C. mãd. l. dudũ. C. de contrah. emp. & vend. l. polla. C. de his qui vt indig. c. de his. ad fin. de sepul. & l. cum exterus. cum suis simi. C. de iudi. Et est adeo quilibet moderator & arbiter rei sue vt etiam ea abuti possit. l. sed & si lege. §. cõsuluit ff. de peti. here. pro q̃bus multas remissiones ponit Ang. cõsil. clxxxj. exordic. visis instrumẽtis. ver. his ita premissis. quo fit vt potuerit probus vir Bernardus Sanchio inchola Alquez. donare probo viro Iacobo Castauche eius genero tũc pñsenti, stipulanti solẽniter, & recipiẽti quãdã sui ipsius Bernardi donatoris domũ cũ alijs bonis & iuribus in instrũ donationis huiusmodi latius mẽtionatis & expressis, & eo maxime quia in donatione huiusmodi interuenit iuramentum, quod nõ solum consueuit, & solet obligare contrahentem & iurãtem ad obseruationem iurati contractus, sed etiam solet regulariter confir-
2 mare † contractum alias nullum: pro quo allegasse sufficiat cap. cum cõtingat. & qđ ibi scribentes. de iureiuran. cap. quãuis pactum. & quod ibi docto. de pact. in. vj. & Ange. in authen. sacramenta puberum. & quod ibi etiam docto. C. si aduer. vendi. Nec dicte donationi refragatur seu obstat dominicale statutum prouincie, quo caueri pretenditur quod donationes inter viuos valorem decem florenorũ excedentes facte in patria seu iurisdictione prouincie non valeant nisi in eis interuenerit solẽnitas de qua in eo, & q̃ forte pretẽditur non interuenisse in donatione ante dicta: quoniã certum est, quod per iuramẽtũ in donatione appositum potest derogari legibus insinuationẽ requirentibus. vt firmat Io. and. in addit. Spec. tit. de instrumen. edi. §. porro. versi. Item not. & alij quos plene refert & sequitur Ioan. de Imo. in sua solenni repetitione dicti capi. cum contingat. in. x. mẽbro. et ita consuluit Alexand. de Imo. consil iiij. versic. nec ad hoc obstat. in primo volu. & in multis alijs que non refero. & idẽ voluit in. l. nemo potest. ff. de lega. j. & consuluit Bart. Soci. consilio. lxxvij. exordiente, in secundo quesito in prima parte. Et vt dixit Alex. de Imol. consi. cxxv. exordiente, visis et consideratis statutis, &c. in primo volumi. & plenius Fran. de Are. cõsi. ij. tales solẽnitates intelliguntur esse inducte in fauorem donantium, vt probatur maxime ex not. per Bar. in. l. cunctos populos. q. vj. C. de summa tri. & fid. catho. q2 fuerũt inducte ne donantes deciperentur, ergo per suum iuramẽtum possunt donatores prohibitionibus huiusmodi seu legibus aut statutis factis in eorũ fauorẽ derogare. d. c. cũ cõtingat. in. d. auc. sacra. Cum ergo in donatione superius mẽtionata interuenerit iurm dicti Iacobi donatoris illa valuit nõ obstãte obmissione dicte pretense solẽnitatis: preterea
3 statutũ † simpliciter loquẽs de donatione, nõ dz intelligi de donatione iurata, vt probat Io. de Imo. in dicto cap. cũ cõtingat. in tertio membro. versi. nunc pro declaratione materie an per statutum possit prohiberi, &c. cuius dicti illa assignatur ratio, quia statutum debet interpretari secundũ ius commune. capi. cum dilectus. de consue. sed de iure cõmuni semper potentior est actus iuratus q̃ non iuratus. l. cũ pater. §. filius matrem. ff. de lega. ij. & l. j. §. cum lex. C. de rei vxo. act. & l. pactum. C. de colla. iuncto capit. cum contingat. & c. quãuis pactum. supra alleg. & confirmatur hoc per nota. per glo. fi. in cap. cũ deceat. de elec. in. vj. per quam dicit Ang. in
4 l. j. §. que onerande. ff. qua re. actio non da. q licet papa † vel Imperator cassent cõsuetudinẽ vel statuta nõ tamẽ intelligantur cassare statuta iuramẽto cõfirmata. Et sequitur hoc Raph. Abbas & Io. an. in. d. c. cum nõ deceat. pro quo allegant. c. j. de cõstit. in. vj. c. cum aliquibus. de rescrip. & c. q2 sepe. de elec. eo. lib. idẽ no. Io. an. in. c. j. de fil. presbyterorum. in nouel. & Ioã. de Imo. in. c. dilecto. de preben. & in cle. dudũ. de sepul. quod etiã voluit Alex. de Imo. in. d. consil. cxxv. in j. volu. & consi. xxix. in. iij. volu. & in alijs multis consilijs q̃ nõ refero. Esto igitur q per statutum superius mentionatum fuerint cassate donationes inter viuos excedentes valorem decem florenorum, & facte sine solennitate, non tamen cẽsentur per statutum huiusmodi cassate donationes iurate: vbi etiam aduertendũ est q, vt dicit Io. and. in. c. tua nobis. el. j. de deci. in nouel. quem ibi sequuntur doct. omnes leges ciui-
5 les que statuerunt † iuramentũ nõ esse seruandũ nõ valet,

nec sunt servande,nisi iuramentum sit contra bonos mores, vel nutriat peccatū,qr laico non spectat dispositio de spiritualibus:sed simpliciter sequitur Fran.de arc.consi.viij.incipiente abunde,&c.nullus etiā princeps secularis potest remittere iuramentum,aut super ipso dispēsare,vt est de mente Cy.& Sali.in.l.fi.C.si contra ius vel vtil.pub.& voluit expresse Alexan.de Imo.cōsi.xxviij.exordiente:visa petitione Antonij de Roma.in.iij.vol.quia istud spectat ad ecclesiā, vel Romanam curiā.c.venerabilem.de elec,ca.nouit.de iud. quod etiam voluit Hosti.in.c.quemadmodū.de iureiur.q̄ si ita est censeri non debet princeps in dubio statuisse contra dispositionē iuratā,aut de & super iuramento dispensasse:qr vt dicit Pau.de ca.cōsi.clxxxi.exordiente,dicendū est q̄ dicta fraternitas,&c.circa mediū.nō est verisimile q̄ generalitate verborū voluerit quis statuere quod statuere nō poterat,ar.l.si pater.ff.que in frau.credi.l.Luci⁹.§.pen.ff.ad municipa.&.l.q̄q̄.ff.de ri.nup.facit qd̄ voluit Bal.consi cxxvij. exordiente,sint contente,& ad bona presentia nō possint habere regressum, post medium.versicul. intellectus autem.in prima parte:vbi voluit quod intellectus statuti non debet referri ad impossibilem intellectum:pro quo allegat.l.continuus.§.si quis sub hac.ff.de verb.obli.&.l.apud Julianum.§. fi.ff.de leg.j.Et dicit And.Barb.in sua Joānina.c.Raynaldus.de testa.qd̄ illud qd̄ pōt facere lex ciuilis in genere in suo foro,nō psumit facere i specie.c.ecclesie sancte Marie.de cōsti.c.tua.de deci.&.c.qd̄ clericis.de fo.cōpe.nō videt̄ igitur q̄ dictū pretēsum statutū extēdi debeat ad donationē inter viuos iurō cōfirmatā.Preterea nō esset fortasse hereticū dicere q̄ donatio pdicta nō vere fuerit donatio inter viuos sed potius causa mortis,pro eo qr in ea dictū est q̄ dictus Bernardus Sanchio donauit post eius mortē, & non ante,& ita
6 nō solū in ea facta† est mētio mortis ppter qd̄ alia donatio in dubio censet̄ donatio causa mortis.l.Seia.§.fi.ff.de dona. cau.mor.&.l.Seia.cū gl.ff.de do.prele.sed fuerūt verba predicta apposita in principali dispositione, & in substātiali loco, nō in verbis exequutiuis:per id qd̄ no.Bal.in addi.Spe.tit. de instr.edi.ver.si quis.& qd̄ no.Spe.in.d.tit.§.porro.ver.vt sūt firma.Nisi forte qs dicat q̄ imo verba:post mortē et non ante.ponant̄ seu poni cēseātur in verbis exequutiuis,scilicet, post illud participiū valitura,sed istud nō videt̄ obstare,pro eo qr non est dictū effectū habitura,vel qd̄ donator donauit omnia & alias,&c.post mortē & nō ante tradēda,sed est dictū q̄ donauit donatione facta post mortē valitura,& non ante: Verum quāuis sciam in similibus terminis vel multū vicinis alias sic fuisse consultū,prima tñ ratio magis placet ; et ideo super hoc pro nunc vlterius non insisto. Que dixerim sub correctione,&c.

¶ De iniur. Rubri.

¶ Epitome.

¶ Iniuriarum actione tenetur qui reprobando testem contra se productum,eum dixit infamē, aut alias speciale dixit maledictum,si in probatione defecerit licet protestatus sit se non dicere animo iniurie faciende.

1 Sū. Iniuriam infert qui imponit alicui delictum siue in genere siue in specie.
2 Iniuria atrox non ita fit per maledictum in genere sicut per maledictum in specie.
3 Libellus an vitietur si locus nō exprimatur vel tēpus.nu.4.
5 Iniuriarum tenetur qui interpellat iniuste aduersarium ad finem vt vexetur.
6 Iniuriarum an teneatur qui reprobādo testes cōtra se productos eos dicit infames.
7 Calumniari videtur qui non probat quod dicit,etiam excipiendo.
8 Protestatio quod fiat obiectio in testes non animo iniuriandi,facit vt non dicatur illata iniuria.

¶ Consilium.cxxxi.



Non est dubium quin proposita & deducta parte do.Gillete Rodulphe relicte egregij quondā viri do.Rodulphi Boemi in quodā suo libello, & parte eius corā egregio do. Vicario & officiali Carpētorati oblato & producto anno do.M.cccc.xciij.& die sexta mēsis Februarij,illa scilicet,q̄ pte nobilis Petri Autardi cōmemorata extiterint in libello recōuentionali parte eiusdē corā dicto do.Vicario & officiali & cōtra pfatā do mi. Gilletā producto,& propter que in dicto eius libello reconuentionali actionem iniuriarum intentaret contra dictam dominam Gilletam,fuerint probrosa, contumeliosa, & iniuriosa,pro quo allegasse sufficiat.l. item apud labeonem.§.ait pretor.&.§.item ait.&.§. generaliter. ff .de iniurijs . Impo-
1 nēs† enim alteri aliquod delictū,siue in genere,siue in specie dicitur illi inferre iniuriā, vt not.Bar.Bald.& alij in.l.iij.in prin.ff.de lib.& posth.Bar.& alij in.l.turpia.ff.de leg.j.& doc. in.l ijs verbis.§.j.ff.de here.instit.cū ergo in dictis ppositis & deductis parte predicte do.Gillete,illis,scz,que parte eiusdem nobilis Petri cōmemorata & proposita extiterunt,fuerūt nō vnū,aut duo dūtaxat,sz multo plura delicta eidē Petro falso improperata:nulli dubiū est qn eidē nobili Petro fuerit illata iniuria,& eo maxime,qr nō solū fuerūt eidē improperata delicta in gnē,sed etiā in specie ppter qd̄ fuit:eidē illata atrocior iniuria,quā si dūtaxat eidem fuisset iproperatā in gnē,p quo facit q̄ no.gl.in.l.quoties.§.si qs.ff.de heredi. insti.Nā sicut dolus velatus est minor quā dolus,ita p male-
2 dictū in genere nō fit ita atrox iniuria† sicut p maledictū in specie.pro quo facit gl.in.d.l.iij.in prin.ff.de liber.& posthu. vbi per predicta ita notabiliter declarat Fran.de Are. Non est ergo hesitandū quin dicto nobili Petro fuerit illata iniuria,qnimo multe iniurie equidē graues, & atroces,p quibus debuit iuxta conclusa in dicto recōuētionali libello eadē do. Gilleta condēnari postquā de illis plenissime & notorie apparuit vtpote illatis in iudicio,& p pductionē libelli conuētionalis superi⁹ mētionati:& ita nō valuit nec vz snia absolutoria a iudicij instātia p dictū do.Vicariū & officialē Carpētorati prolata,sz fuit & est nulla habita relatiōe ad acta, aut saltē iniqua & iniusta,causis & rōnibus alias p me scriptis in schedula appellatoria corā dicto do.Vicario post latā p eū dictā ptensam sniam producta,& exordiēte,Existētes & psonaliter ɔstituti.Quib⁹ addo id qd̄ voluit do.Bartho.Soci. in quodā suo cōsi.relato p Phil.de cor.cōsi.lxxx.exord. cōsuluit do.Bartho.Soci.l.iij.vo.i quo discutit idē do.Bartho.
3 q̄ lz libello sit exprimēd⁹,loc⁹,tū† si nō exprimat̄ nō vitiatur libellus nisi reo opponēte.p quo allegat tex.in.l.libellorū.ibi reo postulāte.& p illū tex.dōt Gādi.hoc tenere in summa male-fi.tit.Qualr fit accu.hāc opinionē dōt tenere expsse do.Hos.& Jo.an.i.c.fi.de purga.ca.Idē dōt tenere expsse Jo.de Imo.in c.cū dilecti.de emp.& vē.dicētis q̄ lz qñ libell⁹ est inept⁹, vt qr ɔ̄ iuris dispositionē snia nō teneat,tñ als sec⁹,vt qr nō exprimatur locus,nā tunc prout valet confessio ita sententia q̄ est efficacioris effectus:allegat Bal.cui⁹ sunt hec verba in addi.Spec.tit.de libel.concep.in vltimis verbis. Item dicit etiam idem tenere Bald.in addi.Spec.tit.de sententia.ver. quid si libellus.& se.addit etiam idem doctor quod text.in.d. l.libellorū.dicit nomen rei aboletur,& q̄ vbi aboletur nomen rei infertur q̄ accusatio tenuit istā consequentiā,quam facit Bart.in simili in.l.j.ff.ad tertul.& deest necessaria oppo.Et subiungit idem doctor q̄ possumus distinguere,q̄ aut est cōfessatū per partē, & tūc pcedit opinio q̄ pcessus non vitiet̄, & circa hoc q̄ confessus nō moueat̄ ineptitudine libelli.adducit.c.j.de accu.in.vj.& qd̄ not. Bartol.in.l.si cōfessus.ff.de custo.reo.Inno.in.c.per acquisitionē.de elec.Inn.& Jo.Andr. in.c.qualiter & quando.el.ij.de accu.& q̄ super inepto libello valeat confessio, voluit Bald.in.l.litē exigit.ff.de dolo.& est bonus tex.in cle.constitutionem.de elect.Cum igitur de dictis propositis & deductis,& quidem probrosis,iniuriosis, & cōtumeliosis appareat,non solum ex tenore dicti libelli parte dicte domi.Gillete in causa pducti,& de quo notorie apparet per acta,sed etiam per responsionem & confessionem factam per dictam dominam Gilletam,que respondendo positionibus dicti recōuentionalis libelli illi,scilicet,in quo moderantur proposita et deducta probrosa,iniuriosa, & contumeliosa antedicta dixit se referre illis,ac credere,prout in eis palam infertur,quod pretensa obmissio oppositione mensis, eidem nobili Autardo non nocuerit,nec noceat, secundum mentem dicti domi.docto.loquentis in casu magis dubio, scilicet, in causa in qua inquirebatur de crimine , non quidem ciuiliter,sed criminaliter : hic autem nec de actione iniuriarum , in qua , et si agatur de crimine, non tamen de illo agebatur criminaliter , nec ad vindictam publicam sed ciuiliter. Et huic sententie, scilicet, quod quando de crimine agitur ciuiliter non sit fienda expressio loci aut temporis, etiam si illa actio infamet, nisi hoc fuerit petitum : ad hanc

Philipp.

Philipp.de Cor. in.d.consil. quinquagesimooctavo.dicens
quod licet vbi actio est famosa debeat in libello fieri expres-
sio loci ⁊ temporis ne reus cogatur in tanto discrimine diua
gari.l.pretor edixit.in prin.⁊ quod ibi Bar.ff.de iniur.⁊ fam.
libel. Item exigit ⁊ quod ibi Bart.de dolo.c.ne tue.⁊ quod
ibi cano.de procur.tamen hoc est traditum pro forma, in.l.li
bellorum.nec dicta.l.libellorũ. ff.de accus.militat in huiusmo
di causis ciuilibus,licet ex crimine famoso resultantibus,nec
in eis tãta expressio requiritur in libello quãta requiritur in
causis criminalibus,prout decidũt domini de Rota loquẽ-
tes in actione iniuriarum ⁊ decisione trigesimanona . exor-
diente,in actione iniuriarum . adducentes not.per Innocen
in c.accepimus.de purg.can. non procedit ergo d.l.libello-
rum.in terminis nostris, ⁊ per cõsequens nec opinio Bar.
de qua in d.l.pretor edixit.sed sumus in alijs terminis in qui
bus sit specificatio solũ adhiberi debita ad certiorãdum reũ
ne habeat in incertum vagari : ⁊ inde non videtur quod non
expressio , seu obmissio expressionis vitiet ipsum ius , prout
alias videmus quod in libello ciuili debet exprimi causa vt
reus reddatur instructus de qualitate litis.l.j. §.j.ff.de eden.
⁊.l.edita.§.eodem titu.⁊ quod not.glos.magna,in capi.ij.de
libelli oblatio. Specul.titu.de actio.seu petitio.§.ij. ⁊ Bald.
in authen. offeratur. C. de litis contesta. Et tamen certum
est quod si non exprimatur non propterea redditur libellus
ineptus.l.fina.C.de anna. exceptio.⁊ not.in iuribus prealle-
gatis. Et licet Bar.in.l.viro.ff.solu.matr.⁊ in.l.j.ff.de excep.
dicat quod expressio loci de qua in dicta.l.libellorum.debeat
fieri vbi agitur de crimine ciuiliter per viã actionis vel exce-
ptionis,hoc dictum intelligendum est vt supra,scilicet, quod
hoc fieri debeat non pro forma libelli, sed ad finem, vt reus
non procedat in ambiguo, vt dictum est : ⁊ subdit Philip.
de Corn.disceptatio fieri possit respectu temporis : hec igi-
tur que dicta sunt de obmissione loci , scilicet , vt non vitiet
4 † libellum , etiam ex mente dicti doctoris locum habent in
obmissione temporis : ⁊ nõ mirum quia quemadmodũ Bal.
dicit requiri expressionem temporis,scilicet,anni ⁊ mẽsis,ita
⁊ de loco.Si ergo obmissio loci,qui vt p̃dixi,exprimi debet
solum ad certificationem rei, ne, scilicet, vagetur in incerto
non vitiet libellum ipso iure, ergo nec obmissio mẽsis : quo
fit vt cum dicta Silleta satis certificata extiterit, aut certi-
ficari debuerit de tempore productionis dicti sui libelli fa-
cte,scilicet, anno predicto millesimo quadringẽtesimo nona
gesimoquarto. Et die sexta mensis Februarij vt apparet ex
publicis ⁊ notorijs actis cause inter partes predictas agi-
tate , nec ipsa de obmissione appositionis mẽsis vnquam op
posuerit, aut conquesta extiterit,non debuit aut de iure de-
bet dictus dominus vicarius pretendere quod propter di-
ctam obmissionem fuerit libellus nullus : nec opponat dicta
do.Silleta se iniuriam eidẽ nobili Petro intulisse,⁊ propter
ea non debuisse aut debere cõdemnari super petitis in dicto
libello reconuentionali, pro eo quia eadem domina Silleta
in dicto eius libello non egit contra eundem nobilem Pe-
trum Autardi ad eum finem vt puniretur de illis delictis
sibi probrose, iniuriose,⁊ contumeliose improperatis,sed ad
finem consequendi hereditatem nobilis ⁊ honeste quondam
mulieris domine Catherine Rodulphe olim vxoris eiusdẽ
nobilis Petri, maxime attenta quadam pretensa protesta-
tione per eam , seu egregium quondam virum dominum
Joãnem de Pomerolio eius procuratorem facta , scilicet,
quod non animo iniuriandi, ⁊c. quoniam respondeo, quod
imo eidem nobili Petro intulit iniuriam ex qua potuit con
ueniri : ⁊ hoc in primis probat textus in. l. iniuriarum. §. si
quis per iniuriam . ff. de iniurijs . vbi est regula quod qui-
5 libet interpellans iniuste aduersarium † ad finem vt vexe-
tur , tenetur actione iniuriarum : hoc idem probat tex.in di-
cta.l. apud Labeonem. §. si quis libello. vbi dicitur quod si
quis libello dato vel principi vel alicui famam alienam in-
sectatus fuerit iniuriarum agendum:⁊ idem si accusatio fue
rit instituta propter maleficium.vt not.Angel. consil. lxxvj.
exordiente, super primo puncto.⁊ confirmatur hec opinio in
terminis, authoritate Old.consil.liij.exordiente, alias per me
allegato,vbi aperte concludit quod ille qui opponit exceptio
nẽ criminosam contra agentem tenetur actione iniuriarum si
non probet:per id quod habetur in.l.si non est.⁊.l.si quidam.
C.de iniurijs.⁊ in.l.si tibi.C.de libera.causa.⁊ in.l.non solum.
§.finali.cum sequentib.ff.de iniurijs.⁊ text.solenne consilium
in materia: ⁊ tamen certum est quod dici potest in exce-
ptione quod hoc fecerit animo se defendẽdi, si ergo dicimus
esse concedendum actori per regulam non licet actori . de
regulis iuris.in.vj.⁊.l.fin.C.de fruc.⁊ li.expen.quinimo po-
tius reo quam actori concedi deberet,cum eius causa fauo-
rabilior sit.l.fauorabiliores.ff.de regu.iur. cum sua materia.
Et hoc consilium Oldrad.quasi ad verbum retulit Jo.and.
in titu.de accusatore.ad fi.⁊ illud sequitur.Et hanc conclu-
sionem etiam firmat Sali.vbi sequitur illã authoritatẽ Jo-
an.and.in.l.si non conuitij.versi.quero si turpis exceptio est
contra actorem,⁊c. C.de iniur.secundum hanc cõclusionem
consuluit Petrus de Anchara.consilio.cccxxiij. exordiente,
super primo dubio subtiliter ⁊ ad plenum.ex quibus infero
ꝙ non obstat.l.fin.⁊ quod ibi per illum text.no. Guil.Bal.⁊
Ang.ff.quod quisq.iu.vbi dicunt ꝙ si ego reprobãdo testes
6 contra me productos dicerẽ,ꝙ sunt infames † ⁊ ribaldi,non
teneor actione iniuriarum , quia obiectio mea facta est ad
tuitionem meorũ iurium,non autem ad inferendam iniuriã:
quoniã respondeo,ꝙ dictũ Guil. Bal.⁊ Ang.debet intel-
ligi quando obijciens probasset crimina contra testes obie-
cta, quia tũc nõ censeretur fecisse animo iniuriandi,sed po-
tius se defendendi,secundum quod dicunt Oldr.Joan.an.⁊
Sali.in locis preallegatis:secꝰ vero si ille qui obiecit,in pro-
batione defecit prout in casu nostro:qꝛ tunc secundũ eos te-
netur actione iniuriarum:Videmus enim quod qui contra
clericũ crimina opponit,si non probat ,punitur,vt habetur
in capit.j.de elec.in.vj. Preterea videmus,ꝙ si ille qui op-
ponit aliquem non esse idoneum fideiussorem,vtpote paupe
rem cum sit idoneus,tenetur actione iniuriarum,vt est ca-
sus rotundus vbi Bal.Ange.⁊ alij in.l.si vero.§.qui pro rei
qualitate.ff.qui satisd.cogã.Nec etiam obstat si forte oppo-
natur,quod qui suo iure vtitur nemini facit iniuriam.l.nul-
lus.ff.de re iudi.iuris enim exequutio non habet iniuriam.l.
iniuriarum.§.j.ff.de iniur.⁊.l.nemo damnum.ff.de regu.iur.
quoniã respondeo ꝙ cum dicta do.Silleta prorsus ⁊ omni-
no defecerit in probatione dictorũ improperatorũ delicto-
rum cõstat qd̃ nõ vtebat̃ iure suo,sed ꝙ potius faciebat ani
mo iniuriandi.arg.dicte.l.siquidem.cum simili.supra allega-
tis secundum Oldr.⁊ Joan.and.⁊ optime facit quod dicit
Sali.in dicta.l.si non cõuitij.ad finem.vbi formaliter dicit,
ꝙ aut constat quod hoc fecerit animo nocendi ⁊ iniuriãdi,
⁊ tunc est clarum,ꝙ tenetur actione iniuriarũ,aut constat ꝙ
non animo nocendi ⁊ iniuriandi, et tunc non tenetur.aut
est dubium,⁊ tunc dicit ꝙ presumitur calũniose excepisse ex
quo nõ probauit,ar.eorũ que no.in.l.ij.C.de calũ.⁊ dicit Ol-
dra.in dicto consi.ꝙ quãuis in principio sit ista presumptio
ꝙ faciat gratia iuris sui cõsequendi aut cõfirmãdi,tamẽ ex
fine hoc est defectu probationis,surgit alia suspicio in con-
trariũ, scꝫ , ꝙ fecerit animo calũniandi:qꝛ q nõ ꝓbat ꝙ de-
7 ducit etiã excipiẽdo,calũniari † vr̃.l.j.C.de aduoca.diuerso.
iudi.c.calumniã.de pe.⁊ ista vltima p̃sumptio tollit primã.l.
diuus.cũ ibi no.ff.de in iteg.rest.⁊ i.c.cũ inter.de elec.quin-
imo cõtra illũ qui deducit crimen sunt due presumptiones,
vna verborum,que sunt sui natura mala ⁊ cõtumeliosa,⁊ per
q̃ animus ꝓbat̃.d.l.si nõ conuitij.Altera defectu ꝓbatiõis,
⁊ sic nõ mirũ si iste due p̃sumptiões tollãt vnã.aut.de ꝯsang.
⁊ vter.fra.§.j.colla.vj.⁊ in.c.j.⁊ qd̃ ibi no.de treug.⁊ pace.te.
⁊ ꝑ hec patet ꝙ eidẽ nobili Pet.nõ obstaret si forte oppo-
neret̃ qd̃ finis p̃fate do.Sillete fuerit cõseq dictã hereditatẽ,
⁊ suũ ꝓtensum interesse,⁊ qd̃ propterea videatur qd̃ nõ ha-
buerit animũ iniuriandi,sine quo iniuria nõ cõmittitur.d.l.
si nõ cõuitij.cum ibi notatis:quoniã , vt predixi,verũ est qd̃
ab initio non fortasse presumebatur qd̃ hoc faceret animo
iniuriandi,sed quia defecit in probatione p̃sumptio est,imo
sunt presumptiones quas p̃dixi qd̃ ipsa hoc fecerit aĩo iniu-
riãdi ꝑ p̃dicta:⁊ ita elegãter respõdet Oldr.in.d.cõsi.cuiꝰ di
cta sequuntur Jo.an.in loco p̃allegato.Etiã predicta patet
respõ.ad aliud si forte de illo opponeretur,scilicet,qd̃ in hoc
casu presumi possit non delictũ,⁊ sic qd̃ predicta fecerit eadẽ
do.Silleta animo nõ iniuriãdi.l.merito.ff.pro so.⁊.d.l.item
apud labeonẽ.§.si conuẽ.ff.de iniur. qm̃ dico qd̃ scd̃m Joã.
an.⁊ Old.illa ratio ꝓcederet si presumptiões essent equales
sed pro aĩo iniuriãdi sunt violẽtiores,⁊ ideo standũ est illis:
ꝑ id no. Inno.in.c.si diligẽti.de p̃scri.⁊ qd̃ no.in.c.trãsmisse.
q fil.sint legi.forte vo opponẽ qd̃ ab aĩo p̃fate do. Sillete
dependeat an aĩo iniuriandi p̃dicta fecerit,ꝑ eo qꝛ sine aĩo
iniuriãdi nõ infert̃ iniuria.d.l.si nõ cõuitij . lꝫ in his q̃ depẽ
dẽt ab aĩo actũ gerentis,vr̃ esse standum sue declarationi,⁊
ꝓtestatiõi declaratorie,⁊ ꝙ cũ dicta do. Silleta ꝓtẽdat̃ fuis-
se ꝓtestata ꝙ nõ aĩo iniuriãdi p̃missa ꝓposuerit,aut dedux-
rit nõ aĩo iniuriãdi,nõ dicat̃ illata aliqua iniuria dicto nobi-
li Petro ꝓpter quam potuerit eadẽ dña Silleta conueniri
actiõe iniuriarũ,⁊ qd̃ hoc videant̃ sensisse Guil.Bal.⁊ anti.
in.d.l.fin.quatenus dicunt ꝓtestationem esse vtilẽ:sed istud

non obstat, quoniam respondetur quod, vt prediri, Guill. et alij non loquuntur quando obijciens defecit in probatione, sed quando probauit: quo casu dicunt esse vtile ita protestari, alias male loquuti essent in eorum principali dicto, ꝛ contra authoritatem sanctorum Patrum cōmuniter approbatam. ꝛ Oldrad. ꝛ Jo. And. quando dicunt quod talis protestatio est vtilis, loquuntur quando ex aliqua qualitate presumi posset quod animo iniuriādi, puta quando magister loqueretur contra discipulum, vel illū verberaret: vnde, quando post ea non obstante quod dixerint talē protestationem vtilem, determinando indistincte volunt quod ille qui deficit in probatione teneatur actione iniuriarium, ꝛ quod talis protestatio non sufficiat: probatur per textum cum glo. in. l. si quis extraneus. ff. de acqui. he. per quam dicunt Dyn. Bartol. Joann. de Jmo. Roma. ꝛ doct. communiter, quod si profero contra te aliquod verbum iniuriosum cū hac protestatione saluo honore tuo, quod talis protestatio non releuat: quod etiam tenent moderni in dicta. l. iij. ff. de liber. ꝛ posthum. ꝛ Angel. Areti. in suo tractatu de malefic. in verbo, verba iniuriosa. confirmatur hoc per text. in cap. cum te. de re iudic. per quem dicunt ibi docto. quod protestatio non excusat id quod fit indebite, ꝛ dicunt moderni ꝛ Pnormi. quod non minus tenetur de iniuria qui dicit salua reuerentia tua, tu mentiris, cuius dicti ratio est secundum Hostien. ꝛ docto. ibi, quia talis protestatio videtur contrario facto, ꝛ sic non debet operari. c. sollicitudinem. de appellatio. ꝛ quod not. Bart. in. l. non solum. §. morte. ff. de no. oper. nuntia. ꝛ facit pro hoc optima ratio, quia si aliter diceremus, esset dare facilem materiam delinquendi, ꝛ facilem viam vitiādi talem iuris dispositionem penalem, si ex sola protestatione pars posset facere quod non teneretur actione iniuriarum, quod non est dicendum per id quod habetur in. l. conuenire. ff. de pact. dota. ꝛ per no. in. l. non dubium. C. de legib. ꝛ in. l. fraus. ff. eodem titu. facit regula, cum quid vna via. cum sua materia. de reg. iur. in vj. ꝛ vt dixi hanc questionem decidunt Oldrad. ꝛ Joan. And. in locis superius allegatis, qui plura notanda dicunt ad propositum, ꝛ hanc determinationem etiā sequitur Bart. Soci. cons. cxviij. exordiente, visa narrati ponti petitione. ꝛ consil. cxlvj. exordiente, viso processu. in prima parte. Ex quibus omnibus concluditur dictam pretensam sententiam quatenus aliqua extitisset prout nō creditur, fuisse ꝛ esse reuocandam, ꝛ cassandam, ꝛ dictam dominam Hilletam condemnandam in expensis, non obstante illa pretensa obmissione oppositionis mensis productionis libelli dicte domine Hillete, ꝛ de quo, ꝛ nō solum de eo, sed etiam de die productionis huiusmodi notorie apparebat, ꝛ apparet ex actis cuiusdam cause inter partes eiusdem agitate. Que dixerim, ꝛc.

¶ De inoffic. testam. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Legitima liberorum si plures sunt quam quatuor, est semis deducto ere alieno ꝛ funeris impensa: nec in ea possunt pregrauari.

¶ Consilium. cxxxij.



I verum sit quod honeste quondam mulieri Matheline superfuerint quatuor liberi, dn̄s, scilicet Joannes Bruneti ex primo marito, Gulielmus, Stephanus, ꝛ Joānes Arnaudi ex secundo marito, necnon etiā certi nepotes, ꝛc. duabus eius filiabus predefunctis, scilicet Catherina, ꝛ Joanna Arnaude: horum omnium legitima fuit semis, seu dimidia pars bonorum dicte quondam Matheline, eorum, scilicet, que superfuerunt deducto ere alieno ꝛ funeris impensa. authen. de trien. ꝛ semis. §. j. colla. iij. ꝛ transumptiue in auth. nouissima. C. de inofficio. testam. iuncta. l. Papin. §. quarta autem. ꝛ sic legitima cuiuslibet ex predictis Joanne Bruneti, ac Gulielmo, Stephano, ꝛ Joanne Arnaudi fuit xij. pars predictorum bonorum, ꝛ legitima liberorum predicte Catherine fuit alia duodecima, ꝛ legitima liberorum dicte Joanne fuit alia duodecima. in qua legitima dicto Joanni debita, non potuit idē Joannes grauari, nec potest ab eadē Mathelina quominus ageret ad supplemētum, si minus ea eidem relinqueret, prout ꝛ fecit. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. l. que nuper. ꝛ l. scimus. in prin. C. de inof. testa. Ergo supponamus quod bona dicte quondam Matheline valerent tempore mortis et decessus eiusdem mille florenis deducto ere alieno, ꝛ funeris impensa, legitima dictorum liberorū ascendebat ad quingentos florenos, seu quinque centum florenos, qui debent diuidi vt predixi in sex partes, ꝛ ita saluo errore calculi legitima dicti Bruneti ascēderet ad octuaginta tres florenos ꝛ quatuor grossos, quam de iure communi potest petere in substantia bonorum. d. l. scimus. in prin. ꝛ quod ibi per doct. ꝛ quod not. Bar. in. l. suis quoque. in fi. princípij. ff. de hered. instit. vbi etiam Jo. de Jmo. ꝛ Alexan. de Jmo. in. l. non amplius. §. cum autem. ff. de legat. primo. ꝛ alij in alijs locis. Que dixerim, ꝛc.

¶ De donatio. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Donatio facta contemplatione matrimonij medie partis bonorum salua, ꝛ reseruata certa quantitate, valet: precipue iureiurando interueniente, licet statuto prouinciali caueatur donationes inter viuos valorem decem florenorum excedentes nō valere, nisi certa solennitate interueniente.

¶ Consilium. cxxxiij.



Onatio quam tam contemplatione matrimonij tunc contracti per, ꝛ inter discretum virum Claudium Firmini habitatorem loci Argonis ex vna parte, et honestam mulierem Joannam filiam Raymundi de Bonorabeno loci castri Renaldi ex alia, quam alijs iustis ꝛ honestis causis fecisse dicitur legitime venerabilis quondam vir dominus Petrus Firmini dicto Claudio tunc presenti, stipulanti solenniter ꝛ recipienti, de medietate omnium, vniuersorum ꝛ singulorum bonorū, rerum, iurium, ꝛ actionum, tam tunc presentiū quam futurorum, sibi saluis ꝛ reseruatis decem florenis, fuit valida ꝛ efficax: cum illa legat fuisse sub bona ꝛ debita forma, ꝛ de illa fuerit sumptum publicū instrumētum efficax ꝛ validum: nec de aliquo appareat quod eidem refragetur seu obstet. Certum est enim quod quilibet est moderator ꝛ arbiter rei sue. l. in re mandata. C. mandati. l. dudum. C. de contrah. empt. ꝛ vendit. l. polla. C. de ijs qui. vt indign. ꝛ c. de ijs. ad fi. de sepult. facit. l. nemo externus. C. de Judeis. l. non vsque adeo. in fin. ff. si quis a parен. fuer. manumiss. ꝛ est adeo quilibet regulariter moderator ꝛ arbiter rei sue, vt etiam possit ea abuti. l. sed ꝛ si lege. §. consuluit. versicu. dum se abuti, ꝛc. ff. de peti. her. pro premissis multa inducit Angelus consil. clxxxj. exordiente, visis instrumentis, versicu. his premissis: cum igitur de dicta donatione ꝛ de causis illius sufficienter appareat, nec contra donationē huiusmodi videatur aliquid opponi posse quod defectu solennitatis in ea requisite, aut facilitatis, seu potentie predicti domini Petri donatoris eandem donationem impugnet, illa videtur valere: nisi forte opponatur de statuto prouincie quo pretenditur annullari, ꝛ nullas decerni donationes inter viuos excedentes valorem decem florenorum, nisi in illis interuenerit solennitas de qua in eo: sed hoc non obstat: tum quia statutum predictum loquitur in donatione simplici, cuiusmodi non videtur fuisse donatio antedicta, sed ob causam: tum ꝛ quia donatio predicta fuit iurata, ꝛ nō videtur statutum predictum debere ad eam extendi: pro quo allegasse sufficiat id quod not. Jo. de Jmo. in sua solenni repetitione. c. cum contingat. in iij. mēbro. vers. nunc pro declaratione materie, ꝛc. de iureiu. ꝛ plenius Alex. de Jmol. cons. cxxv. exordiente, visis ꝛ consideratis, ꝛc. in primo vol. ꝛ Angel. in. l. j. §. que onerande. ff. quar. rer. actio non datur. Nec obstat honeste iuuencule Sebastiane Firmine filie quondam ꝛ vniuersali herede dicti quondā Claudij, quedam pretensa donatio seu remissio quam fecisse pretenditur dictus quondam Claudius eius pater prefato domino Petro, quoniam, vt audio, de illa non apparet, vide que dixi supra.

¶ De fide instr. Rubrica

¶ Epitome.

¶ Attestationibus publicatis, si he perdantur in manibus iudi

iudicis, notarij, vel alterius, idem puniatur, ⁊ teneatur resarcire totum damnum cause, ⁊ statur iuramento damnum passi super damno ⁊ interesse.

¶ Consilium. cxxxiiij.



Difficultas processus cepti ⁊ agitati per, ⁊ inter prouidũ virum Petrum Audiberti ex vna parte, ⁊ honorabilem virum dominum Petrum Dalphini vniuersalem heredem nobilis quondam viri Caroli Dalphini ex alia consistit in duobus: primum est, pro eo quia attentis diligẽtijs parte dicti magistri Petri factis contra honestam mulierẽ Aymerelã relictam eiusdem nobilis Caroli super confectione inuentarij bonorum dicti Caroli non videtur ipse magister Petrus Dalphini fuisse vel esse in dolo seu etiam lata culpa in non expediendo prefato Audiberti attestationes testium parte eiusdem Audiberti contra magistrum Gaufridi Thalameo Regium secretarium ⁊ alios productorum, ⁊ signanter quia per inuentarium confectum predicte receptionis bonorum ab herede predicte Aymarete non apparet attestationes predictas fuisse in hereditate dicti quondã Caroli compertas, ⁊ ita non videtur dictus magister Dalphini teneri ad interesse, pro eo quia quemadmodum argẽtarius in non edendo tenetur de solo dolo ⁊ lata culpa, ita ⁊ tabellio tenetur de solo dolo ⁊ lata culpa, secundum Baldum, Angelum, Paulum de Castro ⁊ dominum Jasonem in.l. vbi exigitur. ff. de edendo. ad quod facit.l.fina. C.de magistratib. conuen. ⁊ idem est secundum Paulum de Castro in omnibus officialibus publicis assumptis de communi consensu partium.l.prima.§.primo.ff.si mensor fals.mod. dixerit. Secundum, quia licet probato dolo probetur damnum vel interesse per iuramentum partis cui statur secundum Bald. ⁊ Alexan.de Imol.in.l.qui accusa.C.de eden. ⁊ dominus Jas. in dicta.l. vbi exigitur. secus tamen est in culpa notarij, quia quamuis culpa probata extiterit non tamen statur de damnis ⁊ interesse iuramento partis, sed opus est plene probare interesse secundum Baldum in.l.fin.C.de eden. ⁊ domi. Jas.in dicta.l. vbi exigitur. vbi etiam voluit quod si dolus notarij committatur in faciendo, tunc procedit quod dixi, scilicet, quod damna ⁊ interesse probantur per solum iuramentum partis, secus autem si in omittendo, quia tunc debent plene probari.l. argentarius.§. cum autem. ⁊ quod ibi Bar. Ang. ⁊ dom. Jason.ff.de eden. Supposito igitur quod probatum extitisset prout non videtur quod dictus magister Petrus Dalphini fuisset in culpa lata in non exhibendo attestationes superius mentionatas, hoc tamen non videretur sufficere ad obtinendam victoriam contra eum, nisi probaretur interesse, quod est difficillimum, ⁊ sic profecto dubito de hoc casu, nisi forte dicamus quod id quod superius dictum est de tabellione, intelligi debeat de tabellione per partem electo, ⁊ ad quem pars voluntarie accessit. quasi sit quod eidem parti imputari valeat pro eo quia talem elegit, quod etiam videtur fuisse de mente Alexandri de Imola in dicta.l. vbi exigitur. qui allegat simile de mensore, in.l.j. §. hec ago. cum sequent.ff. si mensor falso modo dixerit. Secus autem in notario, seu scriba, aut secretario actorum, qui non per partes sed per principem assumi solet, ⁊ ita non videtur superesse quod parti imputetur, si per notarium perdantur attestationes, ⁊ ita videtur notarius ipse indistincte teneri si attestationes perdiderit: quod etiam videtur fuisse de mente Speculatoris titulo de teste. §. satis vtiliter. versicu. fina. vbi dicit aliquos dicere, quod si publicatis attestationibus ille perdantur apud iudicem, vel notarium, vel aliam publicam personam, ille tenetur resarcire totum damnum cause, ⁊ debet puniri. l. ne causas. C. de appellation. ⁊.l.si quando. C. de testamentis. et istud dictum quatenus concernit notarium non impugnat idem Speculat. ⁊ propterea videtur illud sequi, ⁊ subiungit damnum seu interesse probari sacramento producentis: pro quo allegat.l.semper.§.hoc.ff. quod vi aut met.cau.l.si quando.C.vnde vi.capitulo finali.de his que vi metusve causa. et quod nota. in capitulo, dilecti. de foro competenti. et per eum titulo de fructibus ⁊ interesse.§.sequitur. ⁊ de instrum. editione.§. restat.ver.illud quoque. ⁊ hanc doctri. Spec. commendat Salicetus in capitulo, paternitatis.versiculo quando sunt perdita testium dicta.de testibus. Sed fortasse his respondebitur quod illa non obstant, tum quia Speculat. loquitur in notario qui attestationes receperat, et penes quem extiterunt. Nos vero loquimur in herede, ⁊ in casu in quo non apparet, quod ille fuerint penes eum, nec cõsequẽter, ꝙ ille perdite extiterint dolo vel lata culpa eiusdem, sed dicitur, ꝙ hic est heres, ⁊ quod iura allegata, ⁊c. Tum ⁊ qr iura allegata per Specu. ad probandũ ꝙ stari debeat iuramẽto partis, videnẽ loqui in casu in quo precessit dolus vel lata culpa eius contra quẽ iuramentũ defer: ⁊ signanter.l.si quando.C.vnde vi.c.fi.de is que vi met.cau.et gl.in.c.cũ dilecti.de fo.compe. ⁊ ita videtur dictũ Specu. debere intelligi secundũ illa iura que allegat. per id quod no. Bar.in.l.Non solum.§.si liberationis verba.ff.de libe.leg. Propter q̃ profecto nõ sunt sine dubio: consulo tamẽ postq̃ in hoc deuentum est ꝙ pars instet super delatione iuramenti ad probandum interesse. et si obtinere potuerit bene erit, sinautem: qr audio adhuc superesse aliquos testes per quos potest iustificari intentio predicti Audiberti contra dictum magistrũ Thalameo, seu eius heredẽ ⁊ alios cõsules, quod eo casu illi producantur in primo processu, qui admitti debebũt etiã si attestationes aliorũ fuerint publicate: per id quod no. doct. in dicto.c.fraternitatis.ar.c.fin.de proba. Et ita videtur dicendum. Saluo, ⁊c.

¶ De inoffic. testa. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Testator si habet matrẽ ⁊ duos fratres, ⁊ instituit extraneã personã nõ turpẽ: fratres nõ possunt legitimam petere: sed mater poterit petere legitimã que hoc casu est triens secundum communiorem sententiam.

¶ Consilium. cxxxv.



Thema tale est magister Stephanus de Riuo habens matrẽ ⁊ duos fratres vtrinq; cõiũctos suũ vltimum condidit testamentum, in quo honeste mulieri done Claudie eius matri legauit ⁊ iure institutionis reliquit octo florenos, certis dilationibus ⁊ terminis sibi soluẽdos per heredem: Joanni vero, ⁊ Laurentio de riuo eius fratribus vtrinq; coniunctis, ⁊ eorum cuilibet legauit quinque solidos, heredem vero vniuersalẽ instituit ⁊ nominauit honestam mulierem sui ipsius testatoris vxorem: permanens in voluntate eiusmodi, vita functus est ⁊ ab humanis decessit, superstitibus dictis matre, fratribus ⁊ vxore, que hereditatem dicti quondam eius viri adiuit: ⁊ quia mater predicta pretendit dictos octo florenos non sufficere ad legitimam sibi debitam in bonis dicti quondam testatoris, quesitum est quãtum sit dicte matris legitima, an scilicet triens, seu certa pars trientis, ⁊ sic tertia pars eius quod erat habitura abintestato, supposito, scilicet prout verum esse existimo, quod dicta quondam vxor non sit persona turpis. Pro cuius dubij solutione premitto quod docto. mouent in multis locis hãc questionẽ, aut profecto multũ similem: ponũt enim casum in filio habẽtem matrem, ⁊ duos fratres vtrinque coniunctos testante, et matri aliquid relinquẽte iure institutionis, fratres vero pretereunte, ⁊ instituente extraneũ non turpem personam: querunt quanta sit legitima matris, an videlicet triens an tertia pars trientis: in quo articulo variarunt docto. Barto. enim motus rationibus de quibus ibi dicit in repetitione.l.pater filium.versicu.secundo iuxta predicta quero. ff.de inofficioso testamento. quod legitima matris non est triens, sed tertia pars trientis: ⁊ hanc partem videntur sequi Bald. Ange. ⁊ Franciscus de Are.in.l. plane, ⁊c. primo.§.si duobus. ff. de legatis.j. vbi etiam idem videtur voluisse Paulus de castr. motus alia ratione quam Bart. scilicet, quod preteritio fratrum habeatur loco exheredationis, et quod portio expresse exheredati remaneat apud heredem: vt etiam not. idem Pau. in dicto.§. si duobus. quia eius fauore censetur exheredatus per not. in authen.C.de fideicommissis. ⁊ hec in expressa exheredatione, ergo idem in tacita exheredatione. Et quamuis dicat istam opinionem forte esse securiorem, dicit tamen se nõ esse sine dubitatione: in dicta.l.pater filium.in additio. prout ibi refert Bal.ver. nũc vero ad priuationẽ que cõtingit per dispositionem legalem tenuit contrariũ, scilicet, ꝙ imo legitima sit totus triens omniũ bonorũ: ⁊ idẽ voluit ibi Bal.in.d. versi.

Nunc venio. pro quo primo inducit, quia cum frater excludatur a querela, pro mortuo habetur. §. sed nostra. institut. de successio. liber. ⁊ in authentica, de nupt. §. soluto. versicu. si quis eum. Qui enim non admittitur ad partem nec admitti speratur, non facit partem. l. si post mortem. §. liberi. ff. de bonor. possessio. contra tabul. sed frater non admittitur ad partem, nec admitti speratur, ergo non facit partem. l. qui repudiantis. ⁊ l. si proponas. ff. de inofficioso testamen. ⁊ licet illa iura loquantur in querela, idem tamen est in iure agendi ad supplemētum quod succedit loco querele. l. omnimodo. C. de inofficio. testam. Hanc partem etiam sequutus est idem Baldus in dicta authent. nouissima. in octaua questione. vbi etiam Salicet. qui pro hac sententia multa inducit vbi, vt referunt Bald. Salicet. ⁊ alij in multis locis, hanc partem tenuit Jacob. Butri. in quadam questione per eum disputata: ideo pro hac parte etiam effectualiter consuluit Oldrad. motus multis ⁊ subtilibus rationibus. consi. cxxiij. exordiente, quidam Pontius multos habens descendentes. etiam Paul. de Cast. in d. l. plane. §. si duobus. prope finem. dicit, non diu habuisse questionē de facto ⁊ se fuisse sequutū plurium sententiam, ⁊ est verum eum consuluisse vt apparet cons. cclxxxv. exordiente, quoniam fundamentum huius articuli, ⁊c. versicu. in quarto casu principali. vbi dicit, quod licet fratri debeatur hereditas fraterna ab intestato, non tamen debetur sibi legitima nisi sit factum testamentum ⁊ turpis persona instituta, sicut ⁊ alijs venientibus ab intestato debetur hereditas ab intestato, ⁊ tamen non semper debetur legitima: nam illis quibus debetur nisi relinquatur possunt querelare. Fratres vero ⁊ alij multi quibus ab intestato debetur hereditas, hoc est qui ab intestato succedere possunt, querelare non possunt, ergo eis non debetur: Si igitur frater heredem vniuersalem instituat non turpem personam, fratrem vero pretereat, ⁊ matri aliquid relinquat, frater excluditur ex eo quod factum est testamentū, ⁊ quod turpis persona non est heres instituta: ⁊ quia turpis persona non est instituta nunquā fuit sibi legitima delata, sed perinde habetur ac si eidem fratri nunquam debita fuisset successio ab intestato, sed soli matri ex quo frater reperitur totaliter exclusus, ⁊ sic legitima matris debet esse tertia totius assis acsi tota hereditas fuisset ab intestato sibi debita, ⁊ in hoc dicit se sequi opinionem Jacobi Butr. ⁊ Bal. in dicta authentica nouissima. ad fi. Pro hac parte consuluit Raph. Fulg. cons. xxxv. exordiente, proponitur quod materfamilias moriens, ⁊c. Istam partem etiam sequitur Alex. de Jmol. in dicta. l. plane. §. si duobus. ad fin. vbi dicit eā esse magis communem: illam etiam sequitur Alberi. in. l. omnimodo. post principium. C. de inofficio. test. vbi relictis motiuis ⁊ rationibus Oldra. positis in dicto consilio cxxiij. submittit ⁊ ita putat tenendum esse ⁊ notauit ⁊ scripsit Oldrad. in libro suorum consiliorum. illum preterea sequutus est dominus Jason Maynus in dicta authentica nouissima. versic. iiij. Tangit etiam Baldus in octaua questione. ⁊ Fab. de Hnochi. in repetit. eiusdem authent. versicu. quarto queritur incidenter de pulchra ⁊ nobili questione: ⁊ quamuis Franc. de Are. in d. §. si duobus. videatur censisse quod prima opinio sit communior: mihi tamen videtur salua reuerentia tanti patris oppositum, quod, scilicet, imo secunda sit communior: illam enim tenuerunt, vt predixi, Cyn. Jacob. Butr. Bald. Oldr. Alber. Paul. de Cast. in consulendo. Salic. Fulgos. Alexan. de Jmol. do. Jason. ⁊ Fabi. Ista etiam vt referunt doc. fuit opinio Dyn. in d. l. plane. §. si coniugum. ⁊ hanc esse magis communem affirmat, vt predixi, Alexan. de Jmo. in dicto §. si duobus. ad fin. vbi etiam hoc sentit Paulus de Castro dicens, vt iam dixi, se fuisse sequutum sententiam plurium, cui vt subiunxit, omnes concordant excepto Barto. Etiam Raphael Fulgos. in consilio cxxxv. ad finem dicit: Non dubitarem etiam hanc sententiam in negotijs atque disceptationibus forensibus ⁊ causarum diffinitionibus non tantum in scholis disputationis causa subsequi, licet Bartol. solus diuersam sententiam veriorem existimet. Quibus premissis supposita hic secunda opinione pro veriore a qua propterea non est in consulendo vel iudicando recedendum. l. j. versicu. crebrior apud veteres opinio. ff. de officio questor. capitulo nouimus. ⁊ quod ibi Antonius de Butrio, de verborum ⁊ rerum significat. ⁊ c. de inducijs. iij. questione tertia. ⁊ quod not. communiter omnes scribentes in c. j. de constit. ⁊ legiste in. l. fin. C. de pena iudicis qui male iudica. maxime cum non videatur esse ratio vrgens. Respondet Bald. in d. l. pater filium. ⁊ Sali. in d. auth. nouissima. ⁊ sentit Joan. de Jmo. fundamenta Barto. non procedere in d. §. si duobus. ⁊ Paul. de Cast. in d. cons. lxxxv. qui omnes sentiunt frustra queri in hoc articulo ius accrescendi, cum legitima non debeatur in bonis fratris testanti nisi turpem personam heredem instituerit, quod non ponitur in casu: supposita hic secunda opinione pro veriore videtur consequenter dicendū ad quesitum quod legitima huius Claudie matris debeat esse triens omnium bonorum dicti quondam testatoris, eorū, scilicet, que superfuerunt de dicto ere alieno ⁊ funeris impensa, non tertia pars trientis, cum iura motiua ⁊ rationes allegate per docto. pro secunda parte in casu quem permisit etiam sibi locum vendicare, vendicant etiam sibi locum in hoc casu: nisi forte quis dicere voluerit quod secus hic secus ibi, pro eo quia in casu superius proposito ⁊ de quo querunt doctores duo fratres superstites fuerunt per fratrē preteriti ⁊ extraneus non turpis persona heres institutus, sed in casu nostro non fuerunt fratres preteriti sed fuerunt eis ⁊ eorum cuilibet legati quinque solidi, ⁊ ita non sumus in terminis mote questionis, ⁊ ita videretur quod decisio Jacobi Butrij ⁊ sequacium non haberet locum in casu de quo queritur, quod etiam videtur sentire Baldus in dicta authentica nouissima. in fine. vbi dicit quod si in casu questionis disputate per Jacobum Butrium quem superius retuli fratres non essent preteriti sed essent instituti etiam in vno nummo legitima matris non esset nisi tertia tertie: sed hoc non obstat: tum quia non legitur quod dicti fratres fuerint in aliquo instituti per dictum testatorem, sed solum fuerunt eis ⁊ eorum cuilibet legati quinque solidi: Certum est enim quod etiam ille cui legatum est vel relictum, si tamen non fuerit exheredatus vel iure institutionis relictum censetur preteritus. l. ita tamen. §. qui rogatus. in verbo, contra tabulas. ff. ad Senatusconsultum Trebellianum. l. maximum vitium. circa medium. in verbo, institutione, preterit. C. de liberis preteritis, vel exheredatis. authentica vt cum de appellatione cognoscitur. §. aliud quoque. tum ⁊ quia eo ipso quod dictus testator elegit decedere testatus, ⁊ testatus est, ⁊ turpem personam non instituit, habiti sunt ⁊ haberi debuerunt dicti fratres perinde ac si mortui, extitissent in bonis predicti testatoris, ita vt nihil petere possint vltra id quod relictum est. ⁊ quidem non ab intestato quia testatus est, non etiam ex testamento, ⁊ hoc iure pretense legitime que eis nulla debetur isto casu: debet igitur dicta Claudia mater habere integram legitimam postquam non habet in ea concurrentem: nec dico eam habere debere partim iure proprio ⁊ partim iure accrescendi quasi eidem accreuerint partes fratrum testatoris, sed dico etiam quod eā habere debet iure proprio ⁊ iure non decrescendi, ⁊ hoc per submotionem obstaculi factam per testatorem in testando ⁊ turpem non instituendo, ⁊ non debet ipsa Claudia mater ab ipso integro iure vel parte illius sine culpa sua submoueri per dictum testamentum, hoc enim nō est permissum. l. si quis in suo. §. legis. C. de inofficio. test. Preterea si oportune aduertatur ad rationes ⁊ fundamēta quibus vtuntur ⁊ se fulciunt illi qui tenent matrem venire ad trientem totius substantie in casu supra mentionato, et de quo querunt doctores illi qui tenent locum habere etiam eo casu quo aliquid esset legatum vel relictum fratribus, quia certum est quod illud habere nō possunt iure legitime quia illa non debetur fratribus preteritis hoc est via testati cum turpis persona non fuit instituta: ⁊ hoc etiam sentit Raph. Fulgos. in dicto consil. cxxxv. vbi ponit casum in matre familias habente matrem ⁊ duas sorores quas in certa quantitate heredes particulares instituit ⁊ extraneum heredem vniuersalem et tamen consuluit legitimam matris esse trientem omnium bonorum: idem etiam voluit Fabia. de Hnochi in repet. dicte authen. nouissima. nota. vers. quarto queritur. circa fin. illius questionis. Propterea quāuis Bald. in d. authenti. nouissima. circa fin. dixerit id quod supra retuli, ipse tamen subiungit quod illud indigebat altiori indagine, ⁊ quod ideo non firmabat, ⁊ illud videtur etiam verius et humanius, in hoc articulo, scilicet, a dicta integra legitima triens substantie seu actus non excludatur dicta Claudia mater, et signanter propter illam vilem summam fratribus predicti testatoris relictam: Cum enim illi nec habeant nec habere possint vel sperent legitimam aut in ea concurrere cum dicta eorum matre, non est ista mater impedienda quominus dictam integram legitimam habeat: non enim piget principem in ambiguis atque legum diuersis interpretationibus turbidas causas benigne atque naturali moderamine temperare. l. non fine. circa medium. vers. ac tamen consequens est, ⁊c.

¶ De vulg. ⁊ pupil. subst. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Substitutio facta in testamento sororis ⁊ suorum liberorum refertur ad liberos sororis non ipsius testatoris.

1 Substitutio fit caduca si substitutus decedat ante eum cui ipse est substitutus.
2 Pronomen suus, an ad testatorem vel heredem referatur.
3 Verba sunt interpretanda secundũ communē vsum loquendi, ⁊ cum ab idiotis proferũtur intelliguntur grosso modo.

¶ Consilium. cxxxvi.


PRo faciliori respon
sione eorum de quibus queritur parte
nobilium Augerij de Agonto ⁊ sororum,
premitto quod substitutio facta
per nobilem quondam virum Bertrandum
de Rosseto de nobili Raymundo
de Rosseto eius fratre expirauit, ⁊ facta est caduca quo ad
personam eiusdem nobilis Raymundi, pro eo quia ille vita
functus est et ab humanis decessit superstite nobili Ma-
1 gdalena de Rosseto eius † nepte, cui idem Raymundus
substitutus extiterat. l. j. §. sinantem sub conditione. C. de caducis
toll. pro hoc ponit multas remissiones Oldr. consilio
cxxxi. exordiente, Quidam habens tres filias. Premitto insuper
quod de iure communi videtur quod verbum, ⁊ suos,
positum in dicta substitutione debeat referri ad suos ipsius
testatoris, non ad suos ipsius nobilis Raymundi in quem
confertur dispositio testatoris, per id quod habetur in. l. ex
facto. in prin. iuncta gl. super verbo, suam. ff. ad Treb. vbi gl.
exponit verbum suũ, dicit, scilicet, rogãtis. ⁊ dicit Bar. quod
sepe accidit cum notarij conficiunt testamenta per verba tertie
persone, dubitatur enim an hoc pronomen suus. sua, suũ,
2 referatur ad ipsum † testatorem, vel heredē eius, ⁊ dicit quod
in dubio referatur ad testatorē, nisi aliud de mente appareat:
⁊ idem voluit Bar. in. l. cum in testamento. ff. de aur. ⁊ argen.
leg. Alex. de Jmol. cons. lvj. exordiente, cõsulentes verbis testamenti,
⁊c. in j. vol. ⁊ Jo. Raym. in suo trac. iuratis. Verũ
quamuis ita videantur teansire docto. tamen de cõmuni vsu
loquendi ⁊ scribendi notarij etiam si scribant testamenta in
tertia persona solent referre pronomen, suus, sua, suum, non
ad ipsum testantem vel disponentem, sed ad heredē in quem
confertur dispositio: ita quod ipsi intelligãt de suis ipsius in
quem confertur dispositio, non de suis ipsius testatoris, seu
disponētis: vt verbi gratia, si dicatur notario, scribe quod ego
Stephanus heredem meũ instituo Semproniũ, ⁊ suos: scribet
notarius loquens in tertia persona quod Stephanus instituit
heredem Semproniũ ⁊ suos: ⁊ sciui ita fieri per notarios
in regno, in Dalphinatu, in Prouincia, ⁊ in ista patria:
propter quod considerato ⁊ attento isto cõmuni vsu loquēdi
seu scribēdi, ⁊ qui, vt existimo, etiã erat tempore cõditi
testamēti deberet dictũ verbũ, ⁊ suos, intelligi de suis ipsius
nobilis Raymundi in quem cõferebatur dispositio predicti
testatoris, non de suis ipsius quondam nobilis Bertrãdi testatoris,
per id quod dici solet de vsu loquēdi, de quo dicitur,
quod in exaudiendis sermonib⁹, vsus, omni regule, omnique
cõstitutioni derogat solus. l. liberorũ. §. quid ergo. ⁊ quod ibi
gl. ff. de leg. iij. l. semper in stipulationib⁹. ff. de reg. iur. ⁊ c. ex
literis. in fi. de spon. ⁊ l. libe. ff. de supel. lega. quod etiã voluit
Pan. in c. j. de iud. ⁊ Old. cons. clxviij. exordiente, ad primam
questionem, ⁊c. vers. ad tertiam questionē, ⁊c. ibi si autē sic certum
est. Ant. de But. cons. xij. exordiēte, viso puncto, ⁊ questis
supra positis. Jo. de Jmo. in. l. si vero. §. de vno. vers. sexto
fallit quãdo extensio fieret, ⁊c. ff. solu. mat. pro quo facit. l. vel
vniuersorum. ff. de pigno. actio. forte vero opponetur de hoc
quod no. Bal. in. l. lege xij. tabu. ver. item filiũ fratris, ⁊c. C. de
3 legi. hered. vbi voluit Bal. quod sermones † q̃ fiunt in vulgari
sermone debent interpretari secundum cõmunem modum
loquēdi, sed si sint sermones literati debēt interpretari secundum
artē literarum. vel secundum grossum modũ loquēdi literaliter:
pro quo allegat not. per Cyn. in. l. si cum ante, C. de
dona. ante nup. ⁊ quod not. gl. in d. l. liberorum. §. quid tñ casus.
⁊ facit quod no. Bar. in. l. si quis filiabus. ff. de testa. tut.
dum dicit quod verba notarij debent intelligi secundũ iuris
interpretationē, non secundũ quod idiote accipiunt per no.
in. l. prima. C. de vsur. ⁊ in. l. sciendum. ff. de verbo. obligatio.
⁊ idem est de mente Baldi in capitu. primo. in princip. versiculo,
modo quero quantum ad iuris effectum, ⁊c. ibi preterea
communis vsus loquendi. vbi voluit, quod quando verba
proferũtur ab idiotis ⁊ vulgaribus tũc intelligũtur grosso
modo, dicta. l. si cum ante. C. de dona. ante nup. vbi per Cyn.
quando vero proferuntur a statutarijs ⁊ iurisperitis tũc nõ
respiciamus quomodo loquantur ideote, sed quomodo loquantur
legiste, ar. l. stipulatio ista habere licere. §. hijs quoque.
ff. de verborum obligatio. Cum ergo notarij presumãtur
periti, ⁊ iuriste sentiãt in casu, de quo q̃ritur, quod verbum
suos, debet referri ad suos ipsius testantis seu disponentis,
non ad suos ipsius in quem dispositio confertur, videtur
ꝙ in casu nostro sui ipsius nobilis Bertrandi, vtpote
eius mater que tunc viuebat, alioquin nobilis Maria soror
censeatur inuitata, non dicti N. N. qui sunt sui ipsius nobilis
quondã Raymundi in quem cõferebatur dispositio:
que predicta forte possent procedere in dubio: sed puto ꝙ si
querãtur a notarijs testamenta recipientibus, et ea scribentibus
in tertia psona vt scribant institutionē de qua supra facta
est mentio, scilicet, per Stephanum, ipsi scribent prout
dixi, ⁊ ibi facerent, si q̃s heredi p se instituto diceret se substituere
Stephanum ⁊ suos, scriberēt enim Stephanum et
suos, intelligentes per verbũ suos, de suis ipsius Stephani
substituti, non de suis substituentis: ⁊ pro hoc etiã videntur
facere verba substitutionis facte per eundē testatorē nobili
Francesie eius filie de nobili Dalphina de Rosseto eiusdē
testatoris sorore et suis liberis, in qua substitutione nõ cēsetur
idē testator inuitasse suos liberos sui ipsi⁹, sed poti⁹ liberos
dicte nobilis Dalphine: hinc nõ est verisimile, ꝙ ipse prepo
suisset dictã nobilē Dalphinam sororē suã liberis suis ipsius
testãtoris. l. cum accutissimi. ⁊ quod ibi docto. C. de fideicõmis.
l. generaliter. §. cũ autē. C. de instit. ⁊ substi. et. l. cũ auus.
ff. de cõdi. et demõ. substituēdo igitur dicte nobilis Frãcesie
eius filie prefatã nobilē Dalphinã, seu ipsius testatoris sororē
et suos liberos, censent̃ substituisse nõ quidē liberos sui
ipsius de quib⁹ non videtur cogitasse, sed liberos dicte nobilis
Dalphine. Preterea si diceremus eundē testatorē sensisse
de suis sui ipsius, nõ de suis dicti nobilis Raymundi esset
mirũ, ꝙ non fecisset mentionē specialē de matre sua que viuebat,
et dicta nobili Maria eius sorore, debuerat enim hoc
facere, quod ⁊ verisimiliter fecisset ⁊ subiecisset clausulam de
alijs suis si voluisset inuitare suos ipsius testatoris: Quibus
premissis, respondeo ad primum quesitũ sub correctione cuiuslibet
dñi melius sentientis, ꝙ dicti nobiles N. N. censeantur
substituti, ⁊ per hoc patet etiam responsio ad tertiũ
⁊ vltimũ quesitũ. Ad secundum dico et respondeo, ꝙ in hac
materia dicuntur sui venientes abintestato, ⁊ qui ab intestato
secundũ prerogatiuam poterant eidem Raymundo succedere:
pro quo poterat videri quod not. glo. in. l. si femina.
C. ad turpilianum. Pau. de ca. consilio. ccclij. exordiēte, visis
omnibus punctis. versi. sed respondeo istud verbum ⁊ suos
⁊c. ⁊ And. Barb. in repeti. dicte. l. cũ accutissimi. versic. nunc
obstat tex. ⁊c. ⁊ consi. xxviij. exordiēte, clementissimi Dei patris
domini nostri Jesu Christi p̃sidio humiliter implorato.
visis dubijs, ⁊c. ver. cum ergo dicta. l. cum accutissimi. ibi,
tamē dico ꝙ illud verbũ suis, in secũda parte. qui omnes sentiunt
post dictã glo. in dicta. l. si femina. ꝙ verbum suos, comprehendit
nõ solũ suos, hoc est qui in potestate, ⁊c. vel alios
descendentes, sed etiã collaterales: quod etiam voluit Bal.
in. l. petitionē. C. de aduoca. diuerso. iudi. vbi colligit̃ ꝙ appellatione
suorũ veniunt etiam trãsuersales vsque ad quartum
gradum. allegat quod habetur in dicta. l. si femina. ⁊ in
l. lex Cornelia. in princip. ff. de iniur. Multa pro hoc inducit
Paul. de ca. in dicto cõsi. ccclij. verũ quãuis appellatiõe
suorum simul veniant, nõ solum descendentes, sed etiã ascendentes
⁊ collaterales, q: tamen hoc verbum est collectiuum,
per ipsum censentur inuitati nõ simul omnes sui, sed qui tenent
prerogatiuã grad⁹, cuiusmodi sunt dicti nepotes eiusdem
quõdã Raymundi. l. Peto. §. fratre. ff. de leg. ij. ⁊ quod
not. Ang. ⁊ omnes scribentes in. l. fin. C. de verborum significatio.
Que dixerim, ⁊c.

¶ De restit. spolia. Rubri.

¶ Epitome.

¶ Spoliasse aut priuasse dici nõ potest is qui animalia sua in terra ⁊ nemore immisit secundũ possessionem quam habet immittendi seu depascendi.

1 Spoliatus vt aliquis dicatur opus est vt possideat.
2 Occurrere ante tempus melius est quam post causam vul-

neratum remedium querere.
3 Possessionem suam continuans aduersarium non spoliat.
4 Exceptio alias bene concludens quamuis tempore incom-
petenti proposita: & propterea non admissibilis si fuerit ad-
missa & probata, debet secundum eam pronuntiari.
5 Testes reprobari non possunt ab ea parte que eos in diuer
sa causa produxit.
6 Articuli quando dicantur non contrarij sed diuersi.
7 Scripture notarij potius credendum est quam testibus, si di
uersitas inter scripturam notarij & testes examinatos re-
periatur.

¶ Consilium.cxxxvij.



PRo faciliori ostensio-
ne boni iuris prouidorum virorum Bertoni
Colleti & consortum, insuper & vniuersitatis
hominum loci sancti Donati in quadam cau
sa dudum cepta, per & inter nobiles Peyro-
netam Rostagne matrem nobilis Jacobi Payni, et ve-
nerabilem virum dominum Ludouicum Payni tutores &
tutorio nomine dicti Jacobi, eis iuncto venerabili viro do-
mino procuratore fiscali Dalphinalis curie maioris Vien-
nēsis, & Valentinensis ex vna parte, & dictū Bertonum Col
leti & consortes principaliter conuentos, necnon vniuersi-
tatem loci predicti sancti Donati seu Syndicos pro & no-
mine illius interuenientes partibus ex altera. Premitto
quod causa huiusmodi cepta est per & inter partes predi-
ctas pretextu & ad causam implorationis statuti Dalphina
lis: si quis per literas parte dictorum do. procuratoris & tu-
torum tutorio nomine predicto antea intentati: & in eius
cause exordio petierunt prefati domin. procurator fiscalis &
tutores declarari eosdem conuentos incidisse in penam de-
cem marcharum argenti, & illam fisco Dalphinali adiudica-
ri. petierunt etiam dicti tutores seu eorum alter expensas
damna & interesse partis implorantis taxari, ipsos Berto-
num & consortes pretensos volentes cogi & compelli ad so-
lutionem expensarum damnorum & interesse huiusmodi co-
gi & compelli. Premitto insuper quod aduersus petitionem
huiusmodi, & vt apparet illam de iure non procedere oppo-
suerunt dicti rei conuenti & interuenti de contrario possesso
rio vobis nobili, & inserta fol. xx. de quo plenam fidem fece-
runt vt apparet ex his que dixerunt & deposuerunt testes
parte eorum producti super iij. et. ix. articulis schedule pro-
ducte. de eo etiam plene docuerunt vt apparet ex depositio-
nibus testium parte ipsorum productorum & examinatorum
super articulis exordientibus, Plenius deducendo, insertis
fol. 82. & presertim super quinque primis ac 9. & 10. articu-
lis eiusdem schedule, quo fit vt appareat dictos Bertonum
& consortes non spoliasse dictum nobilem Jacobum preten
sa possessione terre & nemoris in actis dicte cause latius
expressis seu iuris & facultatis eisdem prohibendi quomi-
nus animalia sua in eisdem terra & nemore immitterent, te-
nerent, & depascerent: Cum enim ante tempus & tempore
pretense ex aduerso eiectionis fuissent & essent homines san-
cti Donati in possessione dicta eorum animalia inibi immit
1 tendi, tenendi, & depascendi, dici non possunt † spoliasse
aut priuasse dictum Jacobum Payani dicta pretensa pos-
sessione iuris seu facultatis inhibendi ex cap. consultationi-
bus. de offic. delegati. Ad hoc enim vt quis spoliari possit
opus est quod possideat. vt probatur in dicto cap. ad quod
facit. l. manumissiones. ff. de iustit. & iur. & l. decem. ff. de ver-
borum obliga. nec ex hoc sunt culpandi dicti Bertonus et
consortes qui pretenduntur turba coadunata venisse ad ter-
ram & nemus predictis, & in illis animalia porcina & alia ad
depascendum immisisse, & illa ibi tenuisse etiam si hoc preten
derentur fecisse cum armis, quia quamuis conuenticule ad
malum tendentes sint de iure reprobate. l. conuenticulam.
C. de episcop. & cleric. & in j. §. conuenticulas. & quod ibi glo.
de pace iuram. firm. secus tamen est si propter aliquod lici-
tum aliqui conueniant in vnum, quia tunc hoc non est pro-
hibitum sed permissum, & vt dicunt alij & dom. Preposit. in
dicto. §. conuenticulam. Finge quod fuerim eiectus e pos-
sessione mea, possum enim incontinenti congregare amicos
& recuperare possessionem. vt not. glos. in. l. iij. §. cum igitur. &
in. l. cum fundum. ff. de vi & vi armata. quoniam si ita est mul
to magis possunt congregare personas ad se defendendum,
vt cum dicat. l. j. C. quando lic. vnicuique sine iudi. se vindica-
2 re. quod melius est † ante tempus occurrere, & sic intacta iu
ra seruari quam post causam vulneratā remedium querere. l.
fi. C. in quib. caus. in integ. rest. non est neces. facit quod notat
Bar. in. l. probatum. C. de iur. fis. lib. x. & in. l. deuotū. C. de me.
& epid. lib. xij. & But. cons. lj. exordiēte, dicitur quod opus no
uum. in j. parte. Dicti igitur Bertonus & alij dici non potue
runt aut debent dictum nobilem Jacobū spoliasse aut ei vio
lentiā intulisse, sed potius continuasse suam possessionē quod
eis facere licuit: quia qui suam possessionem continuat aduer
3 sarium † non spoliat. vt not. in c. ad decimas. de restitut. spo
liator. in sexto. & ita non fuit locus implorationi predicti sta
tuti, quia huic casui non poterant nec possunt adaptari ver-
ba statuti, ergo nec illi adaptari potuit vel potest disposi-
tio illius. l. iiij. §. totiens. ff. de damno infecto. l. j. §. sequitur.
ff. de aqua quotidia. & esti. l. si seruum quis. §. non dicit. ff. de
acquir. hered. & l. ita autem. cum suis similib. ff. de administr.
tutor. & quod voluit Paul. de Castr. consi. iiij. & consilio xj. &
Roma. consil. ccccxlij. & consi. ccccxij. Non est autem dubium
quin de predictis opponi potuerit ad fines ostēdendi quod
non fuerit locus predicto statuto, Si quis per literas. Pro
quo facit quod no. Inn. in c. tua. in magna glo. vers. sed quod
est mirabile. de cohabita. cleric. & mulier. & Anton. de Butr.
in repetit. c. vestra. versicu. vnum non omitto, &c. eodem titu.
qui sentiunt, quod si post sententiam latam super aliquo su-
per quo processum extiterat tanquam super notorio appa-
reat illud non fuisse notorium, processus est nullus, quamuis
opponens de nullitate post sententiā grauetur in hoc, quia
probare tenetur processum nullum, probando illud nō fuisse
verum vel notorium, & est simile secundum Anto. de Butri.
vbi supra in exceptione falsi procuratoris post litis conte-
stationem opposita, per id quod not. Innoc. in. ca. quoniam
contra. de probat. in. c. primo. de eo qui ordines furti. susce-
pit. ergo a simili cum in casu nostro processum extiterit con-
tra dictos Bertonum colleti & consortes tanquam contra
pretensos violētos spoliatores dicti nobilis Jacobi, & nunc
appareat eos fuisse in possessione tempore pretense aggres-
sionis & ante, & sic non spoliasse, seu eiecisse, sed potius con-
tinuasse dictam eorum possessionem, palam infertur, non fuis
se locum predicto statuto, quod etiam voluit dom. Guy. pa.
in dicto statuto si quis per literas. super verbo, per decem
dies, in princ. & in versic. si tunc cautus aduocatus, &c. & su-
per verbo testis. versic. sed pone quod assertas violentias, &c.
Preterea vbi essemus in casu in quo dici posset quod post
latam sententiam non posset opponi coram iudice a quo, sed
oportuisset appellationem interponere, prout non sumus,
quia de hoc opponit, & parte oportune non opponente seu
resistente vt de hoc facta est plena fides, debuit & debet pre-
tensa reintegratio que non fuit nisi turbatio possessionis di-
ctorum de sancto Donato reuocari. per id quod not. glos. in
c. cum contingat. de offic. deleg. & apertius Innocen. in capi.
cum delicta. de rescript. & in c. cum Bertoldus. de re iudica.
Dicit enim glo. vbi supra, quod si exceptio alias bene con-
4 cludens, quamuis † tempore incōpetenti proposita, & pro-
pterea non admissibilis fuerit admissa, & probata debet se-
cundum eam pronuntiari, alias posset appellari: vt singula-
riter dicit dicta glos. quam sic intellectam dicit Panormita.
in capit. cum contingat. nescire alibi. Inno. vero in dictis lo-
cis loquitur apertius, & sequuntur doct. in dicto capitu. cum
contingat. dicentes quod si in exequutione sententie que trā-
siuit in rem iudicatam opponatur exceptio iniustitie & pro-
betur, certe quamuis admitti non debuisset ex quo sententia
transiuerat in rem iudicatam. capit. cum inter monasterium.
de re iudica. tamen ex quo de facto fuit admissa debet iudex
pronuntiare super iniustitia de qua cognouit, vt voluit In-
nocen. in dictis locis, & c. cum super. de cau. posses. & proprie.
& sequuntur cano. in multis locis. & pro hoc patet quod alle-
gatur in quadam schedula, exordiente, visis actis & agitatis
in causa statuti ex parte dictorum domini procuratoris fisca
lis & nobilis Jacobi producta: quia, vt dixi, hic apparet de
nullitate processus postquam ex dictis & probatis parte di
ctorum de sancto Donato apparet non fuisse locum dicto
statuto, Si quis, &c. Et vbi de possessione eorundem de san-
cto Donato opponi non potuisset coram nobili & egregio
viro domino vice Bayliuo curie prementionate post fa-
ctam pretēsam reintegrationem prout opponi potuit, etiam
secundum stylum curiarum Dalphinalium, quia tamen de
illa fuit oppositum, & deinde illius facta plena probatio ita
vt apparuerit & appareat dictos de sancto Donato nō fuis-
se violentos spoliatores sed possessionem continuasse, debuit
& debet ista pretensa reintegra retractari per predicta: nec
obstat quod in dicta pretensa schedula opponitur, scilicet,
quod

ꝙ dicti de sancto Donato non possunt opponere de proprie
tate, cum illa priuati extiterint preter pretensam violentiam,
quoniam respondeo quod hoc non procedit in hoc casu in
quo, vt dixi, apparet quod dicti de sancto Donato non fue-
runt violenti eiectores, ⁊ quod non fuerit locus statuto.
Posset enim fortasse ꝓcedere quãuis nõ semper vbi fuisset
plene probatũ dictum nobilem Jacobum fuisse notorie in
possessione per eum allegate videntibus, scientibus, ⁊ pa-
tientibus, dictis de sancto Donato, ⁊ eo casu quo ipsi per
plures testes ⁊ magis idoneos non probassent se fuisse in
possessione seu quasi sua animalia immittendi, tenendi, ⁊ de-
pascendi in petia terre ⁊ nemoris in actis dicte cause men-
tionatarum, ⁊ etiam in pretensa garena a tempore quo pre-
tenditur fuisse plechiata, prout probatum est. Premissis nõ
obstant quidam pretensi obiectus, presertim quatenus op-
ponitur ꝙ non sit fides adhibenda quibusdam testibus par-
te dictorum de sancto Donato in hac causa productis ⁊
examinatis, illis, scilicet, qui sunt de mãdamento sancti Do-
nati, ⁊ illis qui sunt de locis circumuicinis, quoniam respon
deo ꝙ vt apparet ex attestationibus testium parte nobilis
Jacobi Payni in hac causa productorum dicti tutores illos
vel multos alios de dicto mandato ⁊ locis circumuicinis
5 produxerũt in diuersis † examinibus, ⁊ super multis schedu-
lis, propter quod censendi sunt illos approbasse, per id quod
habetur in. l. si quis testibus. ⁊ quod ibi scribentes. C. de te-
stib. adduco ꝙ non solum predicti sed etiam multi alij de-
posuerunt de possessione dictorum de sancto Donato, quo
fit vt horum omnium numerus qui magnus est supplere de-
beat ⁊ suppleat defectum qualitatis seu idoneitatis, si
quis in eis existeret, per id quod no. Jac. Butri. in. l. iij. post
princi. ff. de testi. ⁊ per id quod not. ibi. glo. in. §. cuiusdam. in
verbo numerus. dum dicit, illud quod defecit in fide ver. te-
stium supplet numerus. facit quod nõ Jo. And. in addi. spe-
cul. tit. de notorio crimine. §. fama. in addi. que incipit alle-
gato supra Joã. de Imo. in. l. qui testamento. vbi secus si
essent octo quorum forte, ⁊c. ff. de testa. Nicola. de Neapoli.
vbi expresse hoc tenet in. l. excusantur. in princ. ff. de excusa.
tuto. qui allegando in dicto verbo numerus. dicit etiam non
esse alibi. Propterea facit quod no. glo. in. l. si quis ex argen-
tarijs. §. j. ⁊ quod ibi Bald. ⁊ Alexan. de Imo. ff. de eden. ⁊
quod plene not. do. Jason may. in authẽ. Si vero contige-
rit. ver. tu autem certa mente pondera. ⁊ multis ver. se. C. de
iudi. Preterea etiam si esset verum ꝙ mediante certo pre-
tenso tributo quod dare dicũtur aliqui de locis circumuici-
nis mandamenti sancti Donati, possent illi animalia sua im
mittere ad depascendum in dicto territorio sancti Donati,
non propterea debent illi repelli, quia non apparet quod
illi contendant se habere ius depascendi in dicto territorio:
forte enim aliquando inibi depascunt animalia ex causa ar-
rendamenti aut venditionis herbe quod vel quam eisdẽ fa-
ciunt homines vel dominus predicti mandamenti, ⁊ ita non
apparet de pretenso eorum interesse. Preterea nec etiam ob
stat quod opponitur testes parte dictorum de sancto Dona
to examinatos super primis eorum articulis deposuisse vni-
te, ⁊ postea super alijs articulis, scilicet, secundo, tertio pro-
ductis eos plus deposuisse, ⁊ dixisse ⁊ ita aliter, ꝓpter quod
pretendit pars aduersa fidem non esse eisdem adhibendam:
quoniam respondeo ꝙ etiam si istud verum esset non tamen
videtur eorum dictum debere impugnari, per id quod not.
Bar. Ange. ⁊ moder. in. l. cum furti. ff. de condit. ob cau. Ra
pha. cuma. ⁊ Pau. de cast. in lectu. Bononiensi. in. l. fi. §. qui
in diuina. ff. de lega. ij. quatenus voluit ꝙ si testes simul fue-
rint interrogati super articulo continente ꝙ res valeat
6 centum, ⁊ post publicationem † attestationum fiet articu-
lus ꝙ res valeat centum ⁊ quinquaginta, adhuc testes pos-
sunt examinari, quia articuli non dicuntur contrarij sed di-
uersi. ⁊ dicit Bar. de hoc esse causam in capitu. de testibus.
⁊ quod ibi gloss. de testi. ⁊ capitulo, cum causam que inter
Economum, ⁊c. eod. titul. Preterea quamuis aliqui ex
primis testibus videantur fortasse aliquid addi posse, vt
Petrus briassij, Clemens briassij ⁊ Joannes Rabastel-
li. sunt tamen multi alij qui in prima productione ple-
ne deposuerunt. addo ꝙ in secunda productione in illa
scilicet, que facta est super articulis plenius deducendo
fuerunt producti multi testes qui producti non extiterant
super dictis primis articulis, vt, verbi gratia, Georgius,
Petrus Burgondionis, magister Bartholomeus de sa-
letis, Mattheus laccrij, Martinus iamelloti, Petrus gar,
Joannes meraudi, Vitalis cheualij, Joannes Rabastelli

iunior, Claudius gauterij, Jacobus icariaci, Claudius syl-
uestri, Claudius peyroti, Jordanus borgonionis, Anto-
nius borgonionis, Antonius Rocheti, Dionysius Ra-
basteti ⁊ Antonius Bernandi, qui omnes dixerunt de
possessione seu quasi immittendi in garena, ⁊c. ⁊ addunt
plurimi se immisisse ⁊ depauisse, et vidisse immitti, ⁊ de-
pasci animalia in dicta garena etiam postquam fuit ple-
chiata, quibus opponi non potest ꝙ addiderint aut va-
riauerint, quia antea non fuerunt examinati super dicta
possessione. Etiam nec obstat quod opponitur ꝙ testes
non fuerint examinati super confrontationibus dicte pre-
tense garene seu tenementi dati in emphiteosim seu in al-
bergamentum, quoniam respondeo ꝙ, vt apparet ex de-
positionibus testium proxime nominatorum ⁊ aliorum
plurium ipsi non solum deposuerunt se immisisse ⁊ depa-
uisse seu vidisse immitti ⁊ depasci animalia, infra dictum
tenementum, sed in dicta pretensa garena, et adhuc multi
etiam postquam fuit plechiata: quo fit vt cum non neget
se hoc deposuisse vel dixisse non obstet predicta obiectio: cui
adijcio ꝙ vbi reperietur diuersitas inter scripturã notarij qui
dictos testes examinauit ⁊ testes, vt quia testes asserue-
runt non deposuisse prout scripsit notarius, esset potius
credendum notario seu eius scripture ꝙ̃ testibus. per id
quod no. Cy. in. l. si quis decurio. ver. sed iuxta hoc moueo
vnam questionem, ⁊c. C. de fal. ⁊ ibi de hoc in terminis no-
stris. Sal. ver. quero cum scriptura actorum. per Joan. de
Imo. in. l. j. §. si quis neget. vel circa ver. Item adde quod
tangit. Jaco. de aret. ff. quemadmo. testa. appe. Panor. in. c.
ad audientiam. de prescript. vbi etiam do. Feli. qui etiam po-
nit ibi multas remissiones. ⁊ hoc obseruatur de facto vt
no. Specu. tit. de testi. §. j. ver. sed pone quod Judex non in-
terfuit. ⁊ alibi in alijs locis. Preterea illud non est admit-
tendum, ꝙ etiam si omnia premissa cessarent, que non ces-
sant, non tamen viderentur dicti tutores opportune at-
tentasse pretensum remedium dicti statuti, Si quis per li-
teras ex capite asserte eiectionis seu spolij, sed potius de-
buissent huiusmodi remedium intentare ex capite turbate
possessionis: quia per immissionem quam fecisse dicuntur
dicti Colletus ⁊ cõsortes pretendi non potuerunt spolias-
se dictum nobilem Jacobum, etiam si ipse in possessione
per eum pretensa extitisset, ⁊ dicti Colletus ⁊ alij nullam
possessionem habuissent. pro quo allegasse sufficiat quod
no. Bal. in. l. post sententiam ver. porro si ego possideo. C. de
senten. ⁊ interlo. omnium iudicum. vbi dicit Bal. ꝙ si ego
possideo aliquem feudum ⁊ tu exportes fructus etiam per
vim diceris me turbare non priuare, quia non apparet ꝙ
facias hoc animo priuandi me possessione feudi sed ani-
mo lucrandi fructus: ad quod facit, ꝙ statutum predi-
ctum in primo eius capite requirit eiectionem seu de-
iectionem de re, quod hic factum non est: non enim fuerũt
dictus nobilis Jacobus aut eius pretensi tutores a pos-
sessione preasserte garene expulsi vel deiecti, ⁊ ita huic casui
non adaptantur verba primi capitis statuti, ergo nec di-
spositio illius. l. hoc accusare. §. omnibus. ff. de appella. l. iiij.
§. toties. ff. de dam. infec. ⁊. l. si seruum quis. §. non dixit. cum
suis simil. §§. ff. de acq. heredit. Certum est autem illud pre-
tensum acensamentum seu albergamentum ꝙ de tenemen-
to pecie terre ⁊ nemoris fecisse dicuntur venerabiles ⁊
religiosi viri domini Franciscus bonis sacrista, Antonius
alacris, ⁊ quidam alij in huiuscemodi instrumento acen-
samenti nominati nobili viro Aymerico payni pretenso pa
tri huius Jacobi eidem Jacobo non suffragatur, eo ma-
xime quia non apparuit nec apparet de aliquo iure dicto-
rum religiosorum: quo fit vt concessio seu acensamentum
per eos factum nullum ius transtulerit in dictum Ayma-
rum, quia nemo plus iuris. l. conditio. ff. de acqui. re. domi.
facit. l. cum res. C. de proba. Premissis non obstat quedam
pretensa recognitio quam fecisse pretenditur Jammetus ⁊
Petrus Raymundi fratres de anno domini mile. tri-
centesimo quinquagesimoprimo. ⁊ die. xj. mẽsis Martij. tum
quia non apparet ꝙ illi pretensi recognoscentes tempore
per eos facte recognitionis vel postea tenerent aut posside
rent aut tenuerint ⁊ possederint predictum tenementum seu
assertam garenam inibi mentionatam. Tum ⁊ quia scri-
scriptura dicte pretense recognitionis probatur falsa aut
saltem de falso suspecta, ergo illa non probat. l. iubemus.
C. de proba. per quem tex. voluit Archi. in. c. in memoria. di.
xix. ⁊ post eũ Bal. in dicta. l. iubemus. ꝙ suspicio falsi habe-
atur pro falso. vbi addo verisimile, nec credendum est ꝙ illi

boni viri religiosi si sensissent quod pretendissent ad se pertinere tenementum predictarum continentie, vt pretenditur quadricentarum seu quadrecentum sestariatarum terre dedissent in emphiteosim seu in albergiamentum vel acensamentum sub annuo canone seu seruitio vnius calculi. fuissent enim nimium liberales, dicam prodigi, & parum curiosi & diligentes circa preseruationem rerum ecclesiasticarum, qui etiam hoc facere non potuissent omissa solennitate ecclesiastica, de qua in c. sine exceptione. duodecima questio. ij. facit. c. nulli. & quod ibi scribentes de re. ecclesi. non alie. & ita parum, imo nihil prodest ille assertus titulus albergamenti parte dicti Jacobi in quodam pretenso libello parte eius in dicta causa producto, inserto. fo. l. allegatus. Qui libellus etiam non procedit propter defectum conclusionis, eo scilicet: quia ibi petitur declarari dictos imploratos seu assertos violentos perdidisse eorum ius. Quoniam si essemus in casu in quo dici possent vere violenti prout non sumus, vt apparet ex predictis, ipsi dici non possunt fuisse priuati ipso iure, seu ius suum perdidisse, sed opus esset quod partibus auditis & negotijs opportune examinatis priuarentur iure suo ministerio hominis, hoc est iudicis, & hoc est iuris veritas: quod etiam voluit do. Huy. pa. expositor dicti statuti in verbo mulctabitur. Peti ergo debebat eos priuari, aut puniri in productione dicti iuris non declarari eos perdidisse: etsi do. Huy. pa. in hoc arbiter dicat ipse loquitur inaduertenter, vel in hoc, forte vitio scriptoris, fuit eius glo. corrupta, quod magis credo. Et supposito, citra preiudicium veritatis, ꝙ dictus libellus seruari posset forsasse propter clausulam generalem subiunctam in conclusione, hoc tamen non obesset eisdem reis, pro eo: quia, vt dixi, non conueniũtur fuisse violenti cum probauerint tam super dictis primis articulis ꝙ super alijs exordientibus plenius deducendo, se fuisse in possessione immittendi & depascendi: et ita debent a petitis in dicto pretenso libello dicti rei cum expensarum reportatione absolui. Possent & alia multa dici facientia pro pretensis violẽtijs & contra dictum nobilem Jacobum, a quibus abstineo, pro eo: quia premissa sufficiunt, & quia ad virum doctissimum est mihi sermo. Que dixerim, &c.

De donatio. Rubrica.

Epitome.

Donatio omnium bonorum facta primo masculo, ex aliquo matrimonio procreando valet, & multa de pacto future successionis: & ꝙ potest renuntiari iuribus requirentibus insinuationem.

1 Pactum future successionis an de iure valeat.
2 Donatio facta & collata in tempus post mortem donantis vtrum valeat.
3 Clausula ex nunc prout ex tunc, quid operetur.
4 Pactum in quota siue parte hereditatis offerens testandi facultatem, an valeat.
5 Donari quando possit filio nondum nato.
6 Donatio facta filio futuro in potestate donatoris tempore quo nasceretur, quando valeat.
7 Insinuatio donationis quando requiritur.
8 Primogenitus quis dicatur.

Consilium. cxxxviij.



Ex themate mihi transmisse consultationis parte nobilis viri Jo. de Aladio eliciuntur multa dubia que, vt audio, obijciuntur contra & aduersus donationem quam dudum anno scilicet domini millesi. quadringentesimo septuagesimosecundo. & die penultima mensis Decembris fecisse legitur nobilis quondam vir Gulielmus de Alandio primogenito seu primo procreato masculo ex matrimonio quod tunc fuit contractum per verba de futuro per, et inter ipsum nobilem Gulielmum ex vna parte, et nobilem Catherinam de Joannassio ex alia: Et primo quidem exponitur quod pactum in donatione predicta appositum importare reperi-
1 tur pactum de succedendo † seu future successionis, & quod proposita de iure valere non videtur. l. pactum quod dotali. C. de pact. l. cum donationis. C. de transactio. l. hereditas. C. de pactis conuentis. & l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligatio. nec videtur hoc pactum iuramento firmari secundum Cyn. Barto. Ang. & alios in dicta. l. Pactum quod dotali. pro eo quia est cõtra bonos mores. dicta l. stipulatio. & l. ex eo. ff. de inutili stipulatio. & videntur premissa procedere nõ solũ quando est conuentio seu pactũ totius future successionis seu de succedendo in tota hereditate, sed etiam quando fit pactum de succedẽdo in parte seu quota secundum Pet. de ancha. & Joan. de Jmol. de testa. super Rubrica, quos sequitur Alexand. de Jmo. in dicta. l. stipulatio hoc modo concepta. & in. l. fin. §. fin. de pactis. sed his non obstantibus dico & respondeo donationem huiusmodi non posse ex capite predicti pacti impugnari. Tum quia si opportune attendãtur verba donationis seu pacti de quo in instrumẽto dicti matrimonij & in vim cuius, vt audio, idẽ nobilis Joannes nunc agit, illud non fuit nec est pactum future successionis: certum est enim quod quis potest pro-
2 mittere donare post mortem † alicui bona sua seu partem eorum. l. prima. & quod ibi Alberi. C. vt actio. ab heredi. et contra hered. incipi. l. si quis argentum. §. sed & si quis. C. de donationibus ante nuptias, vel propter nuptias, & sponsalitijs. & quod notat glossa & doctores, in. l. finali. C. de pactis. & gloss. in dicta. l. heredibus. C. de pactis cõuentis, tam super dote, quam super donatione propter nuptias, & parapherniis. & quod voluit Oldradus consilio. cxxxix. exordiẽte, ad habẽdum aliqualem notitiam. circa principium. & Alberi. in dicta. l. fina. in prin. C. de pactis. non igitur ex hoc debet impugnari pactum seu donatio p̃dicta ex eo capite pro eo quia donata est non solum dimidia pars bonorum presentium sed etiam futurorum, quia, vt dixi, illa potuit de iure fieri: nec ex eo quod facta fuit donatio etiam de futuris dici debet pactum fuisse factum de futura successione, quia hic non fuit promissa vt futura successio que non potest deberi nisi aut ex testamento aut ab intestato, dicta autem bonorum medietas debetur in casu de quo queritur ex obligatione saltim effectum habente quãtum ad obligationem licet differatur quantum ad exactionem seu perfectionẽ aut consummationem: & pro hoc secundum Oldradum & Alberi. in locis preallegatis est argu. l. mulier. §. fina. ff. ad trebellia. Nec obstat quod in pacto seu donatione predicta nõ solum fuit donata dimidia pars bonorum presentium & futurorum, sed etiam hereditatis. Tum quia non est ibi dictũ hereditatis singulariter sed hereditatum pluraliter. quo fit vt non videatur dictus nobilis Gulielmus sensisse de hereditate proprie dicta, de qua dici solet quod hereditas nihil aliud est quam successio in vniuersum ius, quod habuit defunctus. l. nihil aliud. ff. de verborum & rerum significatione. & l. hereditas. ff. de regulis iuris. Quia vnius hominis presertim non militis non sunt plures hereditates sed vna dũtaxat. pro quo allegasse sufficiat. l. primã. & quod ibi glossi. et docto. C. de testamento militari. dictus igitur nobilis Gulielmus donans medietatem non solum bonorum sed etiam hereditatum pluraliter non censetur sensisse de donatione hereditatis proprie dicte, sed magis facultatum aut rerum seu bonorum suorum, quamuis verbum bonorum, premisisset. sed notarij aliquando accumulant verba etiam superflua: & pro hoc intellectu facit, quod voluit gloss. in. l. quesitum. §. si mihi seruus. & quod ibi glo. super verbo hereditati. ff. de lega. j. vbi gl. exponit verbum hereditati, id est, bonis, que nunc sunt spe, futura hereditas, & sic nomen destinatum post mortem, imponitur ante mortem. Et dicit Bart. in dicto. §. si mihi seruus, ꝙ illa glo. facit ad questionem: dicit quidam dono tibi hereditatem meam, an valeat illa donatio: vbi post Jac. de are. & Pe. tenet ꝙ sic, pro eo quia ille censetur, voluisse facere heredem eum cui donauit hereditatẽ: etiam nec obstat donationi predicte, ꝙ in dicto instrumento dictum extiterit, ꝙ primus filius masculus habilis remanens in mundo succederet, &c. & ita re vera, videtur fuisse. Tum etiam non obstat, dicta donatio, quia vt apparet ex tenore predicti instrumenti exequutio pacti seu donationis predicti non conferebatur post mortem ipsius donatoris, & hoc apparet relationem vsusfructus medietatis donate quam sibi ad vitam reliquit: & sic postea nascente filio censetur sibi dictam dimidiam partem transmisisse, & in eum transtulisse dominium & possessionem medietatis bonorum. l. quisquis. & l. si quis argentum. §. sed si quidem. C. de donationibus. & quod not. docto. in. l. posside-

ri in

ri.in principio.ff.de acquirenda possessione.in.l.traditionibus.C.de pactis.⁊ in cap.ij.de consue.⁊ pro predictis,scilicet, quod noluerit dictus donator post mortem suam differri executionem dicte eius donationis etiam apparet propter illa verba, et quod medietatem indiuisam ipsorum omnium bonorum,chabencie,et hereditatum,cum medietate,vt predictum est, onerum ⁊ honorum pleno iure voluit ex nunc,⁊ tenore huius publici instrumenti ac perpetuo pertinere,⁊ pertinere debere dicto suo libero primo genito masculo habili.vt predictum est: Imo exnunc prout tunc,vbi aduertendum est ad verbum ex nunc, primo positum,⁊ ad verba, Imo exnunc prout tunc, quia magni sunt effectus.pro quo allegasse sufficiat quod ita habetur in.l. si ita stipula.fuero. si Titius.in princip. cum ibi nota. per Bartolum.ff.de verborum obligatio.et quod not. Angel. ⁊ Alexan.de Imo.in.l. huiusmodi.ff.eod.tit.⁊ per hec patet ꝙ etiam donationi predicte non obstat ꝙ dictum fuerit ꝙ primus masculus succederet, ⁊c. quia vt apparet ex predictis dictus donator non sensit simpliciter de successione post mortem sui ipsius, cum voluerit dictum primum masculum etiam se viuo habere dictam dimidiam partem, ibi tamen retento vsufructu illius dimidie partis. Preterea supposito,ꝙ de iure communi, non valeat pactum future successionis quando scilicet,fit de ⁊ super tota hereditate, quia tunc videtur auferre liberam testandi facultatem, secus tamen videtur quando fit pactum de parte seu quota hereditatis, quia tunc non aufert liberam testandi facultatem quoad aliam partem,secundum Pe.Cy.Albe.⁊ Bal. in dicta.l.fi.§.fin.de pac.quod etiam voluit ibi Jo.fa.quando pactum fit tempore matrimonij contracti, ⁊ in fauorem liberorum ex illo procreandorum:pro quo allegant.c.j.de filijs natis ex matrimo.ad morgan.contrac.in vsib.feud.c.filij. si de feu.fuer.controuer.⁊ quamuis Jo.fa.videatur sentire ꝙ tali pacto possit renuntiari: audio tamen ꝙ insigne regiū parlamentum Tholose residens solet iudicare contrarium in causis nobilium,inter quos solent tales pactiones ⁊ in regno, et in Dalphinatu,et in prouincia sepe contingere:et ibi refert domi. Stephan.in aufred. in decisionibus capelle Tholosane.q.iiij.c. lij.⁊.q.se. Quinimo plus dicit ⁊ refert idem doctor in dicta.q.iiij.c.lij. ꝙ si fiat pactum inter nobiles in contractu matrimonij ꝙ primo genitus ex vno matrimonio nasciturus sit heres vniuersalis, ⁊ post mortem succedat, dictum insigne parlamentum solet in arrestis sequi conuentionem seu pactum. Dicit etiam et refert idem doctor ꝙ de generali consuetudine ita obseruatur in regno inter nobiles: et quia decisiones huiusmodi habentur in Nemauso. vbi etiam satis cognitum existimo ꝙ inibi ⁊ in regno obseruatur. Ego vlterius non insisto,concludens tamen pactum seu donationem valuisse et valere, ⁊ per hoc patet responsio ad primam obiectionem. Secundo opponitur vel forte videtur posse opponi quod dicta donatio seu pactum non valuerit pro eo: quia donatio huiusmodi facta est filio masculo nondum nato, et sic non existenti in rerum natura, cui propterea non videtur potuisse donari.c. abbate sane.de re iudi.in.vj.⁊ quod not. Bart.in.l.seruus ad custodiam. ff. de alimen. ⁊ ciba.lega. Panor.in.c.ad audientiam.de eccle.edifi. et Flori.in.l. ex parte. §.seruo. ver. extra videtur iste text. ff. familie ercisc. Sed ijs non obstantibus dico contrarium, scilicet, quod pactum seu donatio predicta, impugnari non possit ex eo capite:quia tempore illius nondum natus erat aut conceptus dictus Joannes de Alandio: pro quo in primis induco quod no. Joānes Fa.in dicta.l.fi.versiculo, Itē quod si pactum fuit ⁊c.C.de pactis.⁊ dominus Stephanus Aufre.in addi. ad dictas duas questiones qui ponit multas bonas remissiones: ⁊ ita etiam fuit alias decisum per parlamentum Dalphinale decisione ducentesima septuagesimaseptima. exordiente, pactum factum in contractu matrimonij quod primus filius masculus nasciturus succederet, ⁊c. pro qua decisione videtur allegari.l. diui. §. pactis C. de natura. libe.⁊.l.si inter. ff. de pact. dotali. Pro quo facit quia per pactum validum, vel stipulationē futuri patris, vel notarij potest acquiri filio nondum nato.l.si quis operas. ff. de ope.liber.l. Paulus.§. Paulus respondit.ff.de bonis libertorum ⁊ iure patronatus. ⁊ dicta. l. diui. §. pactis. l. non aliter. ff. de adoptionibus ⁊ emancipationibus, ⁊ alijs modis,quibus patria potestas soluitur.l. Caius. ff. de vsur. l. si pupillus. ff. Rem pupilli,vel adolescentis, saluam fore.⁊ quod notat glosa,in l. illud.C. de sacrosanctis ecclesijs, ⁊ de rebus,⁊ priuilegijs earū.non obstat. l. vsusfructus. ff.de stipulatione seruorum. quia respondeo quod illa loquitur de valore substantie stipulationis, que non potest esse in pendenti an valeat vel non valeat, sed bene potest esse in pendenti cui acquiratur ipsa stipulatio ⁊ deductum in ea vt in casu nostro in quo non fuit valor ⁊ substantia stipulationis in pendenti, quia fuit interposita per notarium qui fuit stipulatus, ⁊ ideo fuit valida. dicta. l. non aliter.⁊.l. Gayus. ⁊ ita fuit de mente Barto. in dicta. l. seruus ad custodiam. ⁊ Flori. in dicta. l. ex parte. §. seruo. Contraria vero forte obstare possunt si notarius vel alius donationem recipiens pro donatario aut donatarijs non interuenisset. Tertio opponitur quod donatio huiusmodi non valuerit pro eo quia facta filio futuro in potestate donatoris ⁊ tempore quo nasceretur, ⁊ sic quando donatio esset effectum sortitura, ⁊ que propterea non videtur voluisse.l. hac edictali.in prin.C. de secundis nuptiis. in. l. Donationes que in parentes. C. de donationibus inter virum ⁊ vxorem. ⁊ a parentibus in liber. factis, ⁊ de rati habitione. Nec videtur taciturnitate ⁊ morte confirmata, pro eo quia dictus nobilis Guliermus bona donata postea alienauit, ⁊ sic videtur tacite reuocasse donationem per se factam. Sed his non obstantibus dico quod cum in donatione huiusmodi interuenerit iuramentum dicti Guliermi testatoris illa fuit iuramento confirmata, ⁊ valuit: per id quod notat Bald.in.l. iij. C. pro donato. ⁊ in. l. si donatione. C. de collationibus, ⁊ consilio tricentesimo sexagesimoquinto. in tertia parte. Alexander de Imola consilio octauo. in secundo volumine, ⁊ consilio vigesimo.in tertio volumine. Francis.de Are. consilio decimoseptimo, ⁊ Dominus Jason Mayn. in. l. frater a fratre. in lectura. ⁊ in repeti.eiusdem.l. vbi plene. Et quia horum omnium scripta vbique habētur non repeto: hoc etiam satis est de mente parlamentorum de quibus supra feci mentionem, ⁊ que sentiunt donationem valere. Non igitur obstat obiectio, quia dico quod illa procedit quando iuramentum non interuenisset. Preterea opponitur quarto quod donatio non valuerit saltem quatenus illa excedebat valorem quingentorum scutorum, ⁊ hoc pro eo quia illa non fuit insinuata,vt. l. sancimus. cum suis simili. C. de donationibus. sed hoc non obstat, tum quia donatio non fuit simplex sed ob causam, ⁊ propter matrimonium quod fortasse non fuisset subsequutum: laborant enim patres filiarum prouidere liberis ex matrimonio filiarum procreandis, ⁊ nisi vel futuri sponsi vel eorum parentes donationes facerent illis liberis aut saltem primo genitis non fierent vt plurimum matrimonia, quod videmus duce experientia: de quo etiam legit dictus Dominus Stephanus in dictis addi. non ergo opus fuit insinuatione. l. Attilius regulus. ⁊ quod ibi scribentes. ff. de donationibus. Tum ⁊ quia vt legitur in instrumento matrimonij ⁊ donationis huiusmodi idem nobilis Guliermus renuntiauit multis iuribus, ac demum ⁊ generaliter omnibus alijs iuribus canonicis ⁊ ciuilibus,ac iuris ⁊ facti auxilijs, beneficijs, priuilegijs, remedijs, ac statutis quibuscunque,quibus contra premissa, ⁊c. Propter quod videtur quod donatio predicta non potuerit impugnari ex capite defectus insinuationis, super quo causa breuitatis allegasse sufficiat nota. per Joan. An. qui hoc fuerat sequutus in additio. Speculator. titu. de instrumen. editio. §. in vltima additio. cuius determinationem sequitur Joannes de Imola, in sua solenni repetitione capitu. cum contingat. in decimo membro versiculo sed dubium est quid iuris si interuenerit iuramentum, ⁊c. de iureiurando. vbi etiam hanc sententiam sequutus est Panormita. pro qua multa bona fundamenta adducit Joannes de Imola, in dicto versiculo sed dubium.⁊ respondet motiuis Bald. ⁊ Sali. qui in locis per eum relatis sentire videtur contra eum. Hanc sententiam Joannis de Imola, etiā sequitur Frederi.de se.cōsilio ducentesimo octuagesimo octauo. exordiente, Casus talis est. Ange.in dicta. l. sancimus. §. fin. C. de donationibus. Bald. quamuis sibi contrarius in dicto capitu. cum contingat. ⁊ in. §. ⁊ cum retro principes. institut. de donationibus. Alexander de Imol. in. l. nemo. versiculo, Item inquantum, ⁊c. ff. de legatis primo.vbi multos commemorat sequentes hanc sententiam ⁊ pro qua dicit se sepissime consuluisse, quod ⁊ verum est. scilicet, consilio quarto. versiculo, nec adhuc obstat ⁊c. ⁊ consilio duodecimo. in primo volumine. consilio octuagesimosecundo. in secundo volumine. ⁊ consilio vigesimo ⁊ sequenti in tertio volumine. Francis. de Are. consilio secundo

et consilio septuagesimoseptimo. Ange. consilio nonagesimoprimo. exordiente, pro parte negatiua. versicu. superest igitur videre. et Panormita. consilio centesimoseptimo. et hanc sententiam etiam sequutus est Joannes de Imola in l. modestinus. ff. de donationibus. Joan. campe. in repeti. dicte. l. nemo. vbi etiam dicit istam esse veriorem. pro qua consuluit Philippi. de Corne. Preterea et postremo audio quod dicte donationi seu verius prefato Joanni de Allandio opponitur quod ipse non fuit nec est primo genitus
8 masculus, sed secundo vel † tertio genitus, et sic non est ille de quo loquitur instrumentum donationis prementionate: sed istud non obstat, et quamuis possit ostendi, quod imo fuerit et sit primo genitus pro eo quia tempore patris non superserat alius qui eum precederet in natiuitate, nolo tamen pro nunc super hoc vtpote non necessario insistere, sed ideo dico hanc obiectionem nõ obstare pro eo quia dictus quondam nobilis Gulielmus etiam prouidit eo casu quo primo genitus in pupillari etate vel alias sine libero seu liberis legitimis ab humanis decederet, quo casu voluit dictam medietatem alteri ex suis liberis ex dicto matrimonio procreãdis habili, scilicet, ad succedendum, vt apparet ex instrumento matrimonij donationis predictarum: qui hoc facere potuit. l. quoties. C. de donationibus que sub mo. possent et alia multa pro predictis induci, sed quia premissa mihi videntur sufficere vlterius non insisto. Que dixerim, etc.

¶ De vulgari et pupillari substi. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Testator non solum potest grauare filium heredem institutum, sed etiam filios filij si liberi ponantur in conditione et grauentur de restituendo: et testamentum in quo non interfuerunt nisi quinque testes quamuis valeat quo ad substitutionem factam filio, non tamen valet quo ad substitutionem factam ijs personis que non sunt de liberis: et donatio facta filio in patria potestate non imputatur in legitimam, nisi id quod donatum est ascendat ad valorem legitime.

1 ☞ Substitutio an fieri possit sub duplici vel sub alternatiua conditione.
2 Testator an possit grauare filios filij heredis instituti.
3 Testamentum in quo tantum interfuerunt quinque testes an valeat.
4 Testamentum conditum inter liberos quando valeat.
5 Donatio inter viuos facta a patre filio qui est in potestate an imputetur in legitimam.

¶ Consilium. cxxxix.



Viso casu mihi exhibito parte nobilium et generosarũ mulierum N. N. veteris filiarum quondam naturalium et legitimarum nobilis et generosi viri Stephani veteris, et hoc cum dubijs ex casu huiusmodi subtiliter elicitis, et obmisso articulo donatiõis inibi mẽtionato, illius, scilicet, quã fecisse dicit nobilis quondã vir Gaufridus veteris nobili quondã viro Jaco. veteris eius filio patri eiusdẽ Stephani, dico et respõdeo breuiter et succincte ad dubia huiusmodi put infra: Premittens pro illorũ faciliori solutione quod si verba grauaminis substitutionis facte per dictum quondam nobilem Gaufridum dicto Jacobo eius filio vel suis liberis masculis essent directa in eundem Jacobum vel dictos eius liberos haberet substitutio huiusmodi minus difficultatis: vt verbi gratia, si esset dictum et scriptum quod si dictus nobilis Jacobus decederet ab intestato vel sine liberis masculis ex suo corpore legitime procreatis vno vel pluribus, aut sine liberi masculi sine liberis masculis vsque in infinitum, ipse Gaufridus eidẽ Jacobo substituit, etc. aut proculdubio videretur, quod substitutio valuisset et valeret in personam liberorum masculorum nobilis domini Antonij de veteribus, pro eo quia cum dictus nobilis Gaufridus heredem vniuersalem instituerit dictum nobilem Jacobum eius filium, nemini dubiũ est quim cũ in vniuersali fideicõmisso grauare
1 potuerit sub duplici † vel sub alternatiua conditione scilicet, si ipse sine liberis masculis ab humanis decederet, vel sui liberi masculi decederent sine liberis masculis: et hoc est de mente omnium scribentium in. l. Centurio. ff. de vulgari. et pupillari substitutione. Bald. Salic. et aliorũ plurium in. l. Precibus. C. de impube. et aliis substitutionibus. Philip. de Fran. et aliorum pluriũ in capitu. si pater. de testa. in sexto. et quia illud non habet dubium ego vlterius non insisto. Preterea, si verba substitutionis essent directa in liberos masculos, vt quia dictum fuisset, et si dictus Jacobus ab intestato vel sine liberis masculo vno vel pluribus ex suo corpore procreatis vel sui ab humanis decederent ipse Gaufridus eisdem liberis masculis substituit, etc. tunc essemus in casu in quo docto. videntur communiter reprehendere Bartol. in dicta. l. Centurio. qui secundum eos videtur vo
2 luisse quod testator non solum † possit grauare filium heredem institutum, sed etiam filios filij, pro eo quia filios filij hoc est nepotes sui ipsius testatoris vel alios inferiores grauando, videtur illis nepotibus vel alijs inferioribus relinquere, et eos honorare, quamuis sint aliqui etiam magne authoritatis viri qui nituntur defendere Bart. pro eo quia liberi heredis instituti sunt positi et conditionati, et nihilominus honorati. Fatentur enim quod liberi heredis non ex eo solo censeantur substituti quod fuerunt positi in conditione, iuxta doctrinam quã ponit gloss. communiter approbata in. l. Lucius. la. ij. ff. de heredibus instituendis, et que persone institui non possunt. et pro hoc dicto ponit Philip. de Corne. multas remissiones in. l. secunda. versiculo sed licet opinio, etc. C. de conditionibus insertis tam legatis, quã fideicommissis et libertatibus. Fatentur insuper quod nõ ex eo solo censentur liberi substituti quod fuerunt onerati seu grauati de restituendo fideicommissum. l. ab eo. C. de fideicõmiss. et. l. hereditas ad Statium. ff. de heredibus instituendis, sed dicunt quod si liberi ponantur in conditione et grauẽtur de restituendo, tunc ex cõiunctione ipsorum duorum valet grauamen, etiam in personis dictorum liberorum, pro eo quia sic censentur honorati: et hoc casu secundum eos loquitur Bart. in dicta. l. Centurio. in tertia questione principali. et in. l. sed si sic. de legatis tertio, et in. l. Codicillis. de vsufruct. lega. quod etiam voluit Joannes de Imol. in. l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de legat. primo. Petrus de Ancharano in capit. si pater. in duodecimo notabili. de testa. in sexto. et Rapha. cuma. in dicto. §. cum quis. Multas remissiones ponit Phili. de Corne. in dicta. l. ab eo. C. de fidei commiss. quas non refero pro eo quia iste non est casus noster: non enim apparet ex verbis substitutionis an dictus testator grauare voluerit Jacobum filium et heredem, aut liberos Jacobi: dicit enim, et si contigerit dictum nobilem Jacobum eius filium supra institutum decedere sine mori ab intestato vel sine liberis masculis ex suo corpore legitime procreatis vno vel pluribus, aut suos liberos masculos sine liberis masculis vsque in infinitum, quod omnia eius bona et hereditas in quibus est heres institutus in hunc casum pleno iure substitutionis deueniant et deuoluantur, etc. Est igitur dubium an idem quondam Gaufridus grauare voluerit et re vera grauauerit dictum Jacobum eius filium heredem institutum vel liberos suos, et sic nobilem Stephanum de veteribus: quo casu potius censendus est idem Gaufridus voluisse grauare Jacobum heredem institutum, et sic per eum honoratum quam liberos Jacobi et etiam sepe dictum Stephanum: et hec fuit mens Bart. secundum Bald. in dicta. l. Ab eo. vbi refert Bart. velle quod censeatur relictum a primo honorato. hoc etiam videtur velle Bart. quamuis non clare in dicta. l. Codicillis. de vsufruc. lega. et in. l. sed si sic. ff. de legatis. ij. hoc etiam voluit Bald. in l. precibus. vbi etiam Salice. questione sexta. de impuberum, et alijs substitutionibus. quod etiam sequitur Philip. de Fran. in dicta. l. ab ea. et pro hac parte sepissime Alexan. de Imol. pro qua facit quia quamuis substituit post mortem plurium, substitutio in dubio quando verba possunt referri ad primum et ad vltimum morientem videtur facta a primo sub duabus conditionibus, et non a secundo moriente, quoniam si esset facta vltimo morienti, tunc valeret, quia illa persona debet intelligi grauata que grauari potest. l. si seruus. §. qui margaritam. ff. de legatis primo. et. l. fin. C. ad Trebellianum. et hanc regulam tangit Barto. in dicta. l. codicillis. in principi. et Bald. in allegata. l. ab eo. in fin. et in dicta. l. precibus.

et facit pro hac parte, quia sic interpretandum est de ipso
vt potius valeat quam pereat. l. quoties. ff. de rebus dubijs.
⁊ l. quoties. ff. de verborum obligationibus: propter quod
si aliud non subesset, posset fortasse dubitari an dicta sub-
stitutio expirauerat propter super existentiam predicti Ste-
phani: sed obmissa disputatione presentis articuli ego exi-
stimo, quod substitutio facta de nobili Heremono de vete-
ribus ⁊ eius liberis masculis de iure non valuerit, pro eo
quia in testamento facto per dictum quondam Haufre-
3 dum non interfuerunt nisi quinque † testes, ⁊ sic quamuis
valuerit quoad substitutionē heredis factam de dicto Ja-
cobo ⁊ suis liberis masculis, insuper ⁊ quod ad substitu-
tionem factam de nobili Antonio de veteribus quondam
filio eiusdem nobilis Haufredi, non tamen valuit quoad
substitutionem factam dicto nobili Herentono et suis libe-
ris masculis, cum non essent de liberis dicti nobilis Hau-
fredi. sed de collateralibus; pro quo allegasse sufficiat. l.
hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testament. ⁊ l. fina.
C. famil. ercilcunde. Cui non obstant notat per Salicet. in
authent. Cassa. C. de sacro sanctis ecclesijs. ⁊ de rebus. ⁊ pri-
uilegijs earum. vbi voluit quod si in testamēto facto in pre-
sentia duorum testium ⁊ in quo instituta est pia causa fiant
legata personis laycis, ⁊ sic illis quibus alias nihil effi-
caciter relinqui poterat in testamento facto sub presentia
duorum testium illa legata valeāt: ⁊ idem voluit Antonius
de Butrio. in capitu. quod cleri. de foro competenti. ⁊ Ale-
xander de Jmola. consilio. sexagesimoprimo. exordien. Vi-
so tenore allegati et producti instrumenti. quoniam respon
deo, quod illi et alij videntur loqui eo casu quo testamen-
tum valebat de iure communi: ⁊ ibi succeditur ex testamen-
to. capitulo. cum esses. ⁊ capitu. relatum. de testamen. ⁊ pro-
pterea legata et relicta in illo laycis valent, sed in dicto
§. ex imperfecto. secundum Salicetum testamentum valeret
4 de iure communi † quando est conditum inter liberos, nec
succeditur ex testamento sed ab intestato: vt tenet glos. in di-
cto. §. ex imperfecto. Preterea opinio Salicet. Antonij de
Butri, ⁊ Alexandri de Jmola. impugnatur, ⁊ quidem bo-
nis fundamentis per Dominum Jason. in dicto. §. ex im-
perfecto. qui poterit videri: ⁊ quicquid sit de casu in quo
loquuntur Sali. ⁊ alij, illud certum est in casu nostro quod
relictum alijs personis quam liberis non valet, sed debet
apud liberos remanere. dicto. §. ex imperfecto. vbi hoc di-
sponitur. Non etiam obstat quod habetur in dicta. l. hac
consultissima. §. cum quis. quoniam respondeo, quod ille. §.
loquitur in alio casu, ⁊ in quo fauetur proximioribus ab in-
testato: hic autem fieret contrarium si in vim dicte pretense
substitutionis cogerentur dicte nobiles de veteribus que
sunt de liberis dicti nobilis testatoris restituere eius here-
ditatem liberis dicti nobilis Herentoni, qui non sunt de
liberis eiusdem testatoris, sed collaterales. Adijcio quod
licet glo. ⁊ post eam Salic. censerint quod testamentum fa-
ctum inter liberos iuxta dispositionem dicti. §. ex imperfecto
non sit aut dicatur proprie testamentum, ⁊ quod liberi non
dicantur in vim illius succedere ex testamento sed ab intesta-
to: contrarium tamen tenent communiter omnes doctores
in. d. §. ex imperfecto. ⁊ glo. ⁊ doct in. l. filij. C. fami. ercifcun.
quo fit, vt cum testamentū predictum ab initio valuerit iure
testamenti quatenus concernebat institutionē ⁊ substitutio-
nem factas de dictis nobilibus Jacobo ⁊ eius liberis mascu
lis, clausula codicillaris in eo conditionaliter et sub verbo
presenti apposita nihil operata extiterit: iuxta theoricam
quam ponit Bal. in. l. fina. C. de codicillis. Quod ad secun-
dum articulum, quatenus in eo queritur an dictus nobilis
Stephanus potuerit, vel possint dicte nobiles de Veteri-
bus eius filie detrahere pro dictis florenis octingentis in
quibus fuit heres institutus ⁊ grauatus de restituendo di-
cto Antonio aut liberis suis masculis legitimam eidem
Stephano in bonis patris debitam, dico ⁊ respondeo quod
sic: nisi probaretur quod donatio inter viuos eidem Ste-
phano per dictum Jacobum eius patrem facta, fuerit fa-
cta propter merita, ⁊ quod illa merita in medium processe-
rint: quia quamuis donatio inter viuos filio in patria po-
testate per patrem facta regulariter non imputetur in legi-
timam. l. si. quando. §. ⁊ generaliter. ⁊ quod ibi per doct. C. de
inofficioso testamento. hoc tamen fallit quando donatio seu
id quod donatum est ascendit ad valorem legitime: quia tūc
debet imputari in legitimam. l. cum quo de peculio. §. fina.
vbi hoc etiam voluit Joannes de Jmola. ff. ad legem falci-
diam. Alexand. de Jmol. in. l. illud. C. de colla. qui etiam pro
hoc consuluit in consilio allegato domi. Jason in dicta. l. si
quando. §. ⁊ generaliter. qui etiam sequitur hoc dictum.
Que omnia dixerim sub correctione, ⁊c.

De tutel. Rubrica.

Epitome.

Quod vitricus potest dari tutor priuigno suo: ⁊ quod
mater conuolans ad secunda vota petens tutorem dari filio
suo, potest Judex exclusis legitimis ⁊ proximioribus de alio
prouidere: ⁊ quod hoc casu de iure non debēt pupilli penes
matrem aut vitricum educari, nisi super hoc fuerit per prin-
cipem dispensatum.

1 Vitricus an possit esse tutor sui priuigni.
2 Tutorem quem possit petere testamento mater que vult
conuolare ad secundas nuptias.
3 Mater filiorum tutrix an desinat propter secūdas nuptias
ipso iure esse tutrix.
4 Dispensatio de omissione solemnitatum in dando tutore an
fieri possit a principe.
5 Locum tenens siue gubernator principis an possit dispen-
sare in his que potest princeps.
6 Dispensatio facta super educatione impuberis quando
valeat.

Consilium. cxl.



PRo breui ⁊ succin-
cta solutione eorum de quibus queri-
tur ex parte nobilis ⁊ venerabilis viri
magistri Zacarie menonis Dalphina-
lis secretarij tutore nobilis Catherine
Chevilharde eius priuigne, premitto,
1 quod vitricus † potest esse tutor eius priuigni. l. fin. ⁊ quod
ibi gloss. C. de contrario iudicio tutele. ⁊ quod not. gloss. in. l.
prima. C. vbi pupilli educari debeant. et Feli. in authen. sa-
cramentum. versicu. quero an cōtractis sponsalibus. C. quan-
do mulier. offic. tute. fungi potest. Premitto insuper quod
quando mater tutela liberorum per eam recepta, postea vo-
lens contrahere nuptias vadit ad iudicem, ⁊ hoc sibi expo-
nit, vt tandem in manibus suis tutelam deponat, ⁊ vt alius
tutor ordinetur, ipsa potest ⁊ debet petere tutorem dari li-
beris secundum formam. l. omnem. C. ad senatusconsultum
tertulianum. et. l. fi. C. in quibus causis pignus vel hypothe.
tacit. contraha. ⁊ non solum potest petere tutorem dari seu
decerni eius liberis, sed etiam potest petere certum: se-
cundum glo. in. l. si quis sub conditione. in fi. magne gloss.
2 ff. de testamenta tutela. que videtur tenere quod † mater
possit petere quem vult. Idem tenet Specula. in titulo. de
tutore. §. nunc dicendum. versiculo penultimo. ⁊ idem te-
nuit Dynus. relatus per Salicet. in dicta authentica sacra-
mentum. versiculo. quero mater vult transferre. Et quam-
uis Jacob. de Raue. Petrus. ⁊ Cynus in dicta authentica
sacramentum. aliter censerent, moti rationibus per Salice.
in versiculo proxime allegato recitatis. Richard. tamen de
sali. ⁊ post eum Sali. eius nepos tenent primam partē, sci-
licet, quod mater possit petere quem vult: vt sensit dicta
glo. sed iudex illum dare necessario non tenetur, sed inqui-
sitionem facere de eo, et de alijs vt sibi videbitur, ⁊ deinde
illum dare qui sit idoneus: ⁊ subiungit Salicet. quod non
male faciet iudex si agnatos ⁊ cognatos, imo notos ⁊ ami-
cos pupilli citari faciat pro informatione super hijs haben-
da: ex quibus verbis videtur sensisse Sali. quod Judex non
arctetur ad faciendum hanc citationem, quia non quicquid.
⁊c. nec videtur quod propter omissionem citationis ⁊ infor-
mationis huiusmodi deberet nulla pronunciari aut cassari
prouisio facta de tutore: maxime, vel saltem eo casu quo de
tutore idoneo prouidisset: nisi forte proximiores agnati vel
cognati dicant ⁊ pretendant se esse tutores legitimos, ⁊
propterea non debuisse aut potuisse prouideri de datiuo:
quoniam respondeo, quod matre tutrice ⁊ volente nubere
non est locus tutele legitime sed datiue, propter reliquias
3 tutele: quia mater non desijt ipso iure † esse tutrix, sed me-
diante vel cooperante facto iudicis: ⁊ hec fuit opinio Dy.
Jacob. de Are. Jacob. de Raven. ⁊ Petr. relati per Sa-
lice. in authentica sacramentum. ⁊ idem voluit Bartol. et

sequitur. Sali. in dicta authenti.sacramentum. in casu pre-
dicto scilicet, quando mater eadem que tutrix ante contra-
ctum matrimonium accessit ad iudicem, non possunt agnati
aut cognati pretendere se esse tutores legitimos, ⁊ sic non
potuisse prouideri de datiuo. Videtur igitur (sub benigna
supportatione huius insignis curie) quod si, imo quia pro-
uisum est de sufficienti et idoneo tutore. dicte nobili Ca-
therine, quod impugnari non possit tutela propter omissio-
nem solennitatis seu solennitatum ex aduerso pretensarum:
eo maxime quia super illis dispensauit illustris domin. Gu-
bernator, qui videtur hoc facere potuisse. Certum est enim
quod serenissimus Dominus noster Francorum Rex Del
phinus nullum superiorem recognoscet in patria Delphi-
nali. quo fit vt in ea possit quicquid potest Imperator in
suo Imperio: per id quod not. Joannes Andreas in ad-
ditione Specu. titu. de Instrum. edi. §. porro. in additione
que incipit, hec subscriptio. in fi. remittens ad dicta Feli. in
capit. super quibusdam. §. preterea. de verborum ⁊ rerum
significatione, in capitulo cum te. de re iudicata. ad quod
bene facit quod nota Bartol. in. l. acta. §. de amplianda. ff.
de re iudicata. in. l. infamem. ff. de publicis iudicis. et cano-
ni. signanter moderni in capitul. que in ecclesiarum. de con-
stitu. et capit. per venerabilem. qui filij sint legitimi. Quod si
sic, imo quia sic est, potest serenissimus do. noster Frãcorum
rex Delphinus dispensare de et super omissione solenni-
tatum, ⁊c. Cum ⁊ ille, ⁊ datio tutele liberis seu potestas sine
4 de iure ciuili, supra † quod, ⁊ contra ipsum potest princeps
nullum recognoscens superiorem dispensare capitu. propo-
suit, ⁊ quod ibi docto. de concessio. preben. quemadmodum
hoc facere potuit ⁊ potest dictus serenissimus dominus, ⁊c.
ita et prefatus illustrissimus domi. Gubernator: tum quia
vt colligitur ex tenore literarum iurisdictionis Gubernij,
⁊ tam ex illis verbis (⁊ omnia alia ⁊ singula facere valeat ⁊
exercere) quam ex verbis exceptiuis inibi in versicu. aliena-
tione, ⁊ donatione, ⁊c. submissis, que in non exceptuatis re-
gulam firmant ⁊ declarant. not. glossa. ff. de regulis iuris. in
rubrica. Dyn. de regulis iuris. in. vj. in rubric. et alij in alijs
locis: potest idem do. Gubernator regulariter facere in pa-
tria Delphinali id quod faceret ⁊ princeps. Tum et quia
idem domi. Gubernator non solum erat ⁊ est tempore facte
dicte dispensationis gubernator, sed etiam locum tenens di-
cti serenissimi domi. nostri, ⁊c. quo fit, vt quemadmodum
idem serenissimus princeps potuit super dictis dispensare:
ita ⁊ potuerit prefatus do. locumtenens per doctrinam quã
tradunt Bartol. in. l. prima. §. deportatos. ff. de legatis ter-
tio. Alexand. de Jmol. ff. de offic. eius cui mandata est iuris-
dictio. versicu. quarto mode iura appellant Vicarium super
rubric. et domi. Jason May. in. l. conuentionum. versicu. ter-
tio limita nisi talis capitaneus esset etiã locum tenens prin-
cipis, ⁊ quod post glo. not. Barto. in. l. ij. C. de offic. eius qui
vicem alterius obtinet. ex quorum dictis colligitur, quod
ille qui per superiorem constituitur vicegerens, aut locum
tenens vicegerentis alterius, vel sui ipsius constituentis,
5 si est princeps † potest regulariter id quod potest ille pri-
mus vicegerens seu locum tenens constituere, ⁊ quod po-
test idem princeps cõstituens. Cum igitur nemini dubium
existat quod serenissimus domi. noster. ⁊c. potuerit et possit
dispensare super predictis, ergo nec dubium esse debet: quin
etiam facere potuerit ⁊ possit dictus illustrissimus domi-
nus Gubernator ⁊ locum tenens: et per hec videtur esse re-
sponsum primo quesito. Ad secundum dico et respondeo,
quod licet videatur receptum esse de iure scripto prohibi-
tum, ne impuberes matris que ad secunda vota conuolat
penes eam educentur aut alantur, ⁊ consequenter, quod nec
apud eorum vitricum. l. j. cum suis simili. C. vbi pupilli. edu.
debeant. quia tamen ista prohibitio est in iure posita, ⁊ que
videtur fundata non super veritate sed presumptione. l. lex
que tutores. versi. lex enim nõ solum. C. de administratio. tu-
torum. videtur quod dictus ille secundus domi. Guberna-
tor ⁊ locum tenens potuerit ⁊ possit dispensare aduersus. l.
primam. ⁊ illi derogare ⁊ maxime vel saltem ex causa legiti-
ma, vt quia tam prefatus nobilis Zacharias quam nobilis
⁊ honorabilis mulier domina. Al. eius vxor, ⁊ mater di-
cte nobilis Catherine impuberis fuerint ⁊ sint tales per-
sone de quibus verisimiliter non habetur nec habẽda est su-
spicio: ⁊ pro hoc dicto allego iura superius allegata. Et per
hec videtur fuisse sufficienter respõsum ad alia quesita. illud
autem videtur esse indubitatum, quod supposito (citra pre-
iudicium veritatis) quod dispensatio facta super educatio-
ne dicte nobilis Catherine de iure non procederet prout
procedit, nihilominus tamen dispensatio facta super omis-
sione solẽnitatũ predictarũ valeret: ꝑ eo q̃ vtile nõ debet vi-
tiari per inutile, vbi vnũ potest separari ab altero, vt in ca-
su: q̃, vt supra dictũ est, vitric⁹ potest esse tutor sui priuigni.
Potest igitur dispensare idem dominus locum tenent ad-
uersus. d. l. prima. C. vbi pupillus educari, vel morari debeat:
⁊ de alimentis ei prestandis. vt abroget illam, vt non sit ei
legi locus quando vitricus ⁊ pupilli mater adeo sunt probi-
tatis note vt nulla sinistra suspicio aduersus eos suborta sit,
vt superius diximus. Scio tamen Azonem in summa. C. illo
titulo in cõtrariam sententiã totis pedibus misse. Sic enim
ipse loquitur. Vitrico cõceditur tutela a patre pupilli, cuius
testimonium credendum est circa tutelam filij: non ita conce
deretur tutela a iudice, vt licet cõcedatur ei tutela non tamẽ
concedatur ei educatio. Hoc tamen bonus iudex perpendet
perspecta personarum qualitate ⁊ coniunctione. d. l. j. C. vbi
pup. educ. deb. Sed hoc locum habet, q̃n inter tutores agna-
tos, ⁊ matrẽ pepelli orta est dubitatio, vbi pupillus educari
debeat. d. l. j. rñ. ij. Sz nullũ verbũ facit Imperator ibi de vi-
trico, apud quẽ in princ. d. l. j. vetuit pupillũ educari nec enim
illi cõndit lex, que prohibet pupillorum vitam vitrico addi-
cendã apud eum igitur non erit educandus pupillus, vt pru-
denter collegit gloss. in. l. prima. super verbo proponit. C. vbi
pupil. educa. debeat gloss. in dicta. l. prima. super verb. si non
vitricum. Sed multum vrgit. d. respon. ij. ex quo videtur col-
ligi posse a iudice statui posse vt apud vitricum alatur. Tu
cogita. Verius tamen videtur apud vitricum pupillum edu-
candum non esse. Nec contrarium in aliqua lege non reperi-
tur. atqui sine loqui non debemus. Nam erubescimus (in-
quit imperator) cum sine lege loquimur. §. consideremus. in
authentico de triente ⁊ semisse. Sed ⁊ eum. d. l. prima in prin-
cipio. correcta non reperiatur cur stare prohibebitur. l. preci-
pimus. C. de appellatio. Neque etiam quid potest facere iu-
dex quod contra leges sit argu. l. nemo potest. de legatis pri-
mo. ⁊ ibi hoc notat Moderni interpretes in notabilib. Est
enim legis iniuster iudex. l. prima. ff. de iure deliberan. Vnde
sententia contra ius lata nullius est momenti. l. prima. ff. de
iure deliberandi. non potest igitur contra dictã. l. prima di-
spensare ⁊ statuere apud vitricum pupillus alatur. Sed nec
eum tutorem dare potest glo. super dicto verbo, si non vitri-
cum idque per illum textum, qui a simili hoc probat aperte.
⁊. d. versicu. lex enim. d. l. lex que tutores: ex sententia Impera
toris. Nec obest lex fin. in princip. C. de contrario iudicio tu-
tele quia verba sunt narratiua, non autẽ dispositiua, vt aper-
tissime patet ex eo text. Si (inquit eo loco imperator) pa-
ter tuus, quem priuigni sui tutelam administrasse proponis,
⁊c. Atqui verba narratiua non disponunt Bar. l. ex hac scri-
ptura. ff. de donat. titu. generali. Bald. d. l. eam quam. C. de fi-
deicommiss. not. Canoniste in cle. literis. de probatio. per il-
lum textum a contrario sensu. Accursius sentiens hoc in
dicta. l. prima in verbo, si non vitricum. diluit hoc modo, vt
tutor vitricus dari possit a testatore patre, non autem a iudi
ce, cui hoc nulla permissum est: quod in patre tolerandum est
propter nimium patris erga liberos amorẽ, quo nullus ma-
ior inueniri potest textus est formalis in. l. isti quidẽ. ff. quod
met. cau. ⁊ hanc sententiam probat Azo in summa. C. vbi pu
pil. educ. debe. in fi. que etiam recipi potest. Quod autem at-
tinet ad id quod superius diximus vtile per inutile non vi-
tiari hoc regulariter verum est. c. vtile. de regu. iur. in. vj. tex.
l. j. §. sed si mihi. ff. de verbo. obliga. xij. q. ij. c. si quos de seruis.
c. dilectus. de preb. Aduersus hanc regulã brocardicã oppo-
no sequentibus fundamentis, ⁊ tex. imprimis obstat fortiter
text. in. l. Pedius. §. in seruũ. ff. de rece p. arb. vbi si in Titium
liberum, ⁊ Stichum seruum compromissum sit ⁊ Titius so-
lus (q̃ in seruũ cõpromitti non potuit) sententiã dixerit ta-
lis sententia non valet, nec tenet ergo vtile vitiatur ꝑ inutile.
Secundo obstat tex. fortissimus in. l. j. §. illud queritur. de aqua
quot. ⁊ esti. ff. vbi vtile impeditur ⁊ vitiatur ꝑ inutile. Tertio op
ponitur de. l. inter stipulantem. §. sacrã. ff. de ver. ob. vbi si al-
ternatiue stipulanti de duobus de vno respõdeam, vitiatur
in totum stipulatio. His tamen non obstantibus regula no-
stra remanet vera. Nec obstat dicto. §. si in seruũ. ad quẽ dat
solutionem gl. Ad reliqua rñdet Bar. d. §. sed si mihi. l. j. ff. de
ver. obli. ⁊ gl. in. d. c. vtile. Limitatur tñ regula nostra, vt non
procedat sequẽtibus casibus primo quãdo vtile inesset inu-
tili. l. si sponsus. §. j. de donatio. inter virum et vxorem. nota-
tur in. l. prima. ff. de vulgari ⁊ pupillari. Secundo limitatur
quando actus fieret in fraudem legis ⁊ hominis text. ⁊ ibi
not. in

not.in.l.si libertas.de iure patro.ff.l.placuit.ff.de vsur.c.quesiti sunt nobis.xvij.q.iiij. Tertio restringitur regula nostra, vt non procedat, quoties actus inutilis est, partim incertus nam traditum est in totum vitiari dicta.l.si libertus. capitu. bone rei.duodecima questione secunda.cum propter incertitudinem nulla sit ratio, vt vna pars magis sit nulla, quam alia.Nam et cum donatio omnium bonorum presentium et futurorum facta esset Alexander de Jmo.respondit.omnino nullam esse in consilio octuagesimotertio.et consilio nonagesimoquinto. Quarto nō habet verum regula nostra, quoties duplici vinculo scilicet rei.et persone laborat dispositio. l.antepenultima.C.de donationibus inter virum et vxorem. Quinto et vltimo limitatur in indiuiduis.d.l.si sponsus.§. generaliter..l.j.§.Trebatius.ff.de aqua quotidiana,et estiua. idque in omni indiuiduorum genere. Dicitur autem res indiuidua tribus modis autoritate legis,voluntate contrahentium et natura rei not.in.l.stipulationes non diuiduntur. ff.de verborum obligationib.et hic est casus noster, vt quia solennitatis omissio separari potest a datione tutoris de persona vitrici, de quo in casu nostro:ideo vtile non vitiatur per inutile. Ceteras ad hanc regulam limitationes ponit multum notabiliter Bartholomeus Socinus in tractatu fallentiarum.sub litera.v. Que omnia sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis dicta sint.

¶ De codicillis. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Legitimatio non valet in qua filius presbyteri legitimatur non facta mentione de eo quod a patre et matre in sacro baptismate susceptus est.et id tale contra dictum filium allegatum non facit vt allegans teneatur actione iniuriarum si illud probauit per testes, licet obiecti fuerint, et testamentum iuratum non potest a testatore reuocari sine facte de eo speciali mentione in posteriore testamento.

1 ¶ Legitimatio adulterini partus quando valeat.
2 Spiritualitas quādo dicat̄ tēporalis et qn̄ dicatur perpetua.
3 Heres an possit institui filius natus ex presbytero et muliere soluta que fuit commater presbyteri.
4 Jusiurādū nō obstat quominꝰ testator possit mutare testm̄.
5 Testamentum iuratum quando potest a testatore reuocari.
6 Hereditas an possit relinqui codicillis iure directo.nu.8.
7 Substitutio pupillaris an possit in codicillis reuocari.
9 Miles potest in codicillis directo relinquere hereditatem.
10 Trebellianice detractio quando fieri potest ab eo qui grauatus est per codicillos.
11 Depositio testium excusat a dolo et pena, etiam si ob personarum obiectiones eorum sint testimonia reiecta.
12 Omnis causa non solum iusta sed etiam iniusta excusat a dolo et pena.

¶ Consilium.cxlj.



Viso et aliquantulum discurso(quāuis perfunctorie)processu cepto et agitato per et inter nobilē Antonium de Cansera ex vna parte, et nobilem Armam de grandeur tutorem et tutorio nomine pretēsorum nobilium Joannis et Claudij rigandi ex alia, vna cum quibusdam dubijs parte eiusdē nobilis Antonij mihi traditis,dico et respondeo breuiter et succincte,q si sufficienter probatum extitisset quod Claudia mater dictorum Joannis Rigaudi tempore conceptionis eorundē Joannis et Claudij pretensorum filiorum eiusdem Joannis Rigaudi, satis videretur q legitimatio de eisdem Joanne iuniore et Claudio facta nō valuisset propter obreptionē,seu subreptionem.ex eo q licet in legitimatione huiusmodi dictū extiterit
1 q dicti Joannes iunior et Claudius † fuerunt adulterini ex parte patris tēpore eorum cōceptionis, non tamē fuit dictū vel expressum q ipsi Joānes senior et Claudia pretensi parētes dictorū Joānis iunioris et Claudij essent cōpatres,quod tamen exprimendum fuisset,pro eo q erat inductus gradus affinitatis:et vt dicunt doct.illa qualitas debet in illa legitimatione exprimi que alterat naturā concubitus vel legitimitatis,quāuis exprimere nō oporteat illam qualitatē que aggrauat vitium parentū et licet Rota tit.de fili.presbyter.in antiquis dicat q nocet tacere in legitimatione q mater erat filia spiritualis sacerdotis, hoc tamen limitat, dūmodo hu-
2 iusmodi spiritualitas non sit † temporalis, vt quia forte sacerdos eidem ministrauerat ecclesiastica, vel eam audiuerat in sacramentali confessione, secus vero si spiritualitas erat irreuocabilis, vt quia de sacro fonte leuauerat matrē quam postea carnaliter cognouit,et ex ea genuit filiū,qui si postea legitimet non sufficeret dicere q fuerit genitus ex sacerdote et matre soluta vel coniugata, sed opus esset exprimere,q illa etiam erat filia spiritualis et de sacro fonte leuata per dictum sacerdotem: vt voluit Rota in decisione predicta et dominus Felinus in capitulo postulasti. versiculo tertia declaratio.etc.de rescript.vbi etiam dicit se idem putare:et eadem ratione si presbyter habuisset filium ex commatre,hoc est,non ex persona per se leuata,sed ex eiꝰ matre: idem ergo esset in casu nostro si sufficienter appareret quod tempore conceptionis predictorum Joannis Junioris et
3 Claudij dicti Joannes senior et Claudius † fuissent compatres ex quo sequeretur quod dictus Joannes senior nō potuisset eos heredes instituere,vt pote spurios, adulterinos, et incestuosos.authē.quib.mod.natura.§. penul.collatio.vij. et authenti.ex complexu.C.de incestis,et inutilibus nuptijs. sed non reperio fuisse sufficienter probatum quod prefati Joannes senior et Claudia essent compatres:tum quia illi testes qui deponere videbantur de leuatione infantis de sacro fonte baptismatis quam fecisse dicebatur dicta Claudia fuerunt opportune obiectati,ita vt nihil probent:alia vero, scilicet pretensa fama et murmuratio non plene probauit, tum et quia non reperio fuisse sufficienter probatum quod illa filia que ptenditur fuisse leuata de sacris Fontibus per prefatum Claudium fuerit filia dicti nobilis Joannis,et sic non mihi videtur quod impugnatio diete legitimationis sufficiat ad impugnationem secundi testamēti dicti.quondam Joannis senioris:illius,scilicet, in quo heredes vniuersales instituit dictos Joannem iuniorem et Claudium eius pretensos filios. Secundo fuit expositum contra dictum secundum testamentū q illud nō valuerit ratione iuramenti appositi circa finem primi,quia licet testator qui tē-
4 pore primi testamenti dixit se non mutaturū † testamentū huiusmodi et iurauerit nō venire contra,possit non obstante iuramento huiusmodi illud mutare et facere aliud ita vt secundum valeat non primum:prout disputauit et tenuit. Joan.and.in mercurialibus.in cap.quod semel.de reg.iur.in.vj. et sequitur Barto.et docto.communiter in.l.si quis in principio testa.ff.de lega.iij.Jo.de Jmo.in repeti.c.cum contingat.de iureiuran.et alij in alijs locis:dictum tamen iuramētum habet vim verborum derogatoriorum,vt,scilicet,secundum testamentū postea factū non valeat nisi in eo ponatur specialis reuocatio dicti primi testamenti vt voluit Joan. And.vbi supra.et Bar.in.d.l.si quis in princi.testamenti.et hoc dictū sequūtur doct.cōmuniter habet enim iuramentū
5 in testamento interpositū eā vim vt perinde † sit ac si testator diceret valeat eo iure quo valere potest,vt.l.cū pater.§. filius matrē.ff.de lega.ij.ita hʒ vim verborū derogatoriorū, et operat̄ vt opus sit quod in testamēto postea subsequuto requiratur specialis reuocatio testamenti iurati:verū q in dicto primo testamento in quo dictus quondā nobilis Jo. Rigaudi heredē vniuersalē insolidū et vnicū sibi instituit dictum nobilē Anto.de Causera,et iurauit illud habere ratū et gratum,et ipsum tenere et obseruare,idem nobilis Joānes et sibi reseruauit facultatem codicillādi quesitū est an ipse potuerit in codicillis postea per eū factis heredes vniuersales instituere dictos Joannē Juniorē et Claudiū,dubiū facit:q idē Jo.testator in dicto scdo eius testamēto voluit q si vale-
6 ret iure testamēti valeret iure nō codicillorū:Supposito igit vt predixi † nō valere,put nō valere videt̄ iure testamentis et hoc propter clausulā derogatoriā cuius vim operatur iurm in dicto prima testamento appositū,posset tn̄ valere iure codicillorum:quo fit,vt opportunius queratur an in vim codicillorum huiusmodi possint dicti Joānes et Claudius pretēdere se fuisse et esse vniuersales heredes prefati quondā Jo. et hoc est querere,an in dictis codicillis potuerit eis hereditas iure directo relinqui, et videt̄ q sic,per id quod no.Barto.in.l.militis codicillis.in principio.ff.de mili.testa.Bart. et Pau.de ca.in.l.hac consultissima.§.si quis autem.C.de testa.et refert Cuma.in.l.j.ff.de iniust.rup.et irrito testamento. Alexand.de Jmo.in dicto.§.cum quis versicu.tamen quia opinio Barto. est magis amica voluntati testantis,etc. in illa quest.qua queri consueuit,an testator possit in codicillis

filio impuberi substituere pupillariter venientes ab intesta-
7 to, ⁊ reuocare † substitutionem pupillarem. quam prius de
primo fecerat in testamēto solēni prius condito: in qua que-
stione ⁊ in locis predictis idem Barto. ⁊ alij predicti deter-
minant quod sic: et ita pro parte sentiunt quod hereditas
possit per patrem dari liberis in codicillis. quemadmodum
hoc facere potest miles: dicta. l. militis codicillis. Sed con-
trarium tenuerunt multi. ⁊ primo quidem Bald. et Ange-
lus. in dicta. l. hac consultissima. §. ex imperfecto: quia cum
sit speciale in milite quod in codicillis hereditatē dare pos-
sit. dicta. l. militis codicillis. in princip. sequitur quod in illis
ius commune est in contrarium. l. ius singulare. ff. de legi. iun
cta l. secunda. C. de codicil. Idem et contra. Bartol. tenent
Bald. et Salice. in. l. filij. C. famil. erciscun. per. l. scenola. ff. ad
senatusconsultum Trebellianum. ⁊ dicit ibi Salicet. q̄ con-
tra Barto. est tex. in dicta. l. filij. in versic. intestato. cum glos.
vbi apparet quod pater qui decedit cum codicillis inter li-
beros dicitur decedere ab intestato, et per consequens here-
ditas dari non potest in codicillis eo modo quo in ipsis codi-
8 cillis dispositū est: qr si in codicillis scripti † directo capere
possent hereditatem, non diceret hereditas esse in causa in-
testati. Ang. in. d. l. militis codicillis. etiā tenet cōtra Bar in
d. q. allegat tex. in. l. ex parte. § primo. ff. familie ercisc. vbi di-
uisio omnium bonorum facta a patre non facit eum dece-
dere testatum. sed ab intestato: per quem textum. etiam ita
concludit Ange. in dicto. § ex imperfecto. ⁊ in. l. milites. C.
de testamento milit. vbi etiam refert ita tenere Odofred. in
authenti. nouissima. C. de inofficioso testamen. ⁊ dicit Ange.
quod hoc est de mente gloss. recte intuenti authentic. vt cum
de appellatio. cognos. §. aliud quoque capitulum. vbi etiam
hoc Iaco. de Bononia. in penul. oppo. mouetur etiam An-
ge. per. l. fina. C. fami. erciscun. vbi talis voluntas non solem-
nis valet vt successio intestati: quod etiam tenuit Angel. in
dicta. l. fina. per illam. l. ⁊ per dictam. l. filij. cum gloss. in verbo
intestato dum gloss. inibi dicit. referas ad casum cum fecit
codicillos ⁊c. et per. l. finalem. C. de codicil. vbi si pater dicit
velle valere iure testamenti et codicillorum, et filius eligat
viam codicillorū, dicitur idem filius succedere ab intestato:
allegat etiam idem Ange. not. per glo. in authenti. de testa-
mentis imperfectis a parentibus in filios factis: ⁊ de diuisio
ne rerum a filijs coram parente, ⁊ de eius facultatibus facta
⁊ subscripta. §. quia vero. in versi. diuisionem. ⁊c. Idem etiam
tenent Bald. ⁊ Ange. in. l. institutio talis. per illum textum.
ff. de conditionibus institutionum. Idem tenēt Ang. ⁊ Io-
annes de Imo. in. l. j. ⁊. ij ff. de iniusto rupto. ⁊ irrito facto te-
stamen. quia non omnia que concessa sunt militi extendun-
tur ad patrem: non enim reperitur quod pater possit decede
re cum duobus testamentis, ⁊ pro parte testatus ⁊ pro par-
te intestatus, ⁊ sic de singulis que conceduntur militi: vnde
9 licet miles possit in codicillis directo † dare hereditatem,
non sequitur ergo ⁊ pater potest: ⁊ ideo aliud est in milite,
quia non tenetur scire iura. l. fin. 1. in princip. ff. de iure delibe-
randi. que ratio cessat in patre non milite. Istam opinionem
etiam videtur sequi Bald. in l. non codicillum. questio. pe-
nulti. C. de testa. ⁊ expressius in. l. humanitatis. ver. sed num-
quid iusta. ⁊c. cum ver. seq C. de impu. ⁊ alijs substi. vbi etiam
dicit q̄ in codicillis non potest directo dari hereditas libe-
ris, qr tex. in. d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. c. de testa.
loquitur de test. imperfecto non de codicillis: ⁊ bene facit. l.
diui. in prin. ff. de iure codicil. Videtur igitur quod prefati
Ioannes ⁊ Claudius pretendere non valeant se esse vniuer-
sales heredes dicti quondam Ioannis quasi per eum insti-
tuti in dicto pretenso secundo testamento quod valere vo-
luit iure codicillorū si iure testamenti non valeret. Puto ta-
mē quod per dictos codicillos videatur dictus nobilis An-
tonius grauatus de restituendo hereditatem prefatis Io-
anni ⁊ Claudio: quia licet hereditas directo dari non pos-
sit in codicillis, potest tamen dari per obliquum: hoc est per
fideicommissum. dicta. l. secunda. eodem titu. de codicillis.
10 Poterit tamen idem nobilis Antonius grauatus † detra-
here quartam Trebellianicam, nisi quatenus detractio il-
lius reperiretur expresse prohibita: iuxta id quod notāt do-
cto. in authentica. Sed cum testa. C. ad legem falcidiam. et
in. l. Marcellus. in princip. C. ad senatusconsultum Trebel-
lianum. Ad id vero de quo dubitatur, an dictus nobilis An
tonius censeri debeat indignus hereditate dicti quondam
nobilis Ioannis Rigaudi pro eo quia exposuit ⁊ dedu-
xit ipsum Ioannem incestum commisisse, videtur responden
dum breuiter et succincte quod non: pro eo quia videtur hoc
deduxisse animo ⁊ intentione ius suum conseruandi, non in-
iuriam inferendi aut diffamandi. Et quia etiam depositio te-
stium deponentium quod dicta Claudia dictam filiam de sa-
11 crofonte leuauerit videtur eum † excusare a dolo ⁊ pena do-
li, etiam si eorum persone fuerint obiectate, quod non po-
12 tuit diuinare dictus Antonius: Quia omnis † causa non
solū iusta, sed etiam iniusta excusat a dolo ⁊ pena doli l. igi-
tur. §. penul. ff. de liber. cau. ⁊ quod not. gloss. in. l. prima. in fi-
ne. ff. de abigeis. ⁊ in. l. plagij. C. ad legem Flauiā de plagia-
rijs. quod maxime videtur procedere in casu in quo non so-
lum fuerunt dicti testes qui deposuerunt de compaternita-
te, sed etiam publica fama: que vidētur habūde sufficere ad
dictam excusationem: per id quod not. Barto. ⁊ docto. in. l.
de pupillo. §. si quis ipsi pretori. ff. de operis noui nuntiatio-
ne. Adijcio quod dicti nobiles Ioannes et Claudius non
possent de hoc opponere ad fines predicte priuationis, per
id quod habetur consequenter in princip. ⁊ quod ibi Bar-
to. Floria. ⁊ doctores. ff. famil. erciscunde. Que omnia dixe-
rim, ⁊c.

¶ Ad senatusconsultum Trebellianum. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Legitimam non venire in restitutione fideicommis-
si vniuersalis, et testatorem posse prohibere detractionem
trebellianice etiam inter liberos primi gradus: nec obstat
stylus contrarius nisi aliter probetur quam per allegatio-
nes doctorum: ⁊ quod substitutio relata ad duos dispares in
gradu refertur ad vtrunque eque principaliter, non ordine
successiuo, et quod adiens hereditatem sub beneficio in-
uentarij nihilominus non detrahit pijs legatis falcidiam,
⁊ quod vsufructuarius tenetur cauere, ⁊ nisi caueat aufertur
ei vsufructus, nec sufficit cautio iuratoria, ⁊ illa verba, sine
aliquo onere, non officere vt intelligatur prohibita detra-
ctio falcidie.

1 ☞ Legitima trium liberorum que dicatur.
2 Substitutio vulgaris et pupillaris quando dicantur expi-
rare.
3 Legitima an veniat in fideicommissi vniuersalis restitutio-
nem.
4 Trebellianice detractionem an possit testator testamento
prohibere.
5 Testamento quando potest testator prohibere detractionē
trebellianice inter liberos primi gradus.
6 Communis opinio preualet, nec ab ea est in iudicando vel
consulendo recedendum.
7 Consuetudo est facti, nec standum est glosse consuetudinem
recitanti, ⁊ hoc multis rationibus probatur.
8 Testis non potest testimonium ferre per scripturam, nec po
test ferre non iuratus.
9 Substitutio quando intelligatur relata ad duos dispares
gradus.
10 Substitutione facta Titio de vno ex filijs Sempronij an
veniat filius natus post mortem Titij.
11 Verisimile non est quod testator plus dilexerit neptes ex fi-
lia quam ex filio.
12 Rei sue quilibet est moderator ⁊ arbiter vt etiam possit ea
abuti.
13 Donatarius an possit post perfectam donationem gra-
uari.
14 Falcidia an habeat locum in pijs legatis.
15 Legatum quando perdat qui propria illud authoritate per-
cepit.
16 Vsufructuarius quomodo cauere teneatur heredi.
17 Opinioni gloss. corroborate per famosos doctores creden-
dum.
18 Crimen expilate hereditatis an potest intendi legatario qui
legatum sibi relictum propria authoritate cepit.
19 Falcidia quando possit detrahi in vsufructu legato.
20 Verba hec, sine aliquo onere, an prohibeant detractionem
falcidie.
21 Falcidie prohibitio potest fieri per verba equipollen-
tia.
22 Verba illa, totam hereditatem restituas, an non prohibeant
detractionem trebellianice.
23 Falcidia non prohibetur per hec verba, mādo hereditatem

totam institui, & legata integra solui.
24 Communis loquendi vsus in quacunque materia prefertur proprio significato.
25 Aliquod onus non sustineat, & nullū onus sustineat, in quo differunt.
26 Trebellianica & Falcidia fraternizant.

Consilium.cxlij.



Ex themate mihi exhibite consultationis parte honesti iuuenis Joannis Rolini filij naturalis et legitimi nobilis & honorabilis viri magistri Andree Rolini Delphinalis secretarij eliciuntur multa dubia, quibus breuiter et succincte per modum conclusionis respondeo prout infra: et primo ad primum: Pro cuius faciliore solutione premitto quod vt colligitur ex testamento honorabilis quondam viri Antonij Luscerij idem tempore testamenti huiusmodi habuit liberos naturales & legitimos primi gradus, sc3, Joānem, Joānonum, et Perretā, & qui vt existimo (pro eo q2 paulo post ab humanis decessit) eidē superuixerūt, quo fit vt legitima
1 horū triū fuerit triens † seu tertia pars bonorū eiusdē Antonij, eorum, scilicet, que superfuerunt deducto ere alieno, & funeris eiusdem impensa. authenti. de triente & semisse, et successionibus filiorum, & nepotum naturalium, & collationibus vel distributionibus: necnon & literarum aut numerationum, atque rerum, ex quibus detineni inficiationibus. §. primo. collatione tertia. & transumptiue in authentica, nouissima. C. de inofficioso testamen. iuncta l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eodem titulo. & sic legitima cuiuslibet ex dictis tribus liberis fuit tertia pars trientis, et nona pars predictorum bonorum. Premitto insuper quod cum post mortem eiusdem quondam Antonij dictus Joānonus heres vniuersalis se immiscuerit paterne hereditati, & pro ipsius Antonij herede vniuersali se gesserit, & factus pubes seu maior quatuordecim annis ab humanis decesserit, expirauerunt
2 substitutio vulgaris † et etiam pupillaris, si tempore predicti testamenti erat impubes. l. post aditam. & l. precibus. C. de impuberum, & alijs substitutionibus, & l. in pupillari. cum suis similibus. ff. de vulgari & pupillari substitutione. remansit igitur fideicommissaria substitutio per quam fuit idem Joannonus sub conditione, & si sine liberis masculis &c. ab humanis decederet grauatus de restituendo hereditatem dicte Perrete eius sorori, & liberis eiusdem: que sibi locum vendicauit in personam eiusdem Perrete & liberorum suorum, saltem masculorum: eorū, scilicet, qui nati vel concepti erant tempore purificate cōditionis dicte substitutionis, seu mortis & decessus dicti quondam Joannoni sine liberis defuncti: Potuit tamen de fideicommisso vniuersali
3 idem Joannonus detrahere legitimam † que in illo non venit. l. coheredi. §. cum filio. ff. de vulgari & pupillari substitutio. & in qua grauari non potuit per dictum quondam Antonium. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. l. que nuper. & l. scimus. in princip. C. de inofficioso testamento. Et quamuis filius heres institutus de restituendo hereditatem sub conditione grauatus possit detrahere regulariter duas quartas, scilicet, legitimam, et trebellianicam iuxta theoricam quam ponunt gloss. Barto. & docto. in dicta. l. Papinianus. §. meminisse. gloss. Barto. Bald. Philip. de Corne. & docto. in. l. quamquam. C. ad legem falci. Bald. in. l. filium quem. C. fami. erciscund. pro quo dicto ponit multas remissiones dominus Jason May. in authenti. res que. C. commu. de leg. & sunt boni text. in capitu. Raynutius. & capitu. Raynaldus. de testamen. tamen remanet difficultas in casu de quo queritur, pro eo quia dictus quondam Antonius testator expresse prohibuit detractionem trebellianice: An videlicet,
4 illud † prohiberi potuerit vel non, super quo sunt opiniones. Bald. enim & Salicet. in. l. iubemus. C. ad senatusconsultum Trebellianum, videntur voluisse quod licet testator possit regulariter prohibere detractionem trebellianice, hoc tamen fallit in liberis primi gradus: & hanc opinionem sequitur Philippus de Corne. in dicta. l. iubemus. & cum hac opinione transit Roma. in. l. marcellus. in principio. ff. ad senatusconsultum Trebellianum, qui etiam ita consuluit consilio ducentesimosexto. et hanc opinionem refert dominus Guid. Pape decisione quinquagesimaprima. exordiente, Secundum stylum curie inaudite, &c. obseruari secundum stylum curie insignis parlamenti Delphinalis sed contra etiam istam preclaram opinionem, scilicet, quod
5 imo possit etiam filijs † primi gradus prohiberi detractio trebellianice tenuit Cynus in. l. iubemus. in prima oppo. volens quod illa. l. iubemus. sit hodie correcta per id quod habetur in authē. sed testator. §. j. ad legem falcidiam. & Raphael Cuman. in. l. coheredi. §. cum filio. ff. de vulgari & pupillari substitutione. & in. l. fideicommissa. in princip. ff. ad senatusconsultum Trebellianum, reprehendens opinionem Bald. et dicens quod argumentum quo vtitur Bald. non procedit, quia licet dicta. l. iubemus. velit quod testator non possit facere vt fructus filio computentur in trebellianicam, non tamen vult illa. l. quod testator non possit prohibere detractionem trebellianice, quia illud erat ius commune prius inductum, scilicet, quod testator non posset illo tempore prohibere detractionem trebellianice. l. titia. et. l. quod de bonis. §. primo. & §. finali. ff. ad legem falcidiam. l. prima. §. inde Neratius. ff. ad Trebellianum. et sic text. dicte. l. iubemus. non inducit quod testator non possit prohibere Trebellianicam, sed inductum presupponit, licet specialiter velit quod testator non possit disponere quod fructus qui alijs heredibus cōputarentur in quartam Trebellianicā computentur liberis primi gradus: vnde circa prohibitionem testatoris quod non detrahatur trebellianica non continet illa l. aliquod singulare: quo fit vt secundum Raph. Cuma. cum testator possit in totum prohibere trebellianicam poterit etiam illam diminuere, et disponere quod fructus computentur in eam, vt etiam dicit Cyn. et quamuis Alexander de Jmo. in dicta. l. Marcellus. in princi. dixerit se pro tunc non examinare questionem pro eo quia tunc pendebat de facto, ipse tamen addendo dicit quod sibi magis placebat opinio Cyn. quo ad hoc vt testator possit disponere quod filius non detrahet trebellianicam, quia vt dictum est. d. l. iubemus. nō probat dictū Dy. et hanc opinionē consulendo sequutus est Alexander de Jmol. consilio. lxvij. in principio voluminis. & consilio septuagesimonono, exordiente, perspectis consideratisque ijs omnibus que in themate, &c. in quinto volumine. & allegat not. per Dyn. Reyne. Alber. Rapha. & Joannem de Jmo. in. l. lucius. §. maritus. ff. ad senatusconsultum Trebellianum. & per Bald. in. l. quoniam in prioribus. C. de inofficioso testamen. et per Nicol. de Neapol. in. l. si debitor. ff. ad ad legem falcidiam. et ad dictam. l. iubemus. C. ad trebellia. respondet quod illa loquitur quando solum erat locus detractioni vnius quarte, puta trebellianice, vt in ea patet in versicu. dodrans. quia testator tunc non poterat illam impedire, sed nos loquimur quando filius detrahet legitimam & vltra hoc vellet detrahere Trebellianicam, nam pater potest hoc prohibere vt dicunt prefati docto. & subiungit quod plus dicit Cyn. in dicta. l. iubemus. scilicet, quod illa sit hodie correcta per illam authenticam, Sed cum testator. dicit etiam Alexand. de Jmo. in dicto consilio, quod ista opinio magis communiter teneatur vt dicunt doctor. in dicta authentica, Sed cum testator. & in. l. Marcellus. in princip. et secundum hanc opinionem etiam consuluit Philippus de Corne. consilio vigesimosecundo exordiente, in hac consultatione principalis hesitatio est. versic. sed Rapha. Cuma. in secundo volumine. hanc opinionem dicit etiam esse communem Anto. de cor. in suo tract. de potesta. & excellen. Regi. questione septuagesimatertia. versicu. et ista prohibitio trebellianice habet etiam locum in liberis primi gradus a
6 qua preterea † nō videtur in consulendo vel iudicando esse recedendum. l. prima. versiculo, crebrior apud veteres opinio. ff. de offic. questo. capitu. nouimus. et quod ibi Antonius de Butrio de verborum & rerum significat. & capi. de iudicijs. in questione tertia. & quod communiter not. Host. Joannes Andreas, & omnes scribentes in capitu. primo. de constitutio. si tamen de stylo dicte insignis curie seruaretur contrarium difficile esset obtinere contra illam: puto tamen, quod oportet de illo aliter apparere quam per relationem dicti domi. Guidonis, quia non videtur illi standū. per id quod non Bald. in. l. conuentaneum. in quinta oppo-
7 si. ad fin. C. quomo. & quand. iudex. vbi dicit non esse † standum gloss. referenti consuetudinem, quia facti est. Et idem voluit Bald. in. l. si is qui. §. primo. ff. de pignoribus. in lectu. antiq. & Alexander de Ymola, in. l. post dotem. versicu. & iuxta hoc queri posset, &c. ff. soluto matrimo. Franciscus de Areti. consilio centesimo trigesimotertio. exordiente, in causa que vertitur, &c. versiculo, sed tamen ijs non obstantibus. qui allegat, quod si personis quantuncunque religiosis

non credatur attestantibus de iuramento.capitulo, nuper. de testi.quinimo nec episcopis,vt ibi not.Panormi.multo- minus creditur doctoribus sine iuramento asserentibus id quod est facti,quia forte aliquando asserunt aliquid de audi tu,vel quia sic scriptū ab alijs inuenerunt:huic tamen ratio- ni posset fortasse responderi quod dictum stylum scire po- terat idem domi. Guido.vtpote diu versatus in practica,et postea vt consiliarius dicte insignis curie.Allegat preterea Francisc.de Are.quod si crederetur doctoribus communi- ter asserentibus de consuetudine cōcurreret duplex speciali-
16 tas circa idē.Prima esset † quod admitterentur testes non iurati.secunda, quod admitterentur testes qui testificaren- tur per scripturam, quod non licet.capit.testes.iij.questio- ne nona.⁊.l.tertia.§.Idem dinus.ff.de testibus.⁊ quod not. in capitu.tuis.de testi.⁊ per Bartol.in.l.Theopompus.ff. de dote prelegata.sed primum etiam admitti non debet, quia duplex specialitas non debet concurrere circa idem.l. prima.⁊ quod ibi gloss.C.de dotis promissione,⁊ nuda pol- licitatione. et quod notat Bartolus in.l.si is qui pro em- ptore.ff.de vsucap.videtur igitur quod aliter oportet con- stare de dicto pretenso stylo quam per relationem dicti do- mi.Guidonis:Fateor tamen quod Barto.in repetitio.l.de quibus.versiculo,quarto principaliter queritur,⁊c.ff.de legi. (si tamen repetitio huiusmodi sit Bart.)sentit contrarium: sed quod predixi videtur esse verius,per rationes predictas, quod etiam voluit Joannes de Jmol.in.l.prima.§.nuntia- tio.ff.de noui operis nuntiatio.quando vnus aut duo refer- rent de consuetudine.Secus tamen esset secundum eum si docto.communiter referrent:sed in hoc vltimo reprehendi- tur ab Alerand.de Jmo.⁊ Francisc.de Are.in dictis locis. Existimo tamen quod in dicta insigni curia satis sit cogni- tum si ille stylus inibi obseruetur vel non.Premitto insuper quod cum eidem Joannono ab intestato vita functo super- fuerint dicti Joannes ⁊ Perreta vtrinque coniuncti,illi tā- quam proximiores ab intestato sibi successerunt in dicta legi tima, et etiam in Trebellianica,si,non obstante prohibitio- ne testatoris,etiam detrahi potuisset iuxta dictum preten- sum stylum : quilibet, scilicet, pro semisse seu dimidia parte authenti.defuncto.⁊ in corpore vnde sumitur.C.ad senatus- consultum Tertullianum.residuum vero debuit in vim fidei commissarie substitutionis restitui dicte Perrete substitu- te, ⁊ liberis saltem masculis illis,scilicet,qui,vt predixi,tem pore purificate conditionis erant nati vel concepti:dicte,vi- delicet,Perrete pro dimidia parte,⁊ liberis pro alia dimi- dia.l.interdum.in princip.ibi,quia detracta.⁊ quod ibi Joan nes de Jmol.ff.de heredibus instituend.nisi forte quis mihi opponat quod dicta Perreta ⁊ liberi videantur inuitati, non quidem simul, sed successiue.Primo, scilicet, Perreta, ⁊ post eā, seu eā non existente tempore purificate conditio- nis, vel repudiante fideicommissum, dicti eius liberi: iuxta doctrinam quam ponit Barto.in.l.Gallus.§.quidam recte. ff.de liberis ⁊ posthumis heredibus instituendis, vel exhe- redandis,vel preteritis.sed respondeo quod doctrina Bar- to.in hoc reprehenditur per Bald.Ange. Paulum de Ca- stro,Joannem de Jmo.⁊ alios in dicto.§. quedam recte.et per canoni.in dicto capitu.Raynutius.circa principium.de testamen.⁊ pro hoc est ibi bonus text.in versicu.Alteroca ⁊ soboles quam gestebat in vtero.ibi enim fuerant alteroca,⁊ soboles quam gestabat in vtero.substitute, ⁊ adiecte heredi institute,⁊ vt colligitur ex ibi postea sequētibus mortua ad- iecta egerūt simul alteroca ⁊ soboles nata,pro quibus etiam lata est sententia,⁊ ita clare apparet eas fuisse simul inuita- tas. Et per hoc probatur quod substitutio relata ad duos dispares in gradu refertur ad vtrunque eque principaliter, non ordine successiuo:quod etiam voluit Alerand.de Jmo. in.l.heredes mei.§.cum ita.ff.ad senatusconsultum Trebel- lianum.⁊ Matthe.de Matha.singulari centesimo quinqua gesimooctauo.exordiente,nec si ascendens.Dixi de liberis natis vel conceptis tempore purificate conditionis dicte substitutionis seu mortis ⁊ decessus dicti Joannoni,pro eo quia non puto quod concepti post mortem dicti Joanno- ni fuerint inuitati seu substituti secundum decisionem Jo- annis Andree in additionibus Specul.titu.de testament. in rubrica versicu.item Lamber.de Rampo.vbi refert quod Lamber.de Rampo.in sua questione incipiente, Quidam Meuius terminauit plura dubia.Primum erat vtrum va- leret talis substitutio, Petro filio meo heredi vniuersali- ter a me instituto, substituo vnum ex filijs Titij alterius filij mei, quem ipse Petrus heres meus elegerit. Secun- dum dubium erat, quid si dictus Petrus heres nullum elegisset vel nominasset, an omnes equaliter succedant, et an ex testamento, vel ab intestato ? Tertium et vltimum erat,an veniat filius natus ex dicto Titio post mortem di- cti Petri cui facta erat substitutio, et istud vltimum est illud quod in specie attigit casum nostrum, et cui respon- det Lambertus de Ramponibus et sequitur etiam Joan. Andre.vbi supra,quod ad substitutionem non venient filij nati post mortem dicti Petri heredis, pro eo quia non erant in rerum natura quando substitutio locum sibi ven- dicauit:quinimo habentur pro non scriptis.pro quo allega- tur.l.prima.§.⁊ cum triplici.C.de caducis tollendis.et.l.cum pater.§.hereditatem.el primo.in fine.ibi viriles autem. ff. de legatis secundo.et ista decisio videtur determinare ca- sum predictū.Preterea ad predicta facit,quia dicta Per- reta et dicti sui filij fuerunt in vna ⁊ eadem conditione et substitutione vocati. debet ergo intelligi, quod pariter et vniformiter fuerint vocati,saltem in casu de quo queritur in quo dicta substitutionis dispositio facta de Perreta et eius filijs fuit voluntaria, absque eo quod ex dispositione iuris testator ad id teneretur.l.Jam hoc iure.⁊.l.Lucius.ff. de vulga.⁊ pupilla.substit.⁊.l.in testamento.C.de testamen. mili.sed si diceremus quod in substitutiōe facta de dicta Perre- ta cōprehenderētur filij nascituri post euentum cōditionis, non esset verum dicere quod pariter vocarentur,quinimo dicta Perreta quandoque habuisset totum fideicommissum, quandoque partem vnam secundum quod successiue nati fuissent,vt de se patet:⁊ hanc decisionē Lamber.de Ramp. sequitur etiam Alex.de Jmol.consilio decimotertio, exor- diente,visis ⁊ perlectis.⁊ alius nescio quis (egregius tamen ⁊ solennis doctor) in sequenti consil.exordiente,super que- stione proposita que proculdubio pendet ab articulis diffi- cillimis,⁊c.in quarto volumine. quibus premissis dico et respondeo,quod dicta Perreta potuit disponere de dimi- dia parte legitime dicti quondam Joannoni,⁊ que,vt dixi, fuit noua pars pdictorū bonorū:insuper ⁊ de dimidia par- te trebellianice,nisi fuisset prohibita,vel si de consuetudine seu dicto pretenso stylo conseruato illa prohiberi non po- tuerit:insuper disponere ⁊ testari potuit de dimidia parte vniuersalis fideicommissi.Ad secundum dico ⁊ respondeo, quod si nos presumeremus non solum liberos masculos di- cte Perrete fuisse substitutos,sed etiam filias(scilicet) na- tas vel conceptas tempore mortis dicti quondam Joan- noni,tunc non putarem,quod per ea de quibus in casu,di- cte filie censeri deberent excluse a dicto vniuersali fideicom- misso.l.his.cum suis simili.ff.de transactio.sed non videtur, quod dicte filie censeri debeant substitute,pro eo quia non
11 est verisimile,quod testator † plus dilexerit neptes ex filia quam neptes ex filio per eum herede vniuersali instituto.ar- gu.l.Publius meuius.ff.de conditionibus ⁊ demōstratio- nibus.⁊ eorum que not.Barto.in dicta.l.Gallus.§.etiam si parente.ff.de liberis ⁊ posthumis.cum igitur dictus testa- tor noluerit propter superexistentiam filiorum dicti quon- dam Joānonis heredis instituti dictos Perretam ⁊ filias substitutos repelli,quia in substitutione dictum est,si sine li- beris masculis,ex eo concluditur eundē testatorem debuis- se ⁊ debere censeri substituisse Perretam ⁊ filios mascu- los.Pro responsione ad tertium quesitum in quo queritur an donationes facte per dictam Perretam tam Petro quam Bertrando eius filijs fuerint valide,voluissem vide- re donationes huiusmodi,pro eo quia multa possent sub- esse propter que possent fortasse impugnari:scio tamē quod
12 quilibet est regulariter moderator † et arbiter rei sue.l.in re mandata.C.mandat.l.dudum.C.de contrahenda emptio- ne,⁊ venditione,⁊ de pactis inter emptor.⁊ venditor.con- uentis.l.polla.C.de ijs quibus vt indig.⁊ capit.de ijs.ad fin. de sepultu.facit.l.nemo externus.C.de iudeis.Multa ponit Angelus consilio centesimo octuagesimoprimo, exordien- te, visis instrumentis.versicu.his premissis,⁊c. ⁊ est adeo quilibet moderator ⁊ arbiter rei sue,vt etiam possit ea abu- ti.l.sed si lege.§.consuluit.ff.de petitio.heredi.dixi etiam su- perius in responsione ad primum quesitū,quod dicta Per- reta poterat disponere ⁊ testari de dimidia parte legitime dicti quondam Joannonis, ⁊ Trebellianice si potuit de- trahi:insuper et de dimidia parte vniuersalis fideicommis- si,in quo etiā cōprehēdebatur trebellianica, propter prohi- bitionē de qua supra detrahi nō poterat:si vero vltra,⁊ pter hoc disposuerit de bōis in pīudiciū aliorū liberorū masculorū quā Petri ⁊ Bertrādi,eorū,scilicet,q nati erāt aut cōcepti tempore

tempore mortis dicti quondam Joannoni, hoc non deberet
illis preiudicare.l. Rem alienam.ff. de contrahen. empt.⁊
vendi.⁊.l.id quod nostrum. cum suis simili.ff. de regu. iur.
¶ Ad quartum respondeo, quod licet vt apparet ex predi-
cto themate dictus Petrus Chabaudi alter ex heredibus
institutis per dictam quondam Perretã vna cũ dicto Ber-
trando eius fratre repudiauerit maternam hereditatem, ipse
tamen postea heres vniuersalis per dictum Bertrandum
institutus adiuit hereditatem dicti Bertrandi, ⁊ sic fuit ipse
Petrus heres vniuersalis et immediatus dicti Bertrandi
eius fratris, et per medium eiusdem Bertrandi fuit heres
vniuersalis dicte Perrete.l.fina.⁊ quod ibi gloss.⁊ docto.C.
de heredibus instituend.⁊.l.j.ij ⁊.iij.cum similibus.ff.de pe-
titio.heredita. Et posito quod ipse Petrus potuerit dispo-
nere et testari tam de bonis ad eum peruentis ex mater-
na seu maternis donationibus, quam ex dispositiõe testamen
taria dicti quondam Bertrandi non obstantibus substitu-
tionibus factis per dictam Perretam in themate mentio-
natis, ⁊ que eidem Petro non obstiterunt: et primo quidem
13 † non quo ad bona que ad eum peruenerunt ex dicto Ber-
trando, quia Bertrandus nõ fuit grauatus de restituendo,
⁊ propterea poterat libere disponere de bonis per matrem
sibi relictis: et quamuis illa postea peruenerint ad dictum
Petrum, hoc tamen non fuit ex materna dispositione, cum
ipse repudiauerit maternam hereditatem. Nõ etiam quo ad
bona donata, tum quia (vt dixi) Petrus repudiauit ma-
ternam hereditatẽ, et sic post perfectam donationẽ non po-
tuit grauari idem Petrus in bonis donatis.l.perfecta.cum
suis simi.C.de donatio.que sub mo. Tum ⁊ quia in fideicom
misso vniuersali non veniunt alia bona grauati que, scilicet,
ad eum non peruenerunt in vim testamenti aut alterius vlti
me voluntatis grauantis, etiã si illa ad eum peruenissent in
vim tituli habiti a testatore. pro quo allegasse sufficiat.l.se-
quens questio.ff.de legatis secundo.l.si res.in princip.l.de-
bitor.§.finali.⁊ quod ibi Alexan.de Imo.l.a filia.in princip.
⁊.l.si paterni.in princip.ff.ad senatusconsultum Trebellia.in
quibus locis probatur hoc dictum quod etiam voluit Ale-
xan.de Imo.consil.xx.exord.ponderatis ijs que in themate,
⁊c.ver. Istis sic presuppositis, ⁊c.in quarto volumine. et per
hec patet responsio ad quarrum ⁊ quintum quesitis: et quod
per substitutionem factam per dictam Perretam nihil fuit
detractum portioni, seu de portione aut de bonis predicti
quondam Petri. ¶ Ad sextum dico ⁊ respondeo, quod li-
cet dictus Joãnes Rolini adiuerit hereditatẽ dicti Petri
cum beneficio inuentarij quod postea legitime confecit, non
14 tamen † potest de pijs legatis detrahere falcidiam.authen
ti.sed cum testator.et in corpore vnde sumitur.C.ad legem
falcidiam. ¶ Ad septimum dico ⁊ respondeo, quod licet le-
15 gatarius † accipiẽs propria authoritate legatum sibi reli-
ctum, seu illud occupans post aditam hereditatem ⁊ appre
hensam rei legate possessionem perdat legatum.l.nõ est du-
bium.C.de legat.secus tamen est si hoc faciat ante aditam
hereditatem, vel post aditionem et ante apprehensionem
possessionis secundum communem sententiam scribentium
in.d.l.non est dubium.et sic non puto quod dicta Joanneta
incurrerit penam perditionis sui legati, pro eo quia propria
authoritate, ⁊c. Puto tamẽ quod si immineat falcidia detra
henda per heredem, ipsa debet restituere vt detrahi possit.
l.prima.§.rediguntur.ff.quorum legat. Preterea cum vinee
16 non fuerint sibi legate sed illarum vsusfructus, ipsa † tene-
batur ⁊ tenetur idonee camere seu satisdare de vtendo fruen
do arbitrio boni viri, ⁊ de vineis heredi restituendis finito
vsufructu, per ea que habentur in.l.quarta. ⁊ quod ibi scri-
bentes.C. de vsufruct. ⁊ si huiusmodi cautionem idoneam
prestare nolit, cum hoc facere possit, debẽt vinee sibi auferri,
nec ipsa facit fructus suos, vt not.communiter omnes scri-
bentes in dicta.l.iiij.quinimo ⁊ si illud propter paupertatem
prestare non possint, sint ⁊ dicte vinee auferende, nec habe-
re debet vsumfructum.l.lxxxi.ff.de vsufru.leg.qđ etiã voluit
gl.Odof. Jac.But.⁊ Bal.in.d.l.iiij. Jac.But.⁊ Bal.ĩ.l.hac
edictali.§.his illud.C.de secun.nupt.⁊ do. Jason May.in.l.
prima.versicu.nono.ff. qui satisdare cogantur.nec sufficeret
cautio iuratoria, si fortasse ad illam prestandam se recipi po-
stularet, vt voluit gloss.⁊ docto.in locis superius allegatis.⁊
Roma.consilio.cccclxxix.exordiente, circa primum proposi-
te consultationis articulum. pro quorum dicto facit, quia
quãdo sunt due obligationes correlatiue seu sequutiue tunc
non attenditur paupertas vel nõ paupertas, sed semper ille
qui petit vel vult sibi impartiri oz implere ex persona sua.l.
Julianus.§.offerri.ff.de actio.emp.⁊.l.prima.§.si cum duo-
bus.ff.de collatio.bono.sed in casu presenti sunt duo vincu-
la correlatiua, vnum, scilicet, vsusfructus prestandi, alterum
satisdandi. si igitur vsufructuarius velit et petat vsumfru-
ctum sibi prestari ipse debet satisdare, alias autem non de-
bet proprietarius arctari ad prestationem vsusfructus, per
id quod not. Bald.in.l.secunda.in secundo notabili.C.de vsu.
⁊ fructib.lega.⁊ sequitur dominus Jason May.in.l.prima.
versic.nono dubita.ff.qui satis.cogan.⁊ quamuis aliqui ali-
ter senserint in dicta.l.iiij.quia tamen opinio predicta vide-
tur esse communis non est ab ea discedendum in consulendo
aut iudicando iuxta theoricam supra allegatam, ⁊ quam po-
nunt Hostien. Joan. Andr.⁊ alij in capitulo primo.de con-
stitutio. Barto.⁊ alij in.l.fina.C.de pena.iudi.qui male iudi.
⁊ hoc maxime procedit ⁊ procedere debet in hoc casu pro eo
quia hec fuit opinio gloss.quam, vt dixi, non solum vnus
17 † famosus doctor sed multi sequuntur, illa ergo sequenda
est per vulgatum dictum Jacobi Butrigarij, in.l.prima.C.
qui pro sua iurisdictio.iudic.dare darive possunt. et sequi-
tur Joannes de Imo.in capitu.cum contingat.de iureiuran.
Bald.in.l.hereditas.C.depositi.⁊ in.l.precibus.C.de impu-
berum ⁊ alijs substitutionibus. pro quo multas remissiones
ponit quas non refero consilio nono.exordiente, Preclare
scribitur apud Psalmistam. ibi quanti est enim authoritas
gloss. nemo est qui nesciat in secunda parte.⁊ Feli.in capitu
lo primo.versicu.secundo limita nisi contra communem opi-
nionem.de constitutio.in.vj.⁊ Anto.Corse.in suis singulari-
bus.in verbo legitimam.⁊ alijs in locis. ¶ Ad octauum di-
co et respondeo, quod licet dicta Joanneta non debuerit
propria authoritate capere legatum sibi relictum, non ta-
18 men puto quod ipsa inciderit in crimen † expilate heredita-
tis: nec puto, vt iam dixi, quod perdiderit legatum, etiam si
⁊ in dictum crimen incidisset.l.obtentu.C. de crimi.expil.he-
redita. ¶ Venio ad nonum in quo queritur an in vsufru-
19 ctu † domus, vinearum, ⁊ quorundam aliorum bonorum
quod fecisse dicit honorabilis quondam vir magister Pe-
trus Chabaudi notarius honeste mulieri Joanne Chabar-
de detrahi possit per dictum Joannem Rolini eius here-
dem falcidia, dubium facit quia legata predicta fuerunt ei-
dem Joanne relicta absque aliquo onere eius vita durante,
propter quod videtur prohibita detractio falcidie quam cer
tum est posse prohiberi authen.sed cum testator.⁊ in corpo-
re vnde sumitur.C.ad legem falci.⁊ quamuis opus sit quod
prohibitio detractionis huiusmodi expressa sit secundum
Bartolum, hoc tamen non videtur obstare, pro eo quia vide
tur sufficere quod illa fiat vel per verba expressim ⁊ nomi-
natim prohibentia falcidie detractionem, vel per verba equi
pollentia, cuiusmodi videntur esse verba hec omnia, integra,
pleno iure, aut nullo detracto, vel sine diminutione, vt, verbi
gratia, si testator voluerit integra legata, vel ex toto, aut ple-
no iure, vel nullo detracto, seu sine diminutione, vel omnia
solui. Et ijs videtur simile esse si testator legatum reliquerit
20 † sine aliquo onere prout in casu, vt propter illud verbum
(sine aliquo onere) videatur prohibuisse detractionem fal
cidie. Sed ijs non obstantibus que (vt mihi videtur) nul-
lo modo obstant, dico quod falcidia seu detractio illius nõ
censetur prohibita ea prohibitione que sufficiat ad impe-
diendam detractionem: Et primo quidem hoc certum est si
sequamur gloss.primam in dicta auth. sed cum testator.que
super verbo expressim.dicit, scilicet, ne detrahatur falcidia, ⁊
ita sentit gloss.quod oporteat illam expressim, hoc est nomi-
natim prohiberi: et idem voluit ibi Angel.idem etiam no-
tat Ang.in dicta authen.de hered.⁊.fal.§.si vero expressim.
versicu.sed iuxta hoc queritur. Idem etiam videtur voluisse
Andreas Barbatias, post longam disceptationem in sua
Joãnna capit. Raynaldus.de testament. Roma.in authen
ti.similiter.C. ad legem falcidiam.et supposito quod aliqui
aliter censissent, quia tamen predicta opinio fuit opinio
gloss.quam sequitur non solum vnus ⁊ famosus doctor sed
plures, non videtur quod ab illa sit dicedendum in consu-
lendo aut iudicando, iuxta vulgatam doctrinam Jacobi
Butrig.in.l.prima.C.qui pro sua iurisdictione iudi.dare da-
rive poss.⁊ quod not. Joannes de Imo.in capitu.cum con
tingat.de iureiurand. Bald.in.l.hereditas.C.depositi.⁊ in.l.
precibus.C.de impuberum, et alijs substitutionibus.⁊ ca-
pitulo primo.de natis ex libero ventre.seu authentica, cessan
te.C.de legitimis heredibus.⁊ in multis alijs locis.⁊ An-
tonius de Butrio in capitulo primo. in princip.de officio
delegat. Andreas Barbatias consilio. ix.in secunda parte,

& Anto. Corset. in suis singularibus, in verbo legitima. & alij
in alijs locis, & quidem multis & varijs. Preterea supposito
quod ad opportune & efficaciter prohibendam detractionẽ
falcidie nõ esset opus quod illa expressim seu nominatim pro-
21 hiberetur, vt, verbi gratia, prohibeo detractionẽ † falcidie,
sed sufficeret prohibitionem huiusmodi fieri per verba equi-
pollentia, opus esset tamen quod illa fieret per verba que nõ
possent aliud significare quam prohibitionem detractionis:
et hinc est quod Paulus de cas. consilio centesimo quinqua-
gesimo. & consilio. clxiiij. voluit (loquens tamen in Trebel-
lianica que secundum communem opinionem in hoc nõ di-
5 sula † codicillaris apposita in testamento superius mentionato operetur quod legata censeantur ab intestato repetita, prout communiter doct. no. in dicta auť. ex causa. in. l. j. ff. de iure codicil. l. si. C. eo. tit. ⁊ in. l. eam quam. C. de fideicō. palam infertur quod per dictam clausulam codicillarem positam in testamento de quo supra conseruentur legata, etiam si dictus posthumus ignoranter preteritus extiterit: supposito ꝙ clausula huiusmodi concepta extitit vel per verbum futuri temporis, aut per verbū importās futurū tēpus: et hoc p claro presupponit Bal. in dicta auť. ex causa. ⁊ videtur velle idem Bal. quāuis non ita precise in. l. j. C. de codicil. facit qđ no. Bal. in. l. pe. C. de codi. ⁊ quod solitus est tenere Panor. consulendo. consi. lvij. exord. Quāquam multa scripta fuerint ⁊ c. ⁊ consi. lviij. exord. Clarum est testamentum predictum. qđ etiam tenebant Dyn. Jaco. de Are. ⁊ communiter oēs moderni ante Bar. prout ipse refert in.d.l.j. ff. de iure codicil. ⁊ idem tenet Raph. in.d.l.j. ⁊ in. l. si quis cum nullum. ⁊ Phil. de Corne. consi. cxviij. exord. Uidetur primo aspectu, ⁊ c. ver. ⁊ licet vt refert Bar. ⁊ c. ⁊ consi. ccxliij. exord. Uidetur prima facie dicendum, ⁊ c. ver. dicta scđa principali ratione. in.ij. vo. ⁊ in multis alijs consilijs que non refero: ⁊ nō solum per dictam clausulam codicillarem videntur cōseruari legata simpliciter relicta iure legati, sed etiā si essent certe res iure institutionis relicte: vt ille habeantur, nō quidem iure institutionis, nec cum illis iuribus in quibus sic constitutis habet participium cum herede vniuersaliter instituto, sed in vim legati: prout ponit Philip. de Corne. in dicto cōsilio. cxviij. Quod autem verbum valeret, positum in dicta clausula codicillari trahatur etiam ad futurum tempus, quamuis non sit futuri temporis, plenissime ostendit prefatus egregius doctor primo scribens. quod etiam voluit Bald. in. l. fin. versi. deinde recipiamus verba temporis preteriti. C. de codi. qui etiā refert Jac. de Are. Nico. de Matha. ⁊ Bar. hoc tenere: hoc etiam tenet Phil. de Corne. in.d. consil. cxviij. ⁊ in dicto consi. ccxliij. pro quo allegat. l. si debitor. §. verisimile. ff. de cōtrahen. emp. ⁊ ven. l. cū certus. ff. de tritico. vineo. ⁊ oleo. leg. facit. l. qui Rome. §. Augerius. ⁊ qđ ibi Bar. ff. de verb. obl. Quo vero ad heredis, seu heredū institutionē dico ⁊ rñdeo, ꝙ q̄uis qđ ad institutionē hmōi fuerit ruptū pdictū testm̄, ita vt in vim illi⁹ ⁊ tanquā testamētarij heredes eidē nobili Raymundo succedere nō possint in illo heredes instituti. l. posthumo preterito. C. de bon. poss. cōtra tabu. l. j. ⁊ per totū titulum. C. de posth. here. insti. q2 tamen in testamēto predi-
6 cto fuit, vt predixi, apposita † clausula codicillaris, que, vt dixi. trahitur etiam ad futurum tempus, cēsentur ipse posthumus ⁊ legatarij, fuisse rogati de hereditate restituenda filijs heredibus institutis: sꝫm cōem cōclusionē scribentiū in d. auť. ex cā. in.d.l.j. ff. de iure codicil. ⁊ in.d.l. filio preterito. ⁊ hoc non hꝫ dubiū si dict⁹ posthumus fuerit p dictū testatorē scienter preterit⁹. si vero ignorāter, tūc est magna difficultas: q2 quāuis cōiter oēs antiq vsqꝫ ad Bar. censerint ꝙ si codicillaris esset cōcepta p verbū pñs, ⁊ futurū, puta si testm̄ non valet vel nō valebit, ex tunc cōprehenderet filius posthumus postea natus: q2 ex quo testator dixit, si non valebit, considerauit etiā tēpus futurū, ⁊ sic saltē in genere cogitauit de natiuitate posthumi: ergo posthumus cōprehendit: postea superuenit Bart. q in.d. auť. ex causa. ⁊ plenius in.d.l.j.q. vi. ff. de iur. codic. ⁊ in consi. exord. Quidam noie Lapus tenuit,
7 ꝙ qñocunqꝫ cōcipiať clausula codicillaris nūq̄ † cōprehēdať posthum⁹ postea nat⁹, nisi de eo in specie cogitauerit. l. si vnquā. C. de reuo. dona. ⁊ alia iura p eū allegata. Et q̄uis Bar. etiā in hoc articulo nō sit sine sequacib⁹, prima tñ opinio videtur esse cōiter approbata, vt videri pōt in locis fere infinitis: propter ꝙ forte nō esset in consulendo vel iudicando ab ea recedendū: per vulgarē theoricā quā ponunt oēs scribētes in.c.j. de cōsti. ⁊ saltem vř limitāda opinio Bar. vt nō procedat qñ post natiuitatē posthumi pater testator tāto tpe superuixit ꝙ cōmode potuisset mutare testm̄: tunc eñ si nō mutauit, videtur velle cum illo decedere: et velle ꝙ clausula codicillaris operetur fideicōmissum in personam posthumi iam nati, postquam tanto tempore superuixit. l. Athlete. §. dat remissionem. ⁊ ꝙ ibi gloss. ff. de excu. tuto. facit. l. tractabatur. ⁊ qđ ibi glo. ff. de testa. milit. per que iura ita tenet, ⁊ limitant Pau. de ca. in.d.l.j.C. de posth. here. instit. qui etiā plures ita consuluit: vt videri pōt in cōsilijs relictis per do. Jason. in.d. auť. ex causa. ⁊ hanc limitationem sequitur Jac. de Belloui. in quadā sua disputatiōe. exord. Querit quare pr. q̄ ponit in l. iij. C. de libe. prete. vel exhere. ⁊ Alex. de Imol. consil. xxxi.

exord. Ponderatis iis que in themate narrantur in iii. volu. vbi etiam refert Iaco. de belloui. Ioan. de ca. hanc limitationem, etiam sequitur do. Iason. May. in d. auth. ex causa. Pro hac limitatione possunt multa induci, sed quia non puto esse necessarium, seu etiam expedire, supersedeo. Cum igitur clausula codicillaris de qua supra trahatur etiam ad futurum tempus, et dictus nobilis testator post posthumi natiuitatem diu superuixerit, nec testamentum mutauerit, existimo neminem esse dubium quin voluntas et dispositio illius sint seruande: et quod posthumus et alii teneantur quotas hereditarias restituere heredibus institutis: vt pote grauati seu rogati de hereditate restituenda propter dictam clausulam: per ea que ponunt doct. communiter in d. authen. ex causa. Sed superest dubium,
8 an dicti grauati † poterint detrahere duas quartas, scz. legitimam et trebellianicam, vel debeant esse vna contenti: Super quo dico et respondeo, quod licet Ang. in l. Papinianus. §. meminisse. ad fi. ff. de testa. dicat, quod grauati per clausula codicillarem (et si non valet) etc. non possint detrahere nisi vnam quartam, si ab initio testamentum non valuerit: secus vero quando ab initio valuit, sed postea factum est irritum, forte propter posthumi natiuitatem: quia tunc secundum eum detrahit duas quartas: pro eo quia grauamen non est tunc purum, sed conditionale: vt sic huic doctrine adaptetur quod no. gl. Bar. et doc. i. d. §. meminisse. Bal. i. l. filium quem. C. fami. erc. gl. Bar. Bal. Phil. de Cor. et alii in l. quamquam. C. ad leg. fal. et d. Iason. May. in aut. res que. C. commu. de leg. Tamen hoc dictum Angel. limitatur vt non procedat quando viuente adhuc testatore natus est posthumus, et sic per ipsius natiuitatem ruptum est testamentum: quia tunc grauati seu rogati non detrahent nisi vnam quartam: per id quod voluit Alex. de Imo. consi. cxlii. exord. Pamphilus habens duos filios. in ii. vo.

¶ De re iudica. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Sententia lata, si super vno articulo reus est condemnatus, videtur super alio absolutus: et quod actore non probante, reus (etiam si nihil probet) est absoluendus, et quod hoc procedit etiam si teneretur ex alia causa.

1 Condemnatus in vno, quando ab alio petito debeat absolui.
2 Statutum an valeat in quo non fuerunt conuocati confratres omnes, vel ad minus due partes.
3 Conditionalis dispositio ab euenientе conditione sumit effectum.
4 Statuta ambitiosa non valent.

¶ Consilium. cclix.



Duo reperiuntur fuisse moti processus contra et aduersus probum et honorabilem virum magistrum Nicolaum Martelli tincturerium de Salone: vnus per magistrum Isnardum Peleteri pretensum cessionarium inuoi nominatorum, et ipse motus est et inceptus anno domi. M. cccc xcvii. et die. viii. mensis Iulii. In quo idem Isnardus ex causis per eum deductis petiit eundem magistrum Nicolaum condemnari ad sibi dandum et soluendum vnum florenum monete currentis pro facienda Banderia in libello parte eiusdem Isnardi in causa oblato latius mentionata: qui processus, et si fuerit inchoactus per prefatum Isnardum, quidam tamen pretensi priores cuiusdam pretense confraternitatis sancti Blasii loci predicti Salonis, magis videtur illum fuisse prosequutum nomine eiusdem pretense confratrie. Alius vero et secundus processus motus est contra eundem magistrum Nicolaum anno domini. M. cccc xcix. et die. xvi. mensis Iulii. Iste motus est per quosdam Gulielmum Fornerii. Ioannem Pauge. alias le Normant. et Henricum Laurentii pretensos rectores dicte asserte confraternitatis sancti Blasii: et in quo petierunt dicti Pretensi rectores a dicto magistro Nicolao vnum florenum monete currentis, in quo pretendebant eundem magistrum Nicolaum teneri dicte pretense confraternitati ad causam sui magisterii: et qui processus reperiuntur vniti et colligati: quo fit vt sententia que inserta est circa finem processuum huiusmodi fol. sez. 224. et lata per venerabilem virum domi. Petrum Laurentii pretensum Officialem loci predicti Salonis, videatur fuisse et esse incerta propter multa, pro eo quia non apparet super quo processu lata extiterit: an vez, super primo, vel super secundo, an vero sup ambobus; Est etiam nulla ex alio capite:
1 pro eo quia cum in eis petiti extiterint duo floreni. et ipse † magister Nicolaus fuerit in vno condemnatus, ipse debuisset in alio absolui. l. si mandante. §. pe. ff. de nego. gest. et quod no. gl. et doc. in l. i. C. si aduer. rem iudi. Preterea siue dicamus sententiam huiusmodi fuisse latam super primo processu, siue super secundo, illa fuit iniqua et iniusta: pro eo quia supposito, citra preiudicium veritatis, quod in loco de Salone esset, et hactenus erecta extitisset confraternitas sancti Blasii, quod que illa fuisset tanquam pretensum licitum collegium per habentem opportunam potestatem approbata, et de quo legitime appareret, non tamen potuisset in vim quorundam pretensorum statutorum productorum in predictis processibus conueniri, aut compelli pro summis pro quibus conuentus reperitur: tum quia non apparet quod pro condendis
2 illis et aliis pretensis statutis fuerint aduocati † omnes fratres, nec quod pro eis conficiendis ad minus comparuerint vel adfuerint due partes: prout de iure fieri oportebat. per id quod habetur in l. quod maior. et quod ibi gl. et Bar. ff. ad munic. et quod no. gl. in l. nulli. ff. quod cuiuscumque vniuersitatis noie. Bar. Jo. de Anania. et doc. in l. nominationum. C. de decur. lib. x. gl. in l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. Jo. de Imo. in c. j. de iis que fiunt a maio. parte capi. Host. in c. scdo. super verbo. cum enim amodo non teneat principale. de ope. no. nuntia. et Alex. de Imo. consi. j. ad fi. in iiii. vo. tum et quia posse condere et facere. Statuta est iurisdictionis, et ab ea dependet. l. ii. et l. fin. C. de legi. l. oes. ff. de iust. et iur. et l. ii. ff. quod quisque iur. illi autem qui pretenduntur dicta pretensa statuta condidisse nullam habebant iurisdictionem, vt pote hoies priuati. et quia non apparet fuisse confratres illius confratrie, aut facere collegium, aut partem illius: tum et quia non est probatum, quinimo nec propositum, quod dictus magister Nicolaus fuerit vel sit confrater illius pretense confratrie: quo fit vt nihil contra eum constituere potuerint: et quod ipse non ligetur illis pretensis statutis: per id quod voluit gl. in l. receptitia. §. fin. sup verbo. indefesse. ad fi. prout ibi et intelligit Sal. x. circa quod querit glo. etc. ibi. sed attende quia non credo. C. de constituta. pecunia. Cui dicto non obstat quedam pretensa confirmatio quam fecisse dicitur egregius vir dominus. Otto siqueti. tunc pretensus officialis Arelatensis, quia ipse confirmationem huiusmodi facere non poterat: tum et quia non apparuit nec apparet quod pretensi priores et confratres dicte asserte confraternitatis fecerint aut facere voluerint banderiam: quo fit vt non potuerit peti ille florenus qui pro banderia facienda petitus est: quia pretensum statutum in vim cuius pretenditur deberi hic florenus loquitur conditionaliter: dicitur enim effectualiter. Etiam fuit ordinatum, quod si dicti confratres et magistri dicte artis vellent facere, aut curare vt fieret vna banderia in honorem sancti Blasii, quod tunc et eo casu quilibet magister, etc. Quo fit vt ante purificationem conditionis de qua in eo peti non potuerit
3 dictus florenus: quia dispositio † conditionalis ab eueniente conditione sumit effectum. l. cedere diem. ff. de verb. signi. l. pecuniam. ff. si cer. pet. et l. qui heredi. §. fi. ff. de condi. et demon. tum et quia quatenus per alium statutum grauantur confratres per assumptionem ad magisterium de dando vnum florenum, et sic vltra morem antiquum solitum, et quod dederint aut soluerint dicti pretensi statuentes: illud statutum si tamen de eo appareret, prout non apparet, non valuisset:
4 quia tale † fuisset ambitiosum. l. ambitiosa. ff. de decre. ab ord faciend. et quod no. Bal. et Sali. in d. l. receptitia. de const. pec. prope fi. Addendo predictis quod dicta pretensa sententia etiam aliis causis fieri non potuit pro dicta confratria: et quidem non quo ad primum nouum processum: quia in eo fuit oblatus libellus: non quidem per dictos pretensos priores et nomine confratrie, sed per dictum pretensum cessionarium et nomine cessionario: cuius cessionarii noie, non confratrie aut priorum causam illam prosequutus est venerabilis vir dominus Petrus Balierii: et ita quod dicta confratria in ea causa nihil petente, ferri non potuit sententia nisi nulla et de facto, causa. scilicet, prorsus non cognita: et parte pro qua agebatur nihil prorsus petente: non etiam potuit sententia ferri pro dicta confratria super secundo processu, pro eo quia causa ex qua dicti pretensi priores petierunt dictum florenum non est probata, vt clare patet ex actis eiusdem cause: fuit enim ipse florenus per dictos pretensos priores a dicto Martelli petitus ex causa sui magistratus, siue magisterii, et tamen non apparet quod ex causa huiusmodi pretensi magistratus siue maistrise debuerit aut debeat eidem confratrie solui florenus petitus: ergo non debuit dictus Martelli in illo condemnari: quia actore non probante, reus, etiam si nihil prestiterit, venit absoluendus. l. qui accusare. C. de eden. l. fi. C. de rei vend. c. inter dilectos. §. fina. et aliis vulga. de fide instru. et procedit hoc etiam vbi appareret eundem martelli teneri ex alia causa: per id quod not. Iaco. in c. cum contingat. de offic. deleg. et in c. ceterum. de iudi. et c. j. de litis contesta. Bar. in l. j. in

j. in prin. ver. venio ad causam. et c. ff. de eden. et Alex. de Imo. in l. si ita stipulat? fuero. l. si Titius. §. Chrysogon?. ff. de ver. oblig. et Ang. multa inducens consi. xxv. exord. Pro decisione questionum et dubiorum, et c. et pro hoc solet induci. l. habebat. in princi. ff. de insti. act. sunt et alia multa apparentia ex processu, propter que non debuit idem magister Martelli conueniri aut condemnari ad petita: et signanter quia non apparet confrater predicte confratrie, nec esse cogitur, nec etiam presens fuit, vt iam dixi, in confectione dictorum pretensorum statutorum, nec illa rata habuit: que tamen erant necessaria: vt etiam colligitur ex productis in hac causa parte aduersariorum.

¶ De reb. credi. et iureiur. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Iuramento contractus firmatus valet, nec infirmatur iusiurandum ob dispensationem si tacuerit impetrator quod in eodem contractu iurauerit se non impetraturum dispensationem: et videtur propter illam supplicationem incurrisse periurium.

1 Iusiurandum quid operetur in contractu.
2 Dispensatio iurisiurandi an possit fieri parte non vocata.
3 Supplicatio quando dicatur subreptitia seu obreptitia.

¶ Consilium. cl.



In absolutione a iuramento requiritur citatio partis cuius interest: quia vbicunque iuramentum est obligatorium ex parte iurantis, et aliquam vtilitatem continet ex parte dantis, nunquam debet laxari iuramentum nisi vocata parte: quia per absolutionem eiusdem pretenditur fieri interesse parti, quod fieri non debet. c. j. de cau. pos. et ppric. et l. nam ibi diu?. cum suis simi. ff. de adopt. et hoc, scilicet, interesse partis ne iuramentum relaxetur, videtur quasi semper interesse: secundum Panor. in c. j. de iureiur. quia vtile est habere partem iuramento vinculatam
1 vel astrictam: et multum † operatur iuramentum: et saltem quia accumulat forum foro. c. fi. de fo. comp. in vj. facit. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. ij. Preterea causa cognita, vt no. Inn. in c. ad aures. quod et Spe. tit. de leg. §. minime ostendendum. xv. xxxiiij. et seq. non fit absolutio, nisi causa sufficiente. c. quam de iureiur. cause autem cognitio adhiberi non potest nisi parte vocata. l. in cause. §. causa cognita. ff. de mi. c. cum ex litteris. de in integ. rest. l. fi. C. si per vim vel alio modo. procedit quod dixi, non solum eo casu quo per absolutionem a iuramento eliditur ex toto obligatio, vt puta quia absoluitur quis a iuramento prestito super vsuris soluendis, vel a iuramento validante seu confirmante contractum qui sine iuramento esset null?, de quo fere null? dubitat: sed etiam quando per absolutionem habilitatur persona que iurauit nullomodo contrauenire: vt possit sine metu periurij docere de prauitate vsuraria, vel de errore, lesione, vel simili: secundum Pe. de Anch. qui hoc voluit et latissime prosequitur. consi. cxcix. exord. Predictis subtiliter et ad plenum deductis. vbi videri potest: cui dicto non obstat quod agatur de modico preiudicio, pro eo quia non perit ius creditoris in causa principali: quia rndeo, quod imo multiplex damnum incurrit ille cui est iuratum: prout oportune ostendit Pe. de Anch. vbi supra, qui pro hoc multa induxit: et idem voluit Jo. de Imo. in c. debitores. de iureiur. et in cle. dispendiosam. in fi. de iud. Alex. de Imo. consi. cccxxxiiij. exor. Visa facti narratione. et c. ver. preterea rndeo, in ij. volu. et dixit hoc voluisse Fred. de Senis. consi. ccc. exor. Factum proponitur esse tale, et c. et sequitur do. Feli. in d. c. j. xv. iiij. quero, et c. ibi. Item latissime consuluit Anch. et in d. c. sed preter solitum. de spo. quo fit vt in dispensatione que fuisse facta pretenditur honestis iuuenibus Joanni et Pauleto Bruni, vocari debuerit egregius vir do. Andreas Bruni. de cuius interesse agebatur: [illegible] Old. consil. cxx. exord. Ad duplicem finem et c. Pe. de Anch. consi. xviij. exord. In questione que vertitur inter Rico. et c. et Pau. de ca. consi. cccvij. circa primum quesitum: Scio etiam Alb. aliter dixisse. C. de vsu. i rub. ad fi. sed motiuis seu fundamentis ipsorum solenniter rndet doct. in locis superius allegatis. Preterea prima pretensa dispensatio non solum videtur posse
2 efficaciter impugnari, pro eo † quia facta est, si et quatenus facta extiterit, absente dicto do. Andrea, sed etiam pro eo quia tacitum est iuramentum prestitum per dictos Joannem et Pauletum de non petendo secum dispensari de et super iuramento prestito de non consentiendo dispensationi, quod tamen taceri non debuit: pro quo allegasse sufficiat no. per Ro. consi. cc. et post eum do. Feli. in c. constitutus. de rescr. cum enim dicta pretensa absolutio seu dispensatio sit quedam gratia, illa redditur subreptitia, pro eo quia in ea est aliquid tacitum, scilicet, predictum iuramentum: quo expresso fuisset huiusmodi dispensatio difficilis obtineri, si tamen et quatenus apparet obtenta, prout non videtur, inspectis postulatorum in supplicatione et signature tenoribus: petierunt enim dicti Joannes et Pauletus secum misericorditer de iuramento inibi mentionato dispensari, seu dispensari mandare simpliciter et de plano, sine figura iudicij procedendo: et sic alternatiue supplicauerunt, scilicet, secum dispensari. seu et c. quo fit vt cum per signaturam rnsum sit, concessum vt petitur. nihil precise seu absolute videatur concessum, aut saltem de illo certi non simus: nisi forte dicamus vltimum, vt pote iuridicum propter obmissionem vocationis partis fuisse concessum: et vt etiam fuerit relatio ad prima, cum non videretur fieri posse ad omnia: non enim censendus est reuerendissimus dominus pro tempore gubernator, qui vt premissum est dictam pretensam supplicationem signauit, voluisse
3 rndere disvesamus, seu committim?: et ex hoc † apparet quod secunda supplicatio est subreptitia seu obreptitia, ac subreptitie seu obreptitie signatura illi? obtenta: pro eo quia in supplicatione huiusmodi expositum est de obtentione dispensationis, et fuit postulatum declarari dispensationem huiusmodi sufficere ad dicta deo iura. quam tamen obtenta non extiterat. et quod si fuisset obtenta non solum non suffecisset quoad dicta duo iura. sed nec quo ad vnum: et hoc propter taciturnitatem iuramenti de non impetrando dispensationem: quinimo quod amplius est videntur ipsi Joannes et Paulet? per dictam primam supplicationem incurrisse periurium, pro eo quia iurauerant supplicationem non impetrare: pro quo videri poterit Fred. de Se. in d. consil. ccc. ex quibus videtur concludendum eosdem Joannem et Pauletum non esse admittendos ad prosecutionem contentorum in libello propter exceptionem iurisiurandi, que est exceptio litis finite: et de qua apparet per publicum instrumentum in causa exhibitum, et per confessionem dictorum Joannis et Pauleti. Addo premissis, quod non solum non videtur fuisse cum dictis Joanne et Pauleto opportune dispensatum, sed etiam non fore imposterum dispensandum, pro eo quia non obtenta dispensatione contrauenerunt iuramento: per id quod voluit Fred. de Senis. in d. consi. ccc. Pe. de Anch. in allegato consil. cxcix. Joan. de Imo. in c. debitores. de iureiuran. et Panor. in dispensatione exordiente. Statuto, et c. et Lauren. de Rodulph. in repetitio. c. consuluit. questio. xxxiij.

¶ De donatio. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Donationibus a patre factis duobus filijs suis diuersis temporibus, quarum tamen prima est collata in tempus mortis donatoris, et est tertia pars bonorum vtrique donata, eo casu vterque donatarius habebit tertiam partem omnium bonorum: licet donator in prima apposuisset clausulam retentionis vsusfruct?. Item quod equalis est hodie legitima parentum et liberorum. Item quod appellatione bonorum mobilium et immobilium non veniunt nomina. Item non potest filia cui factum est legatum, illud acceptare, et nihilominus legitimam petere, sed tamen supplementum illi?: et legitima debet solui arbitrio iudicis super certis bonis non melioribus nec deterioribus. Et quod nepos non teneatur donationem ab auo patri suo factam in legitimam que sibi competit in bonis aui imputare. Et an dos data ab auo materno filie sue imputetur nepoti vel nepti ex ea filia in legitimam.

1 Vsusfructus retentio collata post mortem quando censeatur.
2 Nomina debitorum non veniunt appellatione mobilium siue immobilium, sed faciunt tertium genus.
3 Arbitrium boni viri quomodo accipiatur.
4 Donata res quando debeat in legitimam imputari.
5 Dos data ab auo materno filie sue an imputetur nepoti.

¶ Consilium. clj.



Ex themate mihi transmisse consultationis parte honeste mulieris Joanne Montaniere matris quondam Arnaudi gercilis eliciuntur multa dubia quibus rndeo breuiter et succincte prout infra: et primo ad primum, licet donationes de quibus in predicta consultatione facte extiterint diuersis temporibus, prima, scilicet, Gulielmo Gercilis, anno d. M. cccclxxvj. et die ix. mensis Januarij, ille tamen et earum quelibet censentur fuisse facte de tertia parte bonorum mobilium et immobilium preuidi quondam viri Joannis Gercilis patris dictorum Gulielmi et Joannis donatariorum: ita quod in vim dicte prime donationis dict? Gulielm? prim? donatari? debuit habere tertiam partem bonorum: et in vim dicte secunde donationis debuit dict? quondam Joannes habere tertiam partem eorundem bonorum mobilium et immobilium, non solum tertiam partem duarum partium non donatarum: tamen quia in dubio hoc voluisse censend? est dict? quondam Joannes donator, scilicet, tamen donare dicto Joanni eius filio, quantum Gulielmo, vt sic auferret occasionem inequalitatis: que auferenda est. l. fi. C. commu. vtriusque iudi. tum et quia donatio facta dicto

Gulielmo conferebatur post mortem predicti donatoris et
eius vxoris, videlicet, post mortem ipsius Joannis Hercilis
⁊ Guite eius vxoris, ⁊ non ante: quo fit vt retentio vsufru-
1 ctus, vt pote accedens dicte donationi, etiam collata † cen-
seatur post mortem eorundem Joannis ⁊ Guite coniugum.
⁊ sic reguletur secundum suum principale: per id quod not.
Bal. in. l. ex testamento. C. de fideicom. ⁊. c. j. de feudo dato in
vicem legis commisso. ⁊. c. ij. de precarijs. vbi voluit ꝙ consti
tutio precarij tanquã accessoria reguletur secũdum principa
le cui accedit: ⁊ idem voluit do. Jason. in. l. sub pretextu. C. de
transac. ⁊ alij in alijs locis. Pro quo etiam facit, quod cũ di-
ctus quondam Joannes donator eidem Gulielmo donaue-
rit post mortem sui ipsius donatoris ⁊ Guite vxoris, non est
verisimile ꝙ post retentionem vsufructus voluerit statim
transferre dominium tertie partis donate in dictum Guliel-
mum donatarium: que si ita se haberẽt, quinimo q꞉ sic se ha-
bent, omnia bona quo ad dominium remanserunt penes di-
ctum Joannem donatorem: ⁊ sic cum post illam primã do-
nationem donauerit tertiam partem suorũ bonorum mobi-
lium ⁊ immobilium, nihil est quod obstet quominus dona-
tio huiusmodi debeat intelligi, non de tertia parte aliarum
duarum tertiarum partium non donatarum, sed debet intel-
ligi de tertia omnium: nec tamen in hoc fiebat preiudicium
dicte prime donatiõi, aut prefato Gulielmo primo donata-
rio: est tamen verum quod in prima donatione dictus Joã-
nes donauit tertiam partem, non solum bonorum mobilium
⁊ immobilium, sed etiam iurium ⁊ actionum: in secũda vero
donatione non est facta mentio de iuribus ⁊ actionibus, et
sic quoad iura ⁊ actiones, vt pote quo ad credita, si que erãt,
dictus Gulielmus debet habere tertiam partem, Joannes
vero nullã partẽ hr̃e debet vt donatarius ex istis iuribus, seu
actionibus, aut debitorum nominibus vel creditis, pro eo q꞉
ista non sunt bona mobilia nec immobilia, ⁊ ita non veniunt
2 appellatione bonorum mobiliũ † ⁊ immobilium, sed faciunt
tertium genus. l. quã tuberonis. ff. de pecu. ⁊. l. A diuo pio.
§. in venditione. cum suis simi. ff. de re iudi. ⁊ ita consuluerunt
multi super quo non insisto: vt pote pro nunc non necessario.
Dico igitur ꝙ dicta prima donatio, illo dutaxat potuit esse
maior ⁊ plus continere, scilicet, quo ad dicta iura. Ad secun-
dum dico ⁊ respondeo, quod dicta Joanne mater Arnau-
di non potest petere vel acceptare legata sibi relicta per di-
ctum quondam Arnaudum, ac vltra ⁊ preter legata huius-
modi petere integram legitimam in bonis eiusdem quon-
dam Arnaudi, sed debet legata sibi computare in legiti-
mam, ⁊ potest petere supplementum: hoc est id quod not.
Barto. ⁊ doct. in. l. in quartam. ff. ad leg. falcid. Ad tertium
dico, ⁊ respondeo, ꝙ licet legitima eiusdẽ Joanne debeatur
in ⁊ super omnibus bonis dicti quondã Arnaudi, et sic, vt
infra, super dicta tertia parte omnium bonorũ huiusmodi,
illa tamen non est soluenda in omnibus ⁊ singulis bonis: sed
nisi aliter conueniant dicti Gulielmus ⁊ Joanna heres di-
3 cti Arnaudi, debet arbitrio † boni viri, hoc est iudicis, ipsi
Joanne assignari in aliquibus bonis dicti quondã Arnau-
di vsqꝫ ad valorem sue legitime: ⁊ quidẽ nõ in deterioribus,
nec in melioribus, sed, vt videtur, in mediocribus: per id qȯ
not. Bal. in. l. filium quem. C. fami. ercisc. Ad id vero qȯ inibi
queritur, quãta sit eiusdem Joanne legitima in bonis dicti
Arnaudi eius quondã filij: dico, ꝙ licet legitima parentum
olim fuerit quarta pars, illa tamen hodie est aucta quemad-
modum ⁊ legitima filiorum ⁊ aliorum descendentiũ. vt vo-
luit glo. quã sequuntur doct. in aut. nouissima. C. de inoff. te-
sta. ⁊ ita dicta Joãna debuit ⁊ debet pro sua legitima habe-
re tertiam partem bonorum eiusdem quondam Arnaudi
eius filij: ⁊ ob hoc si legata eidem Joanne relicta non suffi-
ciant ad hãc tertiam partem, ipsa potest petere supplemen
tum. Ad quartum in quo queritur, an libellus quem porti-
tor defert sit bene confectus, dico ⁊ respondeo, quod nullum
libellum reperi inter scripturas mihi exhibitas. Preterea
visis motiuis hincinde deductis ⁊ descriptis in vltima pte
dicte consultationis, dico ⁊ respondeo prout supra, scilicet,
quod dictus quondam Joannes secundus donatarius de-
buerit habere tertiam partem bonorum mobilium ⁊ immo-
bilium prefati quondam Joannis donatoris: dictus vero
Gulielmus debuit habere tertiam partem, non solum bono-
rum mobilium ⁊ immobilium, sed etiã iurium ⁊ actionum:
Quo vero ad partem nõ donatam, ⁊ de qua dictus quondã
Joannes donator fuit postea testatus, ⁊ sibi heredẽ vniuer-
salem instituit dictũ Gulielmum primũ donatorem, dico, ꝙ
dictus Arnaudus cui nõ fuerunt legati vel relicti nisi duo
floreni q̃ non sufficiebãt ad legitimã sibi debitã in bonis, po-
tuit petere supplementũ. d. l. omnimodo. ⁊ si nõ superfuerũt
nisi tres liberi, scilicet, prefati Gulielmus, ⁊ Arnaudus fi-
lius Joannis donatarij ⁊ nepos Joannis donatoris, ⁊ Mi-
chona filia dicti Joãnis donatoris. legitima eiusdẽ quõdam
Arnaudi fuit tertia pars trientis illius partis nõ donate, ⁊
sic nona pars: per id quod habetur in aut. de trient. ⁊ semis. §.
j. ⁊ transumptiue in. d. aut. nouissima iuncta. l. papinianus. §.
quarta aũt. ff. de inoffi. testa. Nec tenebat᷑ idem quondã Ar-
4 naudus in suam † legitimã imputare dictam tertiam partẽ
donatam dicto quondã Joanni donatarij eius quondã pa-
tris, pro eo q꞉ nõ habet illam immediate ab auo, sed tanquã
heres patris: pro eo q꞉ illa donata est dicto eius patri p̃sen-
ti, stipulãti, ⁊ recipienti pro se ⁊ suis heredibus: pro quo al-
legasse sufficiat. l. seruus. §. repletionẽ. C. de inof. test. ⁊ qȯ no.
Bar. in. l. si cum dotẽ. ff. sol. matr. per. l. inter socerum. §. cũ in-
ter. ff. de pac. dota. ⁊ Alex. de Jmo. in. l. post dotẽ. ff. sol. ma.
⁊ in. l. illam. ver. vlt. tangit. C. de colla. in illa. q. Quia querunt
5 doct. an dos data ab auo † materno filie sue imputet᷑ nepoti
in legitimã. in qua questione dicunt doct. prefati quod non:
quando pater filie idemque auus huius nepotis fuit stipu-
latus dotem reddi ipsi soli filie: q꞉ nepos nõ habet tunc dotẽ
ab auo sed a matre, ⁊ tanquã ipsius heres: ⁊ idẽ est qñ filia
patre presente ⁊ de eius cõsensu stipulat᷑ dotẽ sibi reddi, ipso
eñ casu nepos, hoc est huius filie filius, dotẽ in legitimã in
bonis aui nõ imputat: vt voluit Pau. de Cast. cõsi. cxxij. cum
igitur, vt predixi, dictus Joannes senior donauerit Joanni
stipulanti ⁊ recipienti pro se ⁊ suis heredibus dictam tertiã
partem, non tenebatur prefatus Arnaudus illam imputare
in legitimam sibi debitam in bonis dicti Joãnis donatoris
eius quondam aui. Que dixerim, ⁊c.

¶ De reb. cred. ⁊ iur. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Juramentum ab adulto constituente procuratorẽ factũ, facit vt cum procuratore sit consultius litigare, quã cũ curatore: ⁊ curandum est vt decretũ iudicis interponatur in datione cure post iuramentum.

¶ Consilium. clij.



Poterat esse vtilius nobili ⁊ generoso viro Gaspardo Sagueti do. de Laneis. ⁊ Valliscluse litigare cũ pcuratore nobilis ⁊ Generosi viri seu adulti Boussani. de Ponteues. do. de Salas. ⁊ per ipsum cũ duplici iuramento cõstitutũ, quã cũ curatore quẽ postea elegit, ⁊ sibi ad hanc causam decerni postulauit: ꝑ id qȯ no. Bar. in. l. minor. xxv. annis. ff. de mino. ⁊ post eũ Ang. Are. in. §. appellantur. ver. qualiter autẽ petat᷑. ⁊c. Jbi. aduertas tñ. inst. de act. quatenus voluit, ꝙ si adultus litiget per procuratorẽ ꝑ eum cũ iuramento constitutũ ipse perdit beneficium restitutionis in integrum, pro quo allegat aut. sacra puberũ. C. si aduer. vend. que habet locũ etiã in iudicijs. s̃m gl. ibi sup ꝟbo. cõtractib⁹. ad fi. ⁊ apertius Bal. Sali. ⁊ multi alij. Preterea magis placuisset ꝙ decretũ dñi iudicis fuisset in datione cure interpositum post promissionẽ iuratã factã ꝑ egregiũ virũ do. Remigiũ Saxe curatorẽ nominatũ, quã ante promissionẽ ⁊ iuramentũ: ꝑ id qȯ no. Bar. in. l. legitimos. ꝟ. vlt. ff. de leg. tuto. vbi voluit, ꝙ lz gl. ponat ibi decretũ pro primo reqͥsito, illud tñ debet esse vltimũ: ⁊ loquit᷑ Bart. in decreto interposito in cõcessione tutelaris prouisionis. fateor tñ ꝙ Bal. in multis locis, ⁊ notãter. in. l. fi. C. de cõuẽ. magi. sentit qȯ nõ est vis an decretũ preponat᷑ vel subsequat᷑: dicit tñ ꝙ melior est ordo ꝙ postponatur. l. fi. C. de cura. furio. ⁊. l. fi. C. arbi. tut.

¶ De prescr. xxx. vel. xl. anno. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Legatarius recte petit legatũ, nec potest obijci ab herede aduersus eũ prescriptio, cũ presumatur habuisse scientiã testamenti: ⁊ ita esse in mala fide: nec potest actio ad legatum cõsequendum elidi ob preteritionem supplementi legitime.

1 ☞ Heres presumitur habere notitiam testamenti.
2 Prescriptio an possit fieri a sciẽte, ⁊ an ab hr̃de in re legata.

Heres

3 Heres quando a prescriptione submoueatur.
4 Supplementum legitime qua actione petatur.

¶ Consilium.cliij.



Xceptio prescriptio-
nis de qua opposuerat nobilis ⁊ generosus
quondam vir dominus Antonius de Pon
teues dominus de Salas ad impediendam
litis contestationem ⁊ processum super libel
lo parte venerabilis ⁊ generosi viri Gaspardi Sagueti do.
de Lauris ⁊ Valliscluse oblato, contra ⁊ aduersus eundem
nobilem et generosum virum Antonium de Ponteues do-
minum de Salas, non obstitit neque obstat eidem nobili
Gaspardo: pro eo quod cum nobilis quõdam vir Bertrandus
de Põteues fuerit filius naturalis ⁊ legitimus ⁊ heres vni-
uersalis nobilis quondam viri Joãnis de Ponteues testa-
toris, ⁊ pro illius vniuersali herede se gesserit, reputauerit, et
nominauerit, prout, authore domino tempore ⁊ loco oppor-
tunis ostendetur: idem Bertrandus presumitur et presumi
debet habuisse notitiam testamenti eiusdem quondam nobi
lis Joannis: illius, scilicet, in quo nobili quondam Fauete
de Põteues dicti nobilis Gaspardi auie paterne fuit lega-
ta ⁊ relicta summa duorum millium florenorum, per id quod
voluit Dy. ⁊ Bald. in. l. cetera. §. fi. ff. de legat. j. ⁊ Bald. in. l. si
1 curator petitur. C. de pericu. tuto. vbi dicunt † quod heres post
aditam hereditatem presumitur indistincte scire omnia con-
tenta in testamento: ⁊ idem voluit Bal. in. l. quoniam sororẽ.
C. de iur. delibe. ⁊ expressius in. l. Eius qui in prouincia. ff. si
cert. petat. vbi dicit, quod heres suus postquam hereditati per
actum facti se immiscuit, presumitur scire omnia contenta in
testamento: per no. in. l. cum heres. ff. de libe. lega. ⁊ idem vo-
luit Alex. de Jmo. cõsil. iiij. in. ij. vo. dictus igitur nobilis Ber-
trandus de Ponteues sciuit, ⁊ ab initio sciuisse presumitur
se pro tempore esse debitorem dicte nobilis Fauete in sum-
ma dictorum duorum millium florenorum, eidem per dictũ
nobilem Joannem eius quondam patrem legatorum: ⁊ ita
2 † non potuit, vtpote habens scientiam rei aliene, vel alteri
debite, prescribere. c. fi. ⁊ quod ibi gl. pe. de prescri. c. possessor
malefidei. ⁊ quod ibi gl. de reg. iur. in. vj. qui tex. habet locum
non solum in eo qui mala fide possidet rem alienam, sed etiã
in eo qui scit aut cognoscit debitorem alterius, vt volunt
docto. in multis locis, scilicet, Angel. in. l. sequitur. §. si vnũ.
ff. de vsur. vbi etiã dicit Bart. tenentem ibi opinionem con-
trariam, bene fecisse in eo quod se submisit determinationi
sancte Matris ecclesie ⁊ canonum: ⁊ hanc opinionem con-
tra Bar. etiam tenuerunt. in. d. §. si vnum. Jo. de Jmo. Ro-
ma. ⁊ Bal. in. l. j. C. de serui. ⁊ aqua. ⁊ in. c. si quis per. xxx. titu.
Si de feu. controuer. fuerit inter do. ⁊ agna. ⁊ in aut. ad hec.
C. de vsu. Ang. in. l. j. C. de indi. An. to. de Butr. in. d. c. fi. cum
quadam limitatione que hanc causam nõ attingit. Hanc opi
nionem etiam sequitur Jo. de Jmo. qui pro ea consuluit. cõ-
si. cxxiij. ⁊ Pe. de Ancha. consi. v. ⁊ consi. cxxxviij. exord. Visa
predicta. vbi etiam dicit illam esse communem: pro illa etiam
consuluit Anto. de But. consi. xlv. exor. Dominũ horribilis.
vbi etiam dicit se ita publice disputasse, ⁊ plures consuluisse:
illam etiam sequitur Panor. in. c. cura. prope fi. de iur. patro.
Pro qua etiã pluries consuluit. Alex. de Jmo. cõsil. clxxxv.
exord. Viso titulo. queuis. ⁊c. ver. venio ad secundum dubiũ.
⁊c. in. ij. volu. consil. lxiij. exord. Casus talis est. Calimacus de
anno, ⁊c. ver. Et primo nõ obstat exceptio prescriptionis. et
consi. xcix. exord. Videtur prima facie dicendum in. iiij. vol. et
consi. lj. in. v. vo. Pau. de Cast. consi. ccxc. quod exorditur. Vi-
sis ijs, ⁊c. ver. sup scdo vero dubio. ⁊ hec est cõis doc. opinio
tam in scribendo quam consulendo, a qua propterea non est
recedẽdum per iura, vulga. ⁊ cõmunem theoricam positam
per doc. in. c. j. de constitu. pro hac opinione multa inducunt
doc. in locis allegatis, ⁊ respondent multis modis Bar. sup
3 quibus non insisto. Non potuit † ergo dictus quondam no-
bilis Bertrãdus prescribere: quod si ita est, imo quia ita est,
ergo nec dictus quondam nobilis Antonius eius vniuersa-
lis heres. l. cum heres. ff. de diuer. ⁊ tempo. prescrip. ⁊. d. l. se-
quitur. §. heredes, ff. de acqui. possessio. ⁊ quod not. Anto. de
Butr. ⁊ Jo. de Jmol. in. c. si diligenti. de prescript. vbi etiam
Panor. qui p hoc allegat iura proxime allegata, que de iure
canonico non reperiuntur correcta: ergo dispositioni eorum
standum est: non solum in foro ciuili, sed etiam canonico
per id quod not. glo. in. c. j. de no. ope. nuntia. ⁊ idem videtur
fuisse de mente Jo. And. in addi. Spe. tit. de prescr. §. fi. versi.

si debitor. Bald. in. d. aut. ad hoc. versi. sed quid dicemus de
herede prescribentis. Pau. de Castr. in. d. l. sequitur. §. here-
des. ⁊ Roma. in allegata. l. Pomponius. §. cum quis. et ibi
Alexan. ff. de acqui. poss. ⁊ Roma. in. d. l. sequitur. §. si viam.
⁊ ob hoc docto. in dictis locis reprehendunt Dy. contrariũ
tenentem in. d. c. possessor malefidei. de regu. iur. ⁊ supposito,
citra preiudicium veritatis, quod secundum equitatem iuris
canonici deberet seruari opinio Dy. in. d. c. possessor malefi-
dei. quam refert Bal. in. d. l. cum heres. illa equitas seruanda
esset in terris ecclesie, non alibi: vt no. Francis. de Are. in. d. l.
Pomponius. §. cum quis. ⁊ multi alij in alijs locis quos pro
nunc non refero, pro eo quia nõ est opus. Preterea non ob-
stat alia exceptio parte dicti quondam nobilis Antonij alle
gata, scilicet, quod non teneretur respondere libello parte di-
cti nobili Gaspardi in dicta causa oblato, nisi prius reinte-
grata petitione, de ⁊ super supplemẽto legitime si quod im-
posterum petere intenderet dictus nobilis Gaspardus: quo
niam respondeo, quod imo tenetur: pro cuius dicti declaratione
premitto, quod vt apparet ex tenore dicti libelli, summa mil-
le ⁊ quingentorum florenorum petitur actione ex testamen-
4 to, dictum vero † supplementum non venit petendum pre-
dicta actione. sed condictione, ⁊c. l. omnimodo. C. de inoffic.
testa. quod etiam voluit ibi glo. super verbo. exigere. ⁊ Ang.
in. l. Papinianus. §. si conditioni. ff. de inoffi. testa. Alexand.
de Jmo. consi. cxxviij. exord. Cõsideratis verbis instrumẽti.
⁊c. ver. preterea posito quod lapsum esset, ⁊c. in. j. vo. Joã. de
Jmo. in. l. in quartam. ⁊ quod ibi Alexã. de Jmo. ff. ad legem
fal. ⁊ Franc. de Are. consil. xiij. Preterea dictus nobilis Ga-
spardus agit ad pecuniam legatam, qui pro supplemento, si
⁊ quando sibi petendum videbitur, petere poterit sibi expe-
dire de bonis ⁊ substantia dicti quondam nobilis Joannis
vsque ad valorem predicti supplementi: per ea que habentur
in. l. scimus. §. repletionẽ. C. de inoffi. testa. ⁊ quod not. Bart.
in. d. l. scimus. in fi. principij. vbi etiã Joã. de Jmo. ff. de here.
instit. ⁊ Alexand. de Jmo. in. l. non amplius. §. cum autem. ff.
de leg. j. ⁊ hoc pro eo quia quemadmodum legitima debetur
in ⁊ de singulis rebus, ita ⁊ supplementum: vt ponunt cano.
⁊ signanter Andr. Barb. in. c. Raynaldus. de testa. cum igi-
tur legatum predictum ⁊ supplementum legitime petantur
ex diuersis causis, ⁊ pro eis agẽdum sit diuersis actionibus,
dictus etiã nobilis Gaspardus certus non existat de supple-
mẽto aut illius valore, nõ est ipse cogendus ad reintegrandã
dictam eius petitionem: nec iura aut docto. ex aduerso alle-
gati procedunt aut loquũtur in hoc casu: quod etiam satis
aperte colligitur ex allegatis per partem aduersam.

¶ De secund. nupt. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Pene transeuntium ad secũda vota sunt communes tam
viro quam mulieri.

¶ Consilium.cliiij.



Dherẽdo dictis spe-
ctabilis viri domini primo scribentis, dico
prout ⁊ ipse eleganter ⁊ vere dicit, quod
pene contra binubos ex primo matrimo-
nio liberos habentes sunt communes: et
quemadmodum mater habens liberos ex
primo matrimonio transiens ad secunda vota pdit proprie-
tatem omniũ eorum que ad eam peruenerãt de bonis primi
matrimonij: etiã si pater habens liberos ex primo matrimo-
nio conuolet ad secunda vota, perdit proprietatem eorum
que ad ipsum peruenerãt ex bonis prime vxoris, etiam si per
medium successiõis liberorum ad eum peruenerant: pro quo
vltra allegata induco no. per Azo. in summa tit. de secũ. nup.
ver. Item quecunque dicta sunt de muliere secundo nubente,
⁊c. p Host. in summa. eo. ti. ver. pe. Bart. in. l. de emancipatis.
C. de legi. liber. vbi etiam opinionem tenent Ange. ⁊ Pau.
Jo. And. in addi. Spe. tit. de secũ. nup. super Rubrica. Ma-
the. de Matha. in tracta. suo. de succes. ab inte. in secũdo mẽ-
bro principali. x. scdo casu. vbi etiã de hoc per Lud. Bolog.
Cum igitur Silletus Bertrandi pater conuolauerit ad secũda
vota post mortem Stephani, Philippi, ⁊ Arnaudi, eius, ⁊
Domete ipsius Silleti quondã vxoris filiorũ, siue an mortẽ
eorundẽ, idem Silletus nullum ius habet in proprietate bo-
norũ eiusdem quondã Domete: prout supra conclusum est.

Quod vero ad vsusfructum, videtur sub correctione cuiusli-
bet domini melius sentientis, ꝙ idem Silletus habere de-
beat vsusfructum octo vnciarum: trium, scilicet, pro quibus
primo successit Joanna communis filia dicte Domete eius
matri, ⁊ duarum per mortem eorundem Stephani ⁊ Phi-
lippi, ad ipsum Silletum priusquã secundum matrimonium
contraheret peruẽtarum: ⁊ trium in quibus Catherina etiã
cõmunis filia dicte Domete matri immediate successerat:
qui vsusfructus propter mortem illius nõ debuit eidẽ Sil-
leto patri diminui, postquam mors eiusdem Catherine, vt
prefertur, nihil habentis vltra bona que fuerunt dicte eius
matris, nihil lucri sibi apportauit: ⁊ sic obstare non viden-
tur authen. Item hereditas. C. de bo. que libe. ⁊ pro hoc vi-
dentur posse multa induci: sed illis non obstantibus dico, ꝙ
idem Silletus habere nõ debeat nisi vsusfructum septẽ vn-
ciarũ ⁊ dimidie: pro quo allegasse sufficiat quod voluit Frã.
de Are. consi. lxxij. exordien. Presuponitur in facto. ver. cir-
ca tertium quod est satis dubitabile. Quo vero ad testamẽ-
tum predicte Catherine, dico vt supra scriptum est ꝙ illud
non valuit: vt pote factum per filiam familias. Quo vero ad
vltimum dico ꝙ cum in proprietate bonorum dicte quondã
Domete idem Silletus nihil habeat, nihil quo ad proprie-
tatem bonorum huiusmodi trãsmittere potuit ad eius libe-
ros ex secundo matrimonio: ⁊ hoc non habet dubium.

De re iudic. Rubrica.

Epitome.

Judex incipiens ea via executiua, debet iustificare prece-
ptum huiusmodi cum clausula, si censeris te grauatum, ⁊c.
quã si non iustificet, ⁊ faciat aliquid quod parti sit preiudi-
tiabile in quo requiratur cause cognitio, illud non valet: et
potest contemni: etiam si preceptum ad comminationẽ pene
tantum pertineat: ⁊ quod spoliatio fieri potest per iudicem
procedentem non seruato rite debito, ⁊ possessionem alicui
auferentem.

1 Processus non est ab executione inchoandus.
2 Prolatio non potest fieri parte absente.
3 Judex quando non seruat formam a iure traditam, an eius preceptum possit contemni.
4 Spoliatio quando per iudicem facta intelligatur.
5 Mandati fines quando quis dicatur excessisse.
6 Res iudicate partibus auditis ⁊ iudicio plane examinato aliis non nocent.

Consilium. clv.


Recepta que fecisse
dicitur honorabilis vir magister Anto-
nius Rebuti pretensus commissarius per
nobilem ⁊ egregium virum do. Vicebay-
liuum curie maioris Viennẽsis ⁊ Valenti-
nẽsis, vt pretenditur, deputatus, probis viris Joanni Bo-
uerij alias piquet, Joanni filio Joannis Jacqueti, et aliis
loci de Breno nominatis ⁊ latius expressis in ꝑcessu cau-
se inquisitionalis seu fiscalis dudum cepte, per ⁊ inter vene-
rabilem virum dominum procuratorem fiscalem dicte curie
denuntiante, seu instigante venerabili viro domino Ludo-
uico Payni tutore ⁊ tutorio nomine nobilis Jacobi ex vna
parte, ⁊ dictos Joãnem Bouerij alias Piquet, Joannem
Jacqueti et alios ex alia, fuerunt ⁊ sunt multa, etiam cessan-
te nullitate que non cessat, iniqua, indebita, ⁊ iniusta: ⁊ alias
talia quibus non tenebãtur parere dicti Joannes Bouerij
⁊ alij: Nulla quidem, qꝛ facta nulla precedẽte cause cogni-
tione, ⁊ parte prorsus nõ audita: quinimo ⁊ nõ citata, quod
1 fieri non debuit: quia † processus non est ab exequutione
inchoandus. l. j. ⁊ quod ibi Bart. ⁊ Doct. C. de execu. rei iu-
di. ad quod facit. l. si cum nulla. ff. de re iudi. ⁊ l. iudex. et per
totum. C. commina. episto. program. qđ etiã voluit Jo. an. in
addi. Spec. ti. de aduoca. in vna addi. quã secundũ Roma.
in. l. de pupillo. §. meminisse. ff. de noui. ope. nũtia. multi libri
non habent: vbi tenet, preceptum, etiã si in eo subiuncta exti-
terit clausula, ⁊ si censeris te grauatũ venias respõsurus re-
ceptur⁹ iustitie cõplemẽtũ, vel alia clausula similis in omni
materia esse nullũ: preter quã in materia edicti: de no. ope.
nun. ⁊ hoc qꝛ tale preceptũ fuit per nũtiũ recitatũ corã par-
te, ⁊ nõ per iudicem: quod fieri nõ potest: ar: l. ij. C. de senten.
2 ex breuiculo recitã ⁊. c. fi. de re iudi. in vi. secũdo quia † fuit
prolatum causa nõ cognita: quod patet, quia factũ est parte
absente: ⁊ hoc quatenus dici posset, prout non potest, dictũ
do. Vicebayliuum illa fieri precepisse: non ergo valuerunt. l.
prolatam. C. de senten. ⁊ interlo. omniũ. iudi. ⁊ l. in cause. el. j.
§. causa cogni. ff. de minor. ad quod etiam facit quod voluit
Paulus de cast. in dicto. §. meminisse. vbi dicit, ꝙ quãdo iu-
dex incepit a precepto, ⁊ sic a via exequutiua, quod tamẽ re-
gulariter faciendum non est. dicta. l. j. C. de exequutio. rei iu-
di. ⁊ l. j. C. de prohib. seque. pecu. debet iustificare preceptum
huiusmodi cum clausula, si senseris te grauatũ ⁊c. vel cum si-
mili: ꝙ si preceptum huiusmodi nõ iustificet per clausulam,
⁊ cõtineat preceptum ipsum aliquid quod sit parti preiudi-
ciabile, in quo reqratur cause cognitio, illud nõ valet, ⁊ po-
test contemni. vt. C. commina. episto. quod procedit etiam
3 si preceptum huiusmodi sit cõminatoriũ pene. quia † iudex
non seruat formam a iure traditam: que est, quod procedat
causa cognita, ⁊ in non incipiendo ab exequutiõe. l. iudices.
C. de iudi. ⁊ dicta. l. j. C. de exequut. re. iudi. ⁊ allegata. l. pro-
latam. Et ꝙ preceptum factum nõ precedente cause cogni-
tione, ⁊ nõ iustificatum per clausulam de qua supra, vel simi-
lem sit nullum: voluit Bald. in. l. nec quicquam. §. j. versi. vbi
decretum. ff. de offi. proconsul. ⁊ lega. Ange. Are. in. §. cura-
re. paulo ante fin. versi. quid dicendum de eo quod quotidie
iudices faciunt. institu. de actio. Alexand. de Jmo. in dicta
l. de pupil. §. meminisse. versi. potest concludi. ⁊ Joã. Fab. in
in. l. ij. C. comminatio. epist. progra. ⁊c. Fuerunt autẽ vt pre-
dixi, dicta precepta iniqua et iniusta: pro eo quia vt appa-
ret ex actis cause predicte, homines seu ciues ⁊ incole loci
predicti de Breno fuerant ab antiquissimis temporibus et
citra in possessione imittendi et depascendi eorum animalia
in illa pretensa garena, latius expressa in processu: quare nõ
debuerunt de facto spoliari aut priuari, quod facere agebat
idem magister Rebuti, quaten⁹ expellere tẽtabat homines
predictos ⁊ eorum animalia a dicta pretẽsa garena: quia re-
4 gula est, quod sicut fit spoliatio per priuatum, sic ⁊ † fieri di-
citur per iudicem nõ seruato rite debito procedendi, ⁊ pos-
sessionem alicui auferentem. l. iij. C. si ꝑ vim. vel alio modo. l.
meminerint. C. vnde vi. et est casus in capi. fin. circa fi. de suc-
ces. abintest. quod etiam voluit Oldrad. consilio. ccxvij. exor-
dien. De toto themate questionis. ver. secunda regula Ja-
co. Rebuf. ⁊ Joan. de Pla. in. l. si coloni. C. de agrico. et cen-
sit. lib. xj. ⁊ Ange. Are. in. §. tripli. versic. Jtem dixi in libello
siue spoliauit. institu. de actio. non tenebantur igitur dictis
preceptis dicti hões obedire, nec possessionem seu quasi de-
relinquere quam tueri poterant, etiam de fato: vt fuit iam
in dicto processu cause inquisitionalis opportune allegatũ.
Adiicio predictis, quod dicta precepta etiam fuerunt nulla
ex eo capite: quia dictus dominus commissarius quoad di-
ctos Joannem Bouerij ⁊ alios videtur excessisse fines mã-
dati: quod de iure nõ potuit. l. diligenter. ff. mandati. et capi.
5 cum dilecta. de rescrip. quod autem † excesserit fines mãda-
ti ex eo patet, quia non erat ei mandatum aut commissum
vt inhiberet dictis de Breno vt eorum animalia nõ immi-
terent aut depascerent in dicta pretensa garena: aut vt eisdẽ
preciperet quatenus animalia inibi depascentia a dicta ga-
rena expellerent: ergo, ⁊c. forte vero opponet aliquis, quod
imo erat preceptum ⁊ mandatum, pro eo quia, vt legitur in
literis exequutorialibus cõcessis post latam pretensam or-
dinationem super facienda reintegratione pretense posses-
sionis dicti nobilis Aymari pro tempore implorantis be-
neficiũ statuti Delphinalis, Si quis per literas. dictus do.
Vicebayliuus precepit, ⁊ commisit eidem magistro Rebu-
ti quatenus sub certis penis Delphinali fisco applicandis
inhiberet quibusdam pretensis violentis in informationi-
bus per eundem magistrum Rebuti sumptis, latius nomi-
natis, ac ceteris, ⁊c. ⁊ non solum debere inhibere illis pre-
tensis violentis, sed etiam aliis: cuiusmodi videtur fuisse di-
cti de Breno: sed hoc non obstat: qꝛ in dictis literis non est
simpliciter dictum, ⁊ dicto magistro Rebuti mandatum,
quod ipse inhiberet ceteris: sed fuit additum quibus esset
super detractione trebellianice,an,scilicet, illa prohiberi va-
leat, fuerint ⁊ adhuc sint varie opiniones glo.⁊ docto.prout
apparet ex his que not.Bartol.et docto.in.l.Marcellus.in
princip.ff.ad senatusconsultum trebellia.⁊ quod not.scriben-
tes in authentica.sed cum testator.C.ad legem falcid.gloss.in
§.sed quia stipulationis. instit.de fideicommis.liber.authen-
ti.de heredi.⁊ fal.§.si vero expressum.et in.l.si vt allegas.et
dicta authentica.sed cum testator.tamen magis communis
15 opinio,et que communiter obseruatur, est quod illa † pos-
sit prohiberi:quamuis Bald.⁊ Salic.limitent hanc opinio-
nem vt non procedat in liberis primi gradus:prout ipsi no-
tant in.l.iubemus.vbi etiam Philip.de Corn.C.ad senatus-
consultum Trebellianum. Sequendo igitur hanc opinio-
nem, que et in iudicando ⁊ in consulendo sequēda est vt com
munis.l.j.ibi. crebrior apud veteres opinio.ff.de offic.que-
sto.c.nouimus.⁊ quod ibi Antonius de Butr.de verborum
significatio.C.de iudicijs.iij.q.iij.⁊ quod no.omnes in capit.
j.de constitutio.dico,quod detractionem trebellianice prohi
bere potuit dictus nobilis Honoratus testator:Sed aduer-
tendum est, quod prohibitio huiusmodi non fuit facta sim-
pliciter ⁊ absolute,sed limitate,⁊ in fauorem duntaxat dicti
nobilis Petri:Nihil enim in prohibitione huiusmodi dictū
fuit de suis:quo fit,vt cum dictus nobilis Antonius Hono
ratus succedat ex persona sua,non ex persona dicti quondam
nobilis Petri,quamuis censeatur in locum ipsius subroga-
tus, non possit tueri propter dictam prohibitionem, ne ex
persona dicte domine Margarete detrahatur trebellianica:
quia ipsa domina Margareta non fuit prohibita illam de-
trahere aduersus suos,tanquā suos dicti nobilis Petri sub-
stitutos. Posset autem dubitari an propter inuētarium per
16 ipsam dominam Margaretam non confectum † perdiderit
ipsa domina Margareta trebellianicam:super quo articu-
lo,si est prout existimo statutum,illi standum est: et idem si
est cōsuetudo: quia difficile esset contra stillum calcitrare:qđ
etiam voluit Rapha. Fulgo.consilio.xcvj.exordien.pro de-
cisione eorum de quibus queritur.pro eo quia consuetudo
est legitima legum interpres.l.cum de nouo.C.de legi.l.si in-
terpretatione.ff.eodem titulo.et cum super huiusmodi arti-
culo neque statutum neque consuetudo existat, tunc respon-
deo quod super hoc sunt varie opiniōes:⁊ maxime due hinc
inde suffulte multis iurium rationibus et docto.authorita-
tibus, que solent recitari per scribentes.in.l.Marcellus.§.
quod autem.ff.ad senatusconsultum trebellianum.in authen
ti.de heredi.⁊ fal.§.si vero non fecerit.collatione prima.et in
dicta authentica. sed cum testator.C. ad leg.falcid.et super
quo consuluerunt docto.plurimi tam antiqui quam moder-
ni,et quidem aliqui pro vna parte,alij vero pro alia.ita vt ar-
ticulus iste difficilis reputetur,⁊ sic multum dubius: Verū
illa opinio que habet quod propter non confectionem inuen
tarij perdatur trebellianica, videtur fulciri fortioribus ra-
tionibus:quinimo assertione modernorū habere pro se bo-
num text.in dicto authentico.de heredi.et fal.§.si vero non
fecerit.qui vt voluit Bald.⁊ post eum.Paulus de Castro
Philip.de Corne.⁊ Bart.Soci.decidit hunc casum in fa-
uorem substitutis: ad quem non aduertunt aliqui docto.te-
nentes partem contrariam:et quamuis Alexand.de Imol.
in dicta.l.Marcellus.non responderit illi text.tamen domi.
Bart.Soci.in eadem.l.ostendit illi non esse sufficienter re-
sponsum:Non decreui super isto articulo diutius immora-
ri,cum vt puto de hoc sit statutum vel consuetudo decidens
hunc articulum. Illud autē est sine dubio,quod fructus per
dictam quondam dominam Margaretam iudicio testato-
ris percepti,debēt imputari in trebellianicam:per regulam
que ponitur in.l.In fideicommissariam.in princip.ff.ad se-
natusconsultum trebellianum.a qua solum excipiuntur liberi
primi gradus.l.iubemus. C. eodem titulo.¶ Quibus pre-
missis respondeo ad primum quesitum,quod cum dicta do-
mina Margareta teneretur post mortem restituere vniuer-
sale fideicommissum dicto nobili Antonio Honorato sub-
stituto, ipsa de illo, seu bonis dicti quondam nobilis Ho-
norati

norati testatoris disponere non potuit nisi vsq; ad id qđ ex
trebellianica de bonis huiusmodi detrahere poterat, facta
primitus imputatione fructuum per eam perceptorum post
mortem dicte nobilis Claudete: quod vero ad perceptos
per dictũ de Reperĳs tutorio nomine dicte Claudete du-
rantibus sex annis quibus ipsa vixit post mortem dicti no-
bilis Honorati eius quondã patris: illi, seu eorum valor ve-
niunt in restitutionem fideicommissi: quia licet illi nũquam
fuerint predicti Honorati, vt pote excreti post mortẽ ipsius,
cum tamen dicta do. Margareta eidem Claudete successe-
rit in vim pupillaris substitutionis, ⁊ sic non solum in bonis
testatoris, sed etiam in bonis eiusdem Claudete, ipsa domi-
na Margareta potuit grauari, non solum in bonis testato-
ris, sed etiam in bonis dicte eius filie: vt hec omnia nunc ve-
nire debeant in restitutione dicti vniuersalis fideicommissi. l.
si fundum per fideicommissum. §. fina cum. l. seq. ff. de legat. j.
⁊ quod scribunt doc. in. l. ita tamen. §. qui suspectum. ff. ad se-
natusconsultum trebel. Si vero vel de statuto, vel de consue-
17 tudine omittens cõficere inuentariũ † perdat trebellianicã,
tunc certũ est qđ ipsa de nihilo testari potuisset quoad sub-
stantiam predictorum bonorum que fuerunt dictorum no-
bilium Honorati ⁊ Claudete, aut alterius eorundem: quod
dico propter fructus per eam perceptos, qui si aliqui super-
essent, vel bona ex illis, seu pretio illorum acquisita, ipsa po-
terit de illis disponere. ¶ Venio ad secundum, super quo
premitto quod heres vniuersalis de alteri restituendo here-
ditatem grauatus, potest ante restitutionem hereditatis seu
vniuersalis fideicommissi compromittere de et super bonis
et iuribus hereditarĳs. l. cum hereditas. la. j. ff. ad trebel. vbi
secundum Angel. non reperitur pro hoc melior tex. in iure:
quamuis multum bene concordet text. in. l. ante restitutam.
ff. de solut. vbi omnia gesta per heredem ante restitutionem
firma manent, ⁊ credit Ange. in. d. l. cum hereditas. et sequi-
18 tur Alexan. de Imo. quod heres † grauatus possit compro-
mittere, nedum in arbitrũ, quinimo etiam in arbitratorem,
cum sit dominus, ⁊ plenam habeat administrandi potentiã:
et ideo transigere potest arg. l. preces. C. de transact. ꝗꝛ com-
promissum factum in arbitratorem vocatur transactio. aut.
vt differentes iudices. §. j. not. gl. colla. ix. Potuit igitur pre-
fata domina Margareta post mortem dicte quondam nobi-
lis Claudete compromittere, nec ex hoc, vt videtur, cõmisit
culpam latam de qua solum tenebatur, non de leuissima aut
leui. l. mulier. §. sed ⁊ cum. ff. ad trebel. nisi forte quis dicat, ꝙ
imo compromittere sit lata culpa: ⁊ ꝙ proposita illa de iure
facere non potuerit dicta domina Margareta, aut saltem ꝙ
compromissum huiusmodi nocere non potuit substituto. l. si
dictum. §. si compromisero. ff. de euictio. quoniam respondeo
secundum Barto. ⁊ doct. in. d. l. cum hereditas. quod dictus.
§. si compromisero. loquitur in emptore ⁊ venditore, in qui-
bus est aliud: cuius ratio est, quia ibi venit lata culpa: aliud
autem est in herede ⁊ fideicommissario, vbi fideicommissa-
rius non tenetur heredi nisi de lata culpa. d. l. mulier. §. sed et
cum. sed, vt dixi, ⁊ probatur in. d. l. cum hereditas. cõpromit-
19 tere non est lata † culpa: ⁊ ita non obstat: sed nec obstare vi-
detur si forte dicatur, quod imo compromittere sit lata cul-
pa. l. si minor viginti quinque annis filiusfamilias. §. primo. ff.
de mino. vbi eo ipso quod adultus compromittit ipse decipi-
tur, ergo compromittere videtur esse lata culpa. l. late. ff. de
verborum significatio. ⁊ l. fin. C. de in integ. restitutio. mino.
quoniam respondeo secundum Ang. in dicta. l. cum heredi-
tas. quod text. in. d. §. primo loquitur in simplici administra-
tore in quo compromittere in arbitrum est lata culpa, cum
a sententia arbitri appellari aut prouocari non possit: sed. d.
l. cum hereditas nõ loquitur in dño, in quo non censetur la-
ta culpa compromittere, vel potest secũdum Ioan. de Imol.
⁊ vt videtur verius respõderi quod tex. in. dicto. §. primo. lo-
20 quitur in minore † qui ex iuris presumptione non ita dili-
genter causam prosequitur sicut maior: ⁊ ideo in maiore non
videtur esse lata culpa: ⁊ hanc rationẽ in maiore sensit Bar-
to. in. l. ambitiosa. versicu. quero quid si in predictis. ff. de de-
cretis ab ordine faciendis. restat igitur in casu nostro, quod
dicta domina Margareta valuerit sine culpa lata compro-
mittere: quinimo videtur et sine leui, propter statutũ pro-
uincie, secundum quod compelluntur nobiles compromitte-
re: quo casu non videtur compromittens, non solum in cul-
pa lata, quinimo nec in leui: vt voluit Paulus de Castro. in
dicta. l. cum hereditas. sed forte videtur posse dici quod quã-
uis dicta domina Margareta potuerit compromittere,
ipsa tamen videtur in compromittẽdo excessisse, pro eo quia
fecit compromissum de alto in bassum, ⁊ de basso in altum, ⁊
cum hoc, quod domi. arbitri ⁊ arbitratores possent procede-
re alte et basse: et ita videtur eisdem dedisse licentiam leden-
di eam in multo, saltem re ipsa: per id quod not. Ioan. An-
dre. in. c. humilis. in nouel. vbi etiam docto. de maioritate et
obedient. et Bald. in. l. et in maioribus. C. de appellationib.
¶ Preterea hoc etiam dicitur in compromisso, ibi, nemini
de iure vnius partis alteri dandi in magna seu modica quã-
titate. vbi etiam data est eisdẽ arbitris ⁊ arbitratoribus ple-
num ⁊ largum posse, plenaque ⁊ libera ac omnimoda pote-
stas alta ⁊ bassa de inibi cõtentis cognoscendi, diffiniendi, et
sententiandi, et iuxta conscientias eorundem: que videntur
seruare in liberam voluntatem, ita vt potuerint equo prefer-
re iniquum, ⁊ auferre ea que eidem domine Margarete cõ-
petebant, ⁊ illa dare aduersarĳs: pro quibus allegasse suffi-
ciat. l. fideicommissi. §. quamquam. ⁊ quod ibi not. ff. de legat.
tertio. gloss. in. c. statutum. §. accessorium. de rescript. in sexto.
Alexand. de Imo. in. §. in bonefidei. versicu. quid si commit-
tatur conscientia tua procedens. instit. de actio. Addo quod
dicta domina Margareta in dicto compromisso etiam re-
nuntiauit recursui ad arbitrium boni viri: propter que non
videtur posse defendi a culpa lata, tanquam ea que dedit
occasionem arbitris ⁊ arbitratoribus in quos compromisit
sibi auferendi, etiam in magna quantitate de bonis in inuen
tario ⁊ alĳs in suis petitionibus mentionatis, ⁊ restitutio-
ni subiacentibus: huic tamen obiectioni videtur posse re-
sponderi, quod licet verba predicta vel eorum multa videan-
tur importare liberam voluntatem, illis tamen videntur
fuisse adiecta alia verba, scilicet, ad bene placitum, et prout
eorum discretioni et peritie melius videretur, que impor-
tant liberum arbitrium: ⁊ primo quidem verba, ad benepla-
citum. per id quod not. Bald. in. l. tertia. §. sed et si quis. vbi
etiam doc. Iason. May. ad finem. C. commu. de lega. ⁊ Pa-
normi. in capitu. verum. de foro competenti. ⁊ idem de ver-
bo. discretioni, per id quod not. Lup. ⁊ Panormi. in capitu.
secundo, de iuramen. calum. Anto. de Butr. ⁊ alĳ post eum
in capitu. primo. de constitutio. vbi domi. Iason. versicu. et si
dicatur discretioni. tunc, ⁊c. Alexand. de Imo. consilio trige-
simo tertio. exordien. Viso themate. in primo volumi. in qui-
bus locis habentur multe remissiones: ⁊ idem de verbo, vi-
debitur, per id quod not. Anto. de Butr. ⁊ Ioan. de Imol.
in dicto capitulo primo. de constitutio. per dictam legem fi-
deicommissa. §. quamquam. ff. de legatis tertio. quod etiam
voluit Lup. ⁊ Gemi. in capitu. secundo. de iuramen. calum.
in. vj. Cum igitur his verbis que videbantur importare libe-
ram voluntatem, subiuncta extiterint verba que important
arbitrium boni viri, videntur fuisse restricta dicta prima
verba importantia, scilicet, liberam voluntatem: vt not. Pa-
normitanus. in capitu. quintauallis. in vigesima prima. di-
fferentia. de iureiurand. et Bartholo. Socinus. in. l. vtrum.
§. cum quidam. ff. de rebus dubĳs. ex quibus etiam videtur
quod dicta domina Margareta non sibi abstulerit faculta-
tem recurrendi a laudo, si per illud enormiter lederetur: pro
eo quia in renuntiatione inerat tacita conditio, de non pe-
tendo reductionem nisi immoderate lederetur: arg. l. quero. §.
inter locatorem. ff. locati. ⁊ l. quidam cum filium. ff. de verbo-
rum obligationibus. quod etiam voluit Barto. in. l. societa-
tem. §. arbitrorum. versi. quero vtrum possit renuntiari. ff. pro
socio. vbi etiam dicit Iaco. debere intelligi gl. in. l. si de meis.
§. recepisse. ff. de arbitr. que dicit quod arbitrator potest adi-
mere de iure vnius ⁊ dare alteri: vbi est subaudiendum, scili-
21 cet, moderate: quod aliquando † expedit pro bono pacis et
concordie: vt dicit Alexand. de Imo. in dicta. l. cum heredi-
tas. versicu. hoc etiam potest quis affirmare per illam ratio-
nem, ⁊c. ⁊ ita videtur non solum quod dicta domina Mar-
gareta potuerit compromittere sine culpa lata, sed etiam qđ
in compromittendo illud non commiserit: ⁊ quod propterea
non videtur quod plus de bonis ipsius possit repeti aut re-
tineri quam fuerit sibi adiudicatum per dictos do. arbitros
pro petitis in compromisso de bonis restitutioni subiacen-
tibus: nisi parte dicti nobilis Antonĳ Honorati diceretur
quod dicta domi. Margareta fuerit enormiter et immode-
rate lesa quoad bona subiacentia restitutioni, et quod pro-
pterea debuerit recurrere ad arbitrium boni viri pro obtinẽ
da reductione laudi: quod quia non fecit, est quod sibi debue
rit imputari ad culpam latam: quia et si potuisset remitte-
re et donare quo ad preiudicium sui ipsius. l. in re mandata.
cum vulgatis. ll. ff. manda. non tamen in preiudicium substi-
tuti: quod etiam fuit de mente Ioan. de Imola. in. d. l. ante

restitutam.ff.de solutio.& hoc sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis putarem esse verum: sed dicto nobili Antonio Honorati substituto incũberet forte probatio huius enormis lesionis, et quod interuenerit lata culpa dicte Margarete: tum quia presumitur pro dicto laudo quod iuste et ex causa iusta latum extiterit: et quod in eo interuenerint requisita: vt voluit Dyn.consilio exordiente.Tholomeus.& sequitur Joannes Andre.in additionibus Specu.titu.de arbitr.§.sequitur.in additio.incipien. Dyn.in regula allegat glossa prima.l.ab ea parte.ff.de probationibus. et.l.prima cum ibi not.C.de fide instrumentorum et de iure haste fiscalis,et de addictionibus. libro decimo.et. l. sciendum.vbi etiam Alexand.de Jmo.ff.de verborum obligationibus, quidam hunc titul.ita legunt,de stipulationibus. Antonius de Butrio.& Panormit.in capitu.quoniam . de
22 probationib.et alijs in alijs locis.tum & quia † culpam allegans,culpam probare tenetur.l.quoties.§.qui dolo.et quod ibi glo.post Joan.& Azo.etiam hoc voluit Salic.ff.de probatio.gloss.& docto.magis communiter in.l.si creditor. C.de pigno.actio. ¶ Sed si omnia hec opportune considerentur, illa forte non faciunt contra dictum nobilem Antoniũ Honoratum,sed potius pro eo: qꝛ cum bona mobilia descripta in inuentario per do.de Riperijs ad eum peruenissent, illa presumerẽtur peruenire ad suos heredes: et apud eos existere tempore laudi.l.j.§.de eo.ff.de fideiuss.tuto.quẽ ad hoc allegat Pau.de ca.consil.ccclxxj.exord.Ad primum quesitũ dictus do.de Riperijs etiam per sex annos perceperat fructus bonorum dictorum quondam nobilium Honorati testatoris & Claudete eius filie:& quos ipsa domina Margareta appreciabatur pro singulis annis ad florenos quadringentos & quinquaginta: si igitur laudum de quo supra,presumitur fuisse iuste latum, & ex causa iusta,prout et presumi debet, heredes dicti domini de Riperijs non ideo condemnati extiterunt duntaxat in summa decem millium florenorũ quasi non teneantur in pluri ad causam fructuum, et bonorum mobilium de quibus supra,sed pro eo qꝛ reconuenerunt dictam dominam Margaretam super multis et per multa capitula,vt narrat in cõpromisso:& plenius in laudo: in quo etiam domi.arbitri & arbitratores,&c.dicunt quod calculatis calculandis,& compensatis compensandis procedunt,&c.et ita videtur dicta domina Margareta fuisse condemnata in maiori summa pro fructibus & bonis mobilibus antedictis quam condemnari debuerit:pro eo quia facta est compensatio hincinde debitorum:& cum non constet de illo super quibus reconueniebatur,deberẽtur per eam tanquam heredem dictorum nobilium Honorati & Claudete,aut alterius eorũdem,videtur posse dici quod ipsa domina Margareta tam in dictis decem mille florenis sibi adiudicatis, quam in compensatione eorum in quibus tenebatur prefatis heredibus, et sic in liberatione debitorum huiusmodi habuerit valorem bonorum mobilium,& fructuum predictorum.& quod de ista valore possit opponere dictus nobilis Antonius Honoratus:& quod vsque ad valorem huiusmodi possit sibi consulere per viam retentionis faciende in & de bonis dicte domi. Margarete, cuius est heres vniuersalis cum beneficio inuentarij:& quod debitum potest deducere aduersus dictam dominam Elipdem pretensam legatariam: non solum quia fecit inuentarium.l.finali.§.in computatione.versic.si vero et ipse.C.de iure deliberan.sed etiam facere posset si non confecisset inuentarium.l.imponenda.& l.irritum.C.ad legem falcidiam. Preterea facta deductione seu detractione eorum que eidem nobili Antonio Honorato debebantur per dictam quondam dominã Margaretam,insuper & eorum que per eam alijs debebãtur,si q̃ erant.d.l.Jn imponenda.poterit dictus nobilis Antonius Honoratus detrahere de residuo quartam partem pro sua falcidia.dicta.l.fina.versicu.et si prefata.C.de iure deliberandi.¶ Ad id vero quod vlterius queritur,an scilicet,dictus nobilis Antonius Honoratus restitui debeat aduersus spectabilem virum dominum Ludouicum de Luce Regium consiliarium & commissariũ in causa,dico & respondeo quod sic: tum quia dicta nobilis Elipdis,si et quatenus legata sibi relicta aut aliquid de ijs habere debeat, illa petere debet ab herede: et recipere per manus suas: vt colligitur ex ijs que habentur.in.l.prima.in princip.& §.rediguntur.ff.quo.legat.& in.l.vnica.C.eodem titulo.et quod vtrobique per docto.& quod nota.scribentes in l.non est dubium.C.de lega.quia, esto citra preiudicium veritatis,vbi essemus incerti an esset locus legi falcidie,deberentur fortasse dicte nobili Elipdi legata solui et expediri,
23 prius † prestita per eam sufficienti satisdatione. l. secunda. et quod ibi docto.C.de vsufr.legat.& l. prima.in princip.ff.si cui plusquam per le.falci.sed quia vt puto certum est quod fuerit et sit locus falcidie,nõ debent dicta pretensa legata eidem nobili Elipdi expediri,sed est ineunda seu facienda imputatio:dicta.l.prima.§.Marcellus.ibi,sed causa cognita.et l.nisi dolo.§.si in plures.ff.si cui plusquam per leg.falcid.nec puto stante certitudine secundum allegata huiusmodi,quod
24 dictus nobilis Antonius Honoratus † teneatur satisdare dicte nobili Elipdi de sibi soluendis legatis insolidum aut in parte:quia illa cautio prestatur legatario possessori rei legate, & quando res huiusmodi per heredem repetitur et insolidum vt de ea falcidiam detrahat: iuxta id quod habetur in dicta.l.prima.§.rediguntur.l.penultima.§.finã.ff.quorum lega.& l.prima.C.eodem titulo.quod non est in casu no-
25 stro:tum quia dicta nobilis Elipdis nõ possidet:tum † quia vt dixi,creditur esse euidens imminere falcidiam: non que solum propter onus aliorum legatorum dicta pretensa legata diminuat,et quadrantẽ resecet,sed que propter es alienũ omnimodo extingat.d.l. prima.§. hec verba stipulationum. ibi,et enim sciendum est.l.falcidiam.ff.si cui plusquam per.l. falcidi.si vero non esset certum imminere falcidiam,tunc videretur dicta nobilis Elipdis admittenda cum satisdatione per eam oblata.d.l.prima.in princip.ff.si cui plusquam per le. falcid.et videretur preferenda dicto nobili Antonio Honorato, pro eo quia quando est incertum an lex falcidia immineat,heres etiam si possideat rem legatam illam soluere cogitur cum satisdatione per legatarium prestanda.d.l. secunda.C.de vsu.& fructib.lega.et dicta.l.prima.in principio. ff.si cui plusquam per.l.falcid.in principio.multo ergo vel saltem non minus soluendum et tradendum est legatum cum dicta satisdatione quando heres non possidet.Preterea ad id qđ queritur, an dictus quondam nobilis Petrus primo loco substitutus dicte domine Margarete,et ipsa viuente seu su-
26 perstite vita functus, transmiserit ius substitutionis † ad dictam nobilem Ludouicam eius quondam filiam,aut eius nepotes: dictum, scilicet, nobilem Antonium Honoratum & fratrem,an vero ius huiusmodi substitutionis euenerit eidem domine Margarete,respondeo quod neutrũ contigit in hoc casu:primo quidem non primum:quia cum substitutus moritur pendete cõditione fideicommissi,illud quo ad eum extinguitur: nec ipse illud transmittit ad heredes, aut suos posteros.l.vnica.§.finautem sub conditione.& quod ibi Bald.C.de caducis tollendis.& quod not.glo.& docto.in l.vnica.C.de ijs qui ante apertas tabulas.multas remissiones ponit Oldradus. consilio.centesimo trigesimo primo. non etiam secundum:quia dicti quondam domi. Margareta et Petrus non fuerunt re aut verbis coniuncti, nec tales inter quos poterit esse ius accrescendi: secundum regulas de eo datas per scribentes in.l.re coniuncti.ff.de legatis tertio.& quod habetur in dicta.l.vnica.§.ijs ita.et multis seq.C. de caducis tollendis.Addo quod etiam vbi prefati domina Margareta & nobilis Petrus fuissent coniuncti,prout non fuerunt, quia tamen ipsi nobili Petro superfuerunt dicti nobiles Antonius Honoratus & frater,qui erant inuitati &
27 substituti per dictum † verbum, et suos, illi impediuissent dictum ius accrescendi.d.§.si vero sub conditione.ibi similique modo.et quamuis premissa ita se habeãt, scilicet, quod nec ius substitutionis accreuerit dicte domine Margarete per dictum nobilem Petrum, nec transmissum extiterit dictis eius nepotibus, illi tamen veniunt ad fideicommissum,non ex persona dicti quondam aui, sed ex persona eorum propria, vtpote expresse inuitati propter verbum, et suos,vt predixi: et propter quod contigit, quod licet fideicommissum extinctum extiterit et factum caducum in personã dicti quondam nobilis Petri,nõ tamen quo ad dictos nepotes,per superius dicta:et quod posuit Old.in consilio. centesimo trigesimo primo.¶ Ad vltimum dubium in quo queritur,an dicta nobilis Elipdis petere possit legitimam in bonis nobilis quondam viri Alziarij de Aurasono eius patris,que ab humanis decessisse dicitur sunt quadraginta quinque anni,dico & respondeo,&c.

¶ De secund.nupt. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Mater que vult conuolare ad secunda vota, si est tutrix libero

liberorum debet petere liberis suis tutorem cui reddat rationem administrationis et prestet reliqua: alias si aliquod deficiat, incurret penas iuris: et nihilominus perdit quod donatum est illi propter nuptias, quod ad proprietatem tantum, et si iudex sit negligens in dando tutore, debet recurrere ad superiorem, qui mandet iudici: et si habet pecuniam liberorum, potest sibi satisfacere de dote antequam adeat iudicem: non tamen debet vendere bona pupillorum.

Consilium. clviij.



Sive nobilis et honesta mulier Joanna desierit esse tutrix liberorum suorum, pro eo quia accessit ad egregium virum dominum iudicem insulanum, et eidem exposuit se velle connolare ad secunda vota, vel pro eo fortasse quia eorūdem liberorum suorum tutelam remisit in manibus eiusdem domini iudicis: siue eorum tutrix esse non deserit: laudo ⁊ consulo quod priusquam matrimonium contrahat ipsa redeat ad iudicem, et sibi vlterius exponat se velle contrahere matrimonium, ⁊ cōuolare ad secunda vota: et petat cum oportuno instrumento dictis eius liberis ⁊ impuberib⁹ de tutore prouideri: ⁊ que etiam poterit nominare in tutorem aliquem de quo sibi videbitur: ⁊ etiam illum cum quo matrimonium contrahere intendit, quamuis iudex non astringatur sequi eius consilium, sed poterit vocare parentes et amicos liberorum, cum quibus inquiret pro prouisione facienda: ⁊ si iudex exhiberet se morosum in prouidendo, poterit recurrere ad superiorem qui mandet ⁊ precipiat: deinde facta prouisione de tutore, opus est quod ipsa illi reddat compotum ⁊ rationem sue administrationis: ⁊ quod ipsa soluat ⁊ prestet reliqua si que sint priusquam contrahat matrimonium: alias si aliquod ipsorum deficeret, ipsas incurreret penas de quibus in authen. in eisdem penis. §. Item ⁊ ea. et in corpore vnde sumitur. C. de secundis nuptijs. que facit maxime, vt quamuis hec omnia obseruet, ipsa nihilominus perdet id quod sibi fuit donatum donatione propter nuptias per primum eius maritum, ⁊ hoc quo ad proprietatem, quamuis sit remansura vsuffructuaria. l. femine. cum multis similibus. C. de secund. nupt. ⁊ per hoc patet responsio ad primum ⁊ etiam ad secundū, scilicet, quod opus est quod dictis liberis prouideat de tutore: ⁊ quod filijs reddatur ratio, ⁊ soluātur reliqua si que sint: ⁊ quod remedium est adhibēdum si iudex sit negligens: quia scilicet, poterit recurri ad superiorem, quia inuita nō est detinenda in tutela, ⁊ in illius administratione. Ad vltimum dico ⁊ respondeo, quod si ipsa nobilis Joanna haberet penes se pecuniam liberorum de qua possit sibi fieri ratificatio pro dicta dote aut parte illius, ipsa tanquam tutrix posset sibi de illa satisfacere in totum vel in parte priusquam adeat iudicem: ⁊ hoc, si est verū quod ipsa potuerit resumere tutelam: ⁊ si hoc faciat, hoc est si sibi satisfaciat de dote aut parte dotis, ipsa de hoc faciet mentionem in suis compotis, in quibus dicet sibi ipsi tanquam creditrici liberorum soluisse pro dote aut parte dotis tantam summam pecuniariam: ⁊ faciet fidem de debito corā auditoribus per exhibitionem instrumenti constitutionis dotis, ⁊ instrumenti solutionis illius: vt sic appareat quod erat creditrix, ⁊ quod potuit sibi soluere: Non autem puto quod ipsa possit vendere bona pupillorum, sed melius est quod ipsa expectet vt hoc fiat per tutorem vel per iudicem ad sui instantiam: Poterit enim adiri superior cum supplicatione, et cui exponetur constitutio et solutio dotis. et qui mandabit quod de his constito accipietur ⁊ vendatur de bonis prout solet fieri.

De donatio, Rubrica.

Epitome.

Donatio censetur reuocata que traditione fulta non est, si post donationem heredis institutio in omnibus bonis facta est, et voluit testator quod ipsi ⁊ eorum quilibet contenti essent omnibus eius bonis, ita quod nihil plus petere, consequi, vel habere possent.

1 Donatio quando censeatur reuocata per institutionem heredis. numero. 3.
2 Instituens heredem in fundo quādo censeātur instituere in vniuersum patrimonium.
4 Donatio non censetur reuocata per verba generalia.
5 Glossa recitans plures opiniones in dubio censetur probare vltimam.

Consilium. clix.



Contra sententiam spectabilis domi. primo scribentis in precedentibus iurium allegationibus subscripti, scilicet, quod per testamentum de quo supra non videatur fuisse facta reuocatio donationis de qua supra: videtur facere. l. cum hic status. §. j. ibi, quasi sit testamento confirmatum quod donatum est. ff. de donationibus inter virum ⁊ vxorem. per quem textum. videtur probari quod per institutionem heredis factam in omnibus bonis non censeatur reuocata donatio antea facta, et de iure probata: quem. §. ad hoc allegat Francisc. de Aret. consilio septuagesimo quarto. exordien. Diligenter ⁊ mature ponderatis, ⁊c. et pro eadem sententia etiam facere videtur. l. si mortis. C. ad legem falcidiam. vbi probatur, quod per institutionem heredis non reuocatur donatio causa mortis: cum, vt ibi dicitur, de illa, si dodrantem excedat, detrahatur per heredem falcidia: quod non fieret, si per heredis institutionem reuocaretur: et quamuis hec ratio euadi possit, vbi fuisset processum ad traditionem rei causa mortis donate, quasi tunc transiuisset dominium rei donate in donatarium, et sic non remansisset in bonis donatoris, non tamen euaderetur quando nō esset processum ad traditionē, et sic remansisset in bonis donatoris, secundem communem opinionem omnium scribentium: ⁊ hoc non habet dubium. Si igitur testator idemque donator heredem instituendo non videtur, prout non videtur. dicta. l. si mortis, reuocare donationem causa mortis, ergo nec in casu nostro videtur dictus Simon Joannis reuocasse donationē de qua supra: nisi forte quis dicere velit aliud esse quod aliquis heredem instituerat, et quod eo casu procedat. dicta. l. si mortis. Et aliud quod instituat heredem in omnibus bonis suis, et quod isto casu non procedit dicta. l. sed isto casu videatur testator idemque donator reuocare donationem: sed istud non procedit: pro eo quia eo ipso quod aliquis testator heredem instituit, censetur illum instituere in omnibus bonis suis: pro quo allegasse sufficiat id quod voluit Oldra. consilio centesimo quinquagesimo octauo. exordiē. Factum est tale. testatrix, ⁊c. Quinimo hoc iuris est vt si
2 testator † aliquem heredem instituat in fundo, quod institutio trahatur ad vniuersum patrimonium testatoris, si non sit alius institutus. l. prima. §. si ex fundo. ff. de heredibus instituendis. quod etiam voluit Oldrad. in dicto consilio. et Alexand. de Jmol. in. l. cogi. §. ⁊ generaliter. in fine. ff. ad senatusconsultum trebellianum. ⁊ Paulus de Castro. consilio tricentesimo sexagesimo septimo. etiam contra dictam sententiam videtur facere quod not. Bald. in. l. filie cuius. versicu. intelligo quod videtur mutare propositum, ⁊c. ibi argu. contra. l. quoties. C. familie erciscund. vbi Bald. post rationes iam dictas ad probandum quod per verba generalia, vt puta si testator idemq̄ donator dixerit in testamento, quod omnia bona sua essent communia inter filios, quorum for-
3 te vnus est † donatarius, censeatur donatio reuocata: ipse consequenter arguit in oppositum, scilicet, quod imo non censeatur reuocata, pro eo quia species derogat generi. vt not. idem Bald. in. l. quoties. C. familie erciscunde. et ideo specialis prouisio, vt quia emit nomine vnius filij, in vnum filium collata, non videtur abrogari seu reuocari per verba generalia: argumen. l. coheredi. §. qui patrem. ff. de vulgari et pupillari substitutione. et maxime quia factum posterius in dubio intelligitur secundum ordinationem precedentem: sed his non obstantibus, credo sententiam eiusdem do. primo scribentis in casu de quo queritur esse de iure veriorem: et signanter pro eo quia dictus Simon non solum censetur heredes vniuersales instituisse Stephanum ⁊ Antonium Joannis eius nepotes seu Felezenos in omnibus eius bonis, sed etiam cum certe pecunie summam ⁊ res alias legasset, et iure institutionis reliquisset Rodulpho et

Peyroto eius filijs eiusdemque donatarijs, voluit et ordinauit quod ipsi et eorum quilibet contenti essent de omnibus eius bonis: ita quod nihil plus petere, aut consequi, vel habere possent: que sunt verba multum ampla, et talia que, salua ratione recti sermonis, non videntur posse restringi vt non comprehendant etiam dominium, et alia nomine dictorum Rodulphi et Peyroti empta de quibus supra: non ergo sunt restringenda: pro quo gratia breuitatis allegasse sufficiat no. per Bart. in l. Aurelius. §. Caius. ff. de libe. lega. et docto. in l. si de certa. C. de transact. et in l. emptor. §. lucius. ff. de pactis, et quod per predicta censeatur donatio reuocata, voluit aperte Salicet. in d. l. filie cuius. vbi etiam hoc expresse voluit Bald. quamuis postea, vt prediri, sufficiat et dicat ibi ar. contra, qz species derogat, &c. sed non propterea censendus est discessisse a primo eius dicto in quo dixerat,

4 intelligo, quia videtur † mutare propositum etiam per verba generalia, &c. et hoc ne dicamus eum se incontinenti correxisse contra. l. non ad ea. ff. de conditio. et demonstratio. opponit aliquis quod Bal. videatur adhesisse vltimo dicto, et sic censisse quod per verba generalia non censeatur donatio reuocata: ar. eius quod not. gloss. fina. et post eam doct. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad treb. Bald. in l. j. ad fi. ff. de constitut. princip. et quod habetur in l. si idem. §. fi. et qd ibi doc. ff. de iurisdi. om. iudi. ex quorum dictis colligitur, q si per gl. vel docto.

5 recitentur plures † opiniones. quod in dubio censet recitans approbare vltimam: quod dictum, vt dicit Paul. de cast. in d. §. Sabinus. facit pro dictis Inno. qui recitat plures opiniones, nec apparet cui adhereat, q videatur adherere vltime: respondeo quod illud non obstat, pro eo quia predicta procedunt in dubio, nō autem vbi sumus certi, vt in casu: in quo apparet Bald. expresse dixisse intelligi quod videtur mutare propositum, &c. in quo palam premittit eius sententiā. quamuis postea subijciat ar. contra. &c. q sepissime facit. et gl. et Spec. sed non propterea sentiunt doc. quod gloss. vel Spec. sentiantur discedere a precedenti sententia: et hoc videri potest in plurimis locis. Addo quod Bald. in dicto loco non refert aliorū opiniones, sed primo scribit eius sententiam, quamuis postea subijciat ar. contra. et sic non sumus in terminis in quibus loquitur gloss. et docto. in d. §. Sabinus. et alij in alijs locis: Puto igitur vt prediri dictam donationem fuisse reuocatam: nō obstat. d. l. cum hic status. §. j. versic. quasi sit testamento cōfirmatum quod donatum est. quoniam respondeo quod illud dictum, prout etiam ibi voluit gloss. intelligitur procedere et procedit quando donatum non fuit retrohactum seu reuocatum: sed vt diri hic fuit reuocatum: pro eo quia donatarius posset aliquid petere, consequi, vel habere in bonis suis vltra et preter relicta in testamento. Preterea etiam nec obstat dicta. l. si mortis. C. de dona. cau. mortis. quoniam respondeo quod illa non procederet eo casu quo testator idemqz donator prohiberet donatarium ne aliquid petere, consequi vel habere posset in bonis suis vltra et preter id quod sibi reliquerat: nam satis ostenderet se reuocare donationem causa mortis: quod intelligo eo casu quo non fuisset processum ad traditionem verā, aut fictam, et per quam fuisset translatum dominium in donatarium: etiam nec predictis obstat. l. ij. C. si quis alteri vel sibi. quam audio allegari pro parte aduersa, et per eam decidere hunc casum: quoniam respondeo, quod illa. l loquitur eo casu quo pater emit fundum filiorum in ipsius potestate existentium, et deinde illos emancipat, et postea illis emancipatis eisdem tradit fundum emptū, vel patitur eos apprehendere possessionem illius: tūc enim per traditionem aut possessionem fundi sic apprehensam transfertur dominium in filios emancipatos, quibus pater donare potest: sed nos sumus in casu in quo dicti Rodulphus et Peyrotus remanserunt in patria potestate dicti Simonis eorum patris quādiu vixit, et ita non potuit predicta donatio in vita ipsius confirmari, quam preterea reuocare potuit: et quod fecisse censetur per predicta. Que dixerim, &c.

De substitu. Rubrica.

Epitome.

Verbum, eisdem, additum in testamento, facit, vt substitutio facta intelligatur etiam in liberis eius cui est substitutum nominatim: et ob talem substitutionem recte agūt illi qui sunt substituti.

1 Fideicommisso an is possit grauari qui non honoratur.

2 Res ita interpretanda est, vt potius valeat quam pereat.

Consilium .clx.



Ponitur in facto, quod dudum fuit in humanis honesta mulier Philippa relicta Jacobi Philippi habēs multa et varia bona, que ab humanis decessit, prius cōdito per eam eius vltimo et nūcupatiuo testamēto in quo heredem suum vniuersalem instituit et ordinauit Joannem Reyne eius filium naturalē et legitimum, et ipsius Joannis filij premorientis liberos naturales et legitimos: et si eundem Joannem eius filium ab humanis decedere contingeret sine liberis naturalibus et legitimis, vel cum liberis vno vel pluribus, et postea ipsi liberi sine liberis naturalibus et legitimis a se procreatis decederent, eidem, et eisdem, sic decedenti, seu decedentibus, substituit vulgariter et per ficommissum honestam mulierem Joannam eius neptem, et ipsius Joanne premorienti liberos naturales et legitimos: et si contingeret ipsam Joannam eius neptem decedere siue mori quandocunque sine liberis naturalibus et legitimis a se procreatis seu procreandis, et postea liberi ipsi quandocūque sine liberis naturalibus et legitimis a se procreatis seu procreandis decederent. eo casu eidem, et eisdem sic decedenti, seu decedentibus, substituit ipsa testatrix vulgariter et per fideicommissum Nicolaum Botini eius fratrem naturalem et legitimum, et ipsius Nicolai premorienti liberos naturales et legitimos, mares et feminas equis portionibus.

Et que Philippa testatrix permanens in voluntate huiusmodi: vita functa est et ab humanis decessit, superstite dicto Joanne eius filio naturali et legitimo, qui ea mortua et vita functa hereditatem eiusdem adiuit et acceptauit: deinde vero idem Joannes vita functus est et ab humanis sine liberis decessit, superstite dicta Joanna nepte testatricis, in cuius personam substitutio de qua supra sibi locum vendicauit: Successiue vero vita functa est dicta Joanna, superstite et sibi superuiuente vnica filia nomine Joanna. qua Joanna, seu dicta eius filia superstite seu superuiuēte, vita functus est et ab humanis decessit prefatus Nicolaus frater testatricis, superstitibus multis eius liberis, scilicet, Joāne, Antonio, Michaele, Joanneta, et Raymunda, Margareta, et Placensia eiusdem Nicolai filijs et filiabus naturalibus et legitimis: deinde vero et postremo, vita functa est et ab humanis sine liberis decessit filia dicte Joanne neptis: Quesitum est an in vim substitutionis superius mentionate et facte de dicto Nicolao et ipsius premortui liberis, possint filij et filie predicti Nicolai supra nominati aliquid petere in bonis dicte quondam Philippe. Ad quod respondeo, quod licet prima facie dicti liberi non videantur posse aliquid petere in et super bonis dicte quondam Philippe, pro eo quia cum filie prefate quondam Joāne nihil relictū extiterit per dictam quondam Philippā testatricem, ipsa filia non videt

1 † potuisse per fideicommissum grauari: qz quē nō honoro, non onero. l. ab eo. cum suis simi. C. de fideicom. Contrarium tamē videtur, et nihil de iure verius: ea potissimum ratione, quia dicta quondam Philippa non solum grauauit filiam dicte Joanne neptis, quam Joannam dicto Joanni eius filio et suis liberis substituerat. sed etiā ipsam Joannā: dicit enim (eidem, et eisdem) quod facere potuit, postquam eam honorauerat: secundum mentem omniū scribentiū in l. Centurio. ff. de vulg. et pupil. de quo etiam per multos in l. precibus. C. de impub. et alijs substi. et supposito, citra preiudicium veritatis, q substitutio facta liberis dicte Joanne, et quā fecisse dicitur dicta quondā Philippa, propter verbum, eidē, de iure nō valuisset: illa tamē quā fecit eidem Joanne, et quā fecisse censetur per verbum, eidem, valuit: quia, vt prediri,

2 illud facere potuit: et que interpretanda est † vt facta ipsi Joanne, vt potius res valeat quam pereat. l. quoties. ff. de rebus dubijs. et. l. quoties. ff. de verborum obligationibus. nec eisdem liberis dicti quondam Nicolai refragatur vel obstat, quod idem Nicolaus ab humanis decessit ante dictam quondam Joannam, seu alterā Joannam eius filiam: pro eo quia fideicommissum per dictam quondam Philippam testatricem relictum remansit penes eandem Joannā aut

aut dictam eius filiã cũ onere substituendi liberis eiusdem
Nicolai: per id quod no. Bal. in l. quãdi. vlt. ff. de acqui. here.
& quod ponit Franc. de Are. consi. clvj. pro quo facit. l. vnica.
§. pro secundo. C. de cad. tol. & puto q̃ dicti liberi possint pe-
tere dimidiam partem predictorum bonorum: de alia vero
quam pro legitima & trebellianica detrahere potuit dictus
Joannes, per id quod no. glo. Bar. & doc. in l. Papinianus.
§. meminisse. ff. de inoffic. testa. Bald. in l. filium quẽ. C. fami.
erc. gl. Bar. & doc. in l. quãquã. C. ad. l. fal. & alij in alijs locis,
potuit idem Joannes disponere & testari si decesserit maior
quatuordecim annis: qd̃ si nõ disposuerit, eidẽ duabus quar
tis successerunt proximiores: cuiusmodi fuit dicta Joanna
eius neptis ex fratre predefuncto: aut. vt fratrũ filij. in princ.
coll. ix. & aut. de here. ab intes. §. ijs autem. & §. illud. colla. ix. &
transumptiue in aut. post fratres. ex vtroque parente. C. de
legi. heredi. Que dixerim, &c.

¶ Ad trebellia. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Instrumentum publicum esse veritatem apparentem et probationem probatã, non probationẽ probandã: & appellatione posteritatis venire descendentes, non collaterales seu transuersales: & qd̃ grauatus sub cõditione, si decedat sine liberis masculis, nõ videtur decedere cũ liberis masculis, si decedat relictis nepotibus masculis descẽdentibus ex filia: et quod ij qui non veniũt appellatione liberorum masculorum, non veniunt appellatione prolis masculine: & quod in fideicommisso vniuersali non veniũt ea que heres aliunde acquisiuit quã ex testamento, etiã si illa acquisiuisset a testatore, vel ei a testatore etiam causa mortis donata essent: & qd̃ filij nati post mortem heredis, qui non erant in rerũ natura quando substitutio sibi locum vendicauit, nõ veniant ad substitutionẽ: & quod dos filie debet respondere legitime, et constitui secundum facultates et dignitates personarũ: & eo casu, qñ portio legitima nõ sufficiet ad dotis constitutionẽ, res subiectas restitutioni posse alienari, sed eius qui dicit in casu permisso esse alienata, est probatio: & quod in dotibus constituendis inspiciatur cõsuetudo regionis & qd̃ propter presentiam in cõtractu alienationis aliquis nõ intelligitur repudiare ius de futuro: & quod maternã dotem ab auo materno profectam debet nepos regulariter sibi imputare in legitimam, nisi statutum vel cõsuetudo sit in contrariũ, vel nisi auus stipulatus sit dotem reddi soli filie, et cum alijs limitationibus, siue exceptionibus: & quod vsufructuarius vniuersalis tenetur soluere legata annua et collectas ex fructibus vsusfructus.

1 ☞ Publicum instrumentum facit rem manifestã, vt ei plena fides habeatur.
2 Nepos ex filia an dici possit proles masculina aui, et numero 3.
4 Prolis appellatione qui dicantur venire.
5 Deffensionibus pluribus vti nullus prohibetur.
6 Donatio quando intelligatur esse propter nuptias.
7 Donatio inter patrem et filium quando dicatur valere.
8 Acquisita aliunde quam ex testamento, an veniant in fideicommissum vniuersale, & nu. 9. & 12.
10 Copulatiua particula quid operetur.
11 Dominium antiquissimum probatur fama.
13 Substitutio quando possit transmitti ad posteritatem.
14 Appellatione filij non cõprehenditur nepos, nec feminino vocabulo masculi continentur. nu. 18.
15 Dictio, quondam, facit vt intelligatur is qui de aliquo loquitur enuntiare eum de quo loquitur decessisse.
16 Heres fingitur eadem persona cum defuncto.
17 Instrumentis an maior fides sit habenda quam testibus.
19 Res debet potius censeri licite apprehensa, quam illicite.
20 Alienatio rerum restitutioni subiacentium quando censeatur prohibita.
21 Dos filie vsq; ad quam quantitatem debeat constitui, & quid in eius constitutione debeat attendi. nu. 23.
22 Dignitas mariti quando est attendenda.
24 Dotare filiam magis tenetur auus paternus, quam maternus.
25 Falsitas quando presumatur.
26 Consensus domini in alienatione rei sue quando noceat.
27 Presentia partis quando operatur ad validitatem renuntiationis facte de iure futuro.
28 Confessio quid differat a repudiatione.
29 Consensus quotuplex sit.
30 Prescriptio an currat ante euentum conditionis.
31 Legitima quatuor liberorũ que sit, et quod capiatur in bonis, deducto ere alieno, & funeris impensa.
32 Dos ab auo materno profecta, quando imputetur in legitimam.
33 Retentio ob impensas quando locum habeat.
34 Arma & cognomen alicuius quando quis possit ferre.
35 Vsufructuarius ad que onera teneatur.

¶ Consilium. clxj.



Circa processum ceptum & pendentem indecisum in venerabili sede et curia senescallie Bellicadri per et inter nobilem & generosum virum Aymarum de Vtro dictum Berle. domi. Orchie actorem ex vna parte, & nobilem & generosum virum Raymundum de Vesco domi. Speluchie, ac domi. Felisiam eius vxorem, et nobilem Carolum de Vesco eorum communem filium reos ex alia: Queritur de duobus. ¶ Primo, an substitutio parte dicte nobilis actricis allegata, & in vim cuius egisse reperitur in hac causa fuerit & sit purificata, & an intẽtio eiusdem nobilis actoris fuerit & sit sufficienter fundata: ¶ Secundo, an excepta, & alias opposita & obiecta parte dictorum nobilium reorum, aut alterius eorundẽ, eidem actori refragẽtur seu obstent. ¶ Venio ad primum, super quo premitto in primis fuisse sufficienter probatum quod nobilis quondam vir Amedeus Berlionis condidit testamentum, et quod ipse de bonis suis disposuerit tam instituendo quã substituendo, prout et quemadmodum fuit parte ipsius nobilis actoris in suo libello articulatum & deductum: & hoc apparet per publicum dicti testamenti instrumentum in dicto processu parte eiusdem actoris productum et insertum. fol. centesimo vigesimo primo. cui, cum in nullo fuerit impu-
1 gnatũ, nec possit impugnari, fuit et est plena † fides adhibẽda: l. cum precibus. & quod ibi gl. super verbo oportet. & doc. C. de probatio. & l. fina. & quod ibi gloss. super verbo. manifestum. C. de reb. credi. vbi probatur iuncta gloss. quod publicum instrumentum facit rem manifestam: quod etiam voluit Bald. in l. generali. C. de sacrosanctis eccle. Innocẽ. in c. ex insinuatione. de appel. & in c. ij. de cõfir. vti. vel inut. & dicit Bal. in l. imperator. ff. de sta. homi. quod instrumentũ est veritas apparens, & probatio probata, & non probatio probanda: & quod publicum instrumentum faciat rem manifestam voluit Bartol. in l. j. in princip. in prima questio. vbi etiam moderni. ff. de noui oper. nuntiat. probatum est etiam quod nobilis Carolus Gastonis frater nobilis Amedei Gastonis, de quorum quolibet est sermo in dicto testamento, vita functus est, et ab humanis sine liberis decessit ante dictum Amedeum, et sic nulla posteritas eidem Carolo superfuit, pro eo quia appellatione posteritatis veniunt descendẽtes, non collaterales, seu transuersales. c. vbicunq;. de penis. in sexto. l. prima. & quod ibi Alexand. de Imol. & l. iiij. ff. de iure immuni. et. l. neque Doroteum. C. de decurio. libr. decimo. et quod not. Bald. in capitu. primo. de feud. marchi. Andreas Barbatias. in repe. l. cum acutissimi. versi. et etiam quia appellatione posteritatis. C. de fideicommiss. ex quo infertur quod substitutio facta de dicto nobili Carolo fratre, et post eum, & eo non extante eius posteritati masculine, in nullo refragatur dicto nobili Aymaro. Preterea etiam constat, et tam per depositiones testiũ parte dicti actoris in hac causa productorum, quam per proposita et deducta parte dictorum reorum in quarto articulo schedule exordientis. Addendo, &c. inserte folio. 81. quod dictus nobilis Amedeus Gastonis vita functus est & ab humanis decessit sine prole masculina: eo, scilicet, q2 sibi non superfuerunt nisi due filie: prefata, videlicet, nobilis Felisia, & nobilis ysabella eius sororum: super & dict⁹ nobilis Carolus de Vesco ex dicta nobili Felisia, eiusdem nobilis Amedei Gastonis nepos, qui di-
2 ci non potest † aut de iure debet proles masculina eiusdem Amedei: per id quod not. Joan. Andre. in addi. Spec. tit. de testa. super rubrica. ver. sub hoc titul. generali, &c. vbi post Richar. malum. in quadam sua qõne exord. Titius habens duos fratres, &c. determinauit, quod si quis heredi per se

26 sentia dicti nobilis actoris, scilicet, quod ipse fuerit † presens tempore matrimonij dudum cõtracti per & inter dictos nobiles Raymundum, & Felisiam, & facte constitutionis dicte pretense dotis de dimidia parte bonorum et iurium dicti quondam Amedei Berlionis: et quod propterea illi constitutioni consenserit: et quod ideo nunc agere non possit, nec petere dictum fideicommissum: saltem quatenus concernit predictam dimidiam partem consensu eiusdem actoris in alium translatam: sed istud non obstat siue dicti rei pretendant eundem nobilem Aymarum partem predictam repudiasse, siue pretẽdant ipsum prebuisse consensum alienationi illius: & quidem non si primum: quia non apparet eundem nobilem actorem dictum fideicõmissum repudiasse, seu illi renuntiasse: & ita non nocet quod voluit Jacob.de Are. & post eum Barto. & quidam alij in.l.j.C.de pact.vbi per.l.tale pactum.in prin.ff.de pact.voluerunt, quod licet repudiatio seu renuntiatio iuris futuri facta parte absente non valeat.l.si ita scriptum.§.si sub conditione.ff.de legatis.ij.vbi gloss.et docto.ponunt multas remissiones, & in.d.l.j.C.de pac.illa tamẽ valet parte presente: pro eo quia pars presens & audiens repudiationem etiã si taceat censetur illi prebere assensum tanquam cedenti in ipsius commoditatem: quoniã, vt dixi, nulla apparet renuntiatio: tum et quia quamuis Jacob.de Are. Barto. & quidam alij videantur dicere quod predixi, multi tamen sentiunt contrariũ. & primo hoc videtur sentire gloss. in.d.l.j.C.de pac.in responsione quam facit ad.l.j.§.quod ait pretor voluntate eius.ff.quod lega.vbi dicit illum §.non obstare dicte.l.j.pro eo quia id quod dicitur.in.d.§ quod ait ptor. potius accedit repudiationi quã pacto, & ideo volũtas de qua ibi non nocet: & tamen certum est quod in illa repudiatione, si repudiatio fuit, non erat pars presens: cooperatur igitur
27 presentia † partis ad validitatem renuntiationis seu repudiationis facte de iure futuro: quod etiam voluit Alber.in d.l.j.C.de pac.qui dicit, quod ratio differentie inter pactũ & renuntiationẽ videtur esse illa: quia eius est velle cuius est nolle. l.qui potest.ff.de reg.iur.sed pendente conditione nõ potest quis velle seu apprehendere hereditatem aut fideicommissum vel legatum in quibus nullum ius sibi competit.l.cedere diem.ff.de reg.iur.ergo non potest renuntiare, etiã si possit se per pactum obligare ad non petendũ in conditionis euentũ: quia pactum bene põt concipi in futurũ, & dependere a conditione tacita vel expressa: quod plenius prosequitur Alber. vbi supra. & idem, scilicet, quod quo ad validitatẽ repudiationis iuris futuri nihil faciat presentia, etiam videtur sentire Jo. de Jmo.in.l.j.§.si quis ante.ff.a qui.appel.non licet.vbi dicit, quod contra opinionem Jac.de Are.quam sequitur Bart, in.d.l.j.ff.de pac.fortiter facit.d.l.j.§.quod ait.ff.quod lega.et respondit Jo.de Jmo.ad dictam.l.tale pactum.in prin.ff.de pac.dicens, quod per illa verba profiteor te non teneri. prolata presente parte, de quibus in.d.l.tale pactum.non indu-
28 citur † renuntiatio iuris de futuro, sed iuris competentis de presenti: quia per illa intelligitur esse factum pactum de non petendo illud quod tunc peti poterat: & ita nõ videtur quod per illum tex. probetur opinio Jacobi.de Are. & Bart. scz, quod quis possit repudiare ius de futuro parte presente: quod etiã videtur voluisse Francis.de Aret.in.d.l.tale pactum dicens quod illa non loquitur in renuntiatione, sed in cõfessione: vt dicit Bal in.d.l.j. & vult, quod si confiteor te nõ teneri ex tali confessione, sic teneor, sicut per pactum de non petendo: sed quod in simplici renuntiatione pactum includatur, igitur nõ probatur in.d.l. restat igitur quod dictus actor ex eo capite, scilicet, quasi videatur repudiasse repelli non possit, pro eo quia dici non potest quis repudiare ius de futuro.d.l.si ita scriptum.§.si sub conditione.cum suis simi.ff.de leg.ij. & idem dico, quod repelli nõ possit ex alio capite, scilicet, propter pretensum consensum: quoniam respondeo, quod supposito, citra preiudicium veritatis, quod probatum extitisset eundem nobilem actorem consensisse dicte pretense constitutioni, ille pretensus consensus non fuisset consensus obligatorius, vtpote, non prestitus dici potest circa bona eiusdẽ nobilis actoris, sed circa bona que tunc erant dicti constituentis: & licentia seu potius permissus, qui non nocet, nec ius tollit.d.l.j.§. quod ait pretor. quod etiam voluerunt Jaco.de Are. Petr. Pau. Cy. Fa. Bal. Sali. Alex.de Jmo.in.d.l.j.C.de pac.vbi etiam not. Bald. & post eum Sali. Pau.de Ca. & Moder. quod
29 triplex † est consensus, scilicet, licentie, seu permissionis, pacti, seu conuentionis, & consensus simplicis renuntiationis. ¶ Sexto opposuerũt dicti rei exceptionem prescriptionis, pretendentes, tam dictum quondam Amedeum Gastonis, quam seipsos nobiles Raymundum et Felisiam tenuisse et possedisse bona predicta longissimo tempore: sed hoc non
30 obstat: quia † cum fideicõmissum fuerit cõditionale, & propterea ante euentũ conditionis, hoc est priusquam idem Gastonis ab humanis sine prole masculina decederet nullũ ius cõpetierit dicto nobili actori, sed demum per euentũ dicte conditionis.d.l.cedere diem.ff.de verb.signi.l.pecuniam.ff.si cer. peta. & l.qui heredi.§.fi.ff.de condi. & demon.nõ potuit idem nobilis actor, vtpote actione destitutus, agere vel experiri ante euentum cõditionis: non ergo aduersus eum currit prescriptio.l.j.ad fi. & quod ibi glo.C.de bo.mater. & l.j.§.fi.cum suis simi.C.de anna.excep. ¶ Septimo opposuerũt dicti rei de pretensa legitima dicti quondam nobilis Amedei Gastonis: de ea, scz, quã eũ habuisse pretendunt in bonis dicti quõdam Amedei Berlionis eius aui materni, & quam ex persona eiusdem Gastonis pretendũt se posse retinere de dicto fideicõmisso: sed super hoc aduertendum est, quod cum dicto nobili Amedeo Berlionis superfuerint prefata quondam nobilis Margareta filia, dictus nobilis Amede⁹ Gastonis nepos ex dicta nobili Francesia alia filia, & N. de Castellano
31 neptis ex nobili quondã Ysabella altera filia, horũ † omniũ legitima fuerit triens bonorum dicti quondam Berlionis: eorũ, scz, que superfuerunt deducto ere alieno, & funeris impensa.auf.de trien. & semis.§.j.colla.iij. & trãsumptiue.in auf. nouissima. C.de inofficioso testamento. iuncta.l. Papinianus.§.quarta autem.ff.eod.titu. et sic legitima huius Amedei fuit tertia pars trientis, que est vncia et tertia pars alterius vncie: in quam legitima est imputanda dos matris dicti quõdã Amedei: quia illã nõ habuit matre tanquam illius heres, sed ab auo materno: & hoc in vim cõstitutionis de qua per gloss.in.l.dos a patre profecta.ff.solu.matri. que illam abstulit dicto auo materno, & illam transtulit in nepo-
32 tes: & quod maternam dotem † ab auo materno profectam debeat nepos regulariter sibi imputare in legitimam, tenent docto. communiter, scilicet Bar.in consil.suo exordient. Gilbertus dedit dotem, &c. Bar. Ang. Pau.de Cast. & alij in.l. in quartam.ff.ad legem falci. Pau.de Cast. Roma. Alex.de Jmo. & Moder.in.l.illã.C.de solut. & alij in alijs locis, & hoc tam scribendo, quã cõsulẽdo, Dixi autem regulariter, quia hoc fallit quando statutum vel cõsuetudo est in contrarium: vel quãdo auus ipse est stipulatus dotem reddi soli filie: & idem forte si in presentia ipsius aui, eiusdemque patris fuisset filia stipulata dotem sibi soli filie restitui, tunc enim in dote tanquam filie appropriata, succedere possunt filij sue matri, tanquam

illius heredes: quia illam haberet a matre, non ab auo: et sic in illis casibus nõ imputant. l. scimus. §. repletionẽ. C. de inof. testa. sed non apparet ꝙ aliquis ex illis casibus occurrerit in casu nostro, ꝛ ideo non est insistendum: preterea vbi essemus in casu in quo dos nõ deberet imputari in legitimam, prout non sumus, deberent vt videtur fructus percepti quatenus excedunt dictam quartam, imputari in dotem, hoc est in solutionem dotis: et in solutionem alterius eris, etiam si quod eidem quondam Amedeo Gastonis debebatur per Amedeum Berlionis. l. quod de bonis. §. quod auus. et quod ibi scribentes. ff. ad leg. falcid. ꝛ. l. mulier. la. j. §. cum proponeretur. ff. ad trebellia. ꝛ hoc maxime videretur procedere in casu de quo queritur, in quo dicti rei pretẽdunt potuisse diuidere de fideicommisso. per cõstitutionem dotis dicte nobilis Felisie. pro quo si placet videri poterit Angel. consilio centesimo quadragesimo tertio. exordiente. An in restitutione fideicommissi veniunt fructus percepti testatoris iudicio. vbi clarissime ostendit, quod licet fructus iudicio testatoris percepti cedant regulariter commodo heredis. l. in fideicommissariam. in princ. §. j. ff. ad trebel. hoc tamen fallit in multis casibus ꝛ signãter in septẽ, quos ipse inibi cõmemorat. quorũ septimus nõ importune videtur huic casui ꝛ intẽtioni dicti nobilis actoris suffragari: ꝛ per hec patet responsio, non solum ad dictam septimam oppositionem in qua excipiunt dicti rei de legitima prefati Amedei Gastonis, sed etiã ad octauam in qua opponunt de dote dicte quondam nobilis Francesie, ꝛ de quibusdam aliis pretensis debitis: ꝛ in qbus pretendunt dictum quondam Amedeum Berlionis fuisse obnoxium Amedeo Gastonis suo nepoti. ℭ Nono autem opponunt dicti rei de quibusdam pretensis expensis, impensis pro necessariis aut vtilibus reparationibus factis in rebus hereditariis, quas pretendunt se posse repetere, et sibi
33 † consulere per viam retentionis: forte per. l. domos hereditarias. ff. de legatis primo. sed super hoc articulo est aduertendum, non esse inspiciendum quantum impensum extiterit. sed inquantum appareant esse meliora illa bona reparata. d. l. domos. ꝛ quod ibi doct. ꝛ in solutione harum expensarũ debent dicti rei cõtribuere: hoc est minus retinere: habito respectu ad illam portionem quam de bonis restitutioni subiacentibus retinere possunt: pro eo q: hoc onus concernit totum patrimonium dicti quõdam Amedei Berlionis, alteri Amedeo relictũ: per id qđ ponit Alexã. de Imo. consi. cxxiiij. exord. Discussis hesitationib⁹ de quibus in themate. in. j. vo. ℭ Decimo opponunt dicti rei, quod dictus
34 nobilis actor non portauerit cognomen ꝛ arma dicti † quõdam nobilis Amedei Berlionis: sed de huius oppositiõis contrario apparuit ꝛ apparet, tam per visitationem domorum. eiusdem nobilis actoris, quam etiam per depositiones testium, ꝛ publica instrumenta diuersorum cõtractuũ, ꝛ aliarum dispositionum eiusdem nobilis actoris, in quibus se cognominat, aut Galice Berle, aut Latine Berlionis: ꝛ vt videtur dicti rei cucurrerunt ꝛ currunt post friuola verba subterfugia ꝛ parum curant de iis que sunt bonorum virorum: enitentes vndiquaque euertere, ꝛ diuersis subterfugiis, etiã friuolis, dispositionem ꝛ voluntatem testatoris: ꝛ non aduertunt quod dictus nobilis Raymundus qui se dicit esse tante nobilitatis habuerit cognatos, ꝛ quidẽ bonos viros, scilicet, do. de Cãpis, Mõteysonis, ꝛ de Becona, q licet nobiles extiterint, ꝛ sint, non sunt tamen tales, qui se dicant esse dignos dote quam sibi vel debuisse, vel potuisse constitui per dictum quondam Amedeum Gastonis pretendit ipse nobiles Raymandus. ℭ Undecimo opposuerũt dicti rei de expensis quorundã pretensorũ negotiorum pro tẽpore, per dictum quondam Amedeũ Gastonis solutis: sed hec oppositio frustratoria est, cum ad expensas huiusmodi pro tempo-
35 re teneretur idem Gastonis, vtpote † fructus, percipiens, cum ꝛ ad illa teneretur vsufructuarius: p id quod habetur in. l. hactenus. in. l. si pendentes. §. si quid cloacarii: ꝛ quod ibi Bal. ff. de vsufruc. ꝛ quemadmo. quis vta. ꝛ in. l. quero. ff. de vsufructu lega. facit. l. cum nõ solum. §. sinautem es alienum C. de bonis que libe. vbi probatur quod vsufructuarius vniuersalis tenetur soluere legata annua ex ipso vsufructu, seu ex fructibus quos percipit: facit etiã. l. Lutius. §. idem respondit. el. ii. ff. ad municipales. et quod scribunt docto. in. l. neque. ff. de impen. in reb. dota. factis. in quibus locis habetur de marito qui tenetur soluere collectas pro fundo dotali, ꝛc. Quod si ita est, vsufructuario qui minus ius habet in proprietate, ꝛc, quam heres sub conditione granatus, et etiã in marito cuius dominium est resoluẽdum. post solutũ matrimonium. l. in rebus. C. de iure dotium. et. l. prima. C. soluto matrimonio. non video cur et hoc esse non debebat in hoc casu.

ℭ De vsufruc. Rubrica.

ℭ Epitome.

ℭ De vsufructu omnium bonorum relicto vxori, quid importet extantibus liberis heredibus institutis, ꝛ quid extraneis: ꝛ quod hoc casu appellatione bonorum, veniunt etiam nomina: ꝛ an, ꝛ quomodo vsufructuaria teneatur cauere de vtendo fruendo arbitrio boni viri, et de restituenda estimatione rerum que vsu consumuntur finito vsufructu: ꝛ vter ad impensas funeris ꝛ eris alieni exsolutionem teneatur, heres, an talis vsufructuaria.

1 Societas vite vxorem dominam facit.
2 Usufructuarius, an teneatur sufferre expensas funeris, ac legata, ꝛ alia debita testatoris.
3 Legata a quo solui debeant.
4 Contributio quando fit a legatario ꝛ herede.
5 Usufructuarius, quando ad contributionem pro expensis litium tenetur, ꝛ quatenus ad reparationem.
6 Usufructuarius, quomodo cauere debet.
7 Quarta trebellianica, quatenus detrahitur per vniuersalem heredem.
8 Falcidie detractio, quomodo fiat ab eo qui est heres ex beneficio inuentarii: ꝛ quando fieri debeat.
9 Solutio eris alieni, an ab vsufructuario vel ab herede fieri debeat.
10 Dos quando reddi debeat: ꝛ augmentum dotis an debeatur dote non soluta.
11 Usufructu omnium bonorum legato, censetur legatus vsufructus iurium ꝛ nominum.
12 Fructus potest vsufructuarius alienare: ꝛ eos recipit per manus suas. ꝛ nu. 13.

ℭ Consilium. clxii.



Ex themate mihi trãsmisse cõsultationis parte nobilis ꝛ honeste mulieris Gabriele Chapuisie relicte nobilis Joannis de Martineria, ex donationibus, dotis constitutione, testamento, ꝛ codicillis: quorum omnium fuerunt instrumẽta seu eorum copie mihi transmisse, ex eis eliciuntur multa, ac varia, publica, et magna dubia: quorum aliqua principaliter cõcernunt ipsam nobilem Gabrielã: ꝛ vsufructum sibi relictũ per dictũ quondam Joannẽ, quibus propterea videtur mihi respondendũ: Alia vero principaliter concernunt heredem eiusdem quondam Joannis: ꝛ sunt discutienda inter eum ꝛ alios, nõ inter ipsum ꝛ dictam nobilem Gabrielam: quibus propterea non videt mihi rñdendũ sumptibus ꝛ expẽsa ipsius nobilis Gabriele: de cuius etiam cõscientia aut volũtate nõ puto dubia seu quesita huiusmodi processisse: illa igitur pro nũc omittã, parat⁹ alias rñdere super illis, vel sibi, si petierit, vel heredi: Omittendo igitur primum, ꝛ secundũ quesita. ℭ Uenio ad tertiũ, in quo sunt multa quesita: Primo enim queritur, vtrũ omnes fructus totius testamentarie hereditatis ex integro pertineãt ad dictã nobilẽ Gabrielã vsufructuariã, ad qđ rñdeo in primis, ꝙ licet vxor relicta dña et vsufructuaria non censeatur habere vsufructum, quando superfunt liberi testatoris, sed solum victũ ꝛ vestitum, ꝛ quandam preeminẽtiã in domo, prout habebat tẽpore vite viri: iuxta consuetudinem, de qua per gl. ꝛ doct. in. l. j. C. si secundo nupse. muli. p Bar. et doc. in. l. Titia testamẽto. §. Titia cũ nuberet. ff. de lega. ij. ꝛ p Bald. in. l. fina. C. de indic. vidui. tollen. illud nõ procedit qñ nõ supersunt liberi heredes instituti, sed extranei: tunc enim mulier relicta dña ꝛ vsufructuaria omniũ bonorum, est vera vsufructuaria: ꝛ non solũ debet habere victum ꝛ vestitum, ꝛ preeminentiam in domo, sed vsufructum: fm Bart. Bald. ꝛ Jo. de Imo. i. d. l. Titia cum testõ. §. Titia cũ nuberet. Bal. in. d. l. fi. C. de indic. vidui. tol. Ang. Sali. Raph. Fulg. ꝛ doc. cõiter in. d. l. j. C. si scdo mulier. nupse. Et ita etiã te iet cõiter omnes moderni. tam in scribẽdo, quã cõsulẽdo, icz. ꝙ eo casu qñ sunt instituti extranei, cẽseaɫ relictus vsufruct⁹: ꝛ dicunt, ꝙ vbũ, dña, nõ iportat ꝙ vxor dẽat hr̃e dñiũ omniũ bonorũ, sed quandã preeminẽtiã in domo, prout habebat in vita viri: q: vxor dicitur quasi dña bonorum viri, in vita eiusdem viri quia

quia societas vite eam quodammodo dominā facit.l.i.ff.re.
amota.l.i.§.si vir.ff.ad Silei.facit.l.Titia herede.§.o.ʒ Mar
co.ff.de annu.legatis.l.fina.§.vxori sue.ff.de auro ⁊ argento
lega.vbi vxor appellata est socia diuine ⁊ humane domus.l.
aduersus.C.de crimine expil.herede.l.prima.ff.de rit.nupt.
dico non esse repugnantiam in dicto legato,in quo dicitur
prefatū Joannē testatorē dictā nobilem Gabrielā reliquisse
dominam ⁊ vsufructuariam:q2 vt dixi non censetur voluisse
quod esset domina ⁊ vsufructuaria:q2 hoc fieri nō potest,et
sic verbum,dominā nō proprie assumitur,sed,vt predixi,im-
portat preeminētiā:dico insuper,ꝙ ipsa debet habere vsuf-
fructum in omnibus bonis hereditarijs,ex quo omnium bo-
norum vsusfructus sibi relictus est:q2 qui totum,vel omne
dicit,nihil incomprehēsum dereliquit.c.solite.de ma.⁊ obe.
c.quā magnum.xi.q.i.c.omnis.de cen.⁊.l.Julianus.ff.de leg.
iij.⁊ in terminis nostris,in.l.vsusfructu bonorum.ad finem.ff.
ad legem falcidiam:quod nulla res est que non contineatur
in vsufructu bonorum ⁊ loquitur dicta lex in vsufructu bo-
norum indefinite relicto:fortius ergo quando relictus vsus-
fructus omniū bonorum vniuersaliter,vt in casu:⁊ vult glo.
in dicta.l.vsusfructu ꝙ comprehendantur etiam res in qui-
bus non cadit proprius vsusfructus,prout sunt res que vsu
cōsumūtur,vel etiam diminuūtur:veluti granum,vinū oleū,
sal,fructus,vestimenta,pecunia,⁊ alia de quibus in tit.de vsuf-
fruc.ea.re.que vsu.consumuntur:⁊ quod etiam talia compre-
hendantur in dicto vsufructu,probatur in.l.quoties.§.fin.ff.
de vsufruc.⁊ in dicta.l.cogi.in princi.ff.ad trebel.Queritur
2 preterea in dicto dubio,an dicta vsufructuaria † teneat sol-
uere aut supportare expensam funeris,ac legata,⁊ alia de-
bita predicti testatoris:pro cuius solutione premitto,ꝙ fu-
neris impensa censetur esse es alienū.l.i.§.fin.ff.ad leg.falci.
quinimo videtur esse supra omne es alienum.l.impensa.ff.de
religio.⁊ sumpt.fune.propter quod videtur respōdendū de
funeris impensa id quod de ere alieno:An autem es alienū
debeat solui per legatariū cui est relictus vsusfructus omniū
bonorum,vel per heredem,aut per vtrūq3,dico ⁊ respōdeo,
ꝙ super hoc he sunt opiniones Barto.in.l.fi.ff.de vsuf.lega.
dicit enim,vsufructuaria omnium bonorū,de fructibus sa-
tisfacere tenetur creditoribus hereditarijs,⁊ sic soluere debi-
ta hereditaria:⁊ mouetur Barto.motiuis ⁊ rationibus de
quibus ibi per eum.quas causa breuitatis nō refero:sed con
tra Bart.facit.d.l.vsusfructu bonorū.⁊.l.fin.§.sin autē.in se-
cundo.C.de bon.que libe.per quos.tex.probatur:ꝙ es alie-
num debeat solui de bonis hereditarijs:⁊ si in hereditate
esset pecunia,debet de illa solui,⁊ si non sit pecunia heredi-
taria,debent bona hereditaria,primo mobilia,deinde im-
mobilia vendi,⁊ distrahi pro solutiōe eris alieni.Et sic non
fiet solutio ex integro per dictā legatariā,nec fiet ex integro
per heredē,sed ambo contribuent:heres in proprietate bo-
norū que vendentur,⁊ dicta nobilis Gabriella in vsufructu
quē habet in bonis que venduntur:⁊ hec est sententia com-
munis docto.quā tenent Bald.Pau.de cast.⁊ moderni.in
d.l.fin.§.fin autē es alienum.C.de bo.que libe.Philip de pe-
rusi.consi.cxcv.in quarto vol.Alex.de Jmo.in.d.l.vsusfructu
bonorū:⁊ ita etiā egregie cōsuluit Pau.de ca.cōsi.cccxxxvij.
exordiēte.in causa que vertitur.vbi impugnat ⁊ quidē mul-
tis ⁊ bonis fundamentis doctrinā Bart.positā in.d.l.fi.ff.
de vsufruct.leg.⁊ idem consuluit And.Barb.cōsi.lxiij.exor-
diēn.Illud referā in medium quod preclare scripsit glorio-
sus Apostolus,⁊c.in tertia parte.⁊ do.Bartho.soc.consilio
lxxxi.exord.In presenti cōsultatione.de pluribus satis con-
querit cōsule.⁊c.ver.demū etiā dubitatur vlterius,vtrū di-
cta vsufructuaria omniū bonorū teneatur ad debita heredi
taria:in prima parte.Quod vero ad legata per testatorē reli
cta dico,ꝙ Bar.in dicta.l.fin.ad fin.ff.de vsufru.lega.voluit,
quod illa solum debeantur per heredē non per legatarium:
⁊ idem voluit Alexand.de Jmo.in dicta.l.vsufruc.bonorū.
⁊ plenius Andre.Barba.in dicto consilio.lxiij.vbi etiā re-
3 spondet ad dictum.§.sin autem es alienū.versi.sin autem le-
gata.per quem text.voluerunt aliqui,† quod legata deberent
solui per legatarium vsusfructus omnium bonorū,⁊ non per
heredē:nisi essent legata soluenda que exhaurirēt vires vsuf-
fructus:quia tunc fatentur ꝙ de proprietate debeant solui
legata ar.l.qui concubinam.§.qui ortos.ff.de legatis.iij.et
dicunt quod dictus versi.sin autem legata.disponens quod
vsufructuarius teneatur soluere legata,loquitur in patre
vsufructuario bonorum aduētitiorum filij ex dispositione.l.
cum quā,vt dicit Alexand.de Jmo.vbi supra,mitius agi-
tur.l.Celsus.ff.de arbit.ibi etiam non habent pater vsufru-
ctuarius ⁊ legatarij parem titulum:quia legatarijs deben-
tur legata ex dispositione testatoris,vsusfructus vero debe-
tur patri ex dispositione legis.⁊ preter mentem seu volunta-
tem testatoris:quo fit vt non sit mirū si primo teneatur sol-
uere legata de fructibus,⁊ sic minus discedatur a voluntate
testatoris qui bona filio reliquerat:sed in casu nostro habet
aliū legatarij ⁊ dicta nobilis Gabriela parē titulum:quem-
admodum enim alijs debentur legata ex voluntate ⁊ dispo
sitione testamentaria dicti quondam nobilis Joannis,ita ⁊
huic nobili Gabrieli debetur vsusfructus ex voluntate testa-
mentaria,⁊ dispositiōe predicti testatoris,qui eam habere vo-
luit vsumfructum omnium bonorū:⁊ sic isto casu legatarium
facere fructus suos,est cōforme voluntati testatoris:⁊ ideo
non tenetur soluere legata ex fructibus:⁊ si quis dicat qua-
re secus est in ere alieno,in cuius solutione,vt predixi,contri
4 buunt † heres quoad proprietatē,⁊ legatarius quo ad vsuf-
fructum quem habet in bonis que venduntur pro solutione
eris alieni:respondeo,ꝙ hoc cōtingit ex eo:quia creditores
tractāt de damno euitando,legatarij vero tractant de lucro
captando:non sunt autem paria,lucra non capere,⁊ debi-
ta perdere.l.fi.C.de codicil.⁊ ideo quāuis pro solutione eris
alieni vendi debeant bona hereditaria ad hoc necessaria,nō
tamen est rationabile quod illa vendatur pro solutione lega
torum,vt etiā quoad hoc perdat omnino vsufructuaria le-
gatum quem habet in ipsis bonis que venderentur:q2 omnes
legatarij debent esse pares.l.querebatur,⁊ quod ibi Ange.
⁊ Alex.de Jmo.ff.ad legem falc.facit.l.priuilegia.ff.de pri-
uile.credi.⁊ sic pro rata debet cuilibet satisfieri:⁊ sic venda-
tur de bonis hereditarijs vt eis satisfiat:non tū tantū ven-
datur quin conseruetur rata dicte nobili Gabriele legatarie
vsufructuarie omnium bonorū:vt dicit Alex.de Jmo.in di-
cta.l.vsusfructu legato.quod etiam fuit de mente Bart.in di-
cta.l.fi.ad finem.ff.de vsufruc.leg.vbi dicit legatarium vsuf-
5 fructus concurrere cū alijs legatarijs.Quo vero † ad lites,
dico ⁊ respondeo quod istud quesitum est nimium genera-
le:deberent enim exprimi ⁊ specificari ille lites:q2 ille pos-
sunt esse tales q in nullo preiudicarent,⁊ preiudicare nō pos-
sent vsufructui dicte nobilis Gabriele:si vero eidem possent
preiudicare,vt,verbi gratia,si quis forte pretenderet quod
bona hereditaria,aut aliqua ex eis nō pertinuisse dicto quon-
dam Joanni tempore vite ⁊ mortis,vel si forte pretendere-
tur quod illa aut eorum pars subiacerēt restitutioni in vim
fideicommissi seu fideicommissarie substitutionis,tunc dico,
quod ipse cause debent principaliter defendi per dictum he-
redem,⁊ sumptu suo:quamuis etiam fatear quod dicta nobi
lis Gabriela possit interuenire ne fiat collusio in sui preiudi-
cium,et debebit contribuere in expensis pro rata:Quo vero
ad expensas reparationum de quo in dicto quesito,dico,
quod modica reparatio fieri debebit sumptu dicte vsufru-
ctuarie,sed magne reparationes fieri debebunt sumptu et
expensis dicti heredis:per id quod habetur in.l.cum ad
quem.⁊ quod ibi glossa,⁊ doctores.C.de vsufructu.⁊ Bar-
to in.l.coloni fo.o.§.fin.versiculo.septimo quero ibi fiet n-
dum quod vertitur in refectione ⁊ impensarum,⁊c.⁊ ver.sic.
ff.de publica.¶ Ad quartum dico et respondeo,quod ipsa
nobilis Gabriela debet facere inuentarium seu descriptionē
de bonis hereditarijs in quibus habet vsumfructum.⁊ voluit
Benedictus de Benedic.consi.ix.in primo quesito.⁊ Alex.
de Jmo.consil.lvj.exordiē.habita super narratis in themate
oportuna consideratione.versicu.posito ergo quod legatum
vsusfructus debeat habere effectum.⁊c.in.iij.vol.quod istud
inuentarium seu descriptio non fiet per se,seu seorsum,⁊ ad
6 partem,sed fiet in instrumento † cautionis seu dationis,quā
prestare debet ipsa nobilis Gabriella de vtendo fruendo
arbitrio boni viri,quo ad res ⁊ bona que vsu non consumū-
tur,⁊ de eis restituendis finito vsufructu:quo enim ad alia
que vsu consumuntur,illa extimabuntur,⁊ deinde prestabi-
tur cautio de restituenda extimatione seu pretio ad qđ esti-
mabuntur finito vsufructu:et sic fiet primum instrumentum
in quo dicta nobilis Gabriela confitebitur et recognoscet se
habuisse ⁊ recepisse a tali vniuersali herede,seu eius patre,vel
auo legitimo administratore,iure vsusfructus sibi relicti per
dictum quondam nobilem Joānem in omnibus bonis suis,
bona sequentia:Et primo talem domū.⁊c.⁊ sic describentur
omnia bona veluti domus,prata,et alia que vsu non consu-
muntur,quibus promittet,vt predixi,vti arbitrio boni viri,
⁊ ea restituere finito vsufructu:Preterea etiam designabū-
tur bona que vsu consumuntur,⁊ pretia ad que appreciabun
tur,occasione quorū ipsa promittet soluere pretia ⁊ estima-

tiones finito vsusfructu; et si in hereditate sit pecunia, illa numerabitur, et etiam designabitur in instrumento, et tantã pecuniã soluere ꝓmittet dicta nobilis Gabriela; et pro his omnibus dabit fideiussorem, aut fideiussores sufficientes; et isto modo fiet inuentarium de dictis bonis, non per se et seorsum, vt prediri, sed in instrumẽto cautionis et satisdationis: et qr istud instrumentum fiet ad cautelam, et pro cõfirmatione iurium heredis, videtur quod potius fieri debeat sumptu et expensa heredis, quam dicte legatarie. regula. qui sentit. de regu. iur. in. vi. nec eidem nobili Gabriele suffragatur releuatio a confectione inuẽtarij, quominus, scilicet, illud faciat, vt prediri: qr ipsa tenetur cauere seu satisdare: qr ab hoc onere non reperitur releuata, nec etiam potest releuari. l. j. et quod ibi omnes scribentes. C. de vsufructu. quod etiã voluit Benedic. de Benedic. et Alexan. de Imo. in multis consiliis. qui multa inducũt, et in cautione satisdationis huiusmodi necessario exprimentur bona. quod vero ad compactum et restitutionem reliquorum, dico et respondeo, quod ipsa tenebitur reddere rationem quoad bona que vsu non consumuntur, vt videatur, an fuerit eis vsa arbitrio boni viri, an non: vt sic videatur, an ratione vsus minus liciti teneatur ad aliquid: non autem quo ad fructus, prouentus, et redditus: quia cum isti sint futuri sui quandiu viuet in viduitate, ipsa non tenebitur de illis reddere rationem, nec illos, aut eorum partem restituere dicto heredi. ¶ Ad quintum dico et respondeo, quod
7 quarta trebellianica † detrahitur per vniuersalem heredem institutum de vniuersali fideicommisso: et hec detractio fit aduersus fideicommissarium seu substitutum, sed non propterea perit aut diminuitur vsusfructus. auth. de here. ab intesta. §. j. et quod ibi Bart. et quod not. Mathe. de Matha. in suo tractatu. de succes. ab intest. glo. in. l. iij. C. de bo. que libe. et Francis. de Are. consilio. lxxij. in princip. Sed si fortasse queritur de falcidia, respondeo quod ipsa detrahitur de legatis, quando, scilicet, testator per legatum aut particularia fideicommissa exhaurit hereditatem: vt qr legat, vel particularia fideicommissa relinquit vltra quam habeat in bonis, vel vltra dodrantem seu nouem vncias bonorum suorum, tunc enim tãtum detrahet de legatis vt habeat quartam partem bonorum: alias vero si legata non excedant dodrantem, nihil detrahit: et quia puto heredem dicti quondam nobilis Joannis habere in proprietate predictorum bonorum, etiam solutis omnibus legatis, non solum quartam partem, sed longe vltra, non puto quod ipse heres, vel ex persona ipsius eius pater, seu auus, possit pro falcidia aliquid detrahere. ¶ Ad septimum dico et respondeo, qd dictus heres, seu pro eo pater vel auus eius, potest facere inuentarium de dictis bonis inuita dicta nobili Gabriella: si, videlicet, hereditas prefati quondam Joãnis fuerit adita, vel adeatur cum beneficio inuentarij, et hoc, ne teneatur vltra vires hereditarias: et vt sibi salua sint iura et actiones, si que sibi competebãt contra dictũ
8 quondam Joannem: et † etiã vt possit detrahere falcidiam, si, et vbi hereditas fuisset legatis aut particularibus fideicommissis vltra dodrantem exhausta: iuxta ea que habentur in. l. fina. C. debito. vendi. pigno. in isto inuentario ponuntur non solum alia bona, sed etiam fructus recollecti ante mortẽ dicti testatoris: Idem dico et respõdeo de fructibus perceptis et recollectis antequam cesserit dies legati vsusfructus. l. fructus pendentes. ff. de vsufructu. facit. l. si vsusfructus legati. in prin. eo. titu. et. l. cum libertatem. ff. de fideicõ. libertatibus. dies autem legati vsusfructus cedit a die adite hereditatis. l. j. in fi. ff. quan. dies vsusfruc. lega. ce dat. et. l. j. §. libertatibus. C. de cadu. tollen. et. d. l. vsusfructus. in princ. qr isti fructus ptinent ad dictum heredem, prout et alia bona hereditaria: qr fructus recolleti in vita testatoris, vel post mortem iacente hereditate, non iudicantur vt fructus. sed vt bona hereditaria. l. ita tamen. §. j. in fi. ff. ad trebel. et quod no. Jo. de Imo. in l. in fideicommissariam. ff. eod. titu. et hoc est verum, nisi heres dolo differat adire hereditatem, nam tunc quãuis fructus ipsi interim percepti efficiantur hereditarij, et pertineant ad heredem, et non acquirantur vsufructuario, tamen heres tenetur ipsi vsufructuario ad resarciendum damnum et in consequentiam ad fructus interim perceptos: et hoc ratione doli. d. l. si vsusfructus. et quod no. gl. in. d. l. si pẽdentes, in prin. et quamuis dicti fructus recollecti ante aditam hereditatem pertineãt ad heredem, prout cetera bona hereditaria, tamẽ dicta nobilis Gabriella habebit vsumfructum in dictis fructibus prout in ceteris bonis hereditariis, vt superius dixi. ex quo omnium bonorum vsusfructus sibi relictus est: Cauebit tamen, vt superius dixi de restituenda eorum estimatione finito vsufructu: nec debet differri confectio inuentarij quousque fructus consolidentur cum proprietate: quia inuentarium fieri debet infra tres menses a tempore adite hereditatis, quãdo bona sunt in eadem prouincia: vel infra annum, si a locis in quibus sunt res hereditarie, vel maxima earum pars posita est, heres penitus absit: iuxta id qd habetur in dicta. l. fi. §. sinautem dubius est. §. sinautẽ a locis. C. de iure delibe. et fiet huiusmodi inuentarium sumptu et expensa bonorum hereditariorum. d. l. fin. §. in computatione. ¶ Ad septimum non respondeo, pro eo qr istud principaliter concernit dictum heredem, et debet discuti sumptu suo. ¶ Ad octauum dico et respondeo, qd si termini solutionum fiendarũ de dote nobili Antonete preterierunt, illa debet solui domino marito illius, et de pecunia hereditaria si que sit: si vero non sit, debet fieri venditio de bonis mobilibus, si sint: aut si non sint, de aliis: et in hac solutione, cõtribuunt heres, et dicta nobilis Gabriela: heres, scz, in proprietate eorum que venduntur, et dicta Gabriela in suo vsufructu quem habet in eisdẽ
9 bonis, prout superius dixi † super tertio quesito, quando factum fuit verbum de ere alieno: si vero termini fiendarum solutionum nondum preteriernũt, non potest dictus maritus dotem huiusmodi exigere, nisi iuxta assignationem terminorum: qr conuentio seruanda est: aliter enim idem do. maritus plus tempore poterit, quod de iure non permittitur. c. j. et qd ibi scribentes. de plus petitio. ¶ Ad nonum dico et respon-
10 deo, quod dicta nobilis Gabriela poterit statim petere † libras septuaginta de dote sua solutas, etiam si ille nõ fuissent solute eodem contextu, seu diuersis terminis, et iuxta conuentionem: quod dictum procederet, etiam si fuisset conuentum inter partes, qd dos adueniente casu restitutionis deberet reddi et solui illis eisdẽ terminis et solutionib9, quibus soluta comperiretur suo viro: his enim non obstantibus, deberet fauore matrimonij, et ne illud retardetur, fortasse si contrahere vellet, dos sibi reddi et solui eodem contextu: per text. no. in. l. Attilicinus. ff. de pac. dota. de quo miratur ibi Bar. sed Jo. de Jmol. in. l. si socer. §. Lucius. ff. solu. matrimonio. et post eum Alex. de Jmol. et do. Jason. in. l. de fideicõmisso. C. de transac. et Bal. nouel. de Bartho. in suo tractatu iuris. versicu. Item adde ad predicta, dum dixi circa pactũ de dote soluẽda. Quod vero ad tricentas libras eidẽ nobili Gabriele in augmẽtum eius dotis sibi donatas, dico, quod ille sibi debentur, etiam si verum sit quod tota dos soluta nõ extiterit: quia vt apparet ex tenore instrumenti matrimonij dictorum nobilium Joannis et Gabriele, idem Joannes voluit eandẽ Gabrielam hoc augmentum lucrari dote soluta vel non soluta, et sic non obstante. auth. de non eligendo secundo nuben. §. penul. et transumptiue. in auth. sed que nihil. C. de pac. cõuent. et videtur quod non solum dicte septuaginta libre, sed etiam augmentum predictum possit eo contextu peti: pro eo quia accessorium naturam sequi congruit sui principalis. regula. accessorium. et quod ibi glo. et scribentes. de regu. iuris. in. vj. l. cum principalis. ff. de regulis iur. cum in ipso augmento sit eadem ratio que est in principali, scilicet, fauor matrimonij, et ne illud retardetur: et eo maxime etiam, qr in exorbitantibus fit extensio ex identitate rationis: signanter quando concernunt fauorem bonorum: vt no. Jo. de Jmo. in. l. si vero. ff. soluto matrimonio, et fiet solutio de pecunia hereditaria, si sit: alias debebit vendi de bonis et rebus hereditariis pro fienda solutione, vt superius dixi, cum feci mentionem de solutione eris alieni: debet tamen solui de bonis hereditariis. ¶ Ad decimum dico et rñdeo, quod cum dicte nobili
11 Gabriele fuerit legatus vsusfructus † omnium bonorũ, censetur fuisse legatus etiam vsusfructus nominum, seu debitorum. l. vxori mee vsumfructum. ibi. Itemque kalendarij. ff. de vsufruc. lega. l. vsusfruc. ff. ad legem falcidiam, vbi text. dicit, quod legato vsufructu bonorum, nulla res est que non cadat in vsufructu legato: sed nulli dubium est quod appellatione rei, veniunt etiam nomina debitorum. l. rei appellatione. ff. de verborum significatio. l. prima. ff. si certum petatur. facit. l. quoties. §. finali. ff. de vsufruc. in dicta. l. cogi. in princi. ff. ad senatusconsultum trebellianum. et hoc firmat Bartol. in l. si quis seruum. §. fina. ff. de legatis secundo. et in dicta. l. vxori. et in dicta. l. fin. ff. de vsufruc. leg. Si ergo nobili Gabriele relictus sit vsusfructus, etiam nomina debitorum, vsusfructus huiusmodi esset penitus inanis si nomina seu debita nõ exigerentur, eidemque Gabriele non esset permissa facultas exigendi illa: qr qui vult vnum, videtur velle omnia sine quo ad illud non peruenitur. l. ad rem mobilem, et. l. ad legatum. ff. de procuratoribus. l. secunda. ff. de iurisdictione omnium iudicum.

iudicum.ꝛ capitu.preterea.cum suis simil.b.de offic.delega.
quod etiam probatur:quia vsusfructuarius censetur habere
mandatum a proprietario circa ea que cõcernunt rem ipsam
in qua est constitutus vsusfructus.l.prima.§.fina.cum.l.seq.
ff.de ope.no.nuntia.facit.l.hoc amplius.§.finali.cum.l.seq.ff.
de dam.infect.quod maxime videtur procedere in hoc casu:
quia in legato vsusfructus pecunie venit proprietas pecunie
cum onere reddendi tantundem finito vsusfructu.l.si vim fa-
cit.l.hoc senatus.ꝛ.l.si tibi decem millia.ff.de vsusfruct.ea.re.
que vsu, consumū.ideo magis decet quod ipsa pecunia de-
tur per debitores dicte vsusfructuarie,quam alie res in qui-
bus cadit proprius vsusfructus:facit ad predicta,quia actio
nes inducuntur secundum qualitatem rerum ad quas com-
petunt.l.prima.cum sua gl.C.si aduersus.transactio:Conclu
do igitur qd dicta nobilis Gabriela potuerit exigere pecu-
nias debitas.¶ Ad vndecimum dico et respondeo,quod cū
fructus per eandem Gabrielam percipiendi durante vidu-
tate sint futuri sui ipsa poterit eos alienare,ꝛ de eis dispone
re in morte et in vita,prout de bonis suis:quia in re sua qui-
libet est moderator ꝛ arbiter.l.in re mandata.C.manda.et.c.
de hijs.ad fi.cum suis simi.de sepul.¶ Ad duodecimū dico
et respondeo,quod vsusfructus bonorum de quibus ibi per-
tinent ad dictam Gabrielam : est tamen verum,vt predixi,ꝙ
illa que vsu consumūtur debent estimari , ꝛ ipsa tenebitur fi-
nito vsusfructu reddere extimationem : vt superius dixi.
¶ Ad decimum tertium dico et respondeo,ꝙ bona heredi-
taria debent esse sub gubernio et regimine dicte nobilis Ga-
briele:ꝛ ipsa cultiuare faciet vineas et terras,vel etiam loca-
bit.vel arrendabit eas si vellet,ꝛ idē de domibus ꝛ alijs bo-
nis,ꝛ recipiet pecuniam arrendamentorum , et partem fru-
ctuum,prout conueniet cum renderijs : ita quod de illis , seu
nullo se intermittere debet dictus heres:pro hoc facit.l.de-
functa.ff.de vsusfruc.et.l.si quis domum.§.primo.ff.loca.et si
aliqua bona fuerint per defunctam arrendata , arrendatarij
debent sibi respondere de pretio,vel de parte fructuū. prout
conuenerit cum defuncto.¶ Ad decimumquartum dico et
rn̄deo,qd cum oēs fructus pertineant dicte nobili Gabrielle
vsusfructuarie , non debebit dictus heres nutriri, vestiri,seu
etiam in studijs erudiri sumptibus dicte Gabriele, vel de fru
ctibus bonorū hereditariorum : nec ea inuita habere in do-
mo quandiu erit vidua, et durabit vsusfructus.¶ Ad deci-
mum quintum qui concernit heredem,super quo propterea
existimo dominum patrem vel auum petijsse consilium : qd
si non est factum respondeo,quod si est minor infante, domi-
nus auus in cuius patria potestate existit debet adire here-
ditatem administratorio nomine dicti eius nepotis,non do.
patris,in cuius patria potestate non existit : nisi forte fuisset
emancipatus ante conceptionem heredis , tunc vero fieret
aditio per patrem administratorio nomine filij:si vero sit ma
ior infante , ꝛ qui iam intelligat, debet ipse adire de,et cum
iussu,ꝛ authoritate dicti eius aui,aut patris illius,scilicet,in
cuius patria potestate existit.l.si quis mihi bona,§.iussum.ff.
de acquirenda heredi.¶ Ad decimum septimum dico iam
fuisse supra responsum,scilicet , quod dicta nobilis Gabriela
13 recipiet fructus per manus † suas,non per manus heredis.
l.fundi trebatiani.ꝛ quod ibi Barto.ff.de vsusfruc.leg quod
etiam voluit gloss.in.l.si quis ita.ff.de vsusfruc.ꝛ Francisc.de
Are.consil,xl.exordien.Presupponit in facto.ꝛc.¶ Ad de-
cimum septimum dico iam fuisse ita responsum,scilicet,quod
dicta nobilis Gabriella tenebitur cauere dicto heredi devtē-
do,fruendo arbitrio boni viri:et de restituēdis bonis finito
vsusfructu si illi non consumuntur , et de restituenda extima-
tione seu pretio eorum que consumuntur.¶ Ad octauum
non respondeo,pro eo quia illud concernit dictum heredem,
et ponitur ibi bonum et magnum dubium, cui cum fuero de
eo interrogatus parte ipsius heredis , vel dicte do.Gabriele
bene intelligentis respondebo;alias nolo eam forte ignoran
tem grauare in expensis.

¶ De ijs que vi.met.cau.fiunt. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Protestatio de metu facta a muliere vendente iussu mari-
ti rem dotalem,si in vēditione verisimilis presumptio de dis-
sensu appareat,facit vt contractus rescindatur.
1 ☞ Protestatio metus,quid operetur ad rescindēdum con-
tractum.ꝛ nu.5.
2 Actus contrarius,quando deroget protestationi.
3 Dolo resistens per dolum , non dicitur dolosus , sed cau-
tus.
4 Doli particeps non debet ex dolo suo premium conse-
qui.
6 Mulierum genus esse auaricissimum.

¶ Consilium.clxiij.



Onsilium quod de-
disse dicitur Dy.ꝛ qd referunt Bar.Ang.
ꝛ Jo.de Jmo.Alex,de Jmol.ꝛ doc.cõmu-
niter in.l.qui in alia.§.Celsus.ff.de acquirē.
here.videtur optime facere pro honesta mu
liere Catherina filia quondā naturali ꝛ legitima Guioti ser-
rolhij alias tripot,ac filia ꝛ vniuersali herede honeste quōdā
mulieris Alayete eiusdē Guioti vxoris:dicit enim Dy.ꝙ si
aliquis videat sibi velle inferri violentiā vel metū,seu se co-
gendū p metū ad faciendū aliquē cõtractū vel promissionem,
1 remediū † est qd clam coram testibus ꝛ notario protestetur:
ꝙ si contingat hoc eum facere, vult haberi pro nō facto : q2
facit ex timore , ꝛ tunc cõtractus qui postea fiet erit nullus:
pro quo inducebat Dy.dictum.§.Celsus.ꝛ qd ibi gl.ita em̄
fecit dicta quōdā Allayeta,q̄ dubitans ꝛ timēs ne per mortē
cogeret cōsentire obligationi ducētorū florenorū.p dictū tri-
pot eius tunc maritū,tūc cõtrahende in fauorē Joānis Ra-
uelli,ꝛ obligationi bonorū eiusdē tripoti,ꝛ signāter dom9 de
qua in processu,fuit solēniter protestata, ꝛ iurauit ꝙ hoc nō
faceret nisi per metū cõpulsa:ꝛ ꝙ si eā hoc facere contigeret,
faceret p metū,quo casu volebat hoc haberi pro infecto : nō
igit vr̄ voluisse,aut valere cōsensus per eā postea prestitus,et
promissio de nō se opponēdo ptextu dotis,siue augmēti illi9,
ꝛ aliorū suorū iuriū:ꝛ q̄uis Bar.ꝛ quidā alij doc.reprehen-
dant Dy.dicentes,ꝙ dict9.§.Celsus.pcedat in actu depen-
dente a mera volūtate ptestātis,vt pote in additione here-
ditatis,nō aūt in actu pcedēte a volūtate duorū:q2 tunc , vt
ipsi volūt,nō valeret protestatio clam facta , sed opus est ꝙ
2 perueniat ad notitiā illius cū quo ptestās postea † contra-
cturus est,aliogn p actū postea subsequutū , et protestationi
contrariū,censeret protestans recedere a ptestatiōe pcedēte.
l.cū in plures.§.locatio horei.ff.loca.ꝛ.c.solicitudine.de app.
hoc tū nō vr̄ eidē Alayete nocuisse:primo p dictū.§. Celsus.
ꝛ qd ibi gl.q̄ expsse sentit ptestationē clā factā de iure valere:
quāta aūt sit glo.authoritas nemo est q nesciat,ꝛ hinc dicit.
Bal.in.l.cū hereditas.C.depositi.ꝙ authoritas gl.oēs alios
antecellat.l.fi.§.necessitate.C.de bo.q̄ lib.dt Bald.adhereas
carrocio veritatis,id est,glossatori,ꝛ in perpetuū nō errabis:
multas remissiones quas nō refero ponit And.Barb.cōsil.
ix.exord.Preclare scribit apud psalmistā,ꝛc.in.ij.parte.ꝛ ꝙ
ponit do.Feli.in.c.j.de cōsti.ꝛ cum glo.habeat secum famo-
sum doct.Dy.sc3,insuper et Bald.consi.xxviij.exordien.Ca-
sus est talis,ꝛc.ver.sed ponamus,ꝛc.in prima parte.nō videt
ab opinione ipsius discedendū:per theoricā quā ponit Jac.
de Butr.in.l.j.C.qui pro sua iurisdi.iudi.dare dari ve poss.
quā sequitur Jo.de Jmo.in.c.cū contingat:ꝛ alij multi relati
per Fely.in.d.c.j. versicu.ij.limita.ꝛ hoc saltem deberet pro-
cedere in hoc casu,in quo sub presentia ꝛ audiētia dicti Ra-
uelli , prefata Allayeta requisita ꝛ iussa per dictū Guiotum
eius maritū de consentiēdo obligationi ꝛ hypothece predi-
ctis,hoc facere sepissime recusauit,latius etiam marito con-
tra eam irascēte:ita vt fuerint ibi notarius ꝛ testes lōgo tē-
pore,propter resistentiā pdicte Allayete,plorātis ꝛ lachrimā-
tis:ad qd ēt honorabilis vir Joānes Juliani p teste vocat9
illinc decessit,nec etiā postea requisitus redire voluit:sciēs ꝙ
nō libere,sed per metū eadē Alayeta cōsentiret, Ob dictam
etiā causam voluit recedere notari9,ꝛ recedēdo pcessit vsque
ad portā domus:cū igit idē Rauelli esset psens, ꝛ hoc fieri
videret,ꝛ intelligeret ꝙ nō libere eadē Allayeta pdictis cō-
sentiret, sed cū lachrymis ꝛ diu reniteretur, hoc facere non
potest ipse , dicere se fuisse circumuentum, seu deceptū pter
dictā ptestationē,cū illa fuerit legitima,ꝛ bonafide facta:ne,
sc3,p metū efficaciter cogeret cōsentire pdictis obligatiōi et
hypothe,ꝛ cōsequēter pdere iura sua qb9 pene nō sufficiebāt
3 bona eiusdē Guioti:q2 † q p dolū dolo resisti,nō dr dolosus,
sed cautus:ꝛ lex hoc pmittit.l.cū pater.§.Titio.ff.de leg.ij.
qd ēt voluit Jo.And.ꝛ alij in.c.cupiētes.circa prin.de ele-
ctio.in.vj.et Bald.in dicto consil.xxviij. Preterea vt colligi
potest ex actis cause huius , dictus Rauelli fuit particeps
doli per eundem Tripoti commissi in cogendo eandem
Allayetam consentire et se obligare , ꝛc.et quam sciuis pro

4 posse resistere et reniti. Certum est autem quod † particeps
doli non debet ex dolo suo premium seu commodum conse-
qui.l.ait pretor.§.actio hec.⁊.§.si qs particeps.ff.que in frau.
credit.ponit ⁊ alia multa Bald.in.d.consil.facientia pro hac
parte: etiā multa ponit Jo.Andr.Pe.de Anch.⁊ Philip.
de Corne.in.d.c.cupiētes.circa priu.de elec.in.vj.per que vi-
detur posse opportune persuaderi, quinimo cōcludi, ꝙ pro-
testatio predicta fuerit de iure valida, quatenus illa cōcerne
bat ⁊ cōcernit dictū Ravelli, quāuis illa clausula facta exti-
terit, ⁊ ad ipsius Ravelli notitiā nō peruenerit ante factas
obligationē ⁊ hypothecā superius mētionatas: ⁊ ꝙ nō pro-
pterea potuit dici, nec potest ꝙ dicta Allayeta eundē dece-
perit: sed potius aduersus dolum eius se defendit, ⁊ illā legi-
time exclusit: quāuis ante ⁊ sibi imputat idem Ravelli qui
cum dicto Guioti contraxit: ⁊ qui nō propterea debuit pro-
curare ꝙ dicta Allayeta per indirectum perderet dotē suā,
et alia iura sibi debita ad hoc vt eidē Ravelli satisfieret de
summa prementionata: contra id qđ nota.ne vxor.pro mari-
to in rubro, ⁊ nigro. Preterea aduertēdum est, quod Bar.et
alij impugnantes gl.in.d.l.qui in aliena.§.Celius. loquuntur
5 eo casu in quo non constat † de metu protestātis, nisi per so-
lam protestationē seu assertionem sui ipsius: ⁊ dicunt, ꝙ per
talem assertionē non probatur metus iustus: Nos aūt nō su-
mus in illo casu, sed in multum diuerso, ⁊ in quo non solum
apparet dictam quondā Allayetā fuisse protestatā, ⁊ predi-
xisse metum sibi inferendū, ⁊ se per metu cogendam ad con-
sentiendum obligationi, ⁊c. sed etiā apparet, ⁊ per testes fide
dignos, quod cum sub presentia dicti Ravelli contracturi
cū pfato Guioto requireretur de cōsentiēdo, quinimo ⁊ iu-
beretur vt consentiret, ipsa hoc facere recusauit, ⁊ sepius cū
ploratu ⁊ lachrymis: non igit̄ debet dicta ratio. Bar. ⁊ alio-
rum huic casui adaptari: quia ex diuersis nō infertur.l.inter
stipulantem.§.sacram.versi.sed hec dissimilia.ff.de verb.obli.
l.si maritus.el.j.C.de dona.inter vir.⁊ vxo.⁊ vulgata.l.Papi
nianus.cum suis simi.ff.de mino.est etiam attendendū, ꝙ lō-
ge minor timor melius sufficit in muliere ad rescindendum
actum per eam factum, quam in viro: pro quo allegasse suffi-
ciat id quod not.gloss.in.c.cum locum.de sponsa ⁊ Anto de
Butr.in.c.consultationi.de spon.⁊ matri.⁊ quāuis testes nō
omnino clare loquant̄ de minis dicti Guiotti, tñ verisimile
est ꝙ ille interuenerint, ⁊ quidem graues, propter ploratū ⁊
⁊ lachrymas: et pro eo qr licet dum, vt iam dixi, restiterit et
denegauerit se consensum prestare obligationi contrahende
per prefatum Guiotum, ⁊ multo fortius se obligare de non
se opponendo. Tamē semotis a presentia dictorum Guioti
vxoris, et Ravelli, ⁊ recedentibus dictis Magistro Mar-
tiali Boneti, ⁊ Joanne Juliani, fuit consensus extractus
ab eadem Allayeta, quod verisimiliter fuit factum propter
verba comminatoria in dictorum Martialis et Juliani ab-
sentia dicta, que fortasse idem Guiotus non fuit ausus dice-
re sub presentia eorundem Martialis et Juliani: quod etiā
6 ex eo persuadetur, qr † mulierum genus est auarissimum.l.
sed si ergo.in fi.⁊ quod ibi glo.ff.ad velley.l.si simulata.§.fin.
ff.de dona.inter vir.⁊ vxo.⁊ quod no.gl.in.l.si a spō.super ver
bo.raro accidit.C.de dona.ante nup.vbi etiam dicit Bald.
esse quoddā miraculum quādo mulier donat: pro quo etiam
poterunt videri verba que ponit Andre.Barbat.consil.xvj.
exordiente. Clementissimi dei patris, ⁊c. circa consultationē.
Cum igitur dicta Allayeta dum recusasset, ⁊ recusando plo-
raret ⁊ fleret, verisimiliter forte in momento temporis dixit
se contentam, nisi precedēte acri comminatione: maxime vbi
agebatur de totali perditione dotis, ⁊ aliorum iurium suorū
vel quasi.ar.c.super hoc.ibi.ꝙ nulla ratio hoc verisimile red-
dit vt quisquam beneficiū maltis forte expensis.⁊c.de renū.
Ex quibus omnibus concludo, sententiā fore et esse pro di-
cta Catherina proferendā: ⁊ dictum Revelli condēnandum
in expensis: et ita mihi videretur, sub correctione cuiuslibet
domini melius sentientis.

De re iudicata. Rubrica.

Epitome.

Servientis deputati ad citandum, dicto, qui refert cita-
tum respondisse se esse infirmum nec posse comparere, non
creditur in eo: nec ea ratione probatur infirmitas, sed ex cō-
missione iudicis debet fieri relatio medicorum: ⁊ quod sen-
tentia continens plures articulos potest in vno probari, et
de alio appellari ab eadem sententia.

1 Servienti seu preconi quando sit credendum.
2 Infirmitatem allegans eam probare debet, et quatenus sit
probanda.
3 Probatio confusa et obscura partem non releuat.
4 Verbo dicentis quando stetur.

Consilium.clxiiij.


Existimo, si tamen non
desipio, quod tam per ea que in discursu
cause dudū cepte, et deinde aliquandiu con-
tinuate per et inter honorabilem quondam
virum Trophimum Aycardi, ⁊ postea per
Antonium eius filium naturalem ⁊ legitimum, ac heredem
vniuersalem ex vna parte, ⁊ Antonium Mande ex alia scri-
pta ⁊ allegata extiterunt per nobilem ⁊ spectabilem virum
dominum Ludouicum de Coreis, tam per ea que per me
scripta sunt in quadam schedula exordiente. In mercedem
accepit, ⁊c. fuerit plene demonstratum et ostensum, quod
quedam pretensa diffinitiua sententia dudum in fauorem
dicti Mande, ⁊ contra dictum Trophimum, seu prefatum
Antonium eius filium promulgata per Reuerendum pa-
trem et virum Egregium dominum Gentilem artaminum
tunc Vicarium et Officialem Apten. fuit inciuilis et iniu-
sta, ⁊ propterea cassanda, ⁊ reuocanda: prout etiam postea
factum est: ⁊ quidem iuste per reuerendum patrem ⁊ virum
egregium dominum Alziarium autrici sancte sedis Apo-
stolice prothonotarium, ⁊ secundarum appellationum iudi-
cem: que etiam sufficiunt ad impugnationem sententie no-
uissime late per Reuerendū patrem dominum Antonium
cedere debet in casu de quo queriť, & in quo ex aduerso fuit
articulatum de loco, seu locis exactionis, scilicet, in Talaro-
do, & Salsa: quo casu opus est qõ testis deponat, non solum

de anthoritate,sed etiã de veritate rei:vbi etiam voluit Bal. in.l.ea quidem.ver.Item quero an possit probare notorium esse.C.de accusatio.& supposito,citra preiudicium veritatis, quod testi deponenti de notorio credi deberet, etiam si non deponeret se actui interfuisse oporteret tamen quod hoc faceret iuxta formã quã ponit Innocen.in.c.j.in gl.preter quã in notorijs.de off.deleg.in.vj.vbi dicit,q testes qui inducunt super notorio,debent dicere factũ esse notorium: & si querat ab eis quomodo sciunt, possunt rñdere qz interfuerũt, & viderunt qñ publice in platea multis presentibus fecit illud:et idem videtur si dicant,nos nõ vidimus qñ fecit maleficium, sed vidimus q ductus fuit corã iudice, & interrogat⁹ de maleficio nõ negauit,vel cõfessus fuit,scz, q publice fecerat:Et dicunt quidam secundũ eñ idẽ etiã esse,si corã multis cõfitet: & idem si dixerint,nos vidimus eum fugientem,vel etiã latitantem ꝓpter hoc,& nullo modo se excusantẽ,nec suberat causa quare se nõ excusaret vel etiã q de hoc cũ aliquibus transegit:& secũdum hunc modũ dicit etiã Bal.testes debere deponere de notorio qñ nõ interfuerunt actui, seu rei que pretenditur notoria:vt ipse no.in.l.si vero.§.q pro rei qualitate. ff.qui satis.cog.hoc autem nõ fecerũt testes predicti,aut eorũ aliqui:non igitur probãt dictũ pretẽsum notoriũ,saltẽ quoad dictos de Vẽtaono.¶ Preterea supposito, citra preiudiciũ veritatis,q dicti testes dici possent probare cõem opinionẽ & famam,hoc tamen nõ obesset eisdẽ de Ventaono:pro eo qz non est probatũ,quinimo nec oportune intitulatũ q fama & opinio huiusmodi sint & fuerint a tpe,& per tps,&c.qd tñ fieri
12 oportebat:nõ eñ sufficit q hodie sit fama † & cõis opinio q tam prefatus modernus do.Vicecomes quã predecessores habuerũt pedagium, &c.& q fuerunt in possessione seu quasi exigendi pedagium hmõi tanto tpe de cuius initio, &c.sed oportet q huiuscemodi fama & cõis opinio fuerint a tpe ꝓdicto,& per ipsum:prout optime colligit ex eo qd no.gl.fi.in d.c.j.de prescri.in.vj.vbi dicit,q testes deponentes dicent si talem habeant cõscientiã, q semper viderunt & audierũt ita esse,nec vnquã viderint vel audierint contrariũ, & q cõis est & fuit semper opinio q sic fuerit,&c.vbi ponderandũ est verbum,fuit semper,idẽ etiã voluit Inno.in.c.veniens.circa fin. magne gl.de verb.signi.vbi dicit:& nõ.si sufficiens reputetur a iure hec probatio cõmunis opinionis:indubitandum enim reputari debet,& oẽs homines cõiter opinati sunt fine contradictione a tanto tempore,&c.pro quo allegat in argumentum.l.in summa.§.idem labeo.ff.de aqua plu.arcen.idem voluit Spe.tit.de proba.§.probare.ver.hoc etiã no.& Anto.de Butr.in.c.qd per nouale.vbi etiã do.Cardi.Florẽ.in vlt.oppo.de verb.signi.& idẽ fuit de mẽte Bal.in.l.cõuenticulã.ver. ex ĩjs etiã infero.ibi est tñ verũ,&c.C.de sacrosan.eccle.et in.l. cũ super.C.de rei ven.& in.l.proprietatis.in fi.C.de probatio. Phil.de Corn.cõsi.cccliij.exord.Rem arduam continet presens consultatio.in.vj.vo.& And.Barb.cõsi.clj.exor.illũ offerunt in medium.in prima parte:qui loquentes de fama, aut cõmuni opinione probante in antiquis memoriã hominum excedentibus, loquitur de fama seu communi opinione non recente, sed vt ita dixerim prescripta : Cum igitur testes predicti de tali fama seu pretensa communi opinione non deposuerunt, non est sufficienter probata intentio dicti domini vicecomitis. Possunt & alia multa allegari & induci ad impugnationẽ attestationũ predictorum testium:& signãter, q multi videantur palam peierasse,illi , scilicet,q dicit se vidisse toto tẽpore eorum vite,&c.q nõ potuit esse verũ , quinimo nec verisimile:saltẽ de tẽpore pupillaris etatis,& priusq essent doli capaces.l.j.§.impuberes vero.cum multis simi.C. de fal.mo.non etiã opportune deponunt de loco seu locis in quibus esse oportuit huiuscemodi pretensam communẽ opinionem & famam:et est etiã aduertendum,quod secretarius qui recepit attestationes testium huiusmodi, sepissime vsus est verbo,presertim,intelligens fortasse significare id q saltẽ, quãuis cõmuniter accipiatur vt significet id quod,maxime. ¶ Quod vero ad quedam pretẽsa antiqua instrumẽta cõtinẽtia executionem quarundã literarum emanatarum , vt ex aduerso pretenditur,a tunc eminenti Dalphinali consilio,et in quibus habetur mentio de dicto pretẽso pedagio,dico qd illa non nocent eidẽ de Vẽtaono,nec prosunt dicto.d.Vice-
13 comiti:qz licet verba † narratiua & enuntiatiua pluriũ antiquorum instrumentorũ per diuersos & inter diuersos confectorum regulariter probent : hoc tamen fallit & limitatur vt non procedat in fauorem narrantium, enuntiantium,seu affirmantium,aut suorum successorum:qz tunc non statur assertioni aut narrationi,etiã in facto antiquo ad probandũ dominiũ:quod procedit,non solum si sit vnum instrumentũ antiquum, sed etiam si sint plura : ẽm Spec.qui ita singulariter tradit.tit.de locato.§.nũc aliqua.versi.lvij.& lviij.vbi vult expresse,q nedum non probat vna antiqua charta cõcessionis in emphyteusim,sed nec plures , ecclesiam concedentem esse dominam rei cõcesse in emphyteusim:et ita dicit se intelligere.c.inter dilectos.ad fi.de fi.instr.hanc doctrinã Spe.sequit Fran.de Are.in.c.cum causam.ver.j.casu.de proba.vbi subiungit,q licet Spe.non assignet rationẽ predictam,illa tamẽ potest esse ratio,& credit q fuerit de mẽte Spe.Cum igit ille predicte in dictis pretensis instrumentis transcripte in quibus fuit mentio de pedagio, fuerint impetrate parte cuiusdam pretensi do.de Talardo ita asserẽtis seu enuntiãtis, non est credendum illi assertioni in fauorem dicti do.Vicecomitis:Et idẽ videtur dicendum de quodam alio pretenso instrumento continente procurationes,Videtur igitur tam ex ĩjs quam alijs alias scriptis,sententiam superius mentionatam & alias,pro dictis de Ventaono fuisse,fore , & esse cõfirmandam:& ipsum do.Vicecomitem in expensis condẽnandum.Que dixerim sub benigna supportatiõe huius insignis Regij Prouincie Parlamenti.

¶ De donatio.causa mort. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Testamentum recte vires assumit ab expressa substitutione vulgari:& heres vniuersalis de restituendo granatus,potest per fideicommissarium vniuersalem cogi vt hereditatem adeat: & quod clausula donationis causa mortis adiecta in testamento,facit vt valeat iure donationis, quod non valet iure substitutionis:& quod donatio causa mortis facta absenti & non acceptanti,valet quasi sit fideicommissum:& clausulã codicillarem habere locum etiam quando non est adita hereditas ex testamento.

1 ☞ Hereditas quando cadat in causam caduci.
2 Testamentum,an vires assumere possit ab expressa vulgari. & nume.3.
4 Donationis causa mortis adiecte in testamento quis sit effectus.
5 Donatio facta absenti vel non stipulanti an valeat.
6 Dominium rei legate transit in legatarium,si erat penes legantem.
7 Codicillaris clausula in testamento quid operetur.et nu.9.
8 Bartolus reprehenditur.

¶ Consilium.clxviij.



Vamuis vniuersalis institutio quã in suo vltimo & nũcupatiuo testamẽto fecisse legit nobilis & generosus quondam vir Lantelmus Aynardi do.Montis Aynardi eius filio naturali & legitimo,facta extiterit, vt ita dixerim quo ad eundem
1 nobilem Franciscum in causam † caduci:pro eo qz vt in facto supponitur,idem nobilis Franciscus vitafunctus est , & ab humanis decessit superstite dicto nobili Lantelmo testatore l.j.§.& cũ triplici.&.§.pro secundo vero.C.de caduc.tolle.quia tamen idem quondã nobilis Lantelmus eidẽ nobili Francisco eius filio si ab intestato,aut sine prole masculina ab humanis decederet,cõpendiose substituit nobiles & generosos viros Jacobũ Aynardi eius fratrẽ,& Hugonem de hera eius nepotem ex filia,aut eorũ liberos masculos dictũ,scz , nobilẽ Jacobum aut dictos eius liberos , in castro & mandamento Montisaynardi,& prefatũ nobilẽ Jacobum aut dictos eius liberos masculos,in castro & mandamento Argẽterie, videt testamentum huiuimodi,& signanter quo ad dictam substitutionem,deffendi posse:pro eo qz substitutio cõpẽdiosa de dictis nobilib⁹ Jacobo & Hugono , seu eorũ liberis masculis, videtur comprehendere non solũ fideicõmissarium, seu fideicõmissarias substitutiones que locum habiture erant, si post aditam paternam hereditatem idem quondam Franciscus factus pubes intestat⁹ sine prole masculina ab humanis decessisset,iuxta ea que scribunt doc.in.l.precibus.C.de impu.& alijs substi.& in.l.cẽturio.ff.de vulg.& pupil.sed etiam vulgarem,seu vulgares substitutiones:per id qd not.Bart.in.d.l. centurio.versi.quero vtrũ substitutio cõpendiosa facta per verbum cõmune contineat vulgarem , &c.vbi refert Jaco.de Are.

Are.hoc tenuisse secundum Cy.in.d.l.precibus.& idem secũ-
dum Bar.tenuit Rayne.quod putat ipse verũ: nã verborũ
significatio hoc importat:dixit enim testator,vt verbi gratia
in casu nostro, si contingeret dictum nobilem Franciscum
Aynardi heredem suum vniuersalem ab hoc seculo decede-
re ab intestato,aut sine prole legitima masculina de proprio.
&c.quod intelligitur,siue decedat in vita testatoris, siue non,
siue ante testamentum,siue post.l.ij.in prin.& l.hec conditio.
§.fi.ff.de condi.& demon.sed dictis casibus sine dubio nõ põt
dicta substitutio verificari,nisi per vulgarem compẽdiosam,
igitur substitutio compendiosa comprehendit etiam vulga-
rem substitutionem:& hoc videntur doc.tenere communiter:
sed Gulier.de Cuneo.& alij in.d.l.pcibus.Bar.in.l.quãdiu.§.
vlti.ff.de acqui.here.& in consil.exordiẽ.Nardus.& cano.in.c.
Raynutius.de testa.& huiusmodi vulgaris substitutio cõ-
prehensa in cõpendiosa,censetur expressa verbis generalib⁹:
per id quod no.gl.in.d.l.precibus.vbi etiã Alexã.de Imol.&
2 alij.Ab hac † aũt expressa vulgari potest testamẽtum vires
assumere,secundum gl.& doc.communiter approbatam. in.l.
pater filium.ff.de vulg.& pupil.& probatur in.l.iij §.fin.ff.de
libe.et posthumis.& in.l. Gallus.fere per totam legem.ff.de
lib.& posth.& in.l.Thais.§.Splendophorus.ff.de fideicom.
liber.quinimo plus dicunt multi,q etiam potest testamentũ
vires assumere a tacita vulgari:super quo tamen non insisto.
Quamuis igitur dictus nobilis Franciscus ab humanis de-
cesserit superstite testatore,quia tamẽ ille mortuus est ab in-
testato,& sine liberis masculis,& sic fuit conditio purificata,
videtur q dicti nobiles Iacobus & Hugo potuerint,& pos-
sint testatori predicto succedere in vim vulgaris:dictus, sci-
cet,nobilis Iacobus in castro seu mandamento Montisay-
nardi,& prefat⁹ nobilis Hugo in castro & mãdamento Ar-
genterie.Sed his nõ obstantibus puto cõtrariũ esse verius:
pro eo quia licet compendiosa substitutio facta per verbum
3 † cõmune adiectũ bonorũ vniuersitati comprehendat etiam
vulgarem:illã tamẽ nõ comprehẽdit quãdo facta est p verbũ
cõmune adiectum certe rei seu quantitati:q: eo casu non tra-
hitur ad directã substitutionẽ.l.cogi §.& generaliter.& quod
ibi doct.ff.ad trebel.& quod nõ.Bar.in.d.l.centurio.ver.que-
ro quid si substitutio compendiosa.& ver.quero vlterius.vbi
etiã alij docto.Philipp.de Fran.in repeti.c.si pater.in ma-
teria compendiose substitutionis.ver.quinto queritur quid
de substitutione cõpendiosa.de testamen.in.vj.Io.de Imo.
in.l.j.§.si ex fundo.ff.de heredi.insti.Pau.de cast.cõsi.lxxviij.
exordiente.Viso puncto predicto, &c.et alij in alijs locis:
quo fit, vt cum substitutio compendiosa facta per verbum
commune certe rei adiectum, scilicet,castro et mandamen-
to Montisaynardi.& Castro & mandamẽto Argenterie,illa
proculdubio non cõprehenderit directã seu directas substi-
tutiones,& sic nec vulgarem:quia certũ est illam esse directã:
quod etiã apparet ex eo,quia licet particularis institutio fa-
cta per verbũ directum nõ dato herede vniuersali trahatur
ad vniuersum:dicta l.j.§.si ex fundo.ff.de heredi.instit.secus
tamẽ est in particulari fideicõmissario.d.l.cogi.§.& generali-
ter.& quod ibi docto.ff.ad trebel.non igitur possunt castra,et
mandamenta predicta,vt pote per particularem,seu particu
laria fideicommissa peti in vim vulgaris substitutionis:alio-
quin dici opporteret dictum nobilem Lantelmum partim
decessisse testatum,& partim intestatum:contra.l.ius nostrũ.
ff.de reg.iur.Sed nec peti possunt vt videtur in vim fideicõ-
missarie substitutionis:quia fideicommissum per dictã sub-
stitutionem relictum expirauit:pro eo q: hereditas non fuit
adita,nec adiri potest ex testamento.l.si Meuio.cum suis si-
mili.ff.de regu.iur.pro quo facit.l.si quis omissa.§.sed in fi-
deicõmissarijs.ff.si quis omissa.cau.testa.& l.nam quod.§.fin.
cum.l.se.& l.cogi.in princip.ff.ad trebel.in quibus deciditur
heredem vniuersalem & de restituendo grauatum,posse per
vniuersalẽ fideicommissariũ cogi vt hereditatẽ adeat,quod
fit ne propter nõ aditionẽ pereat vniuersale fideicõmissum:
De particulari vero fideicommissario,certũ est q ille pete-
re non potest heredem cogi vt adeat:dicta.l.si quis omissa.
§.sed in fideicommissarijs.ver.quod beneficiũ.& dicta.l.cogi.
§.& generaliter.¶ Verum quãuis dictus nobilis Hugo non
videatur posse petere castrum & mandamẽtum predicta in
vim vulgaris substitutiõis,potest tamen illud petere in vim
4 donationis † causa mortis:quia prout apparet ex tenore te-
stamenti prementionati,idẽ nobilis Lantelmus voluit illud
valere iure testamenti nuncupatiui: & iure vltime volunta-
tis nuncupatiue: et subiungitur: et si is iuribus non va-
leat, seu valere possit, voluit q valeat iure donatiõis cau-
sa mortis:quod certum est eum facere potuisse: quia quili-
bet est regulariter moderator & arbiter rei sue.l.in re manda-
ta.C.mand.l.dudum.C.de contrahen.emptio.& vendi.l.pol-
la.C.de ijs qui vt indig.& c.de ijs.ad fi.de sepul.facit.l.nemo
exterus.C.de iude.l.sed & si.§.consuluit.ff.de petitio heredi.&
quod ponit Ang.consi.clxxxj.exordiente.Visis instrumẽtis.
versi.ijs premiss.quod maxime procedit in donatione, in qua
est pro ratione volũtas.l.j.ff.de donatio.quod etiam voluit
Oldr.consi.xxx.exordien.Factum tale est,numerate persone.
et idem in vltimis voluntatibus:per id quod not.Bald.in.l.
j.ff.de condit.insti.Io.de Imo.in.l.ex causa.§.j.in fi.ff.de te-
sta.& Philipp.de Corne.in.l.j.C.de condit.inser.facit.c.vlti.
voluntas.xiij.q.ij.Nemini vero dubium est quin donatio cau
sa mortis sit vltima voluntas.l.fina.C.de donatio.causa mor.
Potuit igitur dictus quondã nobilis Lantelmus dispone-
re & ordinare,quod si dictum eius testamentum non valeret
iure testamenti, quod illud valeret iure donationis causa
mortis:et ita videtur quod iure donationis huiusmodi, ei-
dem nobili Hugoni pertinuerint et pertineant castrum et
mandamentum Argentarie:nisi forte quis opponat qδ do-
natio non fuerit purificata, pro eo quia certum est testamẽ-
tum predictum ab initio valuisse,vtpote facto ab eo qui te-
stari poterat,et sub presentia testium:etiam vt audio in lon-
ge maiori numero quam oporteret,et seruatis alijs de iure
obseruandis:non igitur valuit donatio predicta.l.cedere diẽ.
cum suis similibus.ff.de verborum obligatio.et quod nota.
Bald.loquens in clausula codicillari.in.l.finali.C.de codicil.
Sed istud non obstat,pro eo quia in dicta clausula dictũ est,
non quidem si non valet, quod est presentis temporis,sed si
non valeat,quod est temporis futuri: vt voluit Specu.titu.
de instrumen.edi.§.compendiose.versic.Item vnde si est ibi
clausula generalis,&c.ibi.Item aliud videtur:et hoc expres-
sius voluit ibi Ioan.Andre.in additio.sequente.exordiente.
Quid enim dictio,valeat, inspiciat tempus futurũ.pro quo
inducit multa bona iura.Addo quod in dicta clausula etiam
dictum est,si his iuribus valere clausula non possit, que ver-
ba extenduntur etiam ad futurum:quia vt dicit Io.de Imo.
in.l.cum in secundo.ff.de iniusto.rupto.& irrito.facto testa-
mento.perinde est dicere, si non potest valere testamentum
vt testamentum, valeat iure codicillorum, ac si diceret te-
stator, si non valet, vel valebit, &c.quia conditio illa potest
se extendere ad futurum: per id quod nota.Bartol. in.l.
prima.ff.de iure codicil.et in.l.si ita.versiculo.si vero profer-
tur ab homine,aut est verbum, potest.ff.de auro et argento
legato.Quãuis igitur testamentum predictũ ab initio va-
luerit:quia tamen postea factũ est in causam caduci propter
mortem heredis instituti,fuit conditio predicta purificata.
Sed forte opponetur qδ donatio predicta non valeret,pro
5 eo † quia in ea nõ interuenit stipulatio,& quia facta est ab-
senti,& nullo pro eo recipiente, quorum tamen alterum re-
quiri videbatur, scilicet, quod aut fieret presenti et stipu-
lanti.l.inter mortis.cum suis similibus. ff. de donationi-
bus cau.mortis.vel absenti,aliquo tamen recipiente pro eo,
vt pote notario,aut interueniẽte amico,vel epistola:pro eo
quia hodie fieri potest nudo pacto,& simplici consensu.l.si
quis argentum.§.fin.C.de donat.que quãuis loquatur in do
natione inter viuos,habet tamen locum etiam in donatio-
ne causa mortis:vt voluit gloss.in fin.l.cum pater.§.nemo.
ff.de legat.ij.Ange.& Alexand.de Imol.in.l.cum ex causa.
ff.de re iudic.& dicit ibi Alexan.de Imo.in.d.l.cum ex cau-
sa.hanc esse cõmunem opinionem:quãuis Ioã.de Imo.sen-
serit contrarium:non igitur videtur q donatio predicta va-
luerit:Sed predicta non obstãt, q: licet in donatione causa
mortis proprie dicta requiratur de iure antiquo stipulatio,
& sic presentia partis:dicta.l.inter mortis.iuncta.l.j.in princ.
ff.de verborum obliga.vel de iure nouo simplex pactum et
consensus,qui vel per donatarium,vel per alium pro eo in-
terueniente exprimatur:hoc tamen non requiritur in dona-
tione causa mortis facte in testamento ab eo,scilicet,qui te-
stari poterat:que tamen non dicitur proprie valere iure do
nationis causa mortis,sed iure fideicommissi.Et quod talis
donatio facta absenti in testamento vel in codicillis valeat,
tenuit Dy.relatus per docto.in.l.j.ff.de dona.causa mortis.
et in.l.prima.C.eodem titu.idem tenuit Barto.in.d.l.prima
l.tam is.§.filiusfamilias.ff.eod.titu.& in consilio.exordiente.
Visa vltima voluntate facta per viam donationis causa mor
tis.et Salicet.in dicta.l.prima.C.de donatio. causa mortis.
Paul.de cast.in.l.senium.versic.quod autem supra dixi.&c.
ibi.si autem nullus recipit pro absente.C.qui testamenta fa-
cere possunt.& in.d.l.cum pater.§.donationis.& Alexand.de
Imol.in.l.secunda.versicu.item quo ad sui efficaciam.ff.de

lega.j.& hanc opinionem fatetur esse communem Joan. de Jmo.in dicta.l.prima.ff.de donatio.causa mortis.a qua propterea non est in consulendo vel in iudicando recedendum: per iura vulgaria,& vulgatam doctrinam positā per Host.
6 Jo.And.& alios in.c.j.de constit. Et quemadmodum † dominium rei legate mortuo testatore transit in legatarium, si erat penes legantē,ita & dominium rei sic donate donatione causa mortis:per id quod habetur per tex.cum glo.sua in.l.j. in fi.cū.l.seq.ff.de publi.in rem actio.no.Bal Alex.de Jmol. & docto magis communiter in.l.ij.ff.de leg.j. Alex.de Jmo. in dicta.l.j.ff.de dona.cau mort.& in.l.qui Rome.§.Flauius Hermes.ff.de verbo.obli. Preterea dictus nobilis testator in dicto ver.& si his iuribus,&c.non solū dicit,& si is iuribus non valerent,seu valere possit, valeat iure donationis causa mortis,sed etiam subiunxit, aut iure cuiuslibet alterius vltime voluntatis:vnde certum est φ codicillus est vltima volūtas.l.fi.§.fi.cum suis simil.C.de codicil. Cum igitur voluerit testamentum huiusmodi post factam donationem certarum vltimarum volūtatum,vtpote testamenti et donationis causa mortis valere iure cuiuslibet alterius vltime voluntatis, perinde est ac si expresse dixisset, iure codicillorum.c.qui ad agendum.de procu.in.vj.& per id quod not.glo.magna.in.l. iiij.§.quesitum.ff.si quis cautio.iud.facit quod in simili, imo profecto longe magis dubio,ponit Joannes de Jmol.in.l. qui in potestate.ff.de testament. Alexand.de Jmol.in dicta l.senium.ver.quid si filius fecit testamentum de cōsensu patris,&c.ibi.& magis vera opinio esse videtur.C.qui testa.facere.poss.qui loquentes de filiofamilias, qui sub presentia patris,& de consensu illius cōdidit testamentum,& in pede vo
7 luit illud valere iure testamenti ,et si † eo iure non valeret voluit quod valeret iure codicillorum , et cuiuslibet alterius vltime voluntatis:dicunt satis esse expressum de donatione causa mortis,ad cuius validitatem requiritur expressa mentio donatiōis causa mortis:pro quo sumi possunt multa argumēta ex is que scribit Signor.de Homodei.cōsi.xxx.exor. Factum tale est.Quidam nomine Aroldus Capra consensu Antonij,&c.versic.in oppositum videtur Fulgo.consilio. lxxviij.exordiente. Visis superius allegatis. Certum est autem clausulam codicillarem habere locum etiam quādo hereditas non fuit adita ex testamento. l. eam quam. C.de fideicommis.& l.quia autem. in prin.C.si quis omis.cau.testa. & quod not.Bar.in.l.j.q.xij.ff.de iure codi.per illam enim cēsentur rogati veniētes ab intestato:sicut alias dici solet quādo testamentum est nullum propter preteritionem filij iam nati, vel postea rumpitur natiuitate posthumi : iuxta plene & communiter no.per doc.in authen.ex causa.C.de libe.preteri.vel exhered.& quamuis Barto.in dicta.l.j.in.vj.qō.ff.de iure codicil.in aliquo discrepet a communi opinione,& voluerit quod si testator ignoranter preterierit ventrem seu posthumū,clausula codicillaris nihil operetur,etiam si in ea di
8 ctum extiterit,si non valet,aut valebit,hoc tamen † dictū cōmuniter reprehenditur a doct.in.d.aut.ex causa.& per Jo.de Jmo.in.l.filio preterito.ff.de iniusto rupto et irrito testa.vbi etiam dicit φ cōsulere auderet contra opinionē Bar.& contra eum tenuit Bar.in.l.qui filiabus.in fi.principij.inducendo eius dicta prout ibi inducit Alex.de Jmol.multos referens.ff.de lega.j. Preterea nos non sumus in terminis in quibus loquitur Barto.sed in casu longe minus dubio,& in quo
9 Barto.sentit id quod dixi,scilicet,quod clausula codicillaris operetur:vt ipse not.in.d.l.j.q.xij.ff.de iure codicil. Opus est habere quod hereditas dicti quondam nobilis Lantelmi adeatur ab intestato , per id quod no.glo.reputa.singularis in.l.qui filio.§.j.ver.ex codicillis.ff.de here.institu. Ang.in l.iij.ff.de inofficio.testa. Alexan.de Jmo.in dicta aut.ex causa.ver. Jtem quo ad hoc,&c.C.de liber.prete.vel exhered.vbi etiam do.Jason.in.l.filiusfamilias.§.diui.ff. de legatis.j. Ex quibus cōcludo dictum nobilem Hugonem posse in vim fideicommissi seu relicti,petere castrum et mandamentū Argentarie:saltem prius adita & acceptata hereditate intestati dicti quondam nobilis Lantelmi testatoris:& ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet melius sentientis.

¶ De interd.quo.bono. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Renuntiatio facta a filia successionis patris fratris contemplatione non valet,si frater viuēte patre ab humanis decesserit,etiam si renuntiatio iurata extiterit : et nihilominus filia que renuntiauit,recte interdicto quorum bonorum , vel petitione hereditatis experitur:& consultius est vt agat interdicto quorum bonorum : quia in eo non admittuntur exceptiones.

1 ¶ Renuntiatio facta successionis patris a filia quando valeat.
2 Causa cessante cessat effectus.
3 Interdicti quorum bonorum effectus.
4 Legatarius capiens propria authoritate rem legatā quando perdit legatum.
5 Renuntiatione vi iuramento facta, an de iuramento possit dispensari.

¶ Consilium.clxix.


Ex themate mihi exhibite consultationis parte nobilis et generose mulieris Joāne Aynarde filie quondam naturalis & legitime nobilis & generosi quōdā viri Lātelmi Aynardi.d. Motilaynardi eliciunt multa q̄sita,quib⁹ rūdeo breuiter & succincte put infra. ¶ Et primo ad primū:pro cuius faciliori solutiōe pmitto,φ licet dubiū nō existat quin prefata nobilis Joāna & Magdalena eius soror eidē nobili Lantelmo abintestato vita functo succedere debeāt:authen.de heredi. abintesta.§. j.colla.ix.& trāsumptiue in auc.in successiōe.C.de suis & legi.
1 libe.de alijs tamen,scilicet,de nobilibus † Anna & Antonia earum sororibus,& quondā filiabus dicti quondā Lantelmi videtur difficultas,propter, ea que habentur in capit. quāuis pactū.de pact.in.vj.per quod videntur a successione dicti quondā earū patris repelli:& propter opinionē Henzeli relatam per do.de Rota.in antiquis decisionibus.decisio.clxxix.hodie vero posita est.fo. 21.titu.de pact.& incipit. vtrum filia.&c.qui,prout ibi refertur,voluit, φ licet filia renunciauerit bonis paternis iuxta formam predicti capitu. quāuis pactum.ipsa nihilominus,si pater postea moriatur abintestato,potest eidem succedere cum alijs filijs seu filiabus qui non renuntiauerunt:pro eo quia moriendo abintestato,videt etiam eā tacite inuitasse.l.conficiuntur.in fine principij.ibi.quoniam creditur.C.de iur.codicil.et.l.ij.ibi.vel etiā intestati successione cōtulerunt.C.de bonis mater.& idē voluit Pet.Pelie.in questione per eum disputata.exordiente. questio disputata solenniter per do. Pet.Pelie.qui pro hac parte multa inducit,que non refero,pro eo quia docto.tenēt communiter contrarium in dicto capit.quāuis pactum.& in l.pactum quod dotali.C.de pac.in.l.pactum quod.C.de collat.& in.l.qui superstitis.ff.de acquiren.heredi.& sic existimo, supposita validitate renuntiationis quam fecisse dicitur dicta nobilis Antonia,& post mortem nobilis quondā iuuenis Francisci Aynardi eius fratris quam non vidi, φ ipsa repelli debeat:per id quod habet in dicto ca. quāuis pactū. & pro hac inducit multa,& magna fundamenta Alexand.de Jmo.que causa breuitatis nō refero,pro eo quia vbique habentur & videri possunt.consilio. xxix. exordiente. preclare et subtiliter & copiose in tertio volumi.vbi etiam respondet motiuis quibus videbatur posse contrariū persuaderi. Quo vero ad dictam nobilē Annam que eisdem bonis renūciasse pretenditur,viuente tamen dicto nobili Frācisco eius quondam fratre,& qui postea viuēte communi patre ab humanis decessit,puto φ renūciatio huiusmodi eidem nō noceat,pro eo φ illa censetur renuntiasse contēplatiōe dicti fratris, qui
2 cum viuente patre ab humanis decesserit † cessauit causa,et sic non videtur nocere:quod etiam voluit Bal.in dicta.l.pactum.q.iiij.C.de colla.vbi etiam Pau.de cast.versi.itē queritur quid si tempore.&c.idem voluit Salice.in dicta.l.pactū quod doctali.C.de pac.Seminia.in dicto.c.q̄uis pactū. Jo. de Jmo.& Roma.in dicta.l.qui superstitis.vbi etiam Fran. de are.ff.de acquir.heredi. Alexan.de Jmol.in dicto consil. xxix.& quemadmodum renuntiatio huiusmodi nō nocet dicte nobili Anne,ita nec nocere debet prefate nobili Joanne promissio quam pro ea , & de facienda renuntiatione fecisse dicitur dominus Bladazij eius maritus tempore forte matrimonij inter eos contracti:que promissio,etiā si per eandē nobilem Joannem facta extitisset,sibi nō noceret:cum,vt dixi etiam non noceat renuntiatio ipsa,facta ante mortē Francisci,que plus est,aut saltem non minus quam promissio de renuntiando: Respondendo igitur ad quesitū,videtur procul dubio quod dicte nobiles Joanna , Anna,& Madalena abintestato earum patri succedere debeant:quelibet,scilicet, pro

pro tertia parte, repulsa prefata Antonia: per ea que, vt dixi, scribit Alexand. de Imo. in dicto consil. supposito tamen quod renuntiatio per eam facta alias valuerit: voluissem tamen videre hanc renuntiationem: Preterea faciunt ea que ponit Bal. consil. cclxxij. exordicte. Quedam puella fuit dotata a patre. etc. quest. ij. in qua nulla scribit que possint facere pro defensione huius Antonie, et que propterea videri poterunt vna cum renuntiatione per egregios viros dominos aduocatos, vbi aduertas, an illa facta extiterit patri stipulanti pro se et heredibus, aut quando: Quod autem superius dixi alias tres filias debere succedere, etc. intelligo quod ille debebunt conferre dotes suas, prout est indubitandum. ¶ Quo vero ad id de quo in eodem dubio queritur: qua, scilicet, actione agere possint dicte heredes, dico memini dubium quin agere possint petitione hereditatis: sed quia audio nobilem Petrum Aynardum earum fratrem iam apprehendisse possessionem realem et corporalem bonorum dicti quondam nobilis Lantelmi Aynardi, et hoc in vim pretensarum substitutionum factarum per predecessores, esset fortasse consultius pro adipiscenda pos-
3 sessione bonorum corporalium, vt intentarent inter dictum † quorum bonorum, quod est possessionis adipiscende, et aduersus quod non admittuntur exceptiones concernentes petitorium: ille, scilicet, que requirunt altiorem indaginem: iuxta ea que scribunt glo. et doct. in l. si de vi. ff. de iudi. et in multis aliis locis: secus vero est in petitorio iudicio, cuiusmodi est petitio hereditatis. Est autem certum, quod cum abintestato eidem Lantelmo successiue, non ex testamento, vel ex dispositione dicti quondam Lantelmi, non competit remedium. l. fin. C. de edic. diui adri. tollen. quamuis Bald. aliter. et ita non opportune quereretur, an aduersus intentatam renuntiationem dicte. l. sit vniuersalis fideicommissarius legitimus contradictor: de quo per gloss. et docto. in dicta. l. fin. et per docto. in l. filiam fratribus. ff. ad trebellia. Fateor quod dictus Petrus vitiose, aut saltem quiuis similiter faciens, apprehendit possessionem predictam: per id quod not. Ange. et Alexand. de Imo. in dicta l. filiam fratribus. sed postquam illa apprehensa est priusquam dicte heredes eandem possessionem apprehenderent, non video eas posse intentare aliud remedium quam alterum ex predictis: inter que, vt iam dixi, est electio: nec puto quod propter l. non dubium. C. de lega. idem Petrus perdiderit iura sua: quia
4 illa intelligitur † quando legatarius vel alius post aditam hereditatem et apprehensam possessionem per heredem capit legatum, vel relictum sua authoritate, vel possessionem illius apprehendit: quo casu etiam loquitur Barto. in consil. exordiente. Missus in possessionem vigore legis. et Petr. de ancha. consil. cclxx. et consil. cxcxiij. domi. Jason. in l. fin. ad fin. C. de iu. delibe. ¶ Ad secundum quesitum iam patet responsio: scilicet, quod dicta nobilis Magdalena compellere, aut compelli petere non possit dictum do. de Gladagio ad fieri faciendum per dictam nobilem Joannam renuntiationem superius mentionatam: eo quia cum post factam promissionem dictus nobilis Franciscus ab humanis decesserit, cessauit contemplatio et causa propter que facta est promissio. Preterea cum conuenta et promissa etiam cum iuramento eidem domi. Glandagij non fuerint obseruata, non tenebatur ipse, nec tenetur per se promissa obseruare: etiam si illa iurata extiterint: per ea que habentur in l. cum proponas. et l. ij. et quod ibi scribentes. C. de pac. et capitu. peruenit. et quod ibi doct. de iureiuran. ¶ Ad tertium dico et respondeo. quod si nullus apprehenderit possessionem bonorum de quibus ibi, prefate nobiles Joanna et Magdalena possunt illam apprehendere, et bona posside. Consulo tamen, quod si illam apprehenderint, non resistant dicte nobili Anne quominus et ipsa apprehendat possessionem eorundem bonorum pro tertia parte, postquam, vt predixi, dicta per eum facta renuntiatio sibi non preiudicat. ¶ Ad quartum patet responsio per ea que superius dixi, scilicet, quod dictus nobilis Petrus non perdidit iura sua propter intrusionem de qua ibi: pro eo quia vt audio illa facta est ante apprehensam possessionem per heredes. ¶ Ad quintum dico et respondeo vt iam patet ex predictis, quod si alicui ex dictis nobilibus filiabus nocere debeat renuntiatio, illa, solum nocere debet dicte nobili Antonie, non aliis: Utrum autem eadem Antoneta ex capite enormissime lesionis possit † et valeat petere dispensationem de iuramento seu iuramentis per eandem prestito, seu prestitis ad fines agendi et detegendi forte dolum ex proposito, vel dolum re ipsa, et enormissimam lesionem, non possum bene respondere nisi prius viso instrumento renuntiationis per eam facte, et intellecta etate in qua renuntiauit: et propterea visis illis pretensis testamentis quibus se iuuare pretendit dictus nobilis Petrus, et quia aliter intelligi non potest valor bonorum dicti quondam nobilis Lantelmi: eorum, scilicet, de quibus testari et disponere poterat non obstantibus illis pretensis substitutionibus de quibus in dictis testamentis, et ita consequenter non potest intelligi aut bene sciri in quo aut quanto fuerit hec Antonia circonuenta aut lesa: et sic, an dispensatio seu absolutio a iuramento vel iuramentis, et deinde rescissio predicte renuntiationis obtinere debeat: Quamuis Jo. de Imo. in repetitione capitu. cum contingat. in eo membro fuerit rigorosus: eo, scilicet, casu quo filia renuntiauit. etc. et iurauit non venire contra pretensa enormis vel enormissime lesionis: multi tamen etiam magne authoritatis scribendo et consulendo censuerunt contrarium: et singulariter Anto. de But. Petr. de Ancha. Panormi. et alij multi quos non refero, pro eo quia non expedit: non puto tamen quod pendente causa per eandem Antoniam forte mouenda super dispensatione seu habilitatione predicta, debeant dicte heredes impediri agere contra dictum nobilem Petrum: nec poterit ipsa de hoc opponere: quia veniret contra iuramentum per eam prestitum: et ita videretur incurrere periurium, propter quod se excluderet a facultate obtinendi dispensationem: iuxta communiter not. per Anto. de Butri. et alios in capitu. j. de iureiuran. post Fran. de se. in consi. per eos inibi allegato.

¶ Unde vi. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Interdicto vnde vi agens duo debet probare, nempe possessionem, et spoliationem: et quod officiariorum creatio non facit spoliationem: et quod vbi cessant verba dispositionis statuti, cessat et ipsa dispositio: et quod parlamenti curia potest si pars ex vna causa egerit, et videat eam non ex vna causa sed ex alia debere obtinere, veritate inspecta proferre sententiam super causa de qua constat.

1 ☞ Interdicto vnde vi, quis possit experiri.
2 Spoliatio quando intelligatur. et nu. 3.
4 Officiariorum creatio, an faciat expoliationem.
5 Violentia vt facta intelligatur quid requiritur.
6 Inuentarij confectio quid operetur.
7 Accessorium subiacet capiti tanquam digniori seu principali.
8 Voluntatis mutatio non presumitur.
9 Possessio quomodo amittitur. et nu. 10.
11 Curiam esse equitatis, et posse restituere ex alio capite quam ex quo petitur restitutio.

¶ Consilium. clxx.



Ex processu cause cepte et pendentis indecise per et inter nobilem et generosum iuuenem Ludouicum de montealbano, seu nobilem et egregiam mulierem dominam Ludouicam de Agonto, matrem et tutricem ac tutorio nomine eiusdem Ludouici ex vna parte. ac nobilem et magnificam mulierem domi. ysabellam de sagnis, dominam de Petra, tutricem et tutorio nomine Ludouice de monte Albano eius neptis, seu Felezene. necnon nobilem et generosam mulierem ysabellam de monte Albano, vxorem et personam coniunctam nobilis et potentis viri Alziarij de Brancassijs domini Zarise, colligitur et apparet partes predictas hinc inde intercasse remedium precum capitis statuti Dalphinalis. Si quis per literas, pretendentes hincinde se posedisse, et deinde fuisse eorum possessione spoliatas, seu de ea eiectas, prout plenius exponitur in supplicationibus parte earum oblatis: Sed non videtur quod Ludouicus, seu prefata nobilis Ludouica mater et tutrix super pretensa reintegratione possessionis per eam fieri petita possit quouismodo obtinere, etiam si supplicata, tam in prima quam in secunda supplicationibus parte eiusdem nobilis Ludouici de monte Albano, seu prefate domine Ludouice eius matris et tutricis, probarentur esse vera: cuius illa assi-
1 gnatur ratio, quia non solum cum de † spoli. agitur interdicto vnde vi, vel alio possessorio recuperande, tenetur et debet

author pbare duo, scilicet se possedisse tempore pretēsi spo-
lij,⁊ ipsum spolium : per id quod habetur,⁊ not.per gloss.et
docto.in capitu.consultationibus.de officio delega.et quod
post Innocen.not.Ioan.And.in capitu.cum ecclesia sutri-
na.de cau.possess.⁊ proprie Archidia.in capit.quo iure.viij.
distinc.⁊ quod habetur in capi.olim causam.et quod ibi glo.
in capitu.cum ad sedem.de restitutio.spolia.et quod voluit
Innocen.in capi.qualiter ⁊ quando.el.ij.de accusat.pro quo
dicto est text.in.l.j.§.interdictum antē hoc.ibi.nisi ei qui cum
deijceretur possidebat.ff.de vi.⁊ vi arma.sed etiā dicta duo,
possessionem ⁊ spolium probare tenetur intentans benefi-
cium seu remediū dicti statuti,si quis per literas.prout ap-
paret ex illius dispositione ⁊ tenore,que probasse nō est cen-
sendus dictus nobilis Ludouicus de monte Albano,seu
prefata nobilis Ludouica eius mater ⁊ tutrix : cum nec re-
periatur vel appareat in dictis supplicationibus, aut ea-
rum altera aliqua deduxisse,per que,etiā si supplicata essent
probata,inferri posset eundem nobilem Ludouicū fuisse spo
liatum:Et primo quidem non per id quod parte eorum pre
tēditur,quod.anno domini millesimo quingentesimo primo.
et die vicesima quinta,Mensis Iunij.magnificus et potens
vir dominus Antonius de Petra miles,⁊ dictus nobilis de
Brancassijs,domi.Zeriste venerunt ad mandamentum san-
cti Andree de Beruhesie.⁊ ad portam castri, quam,vt pre-
tendunt,violenter intrare tentauerunt:tum quia nō est pro-
batum,prout nec probari potuit,aut de iure debuit:cū non
2 sit verum quod dicti domi.† de Petra ⁊ Zariste violenter
intrare tentauerint portam seu castrum predictum : de hoc
enim nullus ex testibus parte eorum productis de hoc depo
suit,sed solum deposuerūt, qđ cum nullus ex existentibus in
dicto castro seu in fenestra vel porta exhiberet,se,ipse,seu ali
quis ex existētibus cum eis percussit portam cum martello,
⁊ cordam cāpane traxit ad eos fines vt alloqui possent dicti
domi.de Petra ⁊ Zariste existentes in domo,et ab eis fieri
peterent dicti castri aperturam:que non sonant in violentiā:
tum quia licet per expulsionem seu eiectionem possessoris a
re possessa, insuper et per repulsionem seu non admissionem
possessoris ad rem possessam accedentis,aut per vecordiam
seu suspitionem quā habet ne repellatur si ad rem ipse pos-
sessam accedat,possessor possessione spolietur,vt probatur in
l.j.in multis locis.ff. de vi.⁊ vi.arma ⁊.C.vnde vi . in multis
etiam locis.l.clam possidere.§.fina.cum.l.sequen.ff.de acqui-
renda possessio.⁊ quod not.gloss.magna in.l.si quis in tantā.
versicu.decimo si possidentem non admittit.C.vnde vi.non
tamen censeri potest dictus nobilis Ludouicus de monte
Albano,etiā si tempore prementionati accessus ad portam
predictam insolidum possedisset castrum ⁊ mandamentum
sancti Andree de Beruhesie,fuisse spoliatus possessione ca-
stri ⁊ mandamenti huiusmodi:cum non fuerit probatum, vt
predixi,quinimo nec propositū qđ ipse fuerit dicta pretensa
possessione expulsus vel eiectus,aut cum ad castrum seu mā-
damentum reddire velit et rediret foret repulsurus,seu etiā
cum extra existeret,fuerit suspicatus se posse repelli,⁊ quod
ob hanc causam ad ea redire casus non obstiterit : quibus
modis,⁊ illis duntaxat quis videtur posse spoliari vel eijci
de possessione rei per se possesse.¶ Preterea nec etiam po-
tuit idem nobilis Ludouicus,seu dicta nobilis Ludouica
eius mater ⁊ tutrix pretendere eundem Ludouicum fuisse
3 spoliatū† dicta eius pretensa possessione:pro eo quia,vt di-
xi,prefati do.de Petra.⁊ de Brancassijs venerūt ad Mo-
lendina sancti Andree, et quod inibi applicati bladum in
eis existens ceperunt,⁊ inhibuerunt Molendinario Mo-
lendinorum huiusmodi,ne amplius seu ne ex tūc in inant,ea
multuram solueret dictis nobilib⁹ Ludouice matri ⁊ tutrici
⁊ Ludouico:⁊ quidem non pro eo quia pretenduntur dicti.
do.de Petra ⁊ de Brancassijs bladū cepisse,pro quo allegas
se sufficiat qđ voluit Bal.in.l.post sententiā.ver.porro si ego
possideo,⁊ tu exportes fructus.C.de sen.⁊ interlo.om.iudi.⁊
post eū Alex.de Imo.in.l.colonis.ff.de vi.⁊ vi ar.qui dicūt,
qđ si ego possideā,pone prediū aliqđ, ⁊ tu exportes fructus
etiā per vim,diceris me turbare,nō priuare mea possessione:
ꝙ non apparet quod hoc facias animo me priuandi posses-
sione fundi.Quod maxime procedit in casu de quo queri-
tur,cum appareat eosdem domi.de Petra ⁊ de Brācassijs
illico discessisse a dictis Molendinis:nec apparet,quod per
eos fuerit de Molendinis deiectus dictus nobilis Ludoui-
cus,vel ad ea veniens non admissus,nec repulsus,seu etiam
quod suspicatus extiterit se posse repelli. Preterea apparet
bladi pugnatam de cuius ablatione nituntur quidam te-
stes deponere fuisse illico Molendinario restitutā:non po-
tuit igitur idē nobilis Ludouicus,nec prefata nobilis eius
mater ⁊ tutrix pretendere se fuisse spoliatos propter ingres-
sum ⁊ ablationem predictis:nō etiā propter hoc pretēdun-
tur dicti do.de Petra.⁊ de Brācassijs.inhibuisse dicto Mo
lendinario ne amplius vel ex tunc in antea solueret.⁊c.pro eo
quia nō est probatum,quinimo nec propositum ꝙ huic pre-
tense inhibitioni paruerit idē Molendinarius,⁊ quod pa-
rendo denegauerit seu contradixerit soluere multurā dicto
nobili Ludouico , aut alteri pro eo illam recipienti seu pe-
tenti:quod tamen fieri oportebat ad hoc vt possit veraci-
ter ipse nobilis Ludouicus pretēdere se fuisse spoliatū iure
perceptionis dicte multure,aut dictorū Molendinorum:vt
colligitur ex eo quod voluit Inno.in.c.querelā.super verbo.
subtractam.ver.item ꝙ si Episcop⁹ mādet parrochianis.⁊c.
ibi.sed nō nisi pro illis qui denegauerunt. de electio.vbi vo-
luit,ꝙ si Episcop⁹ mandet parrochianis,non in iudicio,nec
cōsulendo, ꝙ plebano decimas nō soluāt,tenebitur idē Eps
plebano.interdicto vnde vi.vel condictione,vel officio iudi-
cis:⁊ subiūgit ꝙ nō tenebitur nisi pro illis qui denegauerūt:
et idē voluit ibi Hosti.super verbo.subtractā.ver.potest aūt
agi non solum contra eū.⁊c.ibi.sed nec mādato tenetur quis
nisi factum sequatur.vbi voluit Hostien.ꝙ mandans aliqui-
bus ne plebano soluant , non tenetur nisi pro eis qui solue-
re recusarunt : quia non nisi spoliato competit interdictum.
ar.l.j.responso primo.ff.de vi.⁊ vi.arma.cuiusmodi dici non
potest dictus nobilis Ludouicus per dictā pretensam inhi
bitionem,cum nullomodo probatū extiterit dictum Molen
dinariū postea recusasse multurā dicto nobili Ludouico,aut
alteri ab eo deputato, vel alias eundem Ludouicum a sua
pretensa possessione cecidisse. ¶ Preterea nec etiam potuit
idem nobilis Ludouicus,seu pro eo prefata ei⁹ nobilis tu-
trix pretendere se fuisse spoliatos propter deputationē, seu
constitutionem ⁊ creationem † officiariorū,quā fuisse factā 4
pretendunt per dictos do.de Petra ⁊ de Brancassijs : tum
quia deputatio seu creatio huiusmodi non est actus iurisdi
ctionis,seu actus excertitij illius,vt colligitur ex eo quod ha-
betur in.l.obseruare.§.post hec.ff.de offici.proconsu.et aut.
de collatio.§.iubemus autē.versi.antequā vero in prouincijs
veniāt.colla.ix.⁊ quod.no.Bal.in.l.aliquando.ff.de offi.pro-
consul.in quibus locis apparet proconsules ⁊ alios officia-
rios existētes extra loca eorum iurisdictionis,⁊ sic in loco in
quo non possunt eā exercere,posse deputare ⁊ creare officia-
rios qui illā excerceant in locis eorum iurisdictionis,ꝙ fa-
cere non possent si creatio et deputatio officiariorum sona-
ret in exertitium iurisdictionis.l.fi.ff.de iurisdic.omniū iudi.
Addo quod Bald.in.d.l.aliquando dicit , ꝙ habēs iurisdi-
tionem quāuis non habeat exertitium potest illā delegare:
tum non possunt pretendere.⁊c.quia nō est probatum,quin-
imo nec opportune propositum,quod illi pretensi officiarij
deputati per dictos do.de Petra.⁊ de Brancassijs.aut eorū
alter post illam pretensam deputationem factā,videlicet,vt
predicitur,de anno domini millesimo quingentesimo primo.
de mense.Iunij.exercuerint aliquam iurisdictionem in dicto
loco sancti Andree aut eius mandamento:⁊ ita pretendere
non potest idem Ludouicus se fuisse ab aliqua pretensa pos-
sessione seu quasi iurisdictionis expulsum seu deiectum:quia
expelli,⁊ eijci,sonant in violentā expulsionem.⁊ extractionē.
d.l.j,in princi.⁊ in multis alijs.§§.ff.de vi.⁊ vi.arma.l.si quis
ad se fundū.C.ad.l.Iul.de vi publi.l.deuotū.C.de metatis.⁊
epid.lib.xij.tum ⁊ q2 vbi reperiretur,prout profecto nō repe
rietur , ꝙ dicti pretēsi deputati ⁊ creati officiarij iurisdictio-
nē exercuerint in dicto loco sancti Andree,vel eius manda-
mento,nō proterea infertur,quinimo nec hoc proponitur,ꝙ
ipsi vel dicti pretēsi do.cōstituētes expullerint aut deiecerint
5 de asserta possessiōe dictū nobilē Ludouicū:q2 ad hoc† vt qs
dici possit expulsus vel eiectus , videtur requiri ⁊ exigi vio-
lentiā esse factā persone,eam per vim de possessione eijcien-
do.d.l.j.§.j.⁊.ij.ff.de vi.⁊ vi.arma.⁊ quod no.gl.⁊ Bart.in.d.
l.fin.in verbo.vacua.C.vnde vi.⁊ hoc videt̄ opportune ⁊ sa-
tis colligi ex verbis ⁊ mente dicti Dalphinalis statuti : ibi.
expulsus.aut deiectus.⁊ rursus ibi.⁊ man⁹ violētas,vltra pe
nas a iure.⁊c.⁊ in multis alijs locis.⁊ quāuis pte eiusdē no-
bilis Ludouici fuerit in dicta supplicatione subiūctū eosdē
do.de Petra.⁊ de Brācassijs.fecisse plures alios actus.per
quos,vt parte eiusdē ptendit̄,eundē priuauerūt seu spoliaue
rūt dicta eius pretēsa possessiōe,nulli tū reuera fuerūt pbari,
propter quos p eū pretendi potuerit eū fuisse spoliatū : quo
sit,vt cum ijs que parte eiusdem nobilis Ludouici propo-
sita et

sita et probata extiterunt adaptari non possunt verba dicti
statuti, si quis per literas, non habuerit, nec per consequens
habeat locum dispositio illius in hoc casu: quia vbi cessant
verba statuti, cessat et illius dispositio. l. hos accusare. §. om-
nibus. ff. de accus. l. iiij. §. toties. ff. de damno infec. l. prima. §.
loquitur. ff. de aqua quoti. & estiua. l. ita autem. in princi. ff. de
administratio. tutorum. l. si seruum quis. ff. de acquirend. he-
reditate. & capitu. ad nostram. el. iij. de iureiurando. & capitu.
indemnitatibus. §. penult. de electio. in. vj. & quod not. Joan.
Andre. in capitu. j. de homi. in. vj. in nouel. & post eum Bald.
in. l. si quis non dicā rapere. ver. & in istis omnibus. C. de sac.
san. eccle. Pau. de cast. consi. iiij. & consi. xj. Roma. consi. cccc-
xlij. exordiente. Ut decisionem accipiat presens consultatio. &
consilio. cccclxij. exordiente. Quo ad propositam consultatio-
nem. et Alexand. de Imo. consilio. xvij. exordiente. Requisi-
tis in causa vertente, &c. in primo volumine. & consi. j. versicu.
postremo, &c. in primo volumine. & Andre. Barbat. consilio
xxj. in secunda parte. qui omnes communiter volunt, quod
vbi cessant verba dispositionis statuti, cessat et ipsa dispo-
sitio: ex quibus omnibus cōcluditur sententiam fuisse & esse
proferendam contra eundem nobilem Ludouicum, vt pote
non probantem eius intentionem. ¶ Ceterum quo ad sup-
plicationem oblatam parte dictarum magnifice domi. Isa-
bellis de sagnis auie materne ac tutricis & tutorio nomine
nobilis Ludouice de monte Albano, et Isabelle de monte
Albano vxoris et persone coniuncte dicti do. de Brancas-
sijs, videtur easdem debuisse & debere in hac causa obtine
re: pro eo quia vt apparet ex discursu cause huius, prefata
do. Isabella auia & tutrix p̄dictarū nobiliū Isabelle & Ludo
uice eius neptū tunc impuberū, seu dictus do. de Petra eius
dem Isabelle filius, & procurator, post datā eidē do. Isabelle
de Sagnis tutelā dictarū nobiliū Isabelle & Ludouice, &
post ↄcessionē tutelaris administratiōis, & dicta nobilis Lu
6 douica de Agonto mater & tutrix dicti nobilis † Ludouici,
confecerunt inuentarium de bonis & rebus nobilis & gene-
rosi quondam viri Claudij de monte Albano, domini castri
sancti Andree & eius mādamēti: et non solū confecerunt in-
uentarium huiusmodi, sed etiam cōiter dictus do. de Petra
pro & nomine dictarum nobilium Isabelle et Ludouice, et
dicta nobilis de Agonto pro & nomine dicti nobilis Ludo
uici eius filij deputarunt & creauerunt officiarios, qui pro et
nomine predictorum nobilium Ludouici & sororum iurisdi-
ctionem cōmuniter exercerent: quo fit vt per ingressum dicti
castri, et confectionem inuentarij huiusmodi, de quo inuen-
tario deposuerunt multi testes super articulis. Addēdo ali-
quid, scilicet, sup inchoactione, mediatione, & perfectione il-
lius, alij vero de inchoactione, & cōtinuatione seu mediatio-
ne eiusdem, quāuis non de perfectione, censeatur dictus do.
de Petra acquisiuisse possessionē dicti castri sancti Andree:
Et quia ingressus, & inuentariū huiusmodi facti videtur per
eundem do. de Petra procuratorem, et procuratorio nomi-
ne dicte domi. Isabelle et Ludouice filiarum & heredum di-
cti quondam nobilis Claudij de monte Albano, censet idē
domi. de Petra, seu per eū prefate nobiles Isabella & Lu-
douica acquisiuisse possessionem pro asse, seu duabus tertijs
partibus castri predicti sancti Andree: et non solum ipsius
castri, sed etiam totius territorij et mandamenti et locorum
sibi subditorum: iuxta ea que pro primo dicto voluit Jac. de
Bello vis. in quadam sua disputatione relata per doc. & ma-
xime per Bar. in. l. iij. in prin. ff. de acqui. poss. qui pro sua de-
terminatione inducebat. l. Caius. §. ij. ff. de lega. ij. l. predijs. §.
balneas. cum. §. seq. et. l. paternus. ff. de lega. iij. & l. Titia cum
fratri. spolia. Pro secundo vero dicto, scilicet, q̄ nō solum ac-
quisiuerit possessionem totius castri, sed etiam mandamenti
et locorum subditorū, facit quod not. Bar. & post eum Mo-
der. in. d. l. iij. & melius Pet. de Bella. perti. in. l. seruitutes. ff.
de seruitu. titu. generali. & refert & sequitur Anto. de Butri.
in. c. fina. de foro compe. qui voluit, quod ingrediens posses-
sionem ciuitatis habentis castrū subiectum quod ipse acqui
7 siuerit illius castri quasi possessionem: pro † quorum dicto
facit, quia inferiora ad capud sequelam habent, eo quod ca-
piti tanquam principali et digniori videntur cetera membra
subiecta & accessoria esse. l. cum in diuersis. ff. de relig. & sum-
pti. fune. c. ex merito. vj. q. j. & c. sicut inquit. ij. q. vij. Non enim
licitum est membra a capite recedere. c. cū nō liceat. de prescr.
facit. c. miramur. di. lxj. & hinc est q̄ ille dr̄ esse in quasi posses-
sione toti⁹ p̄uincie, q est in quasi possessione iurisdictiōis ci-
uitatis, que totius prouincie obtinet principatum. vt not.
gloss. in. l. j. ff. de offic. prefect. August. Preterea prefati do.
de Petra et nobilis Ludouica non solum fecerunt que dixi,
sed etiam nominibus predictorū nobilium Ludouici et so-
rorum constituerunt officiarios, qui etiam, vt deponunt te-
stes parte eorundem do. Isabelle producti, iurauerunt in for
ma bene & legitime exercere iurisdictionē pro & nomine, &c.
Ipsi etiam do. de Petra. et nobilis Ludouica mādauerunt
vocari syndicos vniuersitatis dicti loci sancti Andree, qui-
bus verbū fecerunt de causis pendentibus inter dominum
sancti Andree & ipsam vniuersitatem & homines dicti loci:
Preterea etiā apparet qd̄ post decretas tutelas dictorū no-
biliū Ludouici & sororū, tutelares administratiōes bonorū
eorūdē, idē do. de Petra parte dicte nobilis Ludouice req-
situs, eidē nobili Ludouice dimisit regimē, guberniū, & admi
nistrationē predictorū bonorum, quo ad quotas & partes eisdē
nobilibus Isabelle & Ludouice spectantes: & que bona hu-
iusmodi postea rexit & gubernauit: & fructus eorū percepit:
ex quibus videtur opportune concludi ipsas nobiles Isa-
bellam & Ludouicā fuisse in possessione castri, iurisdictionis,
& mandamenti predictorum, a qua propterea non debuerunt
eijci et repelli: quod tamē factum est per repulsionem, seu nō
admissionem dictorum de Petra et de Brancassijs. l. clam
possidere. §. si. cum. l. seq. ff. de acqui. pos. & in. d. l. j. §. siue autē.
& quod ibi Bar. ff. de vi & vi arma. & quod not. glo. magna. in
d. l. si quis in tantam. ver. decimo si possidentem non admisit.
& quod ibi Bal. C. vnde vi. Ang. Are. in. §. quadrupli. in ma-
teria violentie expulsiue. versi. & aduertas q̄ non tantum, &c.
insti. de actio. iunctis his que habentur in. l. ossa. §. si. ff. de re-
ligio. & sump. fune. & l. cum fundum. ff. de vi & vi arma. & quod
no. glo. in. l. colonus. eo. tit. Nec obstat si opponatur, quod li-
cet prefate nobiles Isabella et Ludouica, seu pro eis & eo-
rum nomine dicta do. Isabella earum tutrix possederit ca-
strum & mandamentū superius mētionatum pro portione
eisdem concernente, non tamen possidebant tempore repul-
sionis dictorū do. de Petra. & de Brācassijs: quoniā rn̄deo,
q̄ cū vt probatū est, dicte nobiles Isabella & Ludouica fue-
rint aliquando in possessione medijs p̄dictis, ille presumunt
possedisse etiā tempore dicte repulsiōis, seu nō admissionis:
per id quod no. doc. magis cōiter in. c. cū ad sedē. de rest. spo.
& in. l. siue possidetis. C. de probat. Panor. in. c. cum ecclesia.
ver. aduerte latius. de cau. posses. & propriet. Bal. & Sali. in. l.
non ignorabit. C. ad exhib. Archid. in. c. Pontifices. in. vij. q.
j. Spe. & Jo. And. tit. de petito. & poss. §. j. ver. si. & alij in alijs
8 locis: cuius dicti illa solet reddi ratio: quia non † presumitur
mutatio voluntatis. l. eum qui. ff. de probatio. l. fideicōmissa.
§. si rem. ff. de leg. iij. l. cū hic status. §. ij. ff. de dona. inter vir. &
vxo. & c. maiores. & quod ibi gl. & doct. de baptismo. Oppo-
nitur, dictum nobilem Ludouicū, seu pro eo & eius nomine
dictam nobilē Ludouicā, tenuisse & possedisse insolidum ca-
strum & mandamentū predicta, & officiarios locorum predi-
ctorum iurisdictionē insolidū exercuisse pro & nomine eiusdē
nobilis Ludouici: & sic nihil factū seu actū extitisse p & noīe
dictarū nobiliū Isabelle & Ludouice: & ita nō videtur posse
dici q̄ tp̄e dicte repulsionis possiderēt: Sed istud nō obstat:
tum q2 vt colligit̄ ex p̄positis p̄te dictarū. d. Isabelle de Sa-
gnis, & nobilis Isabelle de mōte Albano i articulis exordiē
tibus, Et depositionib⁹ testiū. p̄fati do. de Sagnis & nobilis
Isabella, insup & dict⁹. d. de Petra ignorauerūt p̄missa fieri:
hoc est q̄ dicta nobilis Ludouica subdole & ↄ̄ ↄuētionē te-
nuerit & gubernauerit bona p̄dicta, & eorū fruct⁹ & p̄uēt⁹ p̄ce
perit solo noīe p̄dicti Ludouici: & eodē modo ignorarūt iu-
risdictionē exerceri solo noīe cuiusdā Ludouici: & ita nō po-
tuit, nec pōt eisdē nobilib⁹ Isabelle, & Ludo. opponi qd̄ vel
ipse, vel dicta earū do. tutrix nō recupauerit, vel statim vel q̄
primū cōmode potuerint possessionē castri & mādamēti p̄di-
ctorū: Quo casu loquit̄ bar. i. l. si de eo. §. si forte. v. qd dicem⁹.
in prin. vbi ēt alij. ff. de acq. pos. tū & q2 supposito q̄ p neglig̃ē
tiam similis possessoris nō redeuntis ad fundū p se ciuiliter
possessum, & p obliuionē eiusdē possessoris p̄dat̄ ciuilis pos-
sessio, hoc tū cōtra dictas nobiles Isabellā & Ludouicā alle
gari non potuit, attenta remissione, imo concessione guber-
nij, regiminis, & administrationis facte per dictum dominū
de Petra dicte nobili Ludouice: propter quam idem domi.
de Petra, seu prefata domi. de Sagnis tutrix, confidens de
dicta nobili Ludouica, & credens quod omnia cōmuni no-
mine fierent, ad dicta loca non accesserunt, nec ad illa mise-
runt, nec propter hoc debet eis negligentia. vel obliuio a-
scribi: tum & quia vbi posset, prout non potest, aliqua negli-
gentia ascribi, illa tamen non suffecisset ad perditionem pos-

9 sessionis, cum ad eam † requiratur decennium et obliuio possessionis: per id quod not. gloss. in §. quod autem. institut. de vsucapio. quod etiam voluit Bart. et Franc. de Are. in l. si de eo. §. si forte. ff. de acquirenda possessio. vbi etiam hoc voluit Alexan. de Imo. multos inducens. et idem voluit glos. in l. j. vbi etiam Bald. C. de seruis fugi. Bald. in l. fi. C. de his qui a non domino manumit. Pau. de ca. in l. si id quod. et in l. si is qui animo. ff. de acquir. poss. et alij in alijs locis. Et quamuis Bar. et post eum alij enumerent tres casus in d. §. si forte. in quibus maiori tempore perditur possessio propter negligentiam, nullus tamen ex casibus huiusmodi occurrit in nostro casu: quamuis etiam aliqui voluerint esse opus decennio ad hoc vt propter negligentiam perdatur possessio, et quod relinquendum sit arbitrio iudicis: vt voluit glos. in l. furtum. §. fundi. ff. de vsucap. et quidam alij in alijs locis: hec tñ opinio etiam si vera esset, nō suffragaret dicto nobili Ludouico, attenta, vt predixi, remissione, imo cōmissione regiminis gubernij et administrationis predictorum bonorum facta dicte nobili Ludouice: et quia etiam a tempore decretarum literarū et commissionis huiusmodi non cōcurrit nisi quinquennium vel circa, propter quod non videtur quod bonus vir debeat arbitrari dictas nobiles Isabellam et Ludouicā perdidisse dictam earum possessionem ante repulsionem siue nō admissionem predictam: presertim cum pro maxima parte tēporis fuerint impuberes, cum quibus nihil agendū: Et si fortasse
10 opponatur quod imo ante repulsionem † seu non admissionem huiusmodi perdiderint dictam earum possessionē prefate nobiles ysabella et Ludouica, pro eo quia dicta nobilis Ludouica commissa ad regimen, gubernium, et administrationem bonorum predictorum, quatenus scilicet illa concernebant dictas Isabellam et Ludouicam, et officiarij communiter deputati, et qui iurarunt, et nihil egerunt pro et nomine dictarum ysabelle et Ludouice; sed duntaxat nomine predicti Ludouici. ar. eius quod habetur in l. iij. §. quod si seruus. l. peregre. §. quibus. et. l. si de eo. §. j. ff. de acquir. possess. et quod post Joan. voluit, gloss. et aliqui docto. in l. fin. super verbo generetur. C. eodem tit. quatenus voluit quod si colonus, inquilinus, seruus, procurator, vel aliquis per quē quis possidet rem aliquam naturalem seu corporalem deijciatur a possessione huiusmodi, vel illam sponte alteri tradat, perditur similis possessio que erat apud eum qui per colonum, inquilinum, etc. naturaliter possidebat: ergo et in hoc casu videtur dicte nobiles Isabella et Ludouica possessionem perdidisse, cum dicti nobilis Ludouica et officiarij videatur naturaliter possessionem alteri tradidisse: cū solum nomine illius et insolidum actus possessorios exercuerint: Sed istud non obstat: tum quia cum parte dicti nobilis Ludouici fuerint negate possessiones in quibus fuit articulatum de cōmissione regiminis, gubernij, et administrationis, et de creatione officiariorum, non videtur idem nobilis Ludouicus se posse iuuare his positionibus: per id quod not. Specu. tit. de positio. §. viij. versicu. sed secundum premissa. Albe. in l. non erit. §. finali. ff. de iureiurand. Bar. in l. non vtiq;. ff. de excep. Ange. consil. centesimo quinquagesimo primo. Aret. in l. possideri. in princ. ff. de acqui. possess. et alij in alijs locis: tum et quia supposito, citra preiudicium veritatis, quod de hoc eidem Ludouico opponere liceret, tamen non sibi suffragaretur: quia quemadmodum possidēs per se ciuiliter, per colonum vero, inquilinum, seruum, procuratorem, vel alium naturaliter nō perdit possessionem ciuilem, si aliquis ex istis per quem naturaliter possidet possessionem perdat: hoc est dolose derelinquat vt alius eam ingrediatur, et possessionem apprehendat: per id quod post Jo. voluit. gloss. et docto. magis communiter in d. l. fi. C. de acquiren. possessio. et in allegata. l. peregre. §. quibus. ff. eo. titu. ita nec perditur per eum qui possessionem tradit. ar. d. l. fi. quia cum illa vendicet sibi locum in dicto primo casu, et de qua in d. l. fi. ibi. ne ex aliena malignitate alienū dānum emergat, sibi locum etiam vendicat et in secūdo casu: ergo idem ius. l. illud. cum suis similib. ff. ad. l. aquiliam. quod etiam voluerunt Pet. Cy. Albe. et Saly. in d. l. fina. et hoc est secundum Pe. et albe. sententia modernorum: eorum, scilicet, tempore: et quam Pe. dicebat verissimam, et pro qua Salic. inducit bona fundamenta. Multa etiam facientia ad hanc sententiam scribit Salic. in l. ij. C. de nora. actio. vbi voluit, quod propter omnimodam rationem, vel ratione maiore, saltē correctio in vno casu sibi locum vēdicet in alio: Quamuis igitur dicti nobiles Ludouica et officiarij dici possent quodāmodo tradidisse possessionem dicto nobili Ludouico, quatenus non cōmuniter hoc est nomine ipsius et suarum sororum nō exercuerunt actus possessorios, sed duntaxat et insolidū nomine predicti Ludouici, non tamen dici deberet quod propterea dicte nobiles Isabella et Ludouica perdiderint possessionē: et hec sententia videt equissima: et sic nō eā pdiderūt p repulsionem seu non admissionem dictorum do. de Petra et de Brancassijs: et vbi dici possent eandem possessionem perdidisse propter factum dictorum nobilis Ludouici et officiariorum, quia tamen hec insignis curia, cui de possessione et possessiōis priuatione constat, potest de iure prouidere, cū
11 † sit curia eqtatis: ar. l. Emilius. ff. de mino. vbi pupilla petens se restitui in integrum ex capite et priuilegio seu beneficio minoris etatis concesso fuit per Imperatorem in integrum restituta: non quidem ex capite huiusmodi, sed ex generali clausula. Si qua iusta causa mihi videbitur. posita in l. j. §. j. ff. quib. ex cau. et quamuis Bart. in d. l. Emilius. dicat dispositionem illius locum habere in Imperatore, qui hoc facere potuit ex plenitudine potestatis vt finem litibus imponeret, veritate potius inspecta quam rigore: idē tamen videt posse facere hec insignis curia, q̄ notorie vicē obtinet pfecti pretorio, cuius magna est authoritas. l. j. ff. de off. prefec. preto. Et signanter magna est eiusdem insignis curie potestas, vtpote a qua non solum non appellatur, sed etiam est prima huius patrie Dalphinalis: et que vices principis obtinet: et potest in causis procedere sola facti veritate inspecta: Quo fit, vt licet pars ex vna causa egerit, si tamen videat eam non ex illa causa sed etiam ex alia debere obtinere, possit eadē insignis curia veritate inspecta, et vt litibus finem imponat, proferre sentētiam super causa de qua cōstat, quamuis alius iudex hoc facere non possit, vtpote regulis iuris magis astrictus: Ad officiū enim iudcis ptinet, si hoc facere potest, dirimere lites, aut quantū potest dirimere. l. quidam existimauerunt. ad fi. ff. si cer. peta. l. litibus. in prin. C. de agrico. et cen. lib. xj. §. item verborum. insti. de inuti. stipu. c. finem litibus. de dolo et contu. c. cordi. de appellatio. in capitu. primo. de senten. et re iudica. in. vj. lites enim sunt execrande pro eo quia propter eas multi sunt deducti ad summam egestatem, et coacti deserere propriam patriā. aut. vt iud. sine quoquo suffra. in prin. colla. ij. Ex quibus videtur quod nō solum potest facere dicta insignis curia quod predixi, sed etiam vbi ex neutro capite censerentur dicte nobiles Isabella et Ludouica spoliate, possent nihilominus declarare eas fore mittendas in possessionē bonorum corporalium dicti quondam nobilis Claudij de monte Albano: vel eisdem tanquam eiusdē quondam nobilis Claudij heredibus adiudicare bessem hereditatis et bonorum eiusdem: attento quod etiam per confessionem partis aduerse sepius repetitam apparet de morte dicti nobilis Claudij, et quod ipse mortuus est intestatus, superstitibus dictis nobilibus Isabella, et Ludouica ex prima vxore, et Ludouico ex dicta nobili Ludouica de Agonto. Apparet preterea per dictum inuētarium, de bonis aut maxima parte bonorum eiusdem quondā nobilis Claudij. Que omnia dixerim sub benigna supportatione huius magnifici et insignis Dalphinalis parlamenti.

¶ De legatis. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Legatum recte relinquitur a testatore, non solum dominij, sed etiam census: et quod qui omne dicit nihil excludit: et quod heres potest ex capite erroris impugnare recognitionem census.

¶ Consilium. clxxj.



Ex themate mihi exhibite cōsultationis pte prouidi viri Joānis Falconis loci de Cabanis eliciunt duo dubia, ad que respōdeo breuiter et succincte prout infra. Et primo ad primū. Quod cū nobilis et generosus quondam vir Joannes de Ponteues, dominus cum viueret oppidi seu Castri de Romanis, legauerit et reliquerit dicto Joanni Falconis oē ius, et oīa iura, qd, et q̄ habebat in et sup qbusdā domo et curte in qua habitabat idē Falconis: nō pnt heredes dicti quōdā nobilis Joannis pretēdere dn̄ii directū dictarū domus et curtis ad se pertinere

tinere: nec pretextu huiusmodi pretensi dominii sup domo et curte predictis petere aliquem censum. Certum est enim nisi aliud ostenderet, quod dictus quondam nobilis Joannes potuit testari et disponere de rebus suis, tam in testando, quam in legando: hoc enim facere potest regulariter quiuis homo liber, pubes, et sui iuris: Addo quod quilibet est regulariter moderator et arbiter rei sue. l. in re man da. C. mand. l. dudum. C. de contrahen. empt. et ven. l. polla. C. de his quib. vt indig. et in c. de his. cum simi. de sepul. facit. l. nemo exterus. C. de iude. quod maxime procedit in vltimis voluntatibus: per id quod not. Bal. in l. j. ff. de condi. insti. Jo. de Jmo. in l. ex ea. §. j. ff. de testa. et Philip. de Corn. in l. j. C. de condi. inser. Cum autem idem quondam nobilis Joannes legauerit omne ius et omnia iura, quod, et que habebat et habere posset in et super domo et curte predictis, certum est eundem legasse predictum dominium, quod erat pars domus et curtis predictarum, et consequenter censum ratione illius debitum: quia qui omne dicit nihil excludit. c. solite. de maio. et obed. c. si Romanorum. di. xix. et l. Julianus. cum suis simi. ff. de leg. iij. ¶ Ad secundum dico et respondeo, quod si dictus Joannes Falconis tempore facte recognitionis ignorabat dictum legatum fuisse sibi relictum, vel si forte sciebat, sed fuerat per heredes dicti quondam de Ponteues, vel dominam eius relictam, et forte dictorum heredum tutricem eidem persuasum quod per predictum legatum non censeretur relictum predictum dominium cum censu, potest ipse Falconis ex capite erroris impugnare recognitionem post mortem dicti quondam nobilis Joannis per eum dicte nobili relicte factam.

¶ De transactio. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Debitorem posse relinquere creditori ad compensandum debitum: et quod omne verbum a contrahentibus vel disponente prolatum debet esse cum potestate operandi si fieri potest: et quod si testator erat debitor speciei vni ex heredibus institutis, non fit compensatio: quod si erat debitor qualitatis, tunc si habuit respectum ad bona propria fiet compensatio: et quod generalis liberatio ad omnia indistincte tenetur: et generalis transactio ad omnia porrigitur etiam incognita, nisi aduersarius fuerit in dolo.

1 Debitor potest creditorem suum heredem instituere.
2 Dos, quando a filia herede instituta peti possit.
3 Compensatio, quando fit cum herede instituto.
4 De. dictio quid significet.
5 Indefinita petitio consequenter est vniuersalis.
6 Transactionis, quis sit effectus. et nu. 7.
8 Transactio, quando trahatur ad incognita.

¶ Consilium. clxxij.

Etiam si verum esset quod nobilis Girardus Mazi dedisset aut donasset nobili viro Simoni Mazi eius nepoti donatione propter nuptias, seu contemplatione matrimonii contracti per et inter eundem nobilem Simonem ex vna parte, et nobilem et honestam mulierem do. Pugete ex alia, illos mille florenos, quos nunc extorquere seu exigere nititur idem nobilis Simon a nobili viro Thomassino Mazi, dicti quondam nobilis Girardi vniuersali et vnico herede: idem tamen nobilis Simon eos exigere non potest: tum quia inspectis forma et tenore legati duorum millium florenorum eidem Simoni per dictum quondam Girardum in suo vltimo et nuncupatiuo testamento relictorum idem Gerardus censetur voluisse facere compensationem pro concurrenti quantitate: verba enim legati sic formaliter se habent. Item legauit dictus nobilis Girardus Mazi testator de eius certa scientia nobili viro Symoni Mazi etiam mercatori huius ciuitatis Aquensis suo nepoti, filio vero legitimo et naturali, sicut dicit dictus testator quondam nobilis Bernardi Mazi mercatoris, et ipsius testatoris fratris, ciuis et habitatoris presentis ciuitatis, pro omni et quocunque iure dicto nobili Simoni Mazi quouismodo in et super bonis ipsius testatoris presentibus et futuris competenti, et competituro, videlicet, duo milia flore, dicte monete, semel tantum. etc. que verba videntur esse satis clara et aperta, et per ea clare significari voluntas predicti testatoris, scilicet, quod pro omni et quocunque iure eidem Simoni tunc competenti, vel postea competituro in et super bonis ipsius testatoris tunc presentibus et futuris, solueretur eidem nobili Simoni per heredem testatoris summa duorum milium florenorum: non est igitur a verbis huiusmodi recedendum. l. ille aut ille. §. cum in verbis. et l. non aliter. ff. de leg. iij. Certum est enim
1 debitorem posse creditorem suum heredem instituere, vel ei relinquere animo compensandi. l. si non compensandi. et quod ibi scriben. C. de heredi. institu. et l. si debitor. ff. ad leg. fal. et l. creditorem. ff. de lega. ij. et dictus testator hoc etiam satis expressit propter illa verba, pro omni et quocunque iure competenti et competituro, que sunt vniuersalia, et generalia: et ideo plenius demonstrant et ostendunt mentem et voluntatem testatoris volentis compensare. ar. l. Balista. et quod ibi scribentes. ff. ad trebel. et quod no. Bald. in proemio Digestorum. dum loquitur de verbis habentur, et sit: et huic est simile quod scribunt docto. in multis locis de testatore volente fortasse prohibere detractionem trebellianice aut falcidie: quia aliud est precipere quod omnia restituantur substituto, et quod omnia legata soluantur legatariis: et aliud dicere quod omnia, et integra, vel omnia, et tota: quia hec sunt maioris expressionis: multa similia ponit Andre. Barb. in sua Joanna. c. Raynaldus. de testa. et huius dicti redditur ratio. Geminatio debet aliquid operari, et est quid simile: et quod dicit Bald. C. de contrah. emptio. et venditio. in rubrica. q. ix. quod non solum vnaqueque clausula, sed etiam quodcunque verbum a contrahentibus vel disponente prolatum debet esse cum potestate operandi si fieri potest: pro quo allegat. l. hac lege. ff. de contrahen. emptio. et vendit. et l. si stipulatus. in princ. ff. de vsu. Hostien. in c. ex ore. de priuile. Ange. consi. 250. exordiente. Ser Symon de regno, suum condidit testamentum. etc. et alii in aliis locis. sic igitur videtur eundem nobilem Simonem non posse petere dictos mille florenos, postquam ipse acceptauit dictum legatum. ¶ Forte vero opponetur de eo quod nota. Bart. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ad fin. ff. de oper. liber. et Salic. in l. si quando. §. et generaliter. versicu. quero de questione. C. de inoffi. testa. vbi voluit, quod si pater filiam in certis rebus legitimam excedentibus heredem instituat, et eam iubeat stare tacitam et contentam, et quod plus de bonis suis petere non possit, poterit
2 nihilominus petere dotem maternam: pro eo quia bona intelliguntur deducto ere alieno. l. bonorum. et l. subsignatum. §. bona. ff. de verbo. signi. filia vero petit dotem tanquam es alienum, non tanquam aliquid existens de bonis paternis: propter quod dicunt Bart. et Sali. vbi supra. filiam hoc facere posse: et refert Bar. se ita consuluisse. Sed istud non obstat: quoniam respondeo quod Bar. et Sali. loquuntur in casu in quo filia prohibita est plus petere de bonis testatoris, nos autem loquimur in casu in quo testator certum quid reliquit pro omni et quocunque iure competenti et competituro in et sup bonis testatoris: et sic in quo voluit et prohibuit ne aliquid pro aliquo iure competenti etc. peteretur in et sup bonis: inter que refert vt voluit Bal. in l. liberti libertceque. ver. sed dubitatur, an si sit filia institu. C. de ope. libe. vbi post relatam opinionem Bar. in d. §. si liberi. subiungit et
3 dixit, quod aut testator erat debitor speciei, et tunc non fit compensatio: aut qualitatis, et tunc, aut testator habuit respectum ad bona propria, vt quia dixit: relinquo filie mee pro sua legitima centum, et quod non possit plus petere dotem maternam, aut dicit relinquo centum pro omni iure quod possit pretendere sup hereditate, et quod non possit plus petere, et tunc nihil petet: et addit Bal. quod si res sit in obscuro, cum ista prohibitio sit quedam prouisio facta heredi vniuersali, ipse eam late interpretatur sicut prelegatum ar. l. in testatoris. ff. de reg. iur. et sic interpretatur relictum animo compensandi: et respondet Bald. etiam. l. pretor. §. emancipati. ff. de collatio. bono. que Bart. allegat pro casu vbi nomine bonorum suorum non includitur dos vxoris, et quod illud est secundum significationem verborum legis: sed hic sumus in interpretatione extensiua verborum testamenti, que latius accipiuntur. l. cogi. in prin. ff. ad trebel. Et addit Bal. quod si testator diceret quod non possit plus petere de bonis meis, tunc non includeretur ne petat de alienis. l. j. §. nunc videamus. ff.
4 de coniungendis cum emancipa. lib. quia dictio, de, significat decisionem, id est prout aliquid decidit ab aliquo, scilicet frustrum a carne: sed dictio, super, significat accessionem, et ideo non sunt eiusdem significationis. Casus igitur in quo loquitur Barto. et in quo testator prohibuit filiam plus petere de bonis suis, est diuersus a casu nostro, in quo in consequentiam testator prohibuit prefatum Simonem plus petere in et super bonis suis. ¶ Tum etiam non potest idem Simon plus petere obstante exceptione iurata transactionis, per quam petere excluderet si ratio predicta sibi non obstaret: et hoc pro eo quia licet prima facie petitio quam aduersus eundem nobilem Thomas.

ante factam transactionē faciebāt, aut se facturos cōminabantur dicti Simon ⁊ fratres videatur esse specialis, quatenus, scilicet, ꝑtendebant ⁊ allegabant se habere, ⁊ habere debere ius ⁊ partem in bonis ⁊ hereditate dicti quondam nobilis Giraudi ratione cuiusdam pretensi penultimi testamēti per dictum quōdam Girardum conditi, ⁊ in quo se pretēdebant dictus Simon ⁊ Joannes institutos vna cum dicto Thomassio, ⁊ Henrigonum eorum fratrem relictū legatarium: tamen quia ipsi non solū se allegarunt habere seu habere debere ius ⁊ partē in bonis ⁊ hereditate eiusdē quondam Girardi ex capite dicti pretensi penultimi testamenti, sed etiam ex aliis rationibus, causis, ⁊ titulis, per eos, vt di-
5 cebant, loco ⁊ tempore deducendis, non fuit ipsa † petitio omnino specialis. sed magis indefinita: ⁊ consequenter vniuersalis. iuxta id quod not. Cyn. in. l. sub pretextu specierū. C. de transact. quo fit, vt cum trāsactio ita fuerit generalis, debuerit ⁊ debet eidem Simoni preiudicare, etiam quoad dictos mille florenos: per ea que scribunt docto. in dicta. l. sub pretextu specierum. ⁊ in capit. j. de transac. ⁊ in multis aliis locis. Preterea supposito citra preiudicium veritatis, quod petitio dicti Simonis posset dici specialis: quia tamē trāsactio ipsa fuit generalis, ⁊ per verba generalia contracta, talia, scz, que salua ratione recti sermonis ad rem seu causam specificatā in dicta pretensa speciali petitione restringi non possunt, illa debent trahi ad oīa ⁊ extēdi: etiā ad dictos mille florenos ex aduerso petitos. l. pluribus. ff. de accep. vbi generalis liberatio ad omnia indistincte extendit: ⁊ ſm Jacob. Butr. ⁊ Sali. in. l. age cū Geminiano. C. de trans. ⁊ Sali. in. l. si de certa. C. eo. tit. illud in vim transactionis nocet ⁊ ꝑiudicat quo ad illa de quibus erat lis, quo ad alia vero nocet in vim pacti: quāuis Bar. in. d. l. si de certa. C. de trans. ⁊ Cyn. in
6 d. l. sub pretextu specierū. censeat ꝙ imo noceat† in vim trāsactionis, etiā quo ad ea de q̄bus non erat lis, postquā transactio est gnālis: ⁊ hoc etiam bene declarat Bar. Et qđ trāsactio gnālis ⁊ liberatoria extēdat ad oīa, ⁊ noceat in oībus, etiā eo casu quo petitio fuit specialis, si tñ facta est per verba generalia, que salua ratione recti sermonis nō possunt restringi ad rē vel cām specificatā, tenent communiter oēs doc. ⁊ quidē Pet. ⁊ Cy. in. d. l. sub pretextu specierū. Bar. in. d. l. si de certa. Anto. de Butr. Panor. ⁊ doct. in. d. c. j. de transac. Bal. in. l. pactū qđ dotali. in. xiiij. xv. ⁊. xvj. q. C. de colla. ⁊ ideo dicit, consulo quod caueant sibi cōtrahentes ne renuntiantes vtantur verbis generalibus, ne ex effuso sermone in periculum incidat: ⁊ hoc secundum doct. fit ne recedatur a verborū significatione et natura. que est vt verba generaliter probata, generaliter operentur. l. regula. §. finali. ff. de iur. ⁊ fact. ignorant. in. l. prima. §. cum vrbem. ff. de offic. prefect. vrb. l. j. §. ⁊ generaliter. ff. de lega. prestan. ⁊. d. l. pluribus. ff. de accepti. Quod aūt transactio predicta fuerit generalis, ⁊ ꝑ talia verba que salua ratione recti sermonis restringi non possunt ad causam specificatam, colligitur ⁊ clarissime apparet ex verbis dicte transactionis, que talia sunt. ¶ Primo namque transegerunt, pepigerūt, ac per pactū, accordium, ⁊ conuentionem firmā ⁊ irreuocabilē atque perpetuam fecerunt dicte partes, et earum vtraqꝫ per se ⁊ suos vt supra, quod tam pro legatis predictis dictorum trium milliū florenorū per dictū quōdā Gerardum mazi sic vt premittit factis, quā pro oībus ⁊ quibuscunqꝫ petitionibus, questionibus, ⁊ demandis, quas dictus Symon Mazi facere ⁊ mouere posset in bonis ⁊ hereditate dicti quondā Gerardi Mazi eius patrui, tam premissorum pretextu, quam alia quacunque occasione, ratione, titulo, siue causa, dictus Thomassius Mazi heres eiusdē Simoni Mazi eius fratri dare ⁊ soluere, ⁊c. Hec enim verba
7 sunt † gnālia ⁊ amplissima, ⁊ talia que, salua ratiōe recti sermonis, restringi nō possunt ad rem vel causam specificatam: scilicet, ad dictum penultimū testamentū, ⁊ ad illa q̄ fuerant eidem Symoni in illo relicta. Nec obstat qđ vt possum colligere ex gl. marginalibus dñi aduocati partis aduerse: videt ipse sentire quod illa debeat restringi vt solum comprehendat petitionē que fieret de parte hereditatis, nō de ere alieno: q̄r rñdeo ꝙ ipsa restrictio fieri nō debet, pro eo q̄r dictus Simon pretendebat sibi deberi, non solū partē hereditatis, sed etiam ius: ⁊ hoc tam ratione dicti pretensi testamēti, quā aliis: Transactio autē facta est tam pro legatis, ⁊c. quam sup is que facere ⁊ mouere posset in bonis ⁊ hereditate: per que verba satis apparet transactionem huiusmodi debere extendi etiam ad es alienum: q̄r quāuis bona alicuius intelligant deducto ere alieno. d. l. bonorum. et. l. subsignatum. §. bona. secus tamen est de hereditate: q̄r illa comprehēdit iura actiua ⁊ passiua: ⁊ sic etiam es alienum. l. hereditas. ff. de regu. iur. ⁊ l. nihil aliud. ff. de verb. signi. ⁊ hinc dicit Ange. Areti. in suo tractatu testamentorum, super verbo. et iussit eam fore tacitam et contentam. ad finem. quod si pater prohibuerit filiam ne plus petere possit de bonis et hereditate eiusdem, ipsa isto casu petere non poterit dotem maternam, propter illud verbum, ⁊ hereditate, in qua cōprehenduntur actiones actiue et passiue. l. pro hereditariis. C. de here. act. l. Julianus. ff. de ver. signi. ⁊ iuribus preallegatis. ⁊ quod no. Bar. ff. de acqui. here. super rubrica. et hoc voluit Bar. ⁊ sequitur Bal. in d. l. liberti liberteqꝫ. versi. quid ergo si filia, querit, quid si filia cedat omnia iura que habet super hereditate vel bonis patris, an videatur cedere iura dotis materne, ⁊ videtur ꝙ sic, si dicit super hereditate: secus si dicit, super bonis: secundū Bar. deinde subdit ⁊ dicit Bal. tu dic hoc secundo casu quādo dicit super bonis, ꝙ si nullum ius habebat nisi ius dotis, illud cedere videtur, ne inutilis sit cessio. l. fundum qui locatus. ff. de fun. instru. In casu aūt non cōprehenditur vterque casus: q̄r ponitur copulatiue, in bonis, ⁊ hereditate: ⁊ sic non est dubium quin debeat extendi etiā ad es alienū. Preterea
8 † etiā nec obstat si forte opponat ꝙ trāsactio nō debeat trahi ad incognita: quoniā rñdeo, ꝙ istud pretensum debitum mille florenorū, si tñ reuera debitū erat, non fuit eidē Simoni incognitum: q̄r cū dicat ⁊ pretendat illos fuisse sibi donatos tpe per eum contracti matrimonii, quē contractū audio factū anno domi. M. cccc xcij. ipse non potuit huiuscemodi pretensum debitum ignorare, cum dicat se fuisse stipulatum ⁊ acceptasse: q̄r quis non censetur ignorare propriū factum. l. quāquam. ff. ad velleya. no. Bar. l. si res obligata. in prin. ff. de leg. j. ⁊ qđ maxime debuit procedere in hoc casu: q̄r ab anno ꝑdicto vsqꝫ ad tempus facte transactionis, que facta est anno domini. M. cccc xcv. non preterierant nisi tres anni vel circa, ⁊ sic non minus longum tēpus: quo fit vt sibi nō suffragetur. l. peregre. in prin. ff. de acqui. poss. ⁊ quod no. Barto. in. d. l. si res obligata. Preterea supposito, citra preiudiciū veritatis, ꝙ transactio etiam generalis non trahatur ad omnino incognita, pōt tñ trahi ad cognita in gñe, incognita vero in specie: per id quod not. Bar. in. d. l. si res. ver. q̄ro vlterius. Ang. in. l. quāquam militum. C. de testa. mil. ⁊ in. l. qui rome. §. duo fratres. ff. de verb. obli. ⁊ cano. in. d. c. j. de trans. ⁊ probatur in d. l. sub pretextu specierum. ⁊ hec etiā colliguntur ex eo quod no. Bal. in. l. tres fratres. in quarto notabili. ⁊ in secunda oppo. de pact. ⁊ in allegata. l. sub pretextu specierum. in. j. oppo. ex cuius verbis hoc colligitur, ꝙ generale pactū sui natura ad omnia porrigitur, etiā incognita: nisi aduersarius fuerit in dolo: p. d. l. tres fratres. ⁊ ꝙ sibi imputare debet gñaliter transigēs, si nō cogitauerit sub gñalibus verbis oīa cōprehēdi, etiā incognita: nisi inaduertentia eius apposita sint dicta verba generalia, ꝙ nō dꝫ aduersario nocere: ar. l. qcqd astringende. ff. de verb. obli. ſm Bal. ibi dum rñdet ad. l. cū Aquiliana. ff. de trans. ⁊ ꝙ ꝑpter vba gñalia vr̄ saltē illa in genere cogitasse de oībus, ⁊ ꝙ ptes ꝑdicte voluerūt hac liberatione transactionē trahi etiā ad incognita: patet ex verbis superius relatis: maxime, iunctis illis verbis, aliqua occasione, ratiōe, siue causa excogitatis, vel imposterū excogitādis. ⁊c. positis in renūtiationibus. per que apparet eas voluisse trāsactionē etiā extendi ad incogitata: quod facere potuerunt per id qđ no. Cy. ⁊ doc. in. d. l. sub pretextu specierū. Bar. in. l. Aurelio. §. Cayus. ver. pro declaratione huius partis, ⁊c. ibi predicta vera, nisi appareat remittere. ff. de liber. legat. et idem voluit Bar. ⁊ doc. in. d. l. si de certa. et cano. in. d. c. j. de trans. ⁊ dicunt doc. cōiter, ꝙ ex ipso ꝙ transactio est generalis, contra quam scz, per verba generalia ⁊ alia que salua ratiōe dicti sermonis restringi non possunt ad petitionē specialem, seu rem, vel causam specificatam, censentur partes in dubio cogitasse de omnibus in genere, quāuis non in specie: Et hoc sufficit ad hoc vt ad omnia extendatur transactio liberatoria, ⁊ in omnibus noceat liberanti: Pro hoc ponit multa Alex. de Imo. consil. xlij. ex ord. Quomodo ⁊ quando allegans se cōmuniter lesum. ver. viso, aut vt oportet considerato, ⁊c. in. ij. volu. Ex quibus oībus, sub benigna supportatiōe huius magnifici parliamēti, dico ⁊ respondeo nobilem Simonem fuisse ⁊ esse repellendum, ⁊ sententiam interlocutoriam super exceptione transactionis per eum iurate per do. iudicem a quo promulgatā, fuisse ⁊ esse bene latam, ⁊ propterea confirmandam.

¶ Si serui. vendic. vel ad alium pertinere nege. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Etiam si in actione negatoria deduci debeat dominium, sufficit

sufficit tamen ad obtinendum possessionem probatam esse:
secus vero in publiciana & rei vendicatione. h.d.

1 ¶ Quid proponere aut deducere debeat agens negatoria.
2 Qui agit negatoria, si probet se possessorem presumitur dominus.
3 Id nostrum dicitur esse, quod vendicare possumus.
4 Dominium in reiuendicatione & publiciana probandum.
5 Apta probatio, suffragatur etiam quandoque inepte petitioni.
6 Possessio ex titulo presumitur.

¶ Consilium. clxxiij.



Emini quod cum alias scriberem in hac causa pro parte providi viri Michaelis Raymundi dixi et re-
1 spondi, quod licet in actione † negatoria
teneatur & debeat intentans actionem hu-
iusmodi proponere & deducere rem quã negat alteri debere
seruitutem, vel esse francam & liberã, & ad se spectare & per-
tinere iure dominij seu quasi: quia tamen in ipsa actione do-
minium deducitur, non principaliter sed incidenter: non exi-
git quod actor ipse probet dominium seu quasi: sed sufficit
quod probet se tenere & possidere rem quam negat alteri
debere seruitutem, vel quam dicit esse liberam: quia ex pro-
2 batione † possessionis huiusmodi presumitur probans do-
minus: non quidem quo ad hoc vt declaretur dominus seu
quasi, sed vt victoriam obtineat in negatoria actiõe: secundũ
glo. quam ita intelligit Bar. in. l. quidam in suo. ff. de condit.
insti. no. gl. in. l. sicuti. §. sed si queratur. ff. si serui. vend. & alij in
alijs locis, tunc per me plenius allegatis: vbi si placet videri
poterit. Utrunque autem fecit dictus Michael Raymũdi
in hac causa: primo quidem proposuit & deduxit in quibusdã
suis articulis exordientibus, Pro declaratione ampliori, &c.
quod ipse habet, tenet, & possidet pro suo & tãquam suũ pra-
tum de quo in hac causa: per quod videtur sufficienter dedu-
xisse quod pratum huiusmodi ad eundem pertineat & spectet
3 iure dominij seu quasi: quia id dicitur † esse suum, quod
vendicari potest. l. quintus. §. argento. et quod ibi Barto. in
prin. & l. Quintus mutius. in prima oppo. ff. de auro & argẽ.
leg. quod etiam fuit de mente Bar. in. l. cum suę. ff. de leg. iij.
& Spec. titu. de loca. §. nunc aliquẽ. ver. cliij. queritur, &c. Cyn.
in. l. cum res. C. si res alie. pig. sit. da. & Panor. in. c. cõmissum.
de deci. Probauit preterea idẽ Michael se possedisse & pos-
sidere dictum pratum vt & tanquã suũ & pro suo a multis an-
nis: quo fit vt cum aduersarius non probet aliquam seruitu-
tem, & presertim illam quam pretendit, debuerit et debeat di-
ctus Michael Raymundi in hac causa obtinere: per ea que,
vt predixi, alias plenius allegaui in hac causa. Quibus non
obstat quod ponit Rota deci. cccxxix. ex ord. Si vendico a te
castrum, &c. vbi deciditur, quod licet probauerim quod pater meus
possedit castrũ, & quod dum vixit habitus & reputatus fuit pro
dño publice, cõiter, & notorie, nõ tñ sufficienter probo dominiũ
seu quasi castri huiusmodi ad me pertinere: quoniã rñdeo quod
4 in casu illius decisionis, actor intẽtauerat † reiuendicationẽ,
seu publicianã, vbi pbare oportet dñium seu quasi, hic autem
intentata est per actorẽ negatoria, in qua, vt dixi, deduci de-
bet dominium seu quasi: sed ad probationẽ illius, quia nõ prin-
cipaliter sed incidenter deducitur, probare sufficit possessio-
nem: quia ex probatione huiusmodi presumitur sic probãs dñs
seu quasi ad victoriã obtinendã in ipsa actione: & eodẽ modo
rñdeo ad ea quę no. Panor. in. c. cũ ad sedẽ. versic. sed queritur, an
possessor, &c. de restit. spo. ¶ Preterea etiam cum, vt predixi,
sufficienter fuerit deductũ dominium seu quasi prati de quo
supra, propter illa verba, vt suum, & pro suo, non est quod oppo-
5 ni possit contra dictũ Raymundi quod eidẽ prodesse non de-
beant probationes per eum facte, quasi apta probatio † non
suffragetur inepte petitioni, vt quidam voluerunt: quoniam rñdeo
quod, vt predixi, dicta petitio non fuit inepta, sed fuit aptissi-
ma: cum tamen sufficeret quod posset adaptari negotio: per id
quod no. Spec. tit. de offi. iudi. §. deseruit quoque. ver. quid si
libellus ineptus, &c. ¶ Adijcio predictis, quod vt audio nõ so-
lum probata est possessio de qua supra, sed etiam titulus: hoc
est venditio prati eidẽ Raymundo facta, propter quam pre-
sumitur fuisse et esse in bona fide. l. pe. C. de euict. facit. l. igit.
6 §. potest. ff. de lib. cau. nõ. Bar. in. l. Celsus. ff. de vsu. quem re-
fert Panor. in. c. si diligenti. de prescrip. & † presumitur quod
pratũ huiusmodi fuerit sibi traditũ per venditorẽ, & ex causa
venditionis: etiã si alias non apparet de traditione. l. quedã
mulier. ff. de reiuendi. & alijs iuribus allega. per Angel. in. §.
sed iste. versic. addas quod si non appareat de origine tradi-
tionis. insti. de actio.

¶ De diuer. et tempo. prescrip. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Non currit prescriptio, vel inducitur consuetudo contra
eum, qui sponte & libere exsoluit emolumentum aliquod, etiã
per longissimum tempus ratione vsus rei alicuius: cum non
cadat seruitus, vel quasi possessio in libero homine. h.d.

1 ¶ Non cadit in libero homine seruitus, nec quasi possessio.
2 Prescriptio non inducit personalem obligationem.
3 Inhibitio facta a iudice non precedente cause cognitione, censetur nulla & inciuilis.

¶ Consilium. clxxiiij.



Tiam si prouidus vir
Petrus Raymundi & Lucia coniuges, ac
etiam filij & nurus eorundem decoxissent eo-
rum panes a tempore longissimo & citra in
furno nobilis et generosi viri Antonij
Raymundi dñi Sigoterij, & p decoctione panis huiusmodi
soluissent & soluere consueuissent certum emolumentũ eidem
nobili Anthonio & suis pdecessoribus, nõ propterea sunt ipsi
Petrus & Lucia, ac filij & nurus eorũdẽ cogẽdi ad eorũ pa-
nes portandũ & decoquendũ in furno huiusmodi, & ad soluẽ-
dum imposterũ eidẽ nobili Raymũdo dictũ precium emo-
lumẽtũ: Nec sunt ipsi impediẽdi quominus eorũ panes alibi
decoquant: per id quod post Petrũ voluit Bald. in. l. j. ver. & ex
predictis infert Pet. &c. C. de serui. & aqua. Talis enim acces-
sus ad furnũ factus est p modũ mere facultatis, & cuius ptextu
non potuit ptẽdere neque põt idẽ nobilis Antonius se fuisse
1 adeptũ possessionẽ seu quasi alicuius iuris: & quod † etiã seruitus
2 nõ cadit in libero hoĩe nec quasi possessio: nec † etiã obligatio
personalis inducitur per prescriptionẽ. l. obligationũ fere. §.
placet. ff. de actio. & obli. hec sunt dicta Bal. vbi supra. Idem
voluit Ambro de Uina. in repe. l. de quibus. versi. idem dico
ego. ff. de legi. dicit enim quod si oẽs de populo veniãt ad molẽ-
dum ad molendinũ tuũ, & tu recipias eos pro certa parte seu
lucro, & hoc lõgo tẽpore fuerit obseruatũ, non ppterea indu-
citur cõsuetudo: allegat Albe. C. que sit longa consue. & quod
no. Inno. Host. Io. Andr. & Anto. de Butr. in. c. significãte.
de appella. vbi allegat eos dicere, quod licet populus antiquissi-
mis tẽporibus cõsueuerit ire ad molendinũ tuũ vel furnum
tuũ, & quod nisi etiã antiquissimis tẽporibus tu solus & tui prede-
cessores habere cõsueueritis molẽdina & furnos, nec alibi cõ-
sueuerint hoĩes blada sua molere aut panes suos decoque-
re, nõ propterea dicit esse prescriptũ vel cõsuetudine introdu-
ctum quod oẽs hoĩes teneant de cetero ire ad tuũ molẽdinum,
siue furnũ. pro quo facit. l. viã publicã. ff. de via publica. & hoc
verũ vt dicũt doc. in. d. c. significante. nisi esset conuentio cum
hominibus aut eorũ pdecessoribus alias inita p quã ad hoc
astringerẽtur: vel nisi alias fuisset eis preceptum quod ipsi
blada molerẽt & panes decoquerẽt in molẽdino & furno hu-
iusmodi: vel eis inhibitum extitisset ne ipsi alibi panem deco-
querẽt, aut blada molerẽt, & ipsi obediuissent & paruissent p-
cepto aut inhibitioni huiusmodi: quia ex tunc, hoc est ex tẽpore
precepti seu inhibitionis & obediẽtie prestite esset acquisita
quasi possessio ne ad alia molẽdina vel alios furnos imposte-
rum accederẽt: nõ autem ante vt sentit Bal. in. d. l. j. C. de serui. &
aqua. & ita fuit de mẽte Pet. Iac. in suis libel. sub rubricella.
libel. de fur. ver. sed dico quod si in dicto castro, &c. ex quibus pa-
tet quod minus ciuiliter reuerẽtia sua salua dixerim pcessit egre
gius vir dñs vicebaillinus Uapincẽsis, qui phibuisse dicitur
prefatis Petro, Lucie, ac eorũ filijs, & nuribus, ne panẽ suũ
coquerent in furno nobilis Ioannis Lõbardi aut alibi, pre-
terquã in furno dicti nobilis Anthonij, cũ possent et possint
3 coquere vbi volunt: & fuit dicta inhibitio nõ † solum inciui-
lis, vt predixi, sed etiam nulla vtpote facta non precedente
cause cognitione: contra id quod habetur in. l. j. C. de exequu.
rei iudi. propter quod nõ deberent isti probi nunc inquietari
tanquam pretensi trãsgressores dictarum inhibitionũ, quibus

non est paritum, nec parere tenentur ipsi Petrus, Lucia, et alij. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ De pigno. ꝛ hypothe. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Res hypothecata, ꝛ q̄ per pactū prohibita est alienari potest a tertio possessore euinci istis actionibus, hypothecaria, saluiano interdicto, ac remedio. l. fi. de acquir. pos. q̄ꝺ quidem potest recta via, etiam nulla prius facta discussione bonorum debitoris, intentari: Et quod ad impediēdam dominij trāslationem sufficit paciscentem habere ius in re de qua non alienanda paciscitur: etiā si pro obseruatione contractus non obligetur res ipsa. h. d.

1 A sententia lata super saluiano interdicto non licet appellare. secundum Bar.

2 Non potest proprietarius rem alienare, de qua non alienanda pactus fuit cum vsufructuario.

3 Successor particularis potest referre questionē dominij creditori contra eum agenti.

4 Constitutio precarij est actus ciuilis, operaturq; quoad possessionem ciuilem id quod ꝛ traditio.

5 Actus gestus in temporalibus contra iuramentū valet: secus in spiritualibus.

¶ Consilium. clxxv.



Spectabilis vir domine ꝛ amice singularissime post debitas cōmendationes. Vidi contractum illum obligatorium olim celebratū ꝛ initum per ꝛ inter nobilem ꝛ generosum virum Joannem Ferrerij cōdominū ciuitatis Regij ex vna parte, ꝛ Andreā Vbaudi eiusdem ciuitatis ex alia. Vidi preterea elegātes iurium allegationes factas super casu ocurrenti, tam per dominationem vestrā, quā per egregium virum dominū Melchionem Seguirani: et hec cum libello parte dicti nobilis Joānis dictato ꝛ oblaturo in causa: Et q꞉ occupatus certis alijs negotijs mihi ineuitabilibus nō potui, prout voluissem, tum vt satisfacerem mādatis vestris, tum ꝛ vt complacerem votis huius nobilis, plenius discutere, decreui dūtaxat vobis breuiter ꝛ succincte scribere mentem meam. ¶ Et primo quidem non dubito quin huic nobili competat actio hypothecaria aduersus pretensum possessorem ꝛ emptorem molēdini ꝛ paratorij sibi obligatorū: sed vt dicit Ange. in. §. item seruiana. in ver. aduertas tamen, ꝛc. cautus aduocatus illam nunquam intentat, sed potius saluianum interdictum: quod etiam competit eidem nobili Joanni: ꝛ in quo probationes sunt faciliores quam in actione hypothecaria: ꝛ q꞉ etiam videtur voluisse Bar. in. l. j. ff. de Salui. interdit. a sententia la-
1 ta † super eo non posse appellari. Sed nō consulo in hoc casu illud esse intentandum, pro eo quia aduersarius opponet exceptionem ordinis, scilicet, quod non fuerunt discussa bona principalis debitoris. Cōpetit preterea huic nobili remedium. l. fi. C. de acquiren. possess. quo, etiam nulla facta discussione de bonis debitoris, potest recta via experiri cōtra hunc pretensum nouum possessorem: secundum Jaco. Butri. in. l. fi. C. que res pigno. obliga. pos. ꝛ in auth. hoc si debitor. C. de pigno. idem tenuit Jo. de Jmo. ꝛ Ang. in. l. exitus. ff. de acqui. pos. Bal. in. l. i. C. de reuo. ijs que in frau. cred. Bar. in repe. l. creditores. C. de pig. ꝛ Cepol. in cautela. exordiē. In precedenti cautela dictū est quod regulariter requiritur excussio, ꝛc. ꝛ vt mihi videtur. ista non esset mala via, siue dicamus dominium dictorum Molendini ꝛ paratorij esse translatū, siue dicamus oppositum. ¶ Ceterum discutiendo ad principale dubium, existimo, sub correctiōe dominationis vestre, quod cū pro obseruatione contractus venditionis facte per prefatum Vbaudi eidem nobili Joanni et aliorum per eum promissorum, idem Vbaudi eidem Joāni expresse ꝛ specialiter hypothecauerit molendinum ꝛ paratorium predicta, et deinde conuenerit, et cum iuramēto promiserit quod illa nō alienaret donec ꝛ quousque, ꝛc. non potuerint postea molendinum et paratorium huiusmodi alteri vendi, et in illum dominium transferri. l. fi. creditor. §. fi. vbi de hoc est casus secundum literam Pisanam, que communiter reputatur verior. ff. de distrac. pig. ꝛ quo ad hunc articulū videtur mihi dictus domi. Melchior dixisse veritatem. Nec puto quod in hoc casu ad efficacem impeditionem translationis dominij necessarium fuerit obligare molendinum ꝛ paratorium pro obseruatione pacti facti de non alienando, sed sufficit quod idem nobilis Joannes qui sibi pacisci voluit de non aliendādo, ꝛc. haberet in rebus ipsis prout habebat ius pignoris. d. §. fin. et quod ibi Barto. ꝛ Bald. in suis summarijs. Adduco ad hoc quod voluit idem Bald. in. d. §. fi. in antiquis reportatis, quē commemorat et sequitur Alexand. de Jmo. in. l. qui absenti. §. j. ver. ꝛ est ratio secundum Bar. ff. de acqui. poss. ꝛ Ambro. oppizo. l. filiusfamilias. §. diui. per eū repetito. X. alia. ꝛ secun-
2 da fallentia. ff. de lega. j. qui voluerunt, quod † proprietarius pactum faciens vsufructuario de non alienando rem in qua habet vsumfructum, impeditur dictam rem alienare: q꞉ pactum factum est cum vsufructuario qui habet ius in re. l. eorum. ff. de dam. infect. ꝛ. l. j. de vsufruct. quod etiam sequitur Pau. de Cas. in. l. si ita quis promiserit. §. ea lege. ff. de verborum obligatio. Ecce, quod ad impediendam translationem dominij sufficit quod ille cui quis sic paciscitur habeat ius in re etiam si pro obseruatione pacti nō obligetur res ipsa: nec d. l. si creditor. §. fi. dicit contrariū, quinimo dicit hoc q̄ꝺ dixi, dicitur enī ibi. pactum factum a creditore ne liceret debitori hypothecam vendere: quod sufficit ad impediendam venditionem et translationem dominij. Non nego tamē quin aliquādo esset necessaria obligatio pro obseruantia pacti de nō alienando: vt verbi gratia. si vendam, donem, vel alias alienē rem meam ꝛ transferam in alium, pacto adiecto quod ille alteri non vendat, vel alias non alienet: nam tunc q꞉ mea nō videtur interesse quominus ille vtatur re sua vt sua. ꝛ in qua nullum ius habet, expedit pacisci quod pro obseruātia pacti res sit obligata: sed in casu nostro sine hac obligatione erant res predicte obligate pro obseruantia, non dico pacti de nō alienando, sed cōtractus: ꝛ hoc sufficiebat. Certum est enim quod ipsius nobilis Joannis intererat eas nō alienari, forte in potentiorem vel priuilegiatum vt factum est, quāuis de facto: ꝛ preter discussionem bonorum principalis debitoris:
3 et q꞉ secundum opinionem multorum † successor particularis potest referre questionem dominij creditori contra eum agenti, etiam contra eum probare oportet in actione hypothecaria quod res fuerit in bonis debitoris: que cessant cum agit creditor contra debitorem sibi obligatum. ¶ Quo vero ad secundum caput allegationum prefati do. Melchionis, in quo asseruit quod per constitutionem precarij dominium translatum extiterit in dictum nobilem Joānem, respondeo vos dixisse plenam veritatem: tunc enim per cōstitutionem
4 precarij, que est † actus ciuilis, ꝛ operatur quoad possessionē ciuilem id quod operatur traditio, dominiū transfertur quādo precessit contractus habilis ad translationē: vt verbi gratia, venditio, donatio, ꝛ alij huiusmodi. Non autem vbi precedit alius contractus inefficax ad translationem dominij, vt in casu nostro vbi precedebat hypotheca, de qua per constitutionem precarij factum est pignus. Et istud non habet dubium. ¶ Quo vero ad illud consilium datum de ꝛ super occupandis propria authoritate dictis rebus, ego etiam sto vobiscum quod hoc non sit securum, quod etiam voluit Frā. de Are. in. d. l. si ita quis. §. ea lege. ver. ꝛ aduerte quia in casibus, ꝛc. vbi relato dicto glo. in auth. vt de cetero non fi. cōmu. §. j. dicit quod si bene inspiciatur ad finē illius. §. verbum. cōprehendere, quod ponitur ibi in text. illud declarat: quod cōprehensio de qua ibi fiat per rei vendicationem, ꝛ sic authoritate iudicis non propria: Preterea text. ille, posito ꝙ hoc diceret, videt loqui in casu speciali fauore ecclesie: ꝛ ideo non esset trahendus in consequentiam in alijs casibus: cum regula sit in oppositum. l. extat. ff. quod met. cau. ꝛ. l. si quis in tantam. C. vnde vi. ¶ Quo vero ad id quod tetigit domina. vestra in literis missiuis ad me directis, ꝛ quod etiam reperi in vestris allegationibus, an, videlicet, ex eo debeat vēditio dictorum molendini ꝛ paratorij dici nulla propter pactum iuratum de non alienando. Est verum sicut scribitis: Quod Francis. de Are. vir quidem nō contēnende authoritatis tenuit, ꝛ multis rationibus id quod scribitis, ꝛ in loco per vos allegato. Sed vt mihi videtur communis opinio est in contrarium: quam tenent Jnno. Host. Joan. And. Jo. de Jmo. Jo. Panor. ꝛ cōiter oēs. in. c. dilectos. de prebē. ꝛ idē voluit. Jo. de Jmo. per multas col. in sua solenni repe. c. cū contingat. in ix. mēbro. de iureiurand. quorum omnium hec est cōmunis
5 sententia, quod actus † gestus in temporalibus contra iuramentum valet. Verum existimo quod in libello parte istius nobilis offerendo posset fieri illa deductio siue narratiua in articulis quam fecit dictus do. Seguirani, addito septimo articulo

articulo libelli per vos dictati: exordiente. Item et quod premissa omnia. etc. vt sic ex duob' causis. que cumulari possunt, et earu qualibet coniunctim et diuisim inferatur conclusio: in qua, vt mihi videtur poni debet dici, cognosci, arbitrari, et pronuntiari venditionem dictorum Molendini et paratorij cum inde sequutis fuisse et esse nullam: et quatenus de facto processit cassandam, reuocandam, et annullandam: ac etiam reuocari, cassari, et annullari. etc. et propterea (non obstante oppositione dicti domini emptoris) exequutionem iam fieri ceptam et incohatam, fuisse, fore, et esse in Molendino et paratoria huiusmodi continuandam, perficiendam, et complendam: et ipsum dominum etc. condemnari in omnibus expensis prout petebatis. ¶ Et si vellemus cumulare remedium dicte. l. fin. C. de acquiren. posses. posset vltra predicta articulari quod articulastis: quod tempore obligationis et hypothece Molendini et paratorij, et ante, idem Andreas Ubaudi tenebat et possidebat, ac etiam tenuerat et possederat Molendinum et paratoriu huiusmodi. Et quod tempore obligationis et hypothece huiusmodi, ipse constituit se Molendinu et paratorium predicta tenere et possidere precario nomine dicti nobilis Ferrerij. Et quod postea vendendo (quamuis de facto) et transferendo illorum possessionem in egregiu virum dominum Baudonis, ipse eum spoliauit sua possessione. Et in conclusione post ea que dixi, in ea vsque ad verbu (et ipsum dominum. etc. posset adijci, et vbi premissa cessarent (que non cessant) petit idem nobilis Ferrerij declarari. etc. se fuisse, fore, et esse reintegrandum, et restituendum in possessione dictorum paratorij et Molendini: ac paratorum et Molendinu huiusmodi iure possessionis, seu eorum possessionem, ibi restituendam, tenendam, et possidendam, donec et quousque. etc. quamuis reuera duo prima remedia mihi videantur abunde sufficere. ¶ Aduertite tamen quod bonum esset videre illum processum factum coram domino officiali Forouilij, et illud rescriptum Apostolicum parte dicti nobilis impetratum: vt sic videretur quo remedio vsus fuerit ide nobilis.

¶ De his que pene nomi. in testa. vel codicill. re. Rub.

¶ Epitome.

¶ Etiam minor. xxv. maior tamen. xiiij. doli capax institutus heres cum clausula prohibitiua, ne quid peteret in bonis alicuius, neue eu molestaret, turbaret, aut impediret, si aliquod istorum fecerit, priuatur iure institutionis: quod procedit tam in omittendo, quam in committendo.

1 ¶ Absurditas in intellectu legum, testamentoru, omniumque dispositionum vitanda.

2 Uoluntas testatorum verbis preferenda: dum tamen verba voluntatis explicatiua secundum eorum propria vel impropriam significationem menti conueniant.

3 Licet ad verificationem verbi, peti, seu petere, requiratur litis contestatio, tamen etiam quandoque verificatur extra iudicium.

4 Usus communis loquendi, qui etiam omni regule et constitutioni derogat solus, est attendendus.

5 Uerba, turbare, molestare, et similia, important violentiam.

6 Unaqueque clausula, vnumquodque etiam verbum debet esse cum virtute operandi.

7 Testatoris voluntas pro lege seruanda: nec debet illius fauorabilis executio violari vel impediri. et nu. 8.

¶ Consilium. clxxvj.



1 Absurditas in intellectu legu, testamentoru, et omniu dispositionum euitanda est: et † circumscriptis verbis mens testatoris in sequeda est. l. scire oportet. §. sed et si maxime. ff. de excusa. tuto. l. diuortio. ff. sol. mat. l. iij. §. conditio. ff. de adimen. lega. l. iij. C. de libe. preteri. et capitu. dudum. de preben. in. vj. capitu. intelligentia. et quod ibi gloss. et docto. de verborum significa. et capitu. Marcion et Basilides. j. questio. j. hoc maxime videtur

2 procedere in dispositionibus testatorum, in † quibus voluntas semper seruanda est: et etiam verbis preferenda: dumtamen verba vel secundum propriam, vel secudum impropriam significationem menti valeant conuenire vt not. Alexand. in dicta. l. iij. C. de libe. prete. et signanter procedit hoc in conditionibus in testamento appositis, in quibus primum locum obtinet voluntas testatoris. l. in conditionibus. in princip. ff. de condictio. et demonstratio. quo fit, vt cum nobilis. et generosus quondam vir Syffredus de Balcio in suo vltimo et nuncupatiuo testameto, voluerit et ordinauerit quod nobilis Joannes de Glandeues non posset nec valeret aliquid petere super bonis et hereditate nobilis quonda Philippe de Ponteues eiusdem de baschio testatoris auie paterne, et dicti nobilis Joannis auie materne, quouis iure, titulo, siue causa: et si aliquid peteret, cassauerit et reuocauerit institutionem et substitutionem de eodem nobili Joanne factam: et isto casu instituerit et substituerit nobilem Alziarium Gauffridi. eiusdem testatoris fratrem vterinum: satis censeatur et censeri debeat dictus nobilis Joannes contrauenisse voluntati prefati testatoris per inuasionem seu occupationem oppidi seu castri de Castelario, quod dicitur olim fuisse et fuit dicte nobilis Philippe, etiam si idem Joannes super castro seu oppido huiusmodi illud petendo in iudicio litem contestatus non fuerit: Absurdum enim esset sentire quod ille qui indubitanter voluit no peti in iudicio, saltem litem contestando, permiserit propria authoritate occupari et inuadi: et quod ille quem priuari voluit iure et commodo institutionis et substitutionis per eundem factarum, non etiam priuaretur iure et commodo huiusmodi, si de facto occuparet vel inuaderet bona dicte quondam nobilis Philippe. Est igitur euitandus huiusmodi intellectus, et insequenda voluntas: etiam si verba non viderentur vsquequaque conuenire, per iura predicta: Facit ad premissa quia

3 licet. ad verificatione. verbi (peti) hoc † est ad hoc vt quis dicatur petijsse et aliquado requiratur litis contestatio. l. amplius. et quod ibi Barto. ff. rem ratam haber. nonnunquam tamen verificatur verbu huiusmodi ex simplici petitione facta extra iudicium. l. si decem cum petiero. et quod ibi docto. ff. de verborum obligatio. not. Bart. in dicta. l. non amplius. et huic acceptioni seu significationi conuenit comunis vsus loquendi, tam ciuitatis Carpentoratensis, in qua conditum est testamentum dicti quondam nobilis de Baschio, ac totius comitatus Uenayssini, quam comitatuum Prouincie et Forcalquerij: secundu quem quis petere dicitur, etiam

4 si duntaxat extra iudicium petat: qui † vsus loquendi in extraudiendis sermonibus omni regule et omni constitutioni derogat. l. librorum. §. quid ergo. ff. de legatis. iij. l. semper in stipulationibus. ff. de regulis iuris. et capitu. ex literis. cum suis simili. de sponsa. quod etiam voluit Oldrardus consilio mihi. lxxxix. exordiete. Ad primam quest. qua queritur vtru miles recognoscens. etc. et consilio. cxviij. quod exorditur. Ad primam questio. qua queritur cuius loci consideretur extimatio. etc. et Anto. de Butr. consilio. xij. exordiente. viso puncto. et quesitis suprascriptis. et Panormi. in capitulo primo. versiculo. ad vnum tamen aduertas. etc. de iudi. ¶ Preterea prefatus nobilis Joannes non solum contrauenit testamentarie dispositioni eiusdem quondam nobilis de Balchio, quathenus idem de Baschio voluerat et ordinauerat ne quid peteret in et super bonis et rebus que olim fuerant dicte quondam nobilis Philippe de Ponteues, sed etiam eidem dispositioni cotrauenit, quatenus voluit idem de Baschio testator quod nobilis et generosa mulier Claudia ei' tuc vxor, et nunc relicta no posset nec valeret per suos ipsius de Baschio heredes institutos et substitutos, aut eorum alterum quouismodo turbari, molestari, aut impediri quomin' posset et valeret bona eiusdem de Baschio regere, gubernare, et administrare, ac fructus eoru percipere: et de fructibus huiusmodi disponere. et ordinare pro libito sue voluntatis, sine quacunque contradictione: prout de contrauentione huiusmodi satis apparuit, et apparet per acta cause huius: quo fit vt etiam ex hoc capite iuxta voluntate et testamentariam dispositionem eiusdem de Baschio, debuerit et debeat dictus nobilis Joannes priuari hereditate eiusdem de Baschio: per ea que habentur in. l. j. et quod ibi docto. C. de his que pe. nomi. Nemini enim dubium est quin ide de Baschio facere potuerit prohibitionem de qua supra, et qui potuerit in euentum contrauentionis priuare heredes per eum institutos aut substitutos hereditate eis relicta: vt satis colligitur ex hijs que not. Barto. Joan. de Jmol. et docto. in. l. paterfamilias. el. ij. ff. de heredi. instituen. Ange. consilio mihi cxxxv. et alius Ange. in. §. fina. institu. de lega. Bart. in. l. vxorem. §. heres. ff. de legatis. iij. et post eum Petr. de Anchara. et Joannes de Jmo. in capitu. si heredes. de testa. et Paulus de castro. consilio mihi. clxxxxij. exordiete. antequam veniam ad dicta dubia. etc. nec dicat aliquis quod prefatus nobilis Joannes non censeatur cotrauenisse testamentarie di-

spositioni dicti nobilis de Baschio,pro eo q: vt dicit Paulus de cast.in dicto consilio.post Bart.in.l.j.§.j.ff.si quis.testa.liber esse ius.fue.verba illa
5 sta.liber esse ius.fue.verba illa † turbauerit aliquem,vel molestauerit vel similia, supponant vel importent violentiam quandam illatam in personam.l.vim facit.ff.de vi.et vi arma. quoniam respondeo quod in casu nostro dictus nobilis de Baschio nõ solum voluit dictam nobilem Claudiam nõ posse aut valere per dictos eius heredes institutos vel substitutos,aut eorum alterum quouismodo molestari aut turbari, sed etiam voluit eam quouismodo non impediri quominus posset et valeret bona predicta administrare,gubernare,et regere,et fructus eorum percipere:et de illis disponere et ordinare, pro libito sue voluntatis. Non enim fuit illud verbum,impediri,superflue appositum,nec tanquam superfluũ
6 debet assumi:† q: non solum vna queque clausula,sed etiam vnũquodque verbum debet esse cum virtute operãdi,si fieri potest.l.hac lege.ff.de contrah.emptio.l.si stipulatus.in princip.ff.de vsu.not.Bal.C.de contrahen.emptio.super rubrica.questio.ix.et voluit Roma.consilio.lxxxiij.in fin.et Alexã. de Imol.consil.cxvij.Nõ est autem dubium quin dictus nobilis Joannes eandem nobilem Claudiam impedierit quominus bona predicta administrauerit,gubernauerit,et rexerit,et fructus perceperit:saltem per tempus:incidit ergo in penam priuationis:et antequam ipse adiret hereditatem dicti quondam de Baschio:quo casu nõ est dubium quin directo eidem adimi potuerit hereditas,et transferri in alium. dicta.l.j.C.de ĥjs que pe.nomi.et.§.fina.institu.de lega.quod voluit Joannes de Imo.in dicta.l.paterfamilias.et sequitur Alexand.de Imo.in.l.in substitutione.ff.de vulgari et pupillari.quinimo et eidẽ adimi potuit directo.et transferri in aliũ, etiam post aditam hereditatem:secundum Bal.qui hoc voluit in dicta.l.j.C.de ĥjs que pen.nomi.et Ange.consil.clxv. et presupposito quod non potuisset adimi iure directo,etiam post aditam hereditatem,saltem nulli dubiũ est quin adimi potuerit iure obliquo,et per fideicommissum:vt not.Barto. et Joannes de Imo.in dicta.l.paterfamilias.et Alexand. de Imo.in allegata.l.in substitutione.super quo tamen non videtur multum immorandum:quia ex actis cause huius apparet eundem nobilem Joannẽ dictam penam incurrisse ante aditionem hereditatis dicti quondam nobilis de Baschio, Nec puto quod ad penam predictam euitandam potuerit eundem nobilem Joannem penitere:quia cum dictus quondam nobilis de Baschio prohibuerit, et vetuerit,prout dixi,et in casum contrauentionis ademerit hereditatẽ,et illam in alium transtulerit,quod vt dictum est facere potuit,dicta l.j.C.de ĥjs que pen.nomine.et.§.fina.institu.de lega.volun
7 tas † huiusmodi pro lege seruanda est.authen.de nup.§.disponat testator.colla.iiij.voluntas enim testatoris gubernat et regit conditiones.dicta.l.in conditionibus primum locũ. ff.de conditio.et demonstra.sic enim concepta sunt verba legis.xij.tabula.vt vti quisque rei sue legasset ita ius esset.l.verbis legis.ff.de verborum significat. et institu.ad legem falcidiam.in princip.et non solum videtur non posse penitere, sed etiam videtur nõ posse petere restitutionem in integrũ: contra testamentum enim nõ datur restitutio:quia que a testatore geruntur pro disciplina regulari nõ debẽt in irritum reuocari.ar.l.que a patre.C.de restitu.mili.et vbi testator sibi prouidit,standum est ei quod statuit:et ei quod voluit.l.liberto.§.Lucius.ff.de annu.leg.et.l.cum quidam.C.de necessa.serui.heredi.instit.Preterea ademptio et trãslatio huiusmodi non est pena vel damnum dicti nobilis Joannis,saltem si nõ erat tempore contrauentionis adita hereditas,sed
8 fauorabilis executio † vltime voluntatis:que nõ debet alterari vel violari.cle.quia contingit.de religio.domi. quo fit vt isto casu restitutio in integrum non competat: quia hoc esset restituere ad lucrum cum iniuria dicti quondã de Baschio testatoris, ad que restitutio non competit:ar.l.sciendum.ff.ex qui cau.maio.et hoc saltem deberet et debet procedere in maiore.xxv.annis, cuiusmodi est idem nobilis Joannes:quinimo et procedere deberet in eo si esset minor.xxv. annis.duntamẽ esset doli capax tempore contrauentionis: cum(vt pote cõscius prohibitionis et pene adiecte) contrauenerit,et sic fuerit in dolo: et ideo repelli deberet a restitutione in integrum:et nõ solum in casu isto in quo in penam incidit in committendo,sed etiam si alias incidisset in omittendo:per id quod habetur in.l.si ex causa.§.si in cõmissum. ff.de minor.

¶ Ad municip.et de incol. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Ciuitas,que sciens passa est quem immittere aut depasci eius animalia intra suos limites spatio.x.xx.xxx.xl. vel.l. annorum,censetur tacite renuntiasse eius libertati.h.d.

1 ¶ Illius ciuitatis quis dicitur ciuis,cuius est oriundus, aut aliunde syndicatum,vel officium aliquod publicũ in eadem ciuitate gessit.
2 Quibus non conueniunt verba,neqꝫ eorum dispositio.
3 Syndici solent, imo et debẽt creari ex ciuibus,et ex eis qui sunt de corpore ciuitatis.

¶ Cõsilium.clxxvij.



SI verũ est quod audio,et de quo etiam aliqui testes deposuerunt,scilicet,quod patres magnificorum et nobilium virorũ domini Joanni de vesco. Senescalli Bellicadri.et Gulielmi de An
1 ceduna.dñi Codoleti.et quondãm Cadarossie,fuerint † oriundi ciuitatis Aurayce,ipsi dominus Stephanus,et nobilis Gulielmus de anceduna dici non debent forenses vel extranei,sed ciues eiusdem ciuitatis.l.assumptio.§.filius.ff.ad municipales.et.l.filios.et quod ibi gloss.C.de municipi.et origina. libro.x.quod etiam post gloss.voluit Barto.in.l.j. versicu.sequitur in text.ff.ad municip.no.Joan. de Pla.in.l.ciues.C.de inco.et vbi quis.libro.x.non ergo debent prefati dominus Stephanus.et nobilis Gulielmus tanquam pretensi extranei impediri quominus immittant,teneant, et depascant eorum animalia infra territorium et districtum predicte ciuitatis: etiam si inibi domicilium cum familia,liberis, et vxoribus non habeant, iuxta formam et tenorem pretense libertatis:quia illa loquitur in extraneis,cuiusmodi nõ sunt
2 isti,sed ciues,vt predixi:et sic verba † dicte pretense libertatis eis (vt pote non extraneis) adaptari non possunt:ergo nec ipsa libertas.l.j.§.loquitur.ff.de aqua quoti.et esti.l.iiij. §.abesse.ff.de damno infec.l.si seruum quis.§. non dixit.ff.de acquirenda hered.et.l.ita autem ff.de administra.tuto.Preterea tam prefatus nobilis Gulielmus, quã nobilis quondam Antonius de Anceduna eius pater fuerũt habiti,tenti,et reputati p ciuibus a multis annis, et citra:et vt tanquã tales fuerunt,dictus videlicet,nobilis Antonius,consyndicus,et prefatus nobilis Gulielmus consiliarius eiusdem ciuitatis:propter quod presumendum est eos fuisse de corpo
3 re vniuersitatis Auraicensis:Cum enim † semper creari debeat syndicus vnus de corpore vniuersitatis . vt not.gloss. in.l.plane.et.l.nulli.ff.quod cuiuscꝫ vniuersi.et Ange.Aret.in §.preterea etiam.versic.et tene menti quod semper.etc. institu. de excep.verisimiliter presumendum est quod dictus nobilis Antoni⁹ fuerit de corpore vniuersitatis predicte ciuitatis:et idem presumendum est de eodem nobili Gulielmo,qui etiam vt predixi,fuit cõsiliarius eiusdem vniuersitatis.Ipsi etiam contribuerunt,et hodie contribuit idem nobilis Gulielmus in subsidijs et oneribus predicte ciuitatis:vt pote in trentenis et alijs.¶ Preterea suppono,citra preiudiciũ veritatis,quod premissa non procederent, que procedunt:quia tamẽ tam prefatus nobilis Gulielmus,quam dictus quondam nobilis Antonius eius pater,et cuius vniuersalis heres existit,fuerunt in possessione immittendi,tenendi,et depascendi eorũ animalia in territorio et districtu superius mentionatis,non solum a decem annis,sed etiã a viginti,triginta,xl.ac.l.et citra,videntibus,scientibus,et ita fieri patientibus ciuibus et incolis predicte ciuitatis,et vt puto administratoribus reipublice illius, non debet,nec de iure potest idẽ nobilis Gulielmus in vim dicte pretense libertatis impediri, quominus sua animalia inibi immittat,teneat,et depascat:quia ciues et incole patiẽdo immissiones et depastiones antedictas, censendi sunt dicte pretense eorum libertati renuntiasse:non solum propter non vsum, sed etiam propter actum cõtrarium.per id quod no.Bar.in.l.fin.ff.de cõstitu.princip.

¶ De codicil. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Clausula codicillaris apposita in testamento operatur inter suos,vt testamentum alioqui nullum ratione preteritionis

tionis filij, valeat per obliquum: et vbi grauamen est purum detrahitur vna sola quarta. h. d.

1 ☞ Preteritio filij reddit testamentum nullum. et numero. 2.
3 Legitima parentum aucta est sicuti et legitima filiorum.
4 Renuntiatio in vno, non inducit exclusionem in alio.
5 Remissio, seu renuntiatio bonorum cum iuramento facta, adiecta clausula, et alia quecunque, non restringitur ad bona paterna, imo extenditur etiam ad incognita ratione iuramenti.

¶ Consilium. clxxviij.



Viso casu mihi exhibito parte prouidi viri Petri Mauricij, et honeste mulieris Anne Bondine, et dubijs ex casu huiusmodi elicitis, dico et respondeo ad dubia huiusmodi prout infra: pro quorum facilliori solutione premitto, quod licet testamenta honorabilis quondam viri Symonis Bondini, et honeste quondam mulieris Valerie Bocharde coniugum, aui et auie paternorum eiusdem Anne non valuerint iure testamenti, pro
1 eo: † quia in eis et eorum quolibet preteritus reperitur, hoc est quod nec institutus, nec exheredatus extitit prouidus quondam vir Thomas Bondini eorum communis filius naturalis et legitimus, quod tamen fieri debuit. l. inter cetera. et duabus seq. ff. de libe. et posthu. l. j. ff. de iniusto rupto et irrito testamento. et auth. vt cum de appella. cogno. §. aliud quoque capitulum. colla. viij. et transumptiue in authen. ex causa. C. de libe. prete. et exhere. tamen quia in testamentis predictis posita est clausula codicillaris, per quam dicti Symon Bondini et Valeria Bocharde voluerunt, et eorum quilibet voluit quod si dicta eorum testamenta non valerent iure testamenti valerent iure codicillorum, censetur et censeri debuit idem Thomas, vt pote proximior abintestato eorundem Symonis et Valerie, rogatus de restituendo bona, et hereditates eorundem Symonis et Valerie Joanni Bondini ipsius Thome filio naturali et legitimo, et dictorum Symonis et Valerie nepoti seu Felezeno, per eos heredi vniuersali instituto: per id quod legitur et not. in. l. ex testamento. C. de fideicommis. l. querebatur. ff. de testamen. milita. et. l. fina. cum suis si-
2 milibus. C. de codic. operatur enim dicta clausula codicillaris etiam quando † testamentum defficit ex causa preteritionis: vt est text. singularis. secundum lecturam Hugo. in. l. si paterni. §. fi. et quod ibi Ange. ff. ad trebellia. quod etiam voluerunt Cy. Barto. Bald. et alij communiter in dicta authen. ex causa. et Jacob. de Belloui. in quadam sua disputatione exordiente. Pater vel mater condidit testamentum. etc. Dyn. in. l. codicillis. in fina. ff. de legatis secundo. et Barto. in. l. j. versicu. quinto quero. etc. ff. de iu. codi. poterat tamen prefatus Thomas detrahere vnam quartam non duas, cum grauamen fuerit purum non conditionale, vel in diem: pro quo allegasse sufficiat. l. Papinianus. §. meminisse. et quod ibi gloss. Barto. et docto. ff. de inofficioso testamento. et quod not. glo. Jacobus Butriga. et docto. in. l. quanquam. C. ad legem falcidiam. Jacob. de Belloui. in authenti. de restitu. et ea que parit. §. quamobrem. collat. quarta. et Bald. in. l. iubemus. C. ad trebel. Erat autem vtilius eidem Thome detrahere legitimam, siue legitimas, que erant tertia pars bonorum dictorum Symonis et Valerie, quam trebellianicam, seu tre-
3 bellianicas, que erant quarta pars: quia quemadmodum † legitima liberorum aucta est, ita et legitima parentum, et ascendentium. not. gloss. in authen. nouissima. C. de inofficioso testamento. et in. l. si. a milite. §. primo. ff. de milit. testamen. residuum. vero, hoc est bessem, seu duas tertias partes tenebatur restituere idem Thomas, dicto Joanni eius filio. ¶ Quibus presuppositis dico et respondeo, quod si idem Thomas se immiscuerit bonis et hereditati dicti quondam Symonis eius patris, ac bona et hereditatem dicte quondam Valerie adiuerit, tenebitur ipse restituere bessem dicto Joanni eius filio: in quo besse postea eidem Joanni successerunt equis portionibus dictus Thomas pater, et Anna vtrinque coniuncta. authen. defuncto. et in corpore vnde sumitur. C. ad tertu. et iste bes, siue iste due tertie partes erant diuidende equis portionibus inter eosdem Thomam, et Annam: sed cum dicta Anna quictauerit et remiserit Joanni Bondini eius fratri vterino omnia bona et iura paterna et materna, manet dubitatio: an dimidia pars dicti bessis in qua eadem Anna succedere debuit prefato Joanni eius fratri vtrinque coniuncto, debeat censeri remissa: super quo dico, quod si, vt predixi, idem Joannes se immiscuerit hereditati dicti Symonis, et hereditatem prefate Valerie adiuerit, ista tertia pars non est censenda fuisse de bonis paternis vel maternis: quia illa non fuit prefati Thome patris huius Joannis, nec matris eiusdem, sed erat tempore facte remissionis vel sua, vel sibi debita: et sic prima facie comprehendi non videtur sub verbis quictantie et remissionis: quinimo nec comprehendi videretur si illa tertia pars antea extitisset de bonis dicti quondam Thome patris ipsius Joannis, vel de bonis matris eiusdem Joannis, et illa delata extitisset eidem Joanni, et per eum acceptata et adita: quia
4 † renuntiatio in vno, non inducit exclusionem in alio: pro quo allegasse sufficiat not. per Alber. in. l. si quando. §. illud. versicu. sed quid si renuntiauit aliquis solemniter et legitime bonis paternis. C. de inofficioso testamento. Roma. consil. centesimo sexagesimo octauo. exordiente. Circa primum quod queritur, an renuntiatio domine Catherine, etc. et domi. Jason de May. l. venia. versicu. et ratio est: quia adita. etc. et sequen. C. de in ius vocan. Verum quia in dicta quictantia et remissione prefata Anna non solum quictauit et remisit bona pater-
5 na et materna, sed etiam alia quecunque, est maius † dubium. propter illud verbum, quecunque, quod non videtur posse restringi ad bona paterna et materna, salua ratione recti sermonis: et presertim quia in quictantia et remissione huiusmodi interuenit iuramentum, ratione cuius videntur quictantia et remissio extendi. non solum ad iura cognita, sed etiam ad iura incognita: per ea que not. docto. in. l. si de certa. C. de transactio. et Bald. in. l. tres fratres. ff. de pactis. quod procederet, saltem si esset maior: si vero prefata Anna erat minor viginti quinque annis tempore facte quictantie et remissionis, placeret mihi intelligere quantum valerent bona dictorum quondam Symonis et Valerie deducto ere alieno, et funeris impensa: et quantum valerent bona prefati quondam Thome tempore facte quictantie et remissionis, non inclusa in dictis bonis dicta tertia parte, in qua prefata Anna succedere debuit dicto Joanni eius fratri: Etiam placeret videre instrumentum quictantie et remissionis extense et ad plenum scriptum, vt sic cognoscere possem, an dicta Anna fuerit lesa vltra dimidiam iusti pretij: et an fuerit renuntiatum remedio. l. secunde. C. de rescindenda venditione et quando liceat ab emptione discedere. ¶ Ad secundum dico et respondeo, quod quo ad bona que irrenocabiliter fuerunt alterius Joannis Bondini vltimo vita functi, illa delata extiterant eius matri, exclusa eadem Anna: dicta authenti. defuncto. C. ad tertulia. et authen. cessante. C. de legitimis heredibus. ¶ Ad tertium dico et respondeo breuiter et succincte, quod mater dicti Joannis vltimate defuncti non videtur debere priuari hereditate et bonis eiusdem Joannis propter ea que inibi dicuntur.

¶ De iure patronatus. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Vbi ius patronatus duobus commune est, non potest alter ex patronis sine altero quem presentare. h. d.

1 ☞ Laycus est incapax ad beneficium ecclesiasticum obtinendum.
2 Literis etiam sigillo Episcopi sigillatis non simpliciter creditur secundum multos, et eo maxime vbi agitur de his que non sunt modici preiudicij.
3 Tonsura clericalis non nisi ab ordinario Episcopo conferri potest.
4 Litere apostolice surreptitie et obreptitie in beneficialibus sunt ipso iure nulle: ac etiam processus ex eis habitus. et numero. 8.
5 Testes, etiam non interrogati, causam sue scientie reddere debent: et eo maxime in his que non percipiuntur sensu corporeo, sed iudicio intellectus.
6 Jus patronatus non acquiritur a layco consuetudine vel prescriptione.
7 Opinio gloss. vel doct. vltimo loco inter plures citata cense-

tur probatior & communis.

9 Actore non probante, reus, etiam si nihil de iure suo appareat faciat, venit absoluendus.

¶ Consilium.clxxix.

1 Illud certum † est laicus est incapax ad beneficium ecclesiasticum obtinendum.capi.cum adeo. et quod ibi gloss.& docto. de rescrip.et capitu.ex literis.de transactio. quo fit vt venerabilis vir Ludouic⁹ Borrelli.cum laicus existat nullu ius habuerit vel habeat in capella seu parrochiali eccl'ia loci de Ponsonatis,& capellania sancti Joannis Baptiste latius mentionatis et expressis in processu cepto & pendente,indecilo, per et inter prefatum Ludouicum actorem originarium ex vna parte,& venerabilem virum dominum Gulielmū Trucheti reum ex alia: cui non obstant quedam pretense littere parte eiusdem Ludouici in causa producte,emanate,vt pretenditur,a Reuerendo patre do Stephano Longouico pretenso Episcopo Matisconensi: Tum quia per literas huiusmodi non probatur quod idem domi.Stephanus eidē Ludouico tonsuram clericalem contulerit: ille enim pretense litere sunt priuate non publice, vel authentice,nec contrafacit capitu.post cessionem.de proba.per quod videtur probari,quod literis sigillo episcopi sigillatis fides debeat adhiberi: quoniam respōdeo quod super hoc sunt multe opiniones,vt patet ex his que ibi not.gloss.Innocen.Hostien.Joannes And.Anto.de Butri.Joannes Calderic.Panormita.& alij,& secundum multas ex opinionibus huiusmodi,

2 literis,etiam † sigillo Episcopi sigillatis non creditur, saltem in his que non sunt modici preiudicij sed magni: vt sunt dicte pretense litere: & hoc maxime debet procedere in hoc casu, in quo est sermo de fide adhibenda vel non adhibenda pretensis literis dicti domini Matisconensis Episcopi, qui dictorum domini Trucheti et Borrelli ordinarius non existit: & quia etiam litere huiusmodi non reperiuntur per testes subscripte: et in hanc partem videtur condescedere Panormita in conclusione quā ponit in dicto capitu. post cessionem.versicu.ego vero licet inter tantos, &c.Preterea hic non est probatum.quinimo nec deductū,quod prefatus dominus Stephanus de longo vico tempore dicte pretense collationis tonsure clericalis, vel postea, esset vel fuerit Matisconensis Episcopus: non etiam probatum est, quinimo nec deductum quod dicte pretense litere fuerint sigillate sigillo dicti domini pretensi Episcopi,quod tamen probandum erat: alias frustra contenditur quod illis quasi sigillo Episcopi sigillatis credi debeat: tum etiam non obstant dicte pretense litere: quia esto,citra preiudiciū veritatis,quod per illa probaretur quod idē domi.Stephanus dicto Borrelli tonsuram clericalem contulisset,Anno Mense.et die inibi mentionatis,non propterea sequeretur eundem Borrelli fuisse vel esse clericum: quia cum ipse esset & sit diocesis Grationopo.vt eisdē pretensis literis exprimitur,non Ma-

3 tisconensis, non † potuit ab eodem pretenso domino Episcopo sine licentia domini Grationopolitani.Episcopi tonsurari,vel tonsuram clericalem suscipere: nec ipse domi.Episcopus illam sibi cōferre: Hoc enim est sacris canonibus inhibitum,capitu.primo,& secundo.ix.questio.ij.& capitu.primo.secundo.tertio.& quarto.distinctione.lxxi.facit.capi.nullus.de Parochijs.capitu.eos.capitu.cum nullus.& capitu.fina.de tempo.ordina.in.vi. ¶ Preterea,esto quod per dictam pretensam clericalis tonsure collationem,quāuis minus rite et contra canones factam, collatus esset character clericalis, illud tamen certum est quod idem Ludouicus grauissime deliquit: & quod ipse nō recepit ordinis executionem: vel si illam receperit,est sibi interdicēda. per id quod habetur in capitu.quod translationem. iunctis ibi not. per Hostiens. Joann.Andre. et alios communiter. de tempo. ordina.quinimo,vt ibi dicunt Hostien.Joannes Andree.et Antonius de Butri.respondendo ad certa iura per eos allegata.ordinatio sic facta est irrita quo ad depositionē: quia taliter ordinati debent deponi, nisi cum eis fuerit dispensatum.cap.nullum.ix. questio.secunda. & capitu. Episcopus in dioces.septima.questio.prima.& quia de hoc,hoc est quod ipse Ludouicus dictum pretensum clericalem characterem sine sui Episcopi licentia ab extraneo Episcopo susceperit non est facta mentio in literis Apostolicis,parte eiusdem Ludouici vltimate impetratis: quinimo in illis expressum

4 est quod ipse clericali charactere rite † insignitus extiterat: fuerunt ipse litere surreptitie et obreptitie, tacita videlicet veritate,& expressa falsitate obtente: & sic fuerunt,& sunt ipso iure nulle: quia subreptio vel obreptio in literis Appostolicis,ad beneficia presertim ecclesiastica obtinenda, eas ipso iure vitiat,capitu.ad audientiam.el secundo.& quod ibi glo. & omnes scribentes.de rescript.nota.Innocent.& Joannes de Imo.in capitu.ad aures.& idem Innocen.in capitu.constitutus.eodem titulo.& ad hec quotidie allegatur dictum capitulum. ad audientiam. secundum Panormita. ibi dicentem.quod etiam hoc clarius probatur in clemen.prima, de prebē.veluti.subreptitia nullius penitus est momenti.ad idem facit capitu.primū.et secundum.de fili.presbit.& capit. si motu proprio.de preben.in.vj.ibi. veluti surreptitiam vires nolum⁹ obtinere: multas remissiones allegat domi. Feli.in dicto capitu.ad audientiam. versicu.litere beneficiales. &c.si enim prefatus Ludouicus tacuisset mandatum quod expressit,scilicet,quod rite fuerit charactere clericali insignitus,& veritatem quam tacuit expressisset,scilicet,quod a non suo Episcopo fuerat ordinatus,sanctissimus domin⁹ noster verisimiliter non mandasset dictam ecclesiam de Ponsonatis curam animarum habentem sibi conferri: vel saltem non sic de facili: cum, vt predixi,& hoc not.docto.in dicto capitu. quod translationem.de tempo.ordina.idem Ludouicus ex hoc veniat deponendus: & eidem sit vel interdicta,vel interdicenda ordinis executio: & hec sufficiant ad cōcludendum subreptionem dictarum literarum : per ea que not.docto. in capitu.super literis.de rescript. ¶ Videntur etiam dicte pretense vltime litere Apostolice parte dicti Borrelli impetrate,& in hac causa producte.fuisse & esse surreptitie: in et pro eo quod in eis se dixit fuisse presentatum per verū & vnicum patronum, cum tamen de hoc non appareat: solum enim pretenditur fuisse presentatus per quendam nobilem Guichardum Borrelli, qui tamen non probatur fuisse,vel esse verus patronus ecclesie,et capellanie predictarum, causis & rationibus alias per me allegatis. Testes enim parte dicti Borrelli in hac causa producti & examinati super suis pretensis articulis.exordientibus.Ad fines libelli.&c quatenus deponere nituntur dictum nobilem Guichardum fuisse & esset patronum ecclesie & capellanie predictarum,hoc non

5 probant: pro eo.quia causam † sue scientie nō reddunt, quā reddere debuerunt: etiam nō interrogati.per theoricam quā ponit Innocen.in capitu.cum causam.de testib.vbi de hac materia per omnes.& sequuntur legiste.in.l.solam.C.eod.titu.dicit enim Innocent.& post eum alij, quod testis deponens super ijs que non percipiuntur sensu corporeo,sed iudicio intellectus,non probat,nisi causam redat, etiam nō interrogatus: Aliquem autem esse patronū alicuius ecclesie nō percipitur sensu corporeo.sed iudicio intellectus.Nec opponat aliquis quod ex eo quod testes deponunt dictum nobilem Guichardum.& nobilem Humbertum Borrelli.et suos predecessores esse et fuisse in possessione seu quasi iuris presentandi.&c.& hoc per tempus & tempora lōgissima: quia ex hoc non infertur quod idem Guichardus fuit,& sit verus et

6 vnicus patronus: Tum quia ius † patronatus non potest acquiri a Layco per prescriptionem, vel consuetudinem: prout disputando tenuit Joannes de monte Marlo.quem sequitur Archidia.in capit.hortamur.distin.lxxi.& Panormita.in capitu.querelam.de cleri.& hoc videtur sibi sensisse

7 Bald.pro eo qz hanc opinionem † vltimo loco recitauit: per doctrinam quam ponit gloss.in.l. qui filium.§. Sabinus.ff. ad trebellia.& Bald.in.l.prima.in fin.ff.de constitu.princip. tum quia,esto quod per consuetudinem.aut lōguam,vel longissimam possessionem,seu quasi, queri posset verum ius patronatus,ex hijs tamen que deposuerunt testes predicti nō probatur acquisitio huius iuris.sed duntaxat acquisitio iuris presentandi,quod queri potest etiam sine iure patronatus,quod complectitur alia iura,vltra ius presentandi: pro quo videatur Anto.de Butri.in dicto capit.querelam.et in remissione,quam ponit ad not.per seq.in capit.in literis.de restitu.spolia.Preterea quemadmodum probatū est(si probatum dici deberet prout non,qd dictus Guichardus fuit & est verus patronus ecclesie et capellanie predictarū,ita probatum est quod prefatus humbertus fuit & est earum verus patronus: quod si ita est,non debuit dici in dictis pretensis literis quod ipse Borrelli presentatus extiterit per vnicum verum patronum,cū non sit vnicus,sed duo: sed debuit dici, per

vnum ex patronis: fuerunt igitur dicte litere surreptitie, et sic nulle: et cōsequenter collatio facta in vim illarum fuit nul-
8 la per predicta: non † enim litere beneficiales surreptitie vel obreptitie solum sunt nulle, sed etiam processus habitus per easdem. capi. cum nostris. & quod ibi Anto. de Butri. & Joannes. de Imola. de conces. preben. capit. constitutus. et capitu. ad audientiam. el secundo. superius allega. Ex quibus omnibus puto nullum ius fuisse acquisitum prefato Ludouico per dictas pretensas literas, seu per collationem in vim illarum factam: quo fit vt debuerit prefatus dominus Gu-
9 lielmus trucheti ab impetitis † absolui: etiā si pro sui parte de nullo iure constitisset. l. qui accusare. C. de eden. l. fin. C. de rei vend. et capitu. primo. vt eccle. bene. cum suis simili. & ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domi. melius sentientis.

¶ De iure patronatus. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Cum sint diuerse opiniones docto. et omnium scribentiū, valeat nec ne collatio facta de beneficijs permutatis non vocatis patronis, vel eis qui in eisdem beneficijs habent quasi possessionem presentandi, cōsultius est litiganti de simili iure, ac de eo dubitanti, obtinere a Pontifice gratiam si neutri. hoc dicit.

1 Authoritas ordinarij Episcopi, etiam in beneficijs quorum collatio vel institutio ad alium seu alios spectat et pertinet, est necessaria.
2 Non potest quis assumi ad ecclesiam curam animarum habentem, nisi sit aut in sacris ordinibus cōstitutus, aut saltem ad subdiaconatus ordinem promotus.
3 Resignationes ac beneficiorum permutatiōes nulle fiunt ex regulis cancelarie, si non vixerint resignantes aut permutantes per. xx. dies a die resignationum, vel permutationum.

¶ Cōsilium. clxxx.



Alia schedula pro eodē. Quāuis scripserim pro venerabili viro domino Gulielmo Trucheti, q̄ ipse absolui debuerit et debeat, pro eo quia non constat de aliquo sufficienti & efficaci iure eius aduersarij: puto tamen reuera. quod etiam idem dominus Gulielmus nihil pro sui parte probauerit, per quod appareat ipsum aliquod ius habuisse vel habere in ecclesia de Pontonatis. Preterea eo audito, puto quod ipse in illa nullum ius habuerit vel habeat: tum quia nō apparet de pretenia pmutatione, ex causa cuius pretendit venerabilis quondā vir do. Jacobus Trucheti eius patruus renuntiasse predictam ecclesiā de qua tamen (vtpote pretenso fundamento eiusdem do. Gulielmi)
1 constare debuisset: tum & quia si de illa appareret, illa fuit nulla: vtpote non authorisata per Episcopum † ad quē pertinet authorisatio: etiam si collatio vel institutio beneficij ad alium pertineat. capitu. quesitū. ad quod ibi Joannes. And. & docto. de re permutu. & quod not. glo. in clemen. prima. eodem titu. post Hostien. in summa. eiusdem titu. §. quis potest. versicu. & nunquid. idem sensit Frede. de se. in tracta. de permutatio. questio. xxx. & Joannes de Imola. in capitu. exhibita. de rerum permuta. & Petr. de Vbal. in suo tracta. de permuta. versic. septimo queritur, an inferior. &c. tum & quia vt audiui ab eodem domino Gulielmo, idem dominus Gu-
2 lielmus erat simplex clericus, & sic non constitutus in sacris ordinibus: non igitur † potuit ad ecclesiā curam animarum habentem assumi: quia ad illam non potest quis assumi, nisi sit saltem in ordine subdiaconatus constitutus. capitu. preterea. de etate. & qualitate. ordinan. aduersus quod nihil est immutatum. secundum Joannem. Andre. capitu. si pro clericis pauperibus. de preben. in sexto. & capitulo secundo. de institu. eodem titu. prout vtrobique sensit gloss. idem voluit gloss. in capitu. cum ex eo. de elec. in. vj. idem etiam tenuerunt Guliel. & Guar. vt refert Geminia. in capit. licet canon. eo. titu. quāuis Archid. & sequaces tenuerint contrarium in dicto capitulo. cum ex eo. et Geminia. in dicto capitu. licet canon.
3 ¶ Preterea † aduertendū est quod pfatus dominus Jacobus Trucheti non vixit viginti diebus post factam permutationem. et sic obstare videt dicto. domi. Gulielmo regula cancellarie, quāuis illa nō fuerit producta, nec de ea articulatum: sed hoc fieri posset in tertia instantia, vel in ista, si nondum est conclusum. Etiam collatio facta est dicto do. Gulielmo non vocatis nobilibus Richardo et Huberto Borelli, qui videntur probari fuisse & esse in possessione presentādi: quinimo deponūt multi testes eos esse patronos, quāuis non putem quod illi hoc probēt, vt dixi alibi: & hec ideo dico, quia est magna questio inter doctores, an collatio facta de beneficijs permutatis, non vocatis patronis, vel eis qui in ea quasi possessione presentandi existunt, valeat, an ve nulla existat: multis dicentibus illam esse nullam, alijs econtra: propter que omnia (vt opinor) videtur expediens eidē do. Gulielmo impetrare gratiam, si neutri. &c. in qua narrentur premissi defectus.

¶ De his qui in prior. credi. lo. succe. Rub.

¶ Epitome.

¶ Successor vniuersalis, seu heres tenetur obseruare conuenta & promissa per defunctum. h. d.

¶ Consilium. clxxxi.



Christi nomine inuocato. Visis instrumentis & iuribus parte vniuersitatis & hominum loci & castri sancti Michaelis, diocesis. N. Contra & aduersus vniuersitatem, et homines loci de Manna, ac casu & dubijs ex eodem elicitis mihi exhibitis, traditis, & ostensis, dico & respondeo breuiter & succincte ad dubia huiusmodi prout infra. Et primo quidem ad primum quesitum respondeo, q̄ si vniuersitas dicti loci de Manna, vel vniuersitas et homines dicti loci de Manna, tit. vniuersali & hereditario successerunt nobili quōdam viro Matheo Joannis, olim Condomino loci Castrinoui, nō potest ipsa vniuersitas, vel nō possunt vniuersitas & homines huiusmodi extrahere vniuersitatem & homines dicti loci sancti Michaelis, a loco sancti Michaelis: nec eos trahere, aut trahi seu citari facere apud dictū locum de Manna: q̄ vt apparet per instrumentū publicū mihi exhibitum, ac sumptū et receptū. anno do. M. cclxxxvij. & die. xviij. mēsis Junij, prefatus quondā nobilis Matheus Joannis promisit, conuenit, & iurauit p se et suos, ex tunc inantea perpetuo illis de sancto Michaele tūc in dicto castro sancti Michaelis, constituere pro breui suo predicti loci Castrinoui. Baiulū, & cōmunes agrimēsores, seu extimatores iuratos, q̄ Baiullus haberet & habere deberet exercitium iurisdictionis personarū, & in personis dicti castri sancti Michaelis, & aliunde delinquentium infra locum & territoriū Castrinoui, quātū eundē nobilem Matheū Joānis condominū, vel suos, & partē suā tangebat: contra que, conuentionē, promissionē, & iuramentum, nō possunt, nec debent prefati de Manna venire: supposito, vt pdixi, q̄ illi titulo vniuersali, & hereditario successerint dicto quondam nobili Matheo: quemadmodum nec ipse Matheus si hodie viueret cōtrauenire posset: quia successor vniuersalis seu heres tenetur ad obseruātiā conuentorū & promissorū per defunctū: vtpote eius personam representans. l. ij. C. si quis in frau. patro. l. si creditoribus. C. de seruo. pigno. da. manumis. l. que a patre. C. de restitu. mili. & l. vēditori. C. de re. alie. nō alie. facit authē. de iureiurā. a morien. presti. in princip. colla. v. & quod not. Bald. in. l. qui se patris. C. vnde. libe.

¶ De feu. non haben. propr. natu. feu. Rub.

¶ Epitome.

¶ Accipiēti feudum pro se, & suis successoribus quibuscūq; licet ei illud ipsum in quācunq; personā (idoneam tamen et habilē) transferre, nō habito respectu ad filios seu nepotes.

1 Accipiens emphyteusim ecclesiasticā pro se, filijs, & heredibus, non potest rem illam transferre in filium, si non sit heres, aut in heredem, si non sit filius: non sufficiente existentia vnius ex istis qualitatibus.
2 Quando verbū (heres) profertur circa id quod sui natura

solum est transmissibile ad filios, cuiusmodi est feudum, verbum heres accipitur pro filio: quia verba debent intelligi secundum naturam contractus cui adiiciuntur: et per verbum filio, seu filios, intelliguntur etiam nepotes hoc casu, ac etiam ulterius descendentes per lineam masculinam. et numero. 3.

4 Unaquaeque clausula, imo et unumquodque verbum a contrahentibus prolatum, debet esse cum virtute operandi.

5 Verbum (successoribus) operatur, ut amplietur etiã dispositio ad heredes extraneos.

6 Testator potest non solum res suas, sed etiã res vel iura heredum legare: tenetur que heres ad rem precise prestandã, seu ius concedendum, si rei prestande facultatem habeat: ita ut etiam prestando rei estimationem non liberetur.

¶ Consilium. clxxxij.



Quesitum est, an considerata et attenta infeudatione, quam olim fecisse legitur recolende memorie illustris domi. Joanna provincie, et Forcalquerij, ac pedemontis Comitissa, Magnifico quondam viro domino Falconi de Agonto militi, ac suis heredibus utriusque sexus ex suo corpore legitime descendentibus, natis tũc, et inantea nascituris, et successorib^9 quibuscũqꝫ, de bonis, locis, et castris in infeudatione huiusmodi plenius mentionatis, et dicta infeudatione nõ obstãte, potuerit Magnific^9 quondã vir. d. Falco de Agõto do. Saltus ultimate vita functus donare, et donationis titulo concedere, et deinde citra preiudiciũ donatiõis huiusmodi in suo ultimo testamento legare, et relinquere nobili, et generoso viro Ludovico de Justatio. d. Rellanete, qui non est de descẽdentibus dicti quondã prementionati do. Falconis, loca et castra sua de Mõteforti, de sancto donato. et Anthio, que (ut dicitur) sunt de bonis infeudatis: et an contra donationem et legatum huiusmodi venire possit Magnificus et potens vir domi. R. de Agonto, dicti do. Falconis successor et heres universalis, Ad quod respondeo breviter et succincte sub correctione cuiuslibet dñi melius sentientis, quod licet prima facie ad loca, bona, et castra per dictam illustrem do. Joannã dicto primo Falconi infeudata solum videatur invitati descendẽtes ex dicto primo Falcone, ita ut ad alios, vel extraneos, hoc est ab illo non descendẽtes pervenire non debeant: per id quod in simili voluerunt Bar. in. l. ut iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope. libe. Bal. in. l. j. C. de iur. emph. Jo. de Jmo. in. l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. in. l. ex facto. ff. de heredi. institu. et in capi. potuit. versi. septimo tangit. de locato. Rapha. cuma. in. l. Gallus. §. etiã si parente. ff. de liber. et posth. et Pau. de castr. in. l. si mihi et Titio. ff. de verb. oblig.
1 quatenus volũt, qꝫ si † quis recipiat emphyteusim ecclesiasticam pro se, filijs, et heredibus, ad hoc ut possit quis in hac emphyteusi succedere, oportet qꝫ ille sit filius et heres: ita qꝫ non sufficit esse filiũ, nisi sit heres: nec sufficit eum esse heredem, nisi etiã sit filius: et propterea a simili videatur quod in hoc casu ad hoc ut quis succedere possit in dictis bonis infeudatis non sufficiat illum esse heredem, vel alias successorem dicti quondam domi. Primi Falconis, nisi etiam sit de descendentibus illius: ego tamen in hoc casu puto sententiam contrariam esse de iure veriorem: Pro cuius faciliori
2 ostensione premitto, quod † quando verbũ heres profertur circa id quod sui natura non est transitorium nisi ad filios, cuiusmodi est feudum secundum eius propriam naturam. capit. j. de succes. feu. c. j. de gradi. succeden. in feud. et cap. j. de natu. succes. feu. tũc verbũ heres, accipitur pro filio: quia verba debent intelligi secundũ naturã cõtractus cui adijciũtur. l. si legati servi nomine. ff. de lega. j. l. si quando. in princi. C. de inoffi. testa. l. si uno. in princip. ff. loca. ad quod facit tex. in capi. j. versi. et si clientulus. de aliena. feu. c. fin. si de feu. controver. fue. et ita firmat gl. et post eam Dy. Bart. et doct. magis cõmuniter in. l. ex facto. §. si. ff. ad trebel. Bar. Bal. Ange. Joã. de Jmo. Alexã. de Jmo. et docto. cõmuniter in. l. eti. i. ff. solu. mat. Barto. in. d. l. Gallus. §. etiã si parente. ff. de liber. et posthu. Bar. in. d. l. ut iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope. liber. et Bald. in. l. liberti liberteqꝫ. versicu. modo formabitur hic alia
3 questio. Rex Francorũ. et c. C. de ope. lib. et † quod dixi, verbũ heres, probatũ circa id quod sui natura nõ est transitorium nisi ad filios debere accipi pro filio, intelligo per filiũ etiam nepotes et alios ulteriores descendentes per lineam masculi nam: per id quod no. Bald. in capit. j. §. cum vero Cõradus. versi. tertio not. qꝫ Conradus. et c. qui feu. da. poss. quia hij oẽs secundũ iura novissima succedunt in feudo. dicto. §. cũ vero. et §. hoc quoqꝫ sciendum. in fin. eo. tit. filie vero, neptes, vel alie ulteriores femine, aut etiam masculi per lineã femineam descendẽtes non succedunt in feudo secundum propriam feudi naturam: dicto capitu. j. §. hoc autẽ notandum. nisi hoc dictũ extiterit, scilicet, qꝫ etiã femine in feudo succederent, prout fuit in casu de quo qrit: in quo, ut dixi, facta est infeudatio dicto quondã do. Falconi primo, ac suis heredibus utriusqꝫ sexus ex suo corpore legitime descendentibus, natis tunc, et postea nascituris. Ex quibus verbis secundum ea que premiũ satis exprimitur infeudationẽ huiusmodi factam fuisse filijs, nepotibus, pronepotibus, et alijs ulterioribus per lineã masculinam descendentibus: et hoc propter illud verbũ, heredibus, Colligitur insuper illam esse factã filiab^9 neptibus et alijs feminis, aut per lineã femininam descendentibus: propter illa verba, utriusqꝫ sexus: debet igitur illud verbum, imo debent verba, et successoribus quibuscunqꝫ, assumi, non pro filijs vel filiabus tantum, seu alijs ulterioribus masculis vel feminis ex prefato quõdam primo do. Falcone. et ex legitimo matrimonio descendentibus, sed etiã pro extraneis: ut verba huiusmodi aliquid operetur: quod fiendũ est. l. si quando. ff. de lega. j. et capitu. si Papa. de privilegijs. in. vj. et nedũ una quaeque
4 † clausula sed etiã unumquodqꝫ verbum a contrahẽtibus prolatũ debet esse cum virtute operandi, si fieri potest. l. hac lege. ff. de contrahen. emptio. l. si stipulatus. in princip. ff. de usu. no. Bald. C. de contrahen. emptio. super rubrica. q. ix. quod etiam voluit Alexand. de Jmo. consi. cxvij. exordicte. Visis supra narratis, et c. in primo vo. Roma. cõsil. lxxxiij. in fin. et Andr. siculus. vulgo Barba. in multis cõsilijs. et signanter. cõsil. lxj. exord. Scribitur sapiẽtie. Optimum optavi, et datus est mihi sensus. in. j. parte. et consil. xliij. in secunda parte. et pro hoc bene facit quod voluit Prepo. in. capi. j. versicu. si tamẽ dictũ esset. et c. an agnati. vel filij defuncti. ubi voluit qꝫ si in feudi concessione dictũ sit pro se, heredibus suis,
5 et successoribus, tunc verbũ, successoribus, operatur † ut amplietur dispositio etiã ad heredes extraneos: allegat. Joã. de Jmo. in. l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. et Sali. in. l. ij. qõ. xx. C. de iur. emphy. et quãvis dicat idem Prepositus. qꝫ in casu in quo loquitur nõ comprehendatur successor singularis, sed universalis tantum, hoc tamẽ nõ obstat: quia in casu in quo loquitur non erat positum verbum quibuscunqꝫ, in casu vero nostro positum est: quo casu venit successor singularis: ut voluit Bald. in capitu. j. in princip. de prohibita feu. alie. p Frede. et in. q. j. §. donare. qualiter olim feudum. alienari poterat. et post eum Propositus. in dicto capi. j. ver. si tamen dictum esset. et c. ibi. nisi adiectum esset. et c. An agna, vel filij defunct. facit quod voluit Bald. in. l. j. versicu. tricesimo quarto queritur. et c. ff. de re. divi. et in. c. in presentia. versi. not. quod nomen heredis. et c. de proba. Alexand. de Jmo. in. l. quẽdam. §. nihil interest. in princip. ff. de eden. in. l. etiã. versi. in eadem glo. ibi. secus est in feudis. et c. ff. solu. matri. et in dicta. l. Gallus. §. etiã si parente. versi. hoc tamẽ fallit si dictum esset. et c. ff. de liber. et posthu ¶ Preterea cum prefatus do. R. de Agonto modernus do. saltus, fuerit et sit universalis, ac insolidum, et unicus heres eiusdem quõdam do. Falconis ultimi vita functi, qui, ut predixi, donavit et legavit loca et castra predicta dicto nobili Ludovico, non potest ipse contravenire: etiam si loca et castra predicta fuissent eiusdem domini R. de Agonto. et quidem non contra donationem de qua supra. l. cum a matre. et quod ibi glo. et doct. C. de reiuen. l. ij. C. si quid in fran. patro. l. si creditoribus. C. de servo. pigno. da. l. que a patre. C. de restitu. mili. l. venditori. C. de re. alie. non alie. no. Bal. in. l. qui se patris. C. unde libe. facit quod habetur per glo. et doct. in. l. fin. §. in computationem. C. de iure deliberandi. facit. l. si ab eo. C. de liberali causa. et de hoc est bonus textus. a contrario sensu. in. l. si patri. C. de donationibus. que loquitur de liberalitate facta de rebus proprijs filij, adversus quã filio venire non licet, si est heres patris: quod intelligo, ut predixi, ubi est heres unicus: multo ergo minus licet dicto magnifico do. Raymoneto venire adversus transactionẽ, de qua supra, factam per eius predecessorẽ de bonis et rebus proprijs sui ipsius donatoris, non dicti domini Raymoneti. non etiã venire potest cõtra legatum factum de dictis locis et castris:
6 quia testator potest † non solum res suas, sed etiam res vel iura heredum legare cui vult: etiam penitus extraneo. §. non solum.

solum.institu.de legatis.vbi dicitur in text.iuncta gloss.non
esse differentiam quantum ad validitatem legati, an testator
leget rem propriam sui ipsius, an rem heredis.l.si quis ser-
uum.in principio.ff.de legatis secundo.et tenetur heres pre-
cise ad rem prestandam: seu ius concedendum, ex quo habet
facultatem rei prestande: adeo quod non liberaretur pre-
stando rei estimationem.l.vnum ex familia.§.si rem.cum si-
mi.ff.de leg.ij. Et ita mihi videtur, sub correctione cuiuslibet
domini melius sentientis.

¶ De rescript. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Specialis & indiuidua reseruatio proprio motu a Pon-
tifice concessa, cum clausulis, decreti irritantis, et quibus om-
nibus cum volumus anteferri, que sunt clausule conualida-
tiue et prelatiue iuris, operatur, vt ex tunc videatur benefi-
cium non solum reseruatum, sed etiam collatum & commen-
datum: et que reseruatio, etiam de beneficio viuentis, a solo
Pontifice concedi potest.h.d.

1 ☞ Dictio, circa, apposita in actu parit incertitudinem.
2 Dubia, seu incerta et obscura probatio non releuat probare debentem.
3 Alternatiua locutio obscuritatem parit.
4 Voluntas pontificis seruanda, si de illa constet et appareat.

¶ Consilium.clxxxiij.



Illud certum est,
quod cum recolẽde memorie dominus
Innocentius Papa octauus manda-
uerit domi.sacriste & capitulo ecclesie
sancti Bernardi de Romanis, vt in-
fra vnius mẽsis spatium postquã eius
litere eiidem presentate extitissent, ca-
nonicatum dicte ecclesie, quatenus ad eos communiter vel
diuisim pertinebat, cum plenitudine iuris canonici, confer-
rent venerabili viro domino Nicolao Mistralis, ipsum-
que in ecclesia huiusmodi in canonicum reciperent, & in fra-
trem, et prebendam eiusdem ecclesie (si qua vaccabat tunc,
aut cum vacaret, et quam idem dominus Nicolaus per se
vel procuratorẽ suum infra vnius mensis spatium a tempore
notitie duxisset eligendam, eidem domino Nicolao cum di-
cti iuris plenitudine cõferrent: sibi exequutore concesso, qui
ad hoc faciendum eosdem compelleret: & eis hoc facere ne-
gligentibus, aut differentibus p.emissa exequeretur: ac ca-
nonicatum & prebendam predicta sibi conferret, & assigna-
ret: non potuit dictum venerabile capitulum post presenta-
tionem literarũ huiusmodi, vtpote cuius manus ligate exti-
terant, conferre canonicatum & prebendã de quibus est con
tentio.capitu.proposuit.secundũ verum intellectum, & quod
ibi per docto, magis communiter.de preben.pro quo est ho-
die text.apertus, in capitu.si capitulo.eodem titulo.in.vj.et
presupposito, quod presentatio literarũ huiusmodi non suf-
fecisset ad hoc vt censeri deberent canonicatus & prebenda
huiusmodi affecti, & manus dicti venerabilis capituli ligate
ne illa conferre posset, aut alias de illis disponere: illud tal-
litum certum est, quod collatio canonicatus facta per Aposto
licum exequutorem, & acceptatio prebende post vacationem
illius, & infra mẽsem tempore vacationis, & decretum irri-
tans, eandem prebendam affecerant, ne alteri conferri pos-
set per ipsum capitulum.cle.i §.secus autem.de prebẽ.in cle.
per quem tex.declaratur & limitatur id quod habetur in ca-
pitu.j.§.penul.eodem titu.in.vj.& sic non valuit collatio, quã
idem venerabile capitulum fecisse legitur venerabili & egre-
gio viro domino Humberto Perolerij decretorum docto-
ri.de canonicatu & prebenda predictis. Nec ex eo potest col-
latio facta dicto domino Mistrali impediri, quod idẽ qui-
dam dominus Sebastianus de Sauino, qui gratiam con-
similem, & sub eadem data impetrasse pretenditur, eundem
domi.Mistralis in presentationem suarum literarum pre-
uenerit, quoniã respondeo, quod quicquid sit de presentatio-
ne, ipse tamen de Sauino non est postea gratiam per eũ im-
petratam prosequutus: nec infra terminum in suis preten-
sis literis prefixum dictam prebendam acceptauit: fuit igi-
tur morosus: quo fit vt potuerit prefatus domi. Mistralsi
petere, & obtinere canonicatum predictum sibi conferri: etiã
si dictus de Sauino fuisset prior in data: per id quod habe-
tur in capitu.mandatum.& quod ibi per docto. de rescrip.
iunctis hs que habentur in dicta clemen.j.§. fina.de conces.
ben.& preseritim quia nõ potuit ipse de Sauino post mẽsem,
acceptare prebendã superius mentionatã: vt no.glo.in.d.cle.
j.§.secus autẽ.super verbo, infra mensem.& sic nõ obstat cap.
duobus.§.si vero neutri.de rescrip.in.vj.quia ille.§.intelligi-
tur quando ambo impetrãtes gratiam prosequuntur, quod
non est hic: dictus igitur do. Mistralis videtur fouere bonã
causam, quoad dictum domi. Peyrolerij: & quidem quoad
titulum per predicta: et etiam quoad possessoriũ: quia vt ap-
paret per acta ipse preuenit eum in adeptione possessionis,
quam adeptus est anno incarnationis Dominice. M.cccc-
lxxxx.& die.iiij.mensis Martij.inter tertiam & quartam ho-
ras post meridiem: dictus vero domi. Peyrolerij, vt per eũ
pretenditur, eandem adeptus est anno, mẽse, & die predictis.
hora quarta post meridiem. Nec obstat quod in pretenso in-
strumento dicte asserte adeptionis aut collationis sibi facte
1 dicatur vel † circa: quia cum dictio (circa) pariat incertitu-
dinem: vt traditur in.l.Celsus.ff.de viuca.& l.ab hostibus.§.
sed quod simpliciter.ff.ex quibus causis maior.not.Fran. de
Are.in.l.qui Rome.§.duo fratres.ff.de verb.obliga. quate-
nus referri posset, vel referri posse pretenderetur ad tempus
precedens dictam quartam horam, non releuat nec releuare
2 potest eundem domi. Peyrolerij: quia dubia † seu incerta &
obscura probatio nõ releuat eum qui probare debet.capitu.
in presentia.de proba.no.docto.in.l.inter stipulantẽ.§.si Sti-
chum.ff de verbo.obliga. Preterea hic etiam ex alio capite
oritur incertitudo, pro eo quia scriptum est eundem domi.
Peyrolerij fuisset adeptum possessionem hora quarta vel
3 circa: est † enim hec alternatiua loquutio, que parit obscuri-
tatem.l.pretor edixit.§.si dicatur.versi. Labeo ait.ff.de iniur.
¶ Et non solum potest impugnari medijs predictis inten-
tio dicti domi. Peyrolerij, sed etiã et iura, et intentiones do-
minorum Joannis de Canunda, et fratris Benedicti Jo-
annis, causis, motiuis, & rationibus eleganter deductis per
venerabilem & egregium virum dominũ Gulielmum Gui-
lhonis decretorum doctorem eximiũ: & vt puto quoad hos
omnes posset defendi intẽtio eiusdem domi. Mistralis, alio
non apparente: sed vero: ne specialis, imo indiuidua reser-
uatio, quam proprio motu cum decreto irritante: & clausula
anteferri, fecisse legitur prefatus do. Innocẽ.de canonicatu
& prebẽda huiusmodi.anno predicto millesi.cccclxxxx.pridie.
nonas Januarij. & sic paulo ante vacationem dictorum ca-
nonicatus & prebende in fauorem recolende memorie Reue
rendissimi domini Andegauensis, eidem domino Mi-
strali (licet priori in data, quoad eum, & prebendam expe-
ctanti, nocuerit.capitu.penulti. de preben.in sexto.& capitu.
authoritate Martini.de concessio prebend. eodem lib.no-
ta.gloss.in capitu.si soli.super verbo.firmitatem. versicu. ter-
tio quando secundus.&c.de concessio prebend.eodem titulo.
& signanter: quia in literis dicte reseruationis posita est clau-
sula, non obstante si aliqui Apostolica, vel quauis alia au-
thoritate in dicta sancti Bernardi de Romanis ecclesia
in canonicos sunt recepti, vel vt recipiantur instant: & de-
inde subiuncta clausula. quibus omnibus te in dicte sacri-
stie, ac canonicatuum, & prebendarum, aliorumque benefi-
ciorum predictorum assequutionẽ volumus anteferri. Iste
enim sunt clausule conualidatiue, & prelatiue.vt nota. An-
tonius de Butri.in capitu.mandatum.de rescript.& Gemi-
nia.in dicto capitu.duobus.de rescrip.in sexto.& per eas cla-
4 re apparet † de mãdato Pontificis, qui has gratias fecisse
dicitur: & cuius mens seruanda postquã de ea apparet: Et
si attendatur ad literas dicte reseruationis, idem dominus
Innocentius non solum reseruauit, sed etiam ex tunc contu-
lit, seu commendauit, et commendatos esse decreuit sacri-
stiam, canonicatus, prebendas, & alia beneficia egregij quon-
dam viri domini Michaelis Chapuisij, ex quorum nume-
ro erant canonicatus, & prebenda de quibus nunc conten-
ditur: quod facere potuit idẽ dominus Innocentius: etiam
viuente prefato domino Michaele.dicto capitulo. propo-
suit, & quod ibi doctores.de preben.quamuis alius non, vt
probatur ibi: & cap.ij.eod.tit. Et quia reseruatio, & alia pre-
dicta facta sunt cum decreto irritante.puto quod nõ solum
fuerit affect⁹ et infectus titulus prefati domini Mistralis,
sed etiã possessio: per ea que habẽtur per dños de Rota.de-
cisione.xvj.exordiente. Si contra agentem possessorio, &c.

Que si ita se habeant vereor, ne idem domi. Mistralis obtinere nō possit in hac causa, cum egregius vir dominus Hector de Poysiaco, qui in ius et locum dicti quondam domini. Andegauensis subrogatus extitit, potius ius habere videatur. Que dixerim, &c.

De pigno. et hypothe. Rubrica.

Epitome.

Iuramentum prestitum super pacto legis commissorie a lege in pignoribus reprobato, non repellit successorem paciscentis agentem pignoratitia pro rei repetitione: cui etiam pretium offerenti tenetur creditor imputare fructus ex eadem re perceptos, et qui percipi potuerunt. h.d.

1 Pactum legis commissorie in pignoribus est reprobatum: etiam si ad illius confirmationem interuenerit iuramentum.
2 Iuramentum, quoniam personale est, non transit in heredem, vel alium successorem, quo ad vinculum periurij.
3 Cum quid vna via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti.

Consilium. clxxxiiij.



Pactum quod olim fecisse pretenditur nobilis quondam vir Albertus Fabri loci Cabeoli, prouido viro Ioanni crescentis eiusdem loci, quo, videlicet, idem nobilis Fabri, casu quo dicto Crescenti, vel suis summam centum et quadraginta florenorū in termino de quo ibi non soluisset, eidē Crescentis vendidisse dicitur, et venditionis titul. cessisse et concessisse pratū de quo ibi pro debito predicto, expresse et specialiter eo tunc, et ante
1 venditionem huiusmodi obligatum, fuit et est pactum † leges commissorie: quod, vt pote lege in pignoribus improbatum, non valuit. l. prima. C. de pactis pignorum. et commissoria lege in pignoribus rescidenda. et capitulo. significante. et quod ibi per Innocent. Hostien. Ioan. Andre. in nouella. Ioannes de Imo. Panormita. et docto. de pigno. de quo Barto. in. l. quamuis. alias incipit Calipodius. ff. de solutio. Et non solum nō valet pactum huiusmodi, si in eo iuramentum prestitum extiterit, sed etiam si ad illius confirmationem interuenerit: vt videtur sensisse Innocent. et expressius Ioannes de Imola. in dicto capitu. significante. et in sua solemni repetitione. capitul. cum contingat. in princip. quarti membri. de iureiurand. allegans Bartol. in. l. si quis pro eo. versicu. quarto dixi quod prohibetur contractus odio creditorum, &c. ff. de fideiussoribus. Et esto quod iuramentum in contractu huiusmodi obligaret iurantem ad non contrauenniendum, nisi prius obtenta relaxatione aut dispensatione iuramenti huiusmodi, que concedi potest et debet. vt nota. docto. in dicto capitu. significante. ad quod faciunt. capitu. prim. et capitu. debitores. & quod ibi docto. de iureiurando. hoc tamen non obesset, nec obest nobili & honorabili viri magistro Claudio Fabri, nunc vt puto actiōe pignoratitia pro repetitione eiusdem loci experiente, et agente contra dictum
2 Crescentis: quia iuramentum † quo ad vinculū periurij, vt pote personale, non transit in heredem, vel alium successorem, vt not. Innocen. et docto. in capitu. veritatis. de iureiurand. Bald. et alij. in authentica sacramenta puberum. C. si aduersus venditionem. Potest igitur idem nobilis Claudius non obstante iuramento huiusmodi, si et quatenus reperiatur prestitum per dictum quondam nobilem Albertum eius patrem pratum prementionatum actione pignoratitia repetere: satisfacto de pretio predicto, aut oblato pretio huiusmodi, seu eo quod superest, deductis fructibus perceptis, et qui percipi potuerunt per prefatum Crescentis: vt probantur hec in. l. si rem. ff. de pignoratitia actione, vel contra. et. l. nec creditores. cum suis similibus. C. eodem titulo. debent enim in pretium huiusmodi imputari vt prediximus, fructus ex dicto prato percepti, et qui percipi potuerunt. l. prima. & secunda. C. de pignor. actio. & capitulo primo. cum suis similibus. de vsu. et magis specialiter et in terminis in dicto capi. significante. vbi de hoc est tex. Nec opponat dictus aduersarius, quod non solum dictus quondam nobilis Albertus vendiderit pratum predictum, sed etiam nobilis et honorabilis quondam mulier domina Maria eius vxor, seu prouidus vir Ioannes Bertalis alias Biche, eius pretensus procurator: quoniam respondeo, quod cum pratum predictum esset insolidum eiusdem quondam nobilis Alberti, quemadmodum ipse illud vendere non poterat, eo modo quo vendidit, ita nec poterat alteri vel vendenti, vel concedenti consentire: per id quod habetur in. l. secunda. et quod ibi Bal. C. si aduersus donationem. Esto enim quod idem Crescentis habuisset titulum isto casu a dicta nobili Maria pro medietate eiusdem prati, non tamen ab ea habuisset dominium illius partis, sed a viro consentiente, cuius erat: prout not. Bald. in dicta. l. secunda. et in. l. si liqueat. vbi etiam aliqui per Alexand. de Imol. in additio. C. de inofficiosis donationibus. dictus vero nobilis Albertus prohibitus erat sic vendere, ergo et vendenti consentire: ne
3 quod vna via fieri † prohibitum erat odio dicti Crescentis, alia via fieri concederetur. Regula. cum quid vna via. cū ibi. nota. de regu. iur. in. vj. & ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Unde vi. et finium reg. Rubrica.

Epitome.

Non intētatur interdictum Unde vi, nisi facta fuerit violentia et deiectio corporis de re, per eum, qui conuenitur: aut per alium, suo nomine: eo illud ipsum iubente, aut ratum habente: Et quemadmodum possessor non dicitur spoliatus possessione fundi, cuius fructus fuerunt ab alio per vim capti et exportati, sed potius turbatus: ita nec qui vere rem possidet dicitur sua possessione spoliatus, etiam si iudex aliquem in eadem re ius pretendentem, in possessionē induxerit: et hoc maxime quando iudex non intellexit priuare verum possessorem possessione sua. Et quod limites, seu termini, quibus in diuidendis finibus et territorijs vtimur ex sequentibus constare solent: vt scilicet, primo sint sufficientis longitudinis ac latitudinis: quod recta linea alter alteri opponatur: quodque eisdem apponantur adminicula ad latera ex vno et eodem lapide per medium secto, quorum medio, si contingat dictos limites seu terminos euelli, possit ex eisdem adminiculis primus illorum situs dignosci. h.d.

1 Creditur etiam testi deponenti per verba, mihi videtur, si illa colligat & capiat ex ijs que sensu corporeo percipi possunt. & nu. 2. 3. 4. & 10.
5 Assertio incerta et obscura non releuat probare debentem.
6 Sermones accipi debent secūdum communem intellectum et opinionem scribentium.
7 Quod non verisimile est, quedam falsitatis imago esse pretenditur.
8 Res inter alios acta alijs non nocet.
9 Ea instrumenta antiqua esse dicuntur, a quorum receptione lapsi sunt centum anni.
11 Finium regūdorum iudicium duplex est: quapropter quo ad quedam quilibet videtur esse actor & reus.
12 Rei, actoribus sunt fauorabiliores.
13 Interdictum vnde vi presupponit violentiam ex parte rei.
14 Statutum iuri communi contrarium strictissime interpretādum.
15 Iudex aliquem iuridice in possessi. rei inducēs, censetur priuare primum possessorem possessionem eiusdem rei, si hoc agere, intendat alias secus.
16 Sequestrum iudiciale non priuat quempiā possessione sua.

Consilium. clxxxv.



Processus agitatus per et inter homines manentes, & incolas loci de Mono ex vna parte, et vniuersitatem, seu consules, et habitantes, et quosdam particulares loci Miribelli ex alia, est aliquantulum inuolutus,

nolutus, propter multitudinem causarum ex iussu et ordinatione huius Magnifici Parlamenti simul vnitarum: que si non desipio, fuerunt et sunt tres. Prima quidem fuit causa principalis primo cepta, coram Egregio viro domino Vicebaillivo Baronianum Medullionis, et Montis Albani, per et inter vniuersitatem, seu syndicos et vniuersitatem, seu syndicos vniuersitatis dicti loci de Myono actores ex vna parte, et prefatos de Miribello ex alia, de et super limitibus territoriorum, districtuum, et mandamentorum predictorum locorum, seu aliquibus eorundem. ¶ Secunda fuit parte illorum de Miono intentata, de et super pretensa possessione seu quasi iuris immittendi eorum animalia in loco in actis cause huius plenius mentionato: et huius asserte possessionis, seu quasi pretensa ereptione, siue spolio. ¶ Tertia vero fuit cepta parte dominorum procuratorum fiscaliū dictorū loci Miribelli, et Baroniarū, nec non vniuersitatis, seu cōsulū eiusdē loci Miribelli, Bonchonis, et Dreuoni Falconis, incolarum eiusdem loci, de et super inquietatione et molestia possessionis seu quasi iuris immittendi animalia dictorum de Miribello in Blachūs, seu loco plenius mentionato et expresso in positione parte dictorum dominorum procuratorum, et prefatorum de Miribello, coram prefato domino Vicebaillivo oblata et producta. ¶ Et quatenus ad primam causam attinet, Premitto quod vt colligitur ex visitationibus terminorum, territoriorum et mandamentorum huiusmodi factis per spectabilem virum dominum Hericum Hauteronis iurium professorem eximium, Dalphinalem consiliarium, et commissarium per hanc insignem curiam deputatum, quāuis partes prefate in aliquibus pretensis terminis hincinde dissentiant, conueniunt tamen si non fallor in quatuor. Et primo quidem in primo, qui positus dicitur in pede combe de Parasor. Etiam conueniunt in secundo, qui erectus est in summitate eiusdem combe. ¶ Conueniunt insuper in tertio, qui plantatus deprehenditur in costa de Parasor inter vineas. ¶ Preterea et in quarto, qui erectus est in ripa de Parasor. Et quod in hijs conueniant, colligitur, vt predixi, ex dictis visitationibus, et demonstratione hincinde per partes facta eidem Spectabili domino Henrico Hauteronis: quod etiam apertius exprimitur in actis factis super demonstratione, quam fecerunt prefati de Miribello: vbi post ostensionem dicti quarti termini, ibi. Qui quidem limites supra declarati recto filo tendunt de primo supra declarato ad dictum quartum limitem: Nec inter partes contendentes occasione limitum erat ad presens controuersia: quia quicquid est, etc. et ijs demonstrationibus facta conuenit instrumentum sententie arbitramentalis olim late inter predictas vniuersitates, anno. videlicet, domini, Millesimo ducētesimo octuagesimo nono. cuius copia producta est parte dictorū de Miribello, et inserta folio. quingentesimo nonagesimo septimo. vbi est assertus sermo de dictis primo, tertio, et quarto limitibus. Et quamuis ibi sermo non appareat de secundo, hoc tamen non obest: quia, vt colligitur ex tenore alterius arbitramentalis sententie postea late, anno. videlicet, domini Millesimo tricentesimo octuagesimo octauo. et die vigesimo secundo. mensis Aprilis, cuius instrumentum inseritur folio. 616. dictus secundus limes fuit in vim illius, et propter de nouo suborta contentionem plantatus et erectus. ¶ Premitto insuper quod post dictum quartum terminum suboritur contentio inter partes prefatas. Pretendunt enim dicti de Miono, quod post hunc quartum terminum subsequitur alius pretensus limes, qui est, non in procedendo vel accedendo recto filo, sed in reflexum, habendo respectum ad ecclesiam sancti Victoris existentem a parte Miribelli: cuius limitis locum pretendunt ipsi de Miono vulgariter appellari (les cours des Mores) et post hunc assertum limitem pretendunt subsequi quendam alium existentem supra Viridarium du Chassaire, in pede cuiusdam rupis. Dicti vero de Miribello, vt patet ex visitatione predicta parte eorum facta, aliam et aduersam demonstrationem faciunt, et hec videtur esse verior. ¶ Primo quidem, quia magis conformis predictis arbitramentalibus sententijs: in quarum prima scriptum reperitur fuisse ordinatum, quod post terminum positum in ripa du Parasor, et ab illo loco recta linea procedendo plantaretur alter iuxta curtem des Mores: et ab illis recta linea versus Petram grossam: et a Petra grossa recta linea versus penates sancti Jacobi: In secunda vero reperitur ordinatum quod termini positi supra nemus du Parasor, a loco Petre Grosse versus penates sancti Jacobi, superius et inferius versus curtes des Mores, deberent remanere in statu pristino, et illesi: et quod deinde inferius ponerentur et plantarentur termini de nouo recta linea descendendo vsque ad limites defensi du Parasor, et deinde prout dependet terra, et labitur aqua per carrerias seu limites dicti defensi du Parasor, descendendo ad combam. Secundum igitur hanc secundam sententiam apparet quod remanere debeat terminus positus prope Curtes des Mores: et quod deinde recta linea descendendo acceditur ad limites du Parasor: et sic ad limitem positum in costa de Parasor, qui est quartus terminus concorditer demonstratus: quo fit, vt procedendo de dicto quarto limite, ad limitem existentem prope curtes des Mores, procedi debeat recta linea, et ascendendo: quod fit secundum demonstrationem quam faciunt dicti de Miribello, non autem secundum eam quam faciunt prefati de Miono: sed asseritur in reflexum: Preterea quod ille pretensus quintus limes quem ostēdunt prefati de Miono non est repertus erectus, nec ex sui demonstratione habet formam limitis, quinimo est lapis quadratus: et vt videtur lapis sic dispositus pro edificio: prout deposuerunt prouidi viri Huguetus Tassilis primus testis, magister Gulielmus de Monte Bruno secundus testis Antonius Guigonis nonus testis, et Bartholomeus Bremondi decimus. et vt dicunt prefati de Monte Bruno, Guigonis, et Bremondi, locus a quo euulsus pretenditur dictus assertus limes est de Calce et cemento, ita vt iudicari valeant illum fuisse positum pro muro et edificio construendo: quorum dicto prebet, vt videtur adminiculum, quod dicitur in visitatione facta parte dictorum de Miono, et post ostensionem dicti pretensi limitis: vbi dicitur quod iuxta et prope dictum pretensum limitem, et circa sex tesias est vnus murus lapidibus et cemento constructus: vt dicti etiam Tassilis, de Monte Bruno, Guigonis, et Bremondi, testificantur et deponunt: et ita etiam colligitur ex visitatione per eos, et nos coellectos: seu coarbitros facta: limites, seu lapides pro limitibus parte dictorum de Miribello ostensi, sunt fulciti bonis ac sufficientibus et vsitatis guardonis, habentes mutuum respectum: primus, videlicet, ad secundum: et secundus ad primum et tertium: et sic deinceps respectiue. Sunt etiam bone et apparentis altitudinis, quorum omnium, aut saltem maxime partis, contrarium apparet de lapidibus parte dictorum de Miono ostensis: propter quod non immerito testificati sunt et deposuerunt prefati Tassilis, de Monte Bruno, Guigonis, et Bernardi fuisse visum et videri quod limites parte dictorum de Miribello ostensi, non illi quos pretendunt prefati de Miono, fuerunt et sunt veri limites diuidentes mandamenta et territoria predictorum locorum: et quod suo iudicio, quicquid est a predictis limitibus a parte Miribelli est in territorio et mandamento Miribelli: et quidquid est a parte de Mionis: est in territorio de Miono: quorum depositioni seu dicto, licet deponant per verbum
1 videtur, credendum est: pro eo † quia illud suum videre, capiunt et colligunt ex ijs que sensu corporeo perceperant: viderunt enim lapides huiusmodi et eorum longitudinem, et grossitudinem: viderunt dispositionem, et situm: viderunt gardonos in eorum pedibus, et ad latera positos: in pede, videlicet cuiuslibet, duos ex vno lapide confectos: viderunt ex situatione gardonorum huiusmodi mutuum respectum: Ex quibus plane colligitur, quod istud suum videre, et suum indicare non est a sensu separatum, sed illi proximum et coniunctum: et per quem scitur veritas: ergo probant. per id quod nota. Specul. titu. de testament. § nunc tractandum. versicu. quid ergo si quis petit fundum. ibi. vnde non querat vt quidam faciunt. vsque ad additio. exordiente. hoc ergo intendit. iuncto eo, quod dicit Joannes Andreas. in dicta additio. et idem puto voluisse Bartolum. et Baldum. in. l. qui tamen. §. si arbiter. ff. de arbitr. et Alerand. de Jmol. consilio septuagesimo quarto. exordiente. Viso testamento Joannis, etc. in primo
2 volumine. ibi vnde testis, etc. vbi dicit † testem deponentem quod ita sibi videtur, non probare, nisi premittat rationem dicti sui per visum. vel alium accommodatum sensum corporis: Sentit igitur quod vbi premittit rationem dicti per sensum, etc. ille probat: quod etiam colligitur ex dictis doctorum per eum allegatorum. ¶ Ad premissa faciunt. notata. per Cynum in. l. testium. in quinta questione. et post

eum per alios.C.de testibus.per Bald.in.l.sine possidetis.
C.de probationibus.et per Alexand.de Imo.in.l.secunda.
§.idem labeo.ff.de aqua pluuia arcenda.et.ff.de iureiuran-
do.super rubrica.in principio.et consilio.octuagesimo octa-
uo.exordiente. In causa domine Bartholomee de Blan-
chetis, etc.in quarto volumine. Quorum omnium hec est
3 communis sententia et † vnus sensus, quod licet non cre-
datur regulariter testi deponēti per verbum, credit, hoc ta-
men fallit quando premittit rationem dicti sui per visum,
vel alium accōmodatum sensum corporis. ¶ Preterea pre-
fati Tassilis, de Monte Bruno, et alij deponunt, vt ita di-
xerim, de concernētibus peritiam artis: quia imperiti, etiam
si vidissent que predixi, hoc est et lapides, et illorum situm, et
guardonos positos ad latera, non tamen ex ijs colligere sci-
4 rent quod illi essent limites. In ijs † autem que concernunt
peritiam artis creditur testi deponenti per verbum, vide-
tur, aut quod ita credit. l.prima.§.primo.et quod ibi Barto-
lus.ff.de ventre inspiciend.cano.in capi.proposuisti.de pro-
batio.pro quo faciunt not.per Joan.Andre.et Panormi.
in capit.fraternitatis.de Frigid.et malefi.per Bart.in pro-
emio Digestorum. Bald.et Sali.in.l.comparationes.C.de
fide instrumentorum. Angel.in authenti.vt preponatur no-
men Imperatoris.in fine.et.l.si vacantia.C.de bonis vacan-
tibus.et de incorporatione.libro decimo.et per Feli.qui mul-
tos refert.in capit.quia iudicante.in princip.de prescriptio.
Et si prefatis Tassilis, de Montebruno, et alijs credi nō de-
beret quasi iudicantibus, quatenus dicunt illos esse veros li-
mites, quos dicti de Miribello ostenderunt, et pretendunt:
ac territoria et mandamenta predicta terminare et diuidere,
cuius tamen contrarium sensit Specul.in dicto.§.nunc tra-
ctandum.versicul.quid ergo.ibi.vnde non querat, etc.secun-
dum mentem Joan.And.in dicta additio.exordiente. Hoc
ergo contendit.et alij prefati loquentes de teste deponente
de eo quod cōcernit peritiam artis, illud saltem certissimum
est quod eis credi deberet et debet, quatenus deponunt de
ijs que sunt facti: videlicet, de visione illorum lapidum, de
concauatione, de situ, de guardonis ex vno lapide cōfractis,
positis ad talia et talia latera eorundem lapidum: Que om-
nia videntur potuisse cognosci per visum: nisi forte quod di-
xi de gardonis ex vno lapide confractis. Ex quibus omni-
bus manifeste deprehendere potest, et deprehēdit hoc Ma-
gnificum Parlamentum quod predicti lapides censeri de-
beant veri termini, nō alij parte dictorum de Miono pro ter-
minis ostēsi: qui, vt predixi, imo testes predicti, formā vel effi
giem limitū nō habent: et q sunt sine guardonis: etiā mutuū
respectum non habentes. ¶ Cui proxime dicto non obstat
quod dicitur in visitatione parte dictorum de Miono facta:
et in ostensione pretensi sexti limitis positi, vt ex aduerso pre-
tenditur, supra Viridarium du Chassaire, in pede cuius-
dam ruppis: vbi dicitur honorabilem virum magistrum
Dreuonem Chambonis nota. cui facta fuit huius pretensi
limitis ostensio, reperisse quandam lapidem in terra planta-
tum, qui lapis sibi visus est fuisse fractus, et fracturam amo-
tam: et que fractura ibidem prope dictum lapidem planta-
tum erat, seu quidam alius lapis, quem dicebant illi de
Miono prouenisse ex dicto lapide plantato: vbi subiungi-
tur, quod dictus lapis de directo respicit ad dictum lapidem
existentem in curte des Mores a parte solis occasus: quo-
niam honore saluo dixerim dicti magistri Chambonis, nec
ipse, nec alius, rebus sic stantibus, potuit attestari de huius-
modi pretenso directo aspectu: et hoc eo quia. vt predixi, et
apparet ex actis, ille lapis existens in dictis pretensis cur-
tibus des Mores, non est rrectus, non sunt etiam visi ali-
qui eius gardoni vt cognosci potuerit ad quem locum eius
pretensus aspectus dirigeretur: Hic etiam pretensus sex-
tus terminus seu limes non fuit apertus vel euulsus, vt
viderentur eius gardoni: ex quorum situ et inspectione indi-
cant experti de aspectu, non ex sola visione eius quod extra
terram apparet. Preterea iste lapis pretenditur fuisse fra-
ctus, et fractura amota, et que fractura seu quidam alius
lapis, quem dicebant illi de Miono ibi prope existebat: quod
si ita est, nunquid potuit per fracturam et amotionem lapi-
dis huiusmodi, alterari forma et respectus dicti lapidis, si
quem habuerat, ita vt huic nihil fidei dari possit: Addicio
quod hic lapis dicitur esse altitudinis dimidij pedis supra
terram, et latitudinis duorum pedum, quod absurdum est:
vel vt aptius loquar, nōn consuetum: quod ampliores, sint
similium lapidum latitudines, quam lōgitudines. Nisi forte
quis respondendo dixerit hoc contigisse ratione dicte fra-
cture, et amotionis alterius lapidis: sed istud non satis-
facit: quia non dicitur in visitatione quod ille lapis amo-
tus extiterit a superiori parte, seu summitate dicti lapidis
plantati, vt sic cognosci possit lapidem plantatum eatenus
fuisse diminutum in sua longitudine, quatenus pretendi-
tur alius lapis ab eo vt asseritur per tractionem amotus:
potuit enim amoueri a latere dicti lapidis plantati: Est igi-
5 tur hec assertio † incerta et obscura, et sic non releuat pro-
bare debentem.capitu.in presentia. de probationib.dictus
etiam magister Chambonis non asserit quod a lapide plan-
tato amotus extiterit dictus alius lapis, sed dicit quod illi
de Miono dicebant quod ex alio prouenerat: et sic non ob-
stat. ¶ Etiam nec suffragatur eisdem de Miono quod inibi
subijcitur, scilicet, quod dictus lapis plantatus a parte so-
lis ortus respicit ad penates sancti Jacobi: quoniam re-
spondeo quod inibi refertur assertio illorum de Miono, non
dicti magistri Chambonis: etiam ibidem dicit locum pe-
natium non fuisse visitatum, pro eo quia ad illum commo-
de accedere non potuit. Preterea vt apparet ex predi-
ctis prima et secunda arbitramentalibus sententijs in pro-
cedendo et ascendendo a primo termino, qui est in pede
combe, post terminum qui est in curtibus des Mores,
peruenitur ad Petram grossam recta linea: ad quem tamen
non acceditur secundum demonstrationem quam fecerunt
prefati de Miono: nisi forte dicere vellint quod rupis illa
iuxta cuius pedem ostenderant dictum lapidem fractum,
sit et dicatur Petra grossa, de qua in sententijs antedictis:
sed istud non videtur verisimile: quia licet verum sit dice-
re quod illa rupis est Petra, et grossa, non est tamen con-
suetum quod rupes sic nuncupentur. Nec est verisimile quod
arbitri ita nuncupauerint, aut per verbum Petra grossa,
intellexerint de illa rupe: eo maxime quia alibi et in loco
ad quem verisimilius acceditur a limite posito in curtibus
des Mores secundum ostensionem dictorum de Miribel-
lo, reperitur et apparet quedam Petra grossa: est ergo id
quod dicunt arbitri in dictis sententijs, sentiendum de hac
petra, tanquam de verisimiliori, non de dicta rupe tan-
6 quam non verisimili: quia † sermones verificari et accipi de-
bent secundum communem opinionem scribentium intelle-
ctam.l.si ita quis.in verbo.quod nemo sanus.ff.de euictioni-
7 nibus. † et id quod non est verisimile, est quedam falsita-
tis imago.vt not.Bald.in.l.prima.C.de seruis fugitiuis.vbi
allegat Auerroym.commentatorem. ¶ Preterea prefati
de Miribello sufficienter probarunt, et per multos testes
se fuisse ab antiquissimis temporibus, et hodie esse in pos-
sessione seu quasi immittendi, tenendi, et depascendi que-
cunque eorum animalia vsque ad limites per eos demon-
stratos: vt videri potest per ea que deponunt testes par-
te eorū producti super sexto septimo decimoquinto et duo-
bus sequentibus articulis libelli appellatorij, parte eorun-
dem coram egregio viro domino iudice appellationū Dal-
phinatus primo oblato: et deinde coram hoc Magnifico
Dalphinali Parlamento reproducto. Ex quibus omni-
bus apparet eosdem de Miribello quo ad causam predi-
ctorum limitum habere plura et maiora adminicula pro in-
tentione eorundem, quam habeant dicti de Miono, qui ni-
hil efficaciter probasse videntur: maxime vltra illam pre-
tensam possessionem seu quasi immittendi, et depascendi
eorum animalia vsque ad pretensos terminos per eos al-
legatos: ille enim pretense recognitiones parte eorum pro-
ducte, vt per eas ostenderent et probarent quod tenemen-
tum de Parassor, et locus Blachiarum sunt in territorio de
Miono hoc non probant: quia ille fuerunt exemplate vel ex-
tracte absentibus et nonvocatis prefatis de Miribello: non
ergo probant: per rationes quas ponunt domi.de Rota de-
cisio.x.exord. Fuit dubitatum vtrum instrumenta, etc.et per
ea que not.Panormi.et docto.in capitu.contingit.capi.Al-
bericus.et capitu.cum P.tabellio.de fide instrumentorum.
et de iure haste fiscalis et de addictionibus. Cui non ob-
stant scripta per quondam spectabilem virum dominum
Guido.Pape.in secunda decisione huius Magnifici Par-
lamenti: quia loquitur in alio casu, et diuerso: et in quo
subest alia ratio: et sic non est arguendum de casu dicte pro-
xime decisionis ad alium: cum vt apparet ex his que nota.
docto.in dicto.capitulo.cum P.tabellio.simus in correcto-
rijs: tum et quia ille pretense recognitiones non sunt ex inte-
gro exhibite vel producte, quod tamē fieri debuit: quinimo
ex integro debuerāt legi a dictis de Miribello, quāuis dari
nō oportuerit copiā ex integro.d.c.cōtingit.et.c.cū psone.de
priui.

primi.in.vj.potest enim esse quod ille scripte non fuerint per notarium,et quod fuerint pu blicate, et quod in eis nulli testes descripti extiterint. Possunt esse et alij defect⁹, qui vel, ex inspectione,vel ex lectura deprehendi potuissent : non autem ex forma sub qua ipse pretense recognitiones producte extiterunt:tum ꝛ quia in dictis pretensis recognitionibus,si de illis appareat,facta est solum et duntaxat mentio de locis predictis enuntiatiue,ꝛ non dispositiue:ꝛ inter illos pretensos recognoscentes,ꝛ eos quibus recognouerunt, absentibus prefatis de Miribello:ergo contra eos nihil probant:
8 quia † res inter alios acta alijs non nocet.l.j.ꝛ in rubr.C.res inter alios act.l.j.ꝛ.ij.C.qui.res iudi.non no.c.inter dilect.de fi.instrumen.c.quamuis.de re iudi.l.optimam.ꝛ quod ibi gl. C.de contrahend.ꝛ commit.stipu.la.j.ꝛ.l.predijs.§.Titio.et quod ibi Bar.ff.de leg.iij.pro quo est bona gloss.in terminis questionis,ꝛ quod ibi Bald.ꝛ docto. in.l.cum aliquis.C.de iure deliberan.Nisi forte dicat aliquis quod hoc fallit quando instrumenta sunt de antiquo:sed istud non obstat : q2 ad
9 hoc quod instrumenta dicantur † esse de antiquo, opus est q̄d a tpe eorum receptionis lapsum fuerit tps cētum annorum.et not.Ioan.de Imo.ꝛ Panormi.in.c. veniens.el.j.de testi.ꝛ idē de Imo.in.l.ij.§.idem labeo.ff.de aqua pluuia arc. et ista fuit finalis conclusio Inn.licet multas opiniones referentis.in.c.veniens.de verb.signi.not. Specu.titu.de proba.§.j.ver.valet etiam,ꝛc.et versi.ꝛ not.ꝛ hec est communis opinio vt attestatur Alex.de Imol.in.d.l.cum aliquis:dicte vero pretense recognitiones non sunt huius temporis, sed breuioris:ꝛ si que putentur esse huius temporis,vel amplioris,ille nō sunt nisi due,quibus saltem obstant alie rationes superius allegate.Obstant preterea probationes de quibus supra,facte parte dictorum de Miribello.¶ Preterea etiā non obstant probationibus factis parte dictorum de Miribello depositiones testium parte dictorum de Niono productorum ꝛ examinatorū, super.viij.ix.ꝛ.xxj.articulis libelli appellatorij eorūdem de Niono,quatenus illi aut aliqui ex eisdem videri possent deposuisse quod Blachie ꝛ tenementum de Parassor fuerint vel existant de pertinentijs et iuribus
10 territorij de Niono:quia cum vt † sic deponant de ijs que sensu corporeo percipi non possunt,non valet eorum dictū,cum causam non reddant:per theoricam quam ponit Inno.et sequuntur Host.Ioan. And.ꝛ alij in.c.cum causam.de testi.ꝛ legiste in.l.solam.C.eo.titu.etiam nec obstant quatenus apparerent deposuisse quod loca huiusmodi habita fuerint et reputata pro locis existentibus de iuribus et pertinentium territorij de Niono:tum quia cum vel omnes, vel maxima pars testium huiusmodi magistris seruierint in dicto loco de Niono,ꝛ deponant de tempore eorum seruitij,presumendum videtur quod illa pretensa reputatio de qua deponunt fuerit dictorum de Niono, non aliorum:ita ipsis de Miribello obstare non debet,quemadmodum nec eis obstare debet assertio quam nūc faciūt ipsi de Niono.Insuper est etiā aliud quod obstat depositioni predictorum testium,videlicet id quod deposuerunt testes parte dictorum de Miribello producti.aut maxima eorum pars super.vij.ꝛ octauo articulo,eorum libelli appellatorij:ad quam depositionem interrogati super.xv.ꝛ duobus sequentibus articulis eiusdem libelli se retulerunt:ꝛ super quibus ipsi, vel eorum plurimi dixerunt,et deposuerunt Blachias fuisse dictas,habitas, et reputatas pro tenemento existēte in ꝛ de territorio Miribelli. Videtur igitur quod pro ipsis de Miribello tanquā habentibus efficaciores probationes, et plura adminicula, sententia ferri debeat quo ad hanc causam limitum : quod fieri deberet etiam si essemus in dubio quis plenius probauerit:
11 quia licet † iudicium finium regundorum sit duplex,ꝛ preterea videatur quo ad quedam quilibet esse actor ꝛ reus.l. in ijs tribus.ff.de iudi.ꝛ.l.iudicium.el.ij.ff.fini.regun.nō ta
12 men quo ad omnia : quia vt dicit gloss.quam ibi sequuntur Bald.ꝛ Ang.in dicta.l.in ijs tribus,is qui † in causam tractus est,fauorabilior est eo,qui ipsum trahi procurauit:et sic eo casu etiam in hoc duplici iudicio et alijs locum habet.l. fauorabiliores.ff.de regulis iuris.ꝛ regula cum sint partium iura obscura.eo.titu.in.vj.quod etiam voluit Odof.vt refert Bald.in.d.l.in his tribus : cum itaque prefati de Miribello primi tracti extiterint coram dicto domino Vicebaillivo super questione limitum, illi debent in dubio obtinere per predicta:quod existimo intelligēdum,non solum quo ad hoc vt absoluantur ab impetitis parte dictorum de Niono, sed etiam quo ad hoc vt eis adiudicetur.de quo equaliter probareit.¶ Quo vero ad secundam causam parte dictorum de Niono intentatam,videtur quod ipsi male intentauerint remedium primi capitis,Si quis per literas.etiam si probatū extitisset illud pretensum possessorium parte eorum allegatum:et hoc pro eo quia ad hoc vt remedium huiusmodi cōpetat exigitur violētia,ꝛ quod per illam fiat deiectio corporis de re:sicut dici solet in interdicto vnde vi.l.j.§.interdictū autē hoc.et.§.idem Iulianus.ff.de vi ꝛ vi ar.quod sine vio
13 lentia † huiusmodi facta per eum qui conuenitur,aut per alium eius nomine,et per ipsum ratahabita, vel nisi saltem possessor absens,ꝛ ad rem per se possessam accedēs admissus non fuerit sed repulsus,non competit per ea que not.docto. in .l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff.de acquirenda
14 possessio.ꝛ in.l.si quis in tantam.C.vnde vi.Dictum † enim statutum, quod vtpote in multis contrarium dispositioni iuris communis strictissime interpretandum est, ꝛ in terminis suis intelligi,non extra verba extendi.ar.l.si seruum quis. §.non dixit.ff.de acquirenda hereditate.l. prima.§. loquitur. ff.de aqua quoti.ꝛ esti.l.quarta.§.quoties.ff.de damno infec. vtitur enim his verbis,A possessiōe expulsus, aut deiectus, quorum vtrunque videtur requirere violentiam, que non est probata:quinimo nec ꝑposita per dictos de Niono,scilicet, quod illi de Miribello eosdem expulerint ab illo loco in quo se pretendunt eorū animalia depauisse tempore facte pignorationis:sed proposuerunt et dixerunt eos cepisse et abstulisse vi ꝛ violentia certam quātitatem aueris lanuti : per quā captionem,etiam si de illa appareret, nō infertur pretensum spolium possessionis , seu quasi immittendi , et depascendi animalia inibi:quemadmodum nec per captionem,ꝛ exportationem fructuum etiam per vim factam spoliatur possessor fundi,sed magis turbari dicitur:vt voluit Bald.in.l.post sententiam.versicu.porro si ego possideo.C.de sentent.et interlocutionibus omnium iudicum.et post eum Alexand.de Imo.in.l.colonus.ff.de vi et vi arma.quo fit vt propter ineptitudinem debuerint , et debeant succumbere quo ad hanc causam : etiam si alia non obessent , que tamen obsunt,vt notorie apparet ex actis : super quibus non insisto.¶ Quo vero ad aliam et tertiam causam parte dictorum de Miribello intentatam,pretextu et ad causam pignorationis facte in Blachijs,et de parte aueris prefatorum Antonij Bonchonis,ꝛ Drenoni,illud apparet certissimum quod dicti de Miribello clarissime probauerunt,tam tempore intētati remedij secundi capitis predicti statuti,quam postea,et in cursu cause huius,vt apparet per dispositiones testiū parte eorum in hac causa productorum ꝛ examinatorum,super sexto et septimo articulis dicti libelli appellatorij,quod ipsi fuerunt ab antiquissimis temporibus et citra, et hodie sunt in possessione seu quasi immittendi, tenendi , et depascendi eorum animalia vsque ad limites superius sepius mentionatos , et per eos ostensos et demōstratos tempore factarum visitationum.Primo per arbitros hincinde electos, et deinde et secundo per dictum spectabilem virum dominum Henricum Gautheronis,videntibus,scientibus , et ita fieri patientibus predictis de Niono : et signanter probauerunt se fuisse et esse in possessione dicta eorum animalia immittendi , tenendi , et depascendi in loco facte pignorationis : vt clare apparet ex depositione plurium testium examinatorum in exequutione predicti statuti . Si quis per literas. propter quod non debuerunt dicti de Miribello in hac sua possessione,seu quasi inquietari,turbari,aut molestari:quod tamen factum est propter dictam pignorationem et capturam suorum animalium : et sic videntur vere intentasse remedium secundi capitis eiusdem statuti. Nec videntur prefati de Niono potuisse aut posse hanc iniuriosam pignorationem ex eo colorare, seu tueri , vel defendere, quod antea fuissent in dicta eorum pretensa possessione reintegrati: tum quia illa pretensa reintegratio fuit nulliter facta, et in casu in quo fieri non debuit:tum et quia esto quod illa fuisset facta legitime,non propterea censendi erant ipsi de Miribello spoliati , aut expulsi a predicta eorum possessione in qua antea existebant : quia de ea actum non fuerat , sed de possessione per dictos de Niono allegata:et qua se priuatos pretendebant:in qua censeri debet dominus Vicebaillivus ipsos de Niono reintegrasse, et sine preiudicio possessionis, quam antea habuerāt ipsi de Miribello. Quamuis enim iu
15 dex † aliquem iuridice in possessionem immittens vel inducens,censeatur priuare possessorem , si hoc intendat agere.l. iuste possidet.ff.de acquirenda et retinenda possessione.hoc tamen non procedit quando iudex priuare non intellexerit vel noluit verum possessorem : quia tunc non priuatur verus

possessor. vt not. Inno. in c. quoniam frequenter. §. in aliis. vt lit. non contesta. Bart. et alii post eum. in l. officium. ff. de rei vendi. et l. ii. C. vbi in rem actio. exer. per l. fin. C. si per vim vel alio mo. hic autem censendus est noluisse: per id quod not. doct. in simili. in l. interesse puto. ff. de acquirenda possessio. in l. j. C. de prohib. sequestra. pecu. et in c. examinata. de iudic.
16 † quatenus inibi volunt quod per sequestrum iudiciale possessor non perdat possessionem: quia iudex non censetur hoc velle: nec tantum preiudicium afferre possessori. Preterea, quomodo presumendum est quod dictus domi. Vicebaillivus aditus vt dictos de Miono, qui se spoliatos pretendebát, quamuis minus ciuiliter, in earum pretensa possessione seu quasi reponeret hoc facere voluerit, et nihilominus priuari dictos de Miribello tunc absentes et non vocatos, ac veros et legitimos possessores, quoad possessioné loquor, que penes eos existebat ante illud pretésum spoliū: et per dictos de Miono allegatum: contra. l. merito. ff. pro socio. per dictum enim statutum. Si quis per literas. datur iudici facultas reintegrandi olim possessorem, et de possessione expulsum, vel deiectum: non spoliandi verum, et legitimum possessorem: propter que videtur quod hec insignis curia inaduertenter processerit, quatenus cassauit et annullauit literas cum earum expletis illarum vigore factis et concessis per dictum do. Vicebaillivum in exequutionem manutentionis per eum facte ad cómodum dictorum de Miribello, aduersus dictos de Miono turbatores dicte eorum possessionis seu quasi immittendi et depascendi dicta eorum animalia in Blachiis: quia hec causa dici non poterat aduocata, nec in ea erat inhibitum per inhibitiones parte dictorū de Miono obtentas: ille enim solum se extendebát ad causas limitū, et pretense appellationis parte dictorū de Miribello interiecte a reintegratione facta in fauorem dictorum de Miono: non ad causam turbationis postea facte per ipsos de Miono.

¶ De conditio. et demonstratio. et cau. que in testamen. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Heredi excipienti de conditione legatario petenti legatum, illam probare tenetur: Et quod mater, etiam si fuerit presens renuntiationi generaliter facte per filiam de omnibus bonis paternis et maternis, non tamen ex eo prohibetur eidem filie legare, aut etiam illam heredem vniuersalem si vellit instituere. h. d.

1 ☞ Heres censetur legatatorio quasi contractu obligatus.
2 Vnusquisque est legitimus rei sue moderator et arbiter.
3 In exceptionibus reus est actor: ex eo quod tenetur suas exceptiones probare.
4 Ei qui dicit incumbit onus probandi.
5 Cum quid conditionale in iudicio deducitur, illud ipsum in iudicio vt purificetur necesse est.
6 Officium potius paternum est dotare filias quam maternum.
7 Pactum contra bonos mores nullum est: ideo nec pactū de bonis viuentis, nisi is de cuius bonis paciscitur consentiat, et ad mortem vsque perseueret.

¶ Consilium. clxxxvj.



Nihil reperio oppositum parte honorabilis viri Gulielmi Bachassonis in quadá ciuili causa, quam cótra eū et veluti heredé pro semisse honeste quondam mulieris Mezete Bernarde eiusdé Gulielmi matris, mouit et persequitur honorabilis mulier Anna Bachassonis, relicta Philipponi Grimaudi, et filia eiusdé quondam Mezete, quominus debuerit et debeat idem Gulielmus ad petita per ipsam Annam códemnari. Quod vt plenius appareat, quamuis iam super hoc plene scriptum extiterit per egregium virum dominum M. Garcini primo scribentem, legum doctorem eximium, premitto quod partim cónfessione dicti Gulielmi, et partim per publicum instrumétum testamenti dicte quondam Mezete, plene probatum est testamentum eiusdé quondam Mezete, et quod ipsa in eo vniuersales heredes instituit Joannem Arnulphi, et prefatum Gulielmum eius filios, et quod in illo legauit, et iure institutionis reliquit ipsi Anne actrici centum florenos, vnum tessutū, et quedam alia: quodque mortua dicta Gilleta pfati eius filii bona et hereditatem eiusdem adiuerint: et illam acceptarunt:
1 quo fit vt ex quasi † cótractu censeantur et céteri debeant dicti Joannes et Gulielmus eidem Anne ad soluendū legata huiusmodi obligati. §. heres quoque. insti. de oblig. que ex quasi contrac. nascun. Nemini enim venit in dubium quin prefata quondam Mezeta de suis bonis disponere potuerit, et ipsi
2 Anne summam predictam, et alia relinquere: † quia quilibet est moderator rei sue. l. in re mandata. C. mandat. l. polla. C. de iis quib. vt indig. l. sed et si lege. §. consuluit. ff. de peti. hered. et l. dudum. cum suis simi. C. de contrahend. emp. quod maxime procedit, et procedere debet in vltima voluntate. l. j. C. de sacrosan. eccle. c. vltima voluntas. xiii. q. ii. et aut. de nup. §. dispo nat testator. colla. iiii. ¶ Premissis vero non refragatur neque obstát proposita et deducta parte dicti Bachassonis in quibusdam pretensis exceptionalibus articulis exordientibus. Ad elidendum intentioné, etc. parte eius in dicta causa oblatis. et primo quidem non id quod ibi proponitur de quibusdam pretensis conditionibus, seu modificationibus, sub quibus vt ex aduerso pretéditur, dicti centum floreni, et res alie fuerunt eidem Anne relicta: quoniam respondeo, quod vt apparet ex clausula legati mihi missa, legatum, siue relictum dictorum centum florenorum. et rerum aliarum fuit purum, non conditionale, prout ex aduerso pretendit: et parte eiusdé Bachassonis deducitur in tertio articulo dictarū exceptionum: legauit enim, et iure institutionis pure reliqt ipsa quondam Mezeta eidem Anne, dictos cétū florenos: et res alias: quáuis postea subiecerit, quod casu quo reperiretur vel constaret legitime ipsam Mezetam fecisse aliquam donationem dicte Anne filie in contractu sui matrimonii, seu contemplatione illius, vel etiam tempore pretense quictátie per ipsam Annam facte post matrimoniū huiusmodi, aut se obligasse pro aliqua summa sibi danda vel soluenda, in his casibus, aut eorum altero instituebat dictam Annam filiá in eo quod reperiretur vel constaret eandem testatricem sibi donasse, vel id in quo appareret eandem sibi obligatá ad dandum et soluendum: et in tessuto: et perlis: insuper et in decem florenis: non autem in centum florenis. Sed hec adiectio non obstat cum nó probetur prefatam quondam Mezetam eidem Anne filie in contractu dicti matrimonii, seu contemplatione illius, vel etiam tempore dicte pretése quictantie aliquid sibi donasse: aut se pro summa aliqua sibi danda obligasse: quod tamen probádum erat per prefatum Gulielmum reum, et ex
3 cipientem: tum quia † in exceptionibus reus est actor: hoc est astringitur ad probandum suas exceptiones, quemadmodū et actor tenetur ad probandum eius intentionem ad victoriá obtinendam. l. in exceptionibus. cum suis similib. ff. de exce
4 ptio. tum et quia † ei qui dicit incumbit probatio: tum et quia ille pretense modificationes seu conditiones sunt fundamenta intentionis dicti Gulielmi Bachassonis: Debuerūt ergo per eundem probari: etiam si ille non fuissent affirmatiue, prout sunt, sed negatiue: quia onus probandi regulariter incumbit ei qui se fundat ex negatione: vt no. Bar. et plura iura ad hoc allegat. in l. hoc iure. ff. de verborum obliga. ad quod etiam est bonus text. in l. pen. §. docere. et quod ibi Barto. et omnes. ff. ne quis. eum qui in ius vocatus est. et in c. j. de confes. in vj. multas remissiones allegat ad hoc Alex. de Imol.
5 in d. l. hoc iure. Preterea cum aliquid † conditionale deducitur in iudicio, purificatio códitionis huiusmodi liquidari debet. d. l. hoc iure. et quod ibi Alexand. de Imo. quod etiam voluit Bal. et doct. allegans dictam. l. in l. si quidem. C. de excep. et in l. cum testamento. in fi. C. de test. manu. Cum igitur idem Gulielmus in iudicio deduxerit, et pretenderit, ac etiam pretendat prefatam Mezetam dicte Anne eius filie reliquisse tessutum et perlas predictas, insuper et decé florenos, et in illis non in centum florenis eam instituisse, si appareret quod ipsa Mezeta in contractu matrimonii de quo supra, seu illius cótemplatione, aut tempore quictantie etiam superius mentionate sibi aliqd donasset, vel se obligasset, debuit ipse Gulielmus hanc conditioné liquidare: hoc est quod dicta Mezeta eidem Anne filie aliquid donauerat, vel de dando obligauerat: quod cum non fecerit, succumbere debet. ¶ Premissis vero non obstat quod prouidus quondam vir Bótosius Bachassonis pater eorundem Anne et Gulielmi tempore contracti matrimonii per et inter dictum Grimaudi et ipsam Annam, constituerit in dotem et pro dote eiusdem Anne dicto

dicto Philipono Grimaudi,ꝛ pro omnibus iuribus paternis ꝛ maternis summam videlicet quadringentorum florenorum monete currentis tempore solutionum:tum quia,vt alias allegatum est,officium paternum non maternū est dotare filiam.l.fin.ꝛ quod ibi glo.ꝛ docto.C.de do. promiss.ꝛ.l. mater.C.de iur.do. tum ꝛ quia quāuis idem quondā Bontosius in dotem constituerit dictos quadrigētos florenos pro iuribus paternis ꝛ maternis,ipse tamen nō legitur eosdem constituisse ꝛ soluere promisisse suo, et dicte Nezete nominibus,sed duntaxat suo:ꝛ quos pro se ꝛ suis soluere promisit:ꝛ sic nihil obstat.capi.ratihabitionem.cum suis simili. de regu.iur.in.vj.tum etiā quia licet in dicta pretensa cōstitutione dictum extiterit,ꝙ prefatus Bontosius cōstituebat in dotem dictos quadringētos florenos,non est tamen dictum ꝙ illos constitueret de bonis aut iuribus paternis ꝛ maternis,sed dictum est,ꝙ illos constituebat pro iuribus paternis ꝛ maternis:quo fit vt esto quod cōstitutioni huiusmodi interfuisset ꝛ consensisset dicta quondā Nezeta,nihil tamen diceretur propterea eidē Anne donasse: tum quia nihil donabatur de suis,quāuis vt pretenditur donarentur pro suis: ꝛ ita non obstat.l.ij.et quod ibi Bald.C.si aduer.dona.ꝛ in.l. si liqueat.C.de inoffic.dona.tum qꝛ aliud est contrahere,ꝛ sic donare,et aliud cōtrahēti,ꝛ sic donāti consentire:vt no.Joā. de Jmol.in repeti.capit.cum contingat.de iureiuran.Inno. ꝛ alij in capit.cum in iure.de elec.pro quo facit.d.l.fi.in fi.C. de do.promis.ꝛ quod no.Gemi.in.c.a collatione.ij.de appella.in.vj.pro quo allegat.l.aliud.vbi bonus text.ff.de reg.iur. et facit quod habetur in.c.pastoralis.ꝛ quod ibi doct.de dona.Nihil igitur censetur dicta Nezeta donasse eidem Anne filie sue per constitutionem huiusmodi:ꝛ sic non est quoad hoc conditio purificata:nec etiā quoad alia: saltem de quo appareat.¶Preterea etiam nec obstat quod vlterius opponitur in dictis pretēsis articulis,scilicet ꝙ prefata Anna cesserit et remiserit dictis suis fratribꝰ omnia iura,ꝛ omnes actiones sibi tunc competentes,et cōpetētia in bonis et iuribus paternis et maternis:ꝛ ꝙ promiserit ꝛ iurauerit non venire cōtra huiuscemodi pretensam successionē:tum qꝛ cessio,quictatio,ꝛ remissio huiusmodi, vtpote facte sine titulo, videntur nō valuisse:tum ꝛ quia quatenus cōcernunt iura et
7 actiones eidē Anne cōpetentis,et cōpetētia† in bonis maternis,ille fiebant de bonis viuentis,et in eius absentia,ꝛ sic non valuerant.l.fin.ꝛ quod ibi per omnes.C.de pac.not.Gemi.et alij in.c.quāuis pactū.de pact.in.vj.nec iuramentū per dictā Annā prestitū fuit obligatorium:regula.non est obligatoriū.de reg.iur.in.vj.pro quo videtur quod voluit Gemi. post Pet.de Anch.et Jo.de Jmo.in.d.c.quāuis pactū.Illud etiā certum est,ꝙ presupposito(citra preiudiciū veritatis)ꝙ dicta quondā Nezeta fuisset presens in cessione,quictatione, et remissione huiusmodi,et eidem consensisset,poterat nihilominus disponere de bonis suis,ꝛ ipsam Annā etiā heredē vniuersalē sibi instituere:not.docto.in.d.c.quāuis pactū.et legiste.in.l.Stipulatio hoc modo cōcepta.ff.de verb.ob.qꝛ ille cōsensus non est obligatorius,nec valet,nisi in eo cōsentiens perseueret vsque ad mortē:dicta.l.fina.C.de pac.potuit igitur dicta Nezeta,non obstante predictis assertis quictatione,cessione,ꝛ remissione,legare dicte Anne dictos cētū florenos:ad quorū solutionē pro dimidia parte tenet̄ idē Bachassonis,postꝙ adijt ꝛ acceptauit hereditatem dicte quondam Nezete,que summā huiusmodi solui voluit per dictos eius heredes:ꝛ deberet sibi cauere idem Bachassonis ne ab eo petatur supplementum legitime,ad quam forte non sufficiunt dicti centū floreni, ꝛ alia legata:ꝛ a cuius supplemēti petitione nō forte excluditur eadē Anna propter illas pretensas quictationem,remissionē,et cessionē:tum quia,vt predixi, non valuerunt:tum et quia non censetur per eas ipsa Nezeta remisisse legitimam aut supplementum illius:per id quod habetur in.l.si quando.§.et generaliter. C.de inoffici.testamen.et quod not.Francis.de Are.in.l.j.§.si quis ita.ff.de verb.obli.Deberet etiam cauere ne incurrerat penā de qua in.l.si quis suo testamento.C.de inofficio.testa.ibi.crudelitatem eius pena competenti agredimur,vt si hec fuerint subsequuta.ꝛc.super quo non insisto,cum hoc petitum non fuerit,sed postea peti poterit.Que dixerim.

¶De secundis nuptijs. Rubrica.

¶Epitome.

¶Mulier conuolans ad secunda vota gaudet solo vsufructu rerum sibi donatarum a primo marito,remanēte earum proprietate penes heredem ipsius mariti.h.d.

¶Consilium.clxxxvij.



Christi nomine inuocato,viso casu mihi exhibito parte honeste mulieris Anthonete Dalmacie,exordiente. Defunctus est Matheus.ꝛc.et dubijs ex casu huiusmodi elicitis,dico et respōdeo ad dubia huiusmodi prout infra.Et primo ad primū,quod nisi prefata Anthoneta conuolasset ad secunda vota, ipsa poterat succedere duobus eius filijs abintestato vita functis post mortem dicti Mathei eorum patris:filio videlicet,primo vita functo pro tertia parte:ꝛ alteri filio vltimate defuncto pro dimidia parte.authen.vt fratrum filij.§.j.colla.ix.et auth.defuncto.C.ad tertul.sed quia prefata Anthoneta cōuolauit ad secundas nuptias,ipsa quoad bona que fuerunt dicti quondam Matthei,non successit in proprietate,sed solum in vsufructu: ꝛ sic quoad filium primo vita functū successit in vsufructu tertie partis eorum bonorū que ad eū peruenerant de bonis dicti Matthei:quo vero ad filium vltimate vita functū successit in vsufructu dimidie partis. auth. de nuptijs.§.si autem intestatus.colla.iiij.ꝛ authen.ex testamento.in princip.ꝛ quod ibi docto.C.de secun.nup.Si vero dicti filij habuissent alia bona preter illa q̄ a dicto Mattheo ad eos peruenerunt,ipsa eis successisset: dicto videlicet filio qui primo decessit pro tertia parte,ꝛ alteri pro dimidia. dicta authen.ex testamento.¶Ad secundum quesitum dico ꝛ respondeo,quod dicta Anthoneta poterit totam eius dotem exigere a dicta eius filia,vtpote ad quā omnia bona dicti Matthei eius quondam viri peruenerāt:ꝛ que sibi tam ex persona sua,quā dictorum eius fratrum insolidum successit:excepto vsufructu,prout supra. Quo vero ad donationē quāꝰ idem quondam Mattheus ipsi Anthonete fecisse dicitur,dico quod ipsa potuerit id quod donatum est exigere ab eadem filia:ꝛ in illo habebit vsufructum , nō proprietatem: quia illam perdidit propter secundas nuptias ad quas conuolauit:vt probantur hec in.l.femine.in princip.C.de secundis nuptijs.ꝛ in authē.in donatiōe.ꝛ in corpore vnde sumitur.eo.tit.ꝛ ita mihi videtur breuiter ꝛ succincte respondendum,sub correctione cuiuslibet domini Melius sentientis.

¶De prescrip.long.temp. Rub.

¶Epitome.

¶Exceptio prescriptionis longi temporis.x.vel.xx.annorum,que etiam litiscontestatione interrūpitur,obstat agenti rei vendicatione contra titulo possidentem.h.d.

1 ☞Publiciana regulariter non datur contra titulo possidentem.
2 Prescriptio longi temporis.x.vel.xx.annorum litiscontestatione interrumpitur.
3 Prescriptio longi tēporis est mixta:partim videlicet,introducta in fauorem prescribentium,ꝛ partim in odium negligentium.
4 Libellus,qui non suis medijs constat,est ineptus.

¶Consilium.clxxxviij.



Viso processu cause primo cepte per et inter nobilem quondam virum Alziarium Guigonis loci Bellicadri ex vna parte,ꝛ nobilem quōdam virum Gulielmum de Garda loci Biturrite, Auinonensis diocesis, seu quosdā eius pretēsos procuratores ex alia:ꝛ deinde aliquātulum cōtinuate per ꝛ inter nobilē ꝛ honestam mulierē dominam Mathelinam Guigonesse , filiam ac vniuersalem,et vnicam heredē dicti quondā Alziarij ex vna parte,ꝛ quosdam alios in actis cause huius plenius mentionatos ex alia: Dico ꝛ respondeo,quod stante veritate cōtentorum in duobus libellis parte dicte do. Matheline in ipsa causa productis:Primo videlicet,cōtra ꝛ aduersus bone memorie reuerendi.in Christo patrem dominū Alanum olim Auenionēsem,Episcopum,seu egregium virum dominum Oliuarium nobleti.tunc pretensum administratorem ꝛ gubernatorē generalem totius temporalitatis eiusdē Reuerēdissimi domi-

ni Alani: necnon etiam contra magistros Petrum ⁊ Jacobum gresieu (si et quathenus sua putarent interesse. Secũdo vero contra honestam mulierem Joannam Canhole: non est dubium quin substitutio de qua in libellis huiusmodi, per mortem nobilis quondam Berengarij Raymundi, filij domini Guicherij de Lucemarino, ⁊ domine Rixendis Raymundani sine liberis vita functi, sibi locum vendicauerit in personam dicti nobilis Alziarij: ⁊ qui idem quondam nobilis Alziarius agere ⁊ experiri potuerit in vim substitutionis huiusmodi, contra possessores seu detentores hereditatis ⁊ bonorum nobilis ⁊ potentis quondam viri domini Berengarij Raymundi: multis causis ⁊ rationibus latius expressis in quadam schedula exordien. Factum in terminis. ⁊c. mihi exhibita ⁊ ostensa. Sed hic semper sunt duo dubia: vnum quod est facti: qualiter videlicet, probabitur, ꝙ bona que petuntur spectauerint ⁊ pertinuerint iure dominij, seu quasi, dicto quõdam domino Berengario Raymũdi tempore eius vite ⁊ mortis: vel quomodo probari poterit quod ipse tẽporibus huiusmodi dicta bona possederit: quod tamen facere necessarium erit ad victoriam obtinẽdam. Erit enim agendum, aut reiuendicatione, aut remedio. l. fina. C. de edic. diui Adri. tollẽ. postꝙ facta est verbalis restitutio hereditatis: aut publiciana: de quo tamen vltimo dubito, pro eo
1 quia † publiciana regulariter non datur cõtra tit. possidentem, cuiusmodi est dicta Joanna Canhole, vt opinor: ⁊ ideo vellem esse cum parte pro conferentia habenda super modis fiendarum probationũ. ¶ Secundũ dubiũ insurgit ex hoc, ꝙ a tempore mortis dicti quondã nobilis Berengarij de Forcalquerio lapsi sunt sexaginta anni vel circa: a quo tẽpore (⁊ citra) bona predicta tenta fuerũt ⁊ possessa per tertios possessores, ⁊ cum titulo: ⁊ primo quidem vt audio, per dictum nobilem Gulielmum de garda, tit. emptionis facte per eũ a dicto quõdam do. Guicherij de Lucemarino: deinde vt existimo per Egregium quondã virum dominũ Joannẽ Garreti legum doctorẽ titu. emptionis per eum facte a prefato Gulielmo: postea per alios: ⁊ sic est multum dubitandum, ne eidem domine Matheline agenti in vim substitutionis de qua supra obstet exceptio prescriptionis, que statim currere cepit mortuo dicto quondam Berẽgario de Forcalquerio: ⁊ quam non reperio per aliquẽ actum fuisse interruptam: supposito quod dicti possessores possederũt cum titulo: q licet
2 prescriptio longi tẽporis decem. vel. xx. annorũ † interrũpatur per litis cõtestationẽ, nõ tamen interrũpitur per actũ citeriorẽ: per id quod habetur in. l. more, ⁊ quod ibi Jac. Butr. Bald. Salice. ⁊ alij. C. de reiuen. quod autem dicitur in. l. sicut in rem. ⁊. l. cum notissimi. C. de pscrip. xxx. vel. xl. anno. prescriptionẽ interrumpi per missionem nũtijs hoc secundũ docto. in dicta. l. more. intelligendum est de prescriptione odiosa. xxx. vel. xl. anno. que videlicet introducta est in odium res
3 suas petere negligentium: Prescriptio † vero longi temporis est mixta: partim, videlicet, introducta in fauorem prescribentium, ⁊ partim in odiũ negligentium. ¶ Etiam dici non potest dictum domi. Joannem Garreti mala fide possedisse, propter illam expositionẽ ⁊ subiunctã requisitionẽ quã fecisse legitur anno. do. millesi. cccclxv. ⁊ die. ix. mensis. Aprilis. nobilis quondã vir. Petrus Porceleti maritus quondã dicte do. Matheline, corã dicto Reuerẽdissimo do. Alano: tum quia expositio ⁊ requisitio huiusmodi facte nõ extiterũt nomine eiusdem domi. Matheline, sed nomine ipsius nobilis Petri, dicentis ⁊ pretendẽtis bona. de quib⁹ supra, fuisse sibi legata: tum quia expositio ⁊ requisitio huiusmodi facte non fuerunt prefato do. Guarreti, vel in ipsius presentia, nec alias apparet quod ille ad notitiam eiusdẽ do. Garreti peruenerint: tum ⁊ quia in supplicatiõe ⁊ requisitiõe huiusmodi non leguntur vel apparent aliqua bona seu iura specificata, vel alias designata: tum ⁊ q expositio ⁊ requisitio huiusmodi facte leguntur post factam venditionem dicto do. Guarreti: quo fit vt eum nõ cõstituerint, nec constituere potuerint in mala fide, etiam si fuissent sibi facte: vt not. Albe. in. l. si fundum. C. de reiuen. pro quo allegat. l. penulti. ⁊ quod ibi. glo. ff. pro empt. pro quo facere dicit. l. nuptura. l. qui vxori. ⁊. l. denuntiasse. ff. de adulte. ¶ Illud autẽ opinor ꝙ nullus dicet, prescriptionem interruptam per productionẽ dicti primi libelli: tum quia, vt predixi, prescriptio longi tẽporis, non interrumpitur regulariter per actũ citeriorẽ litiscõtestatione: tum et q libell⁹ ex sui forma est ineptus propter nõ debitam deductionem mediorum: tum ⁊ quia nulla bona designantur in illo, vel in pede eiusdem: quãuis in cõclusione petita fuerint bona in pede illius vt dicebatur designata, et descripta: tum ⁊ quia non apparet de mandatis illorum, qui in causa interuenerunt pro parte rea, ⁊ presertim pro dicto Reuer. do. Alano: Vereor igitur, vt predixi, eãdem dominam Mathelinam cum effectu experiri non posse cõtra dictam Canhole in vim substitutionis superius mentionate. ⁊ idem vereor de substitutione, que in personam eiusdẽ domi. Matheline sibi locum vendicauit per mortem dicti quondã nobilis Alziarij eius patris, cũ ipse decesserit iam sunt quadraginta anni, vel circa: non autẽ dubitto quin liberi futuri heredes eiusdem do. Matheline possint post eius mortẽ experiri ⁊ agere contra prefatũ Joannẽ in vim substitutionis, que sibi locum vendicabit in eorũ personas per mortem dicte do. Matheline, ⁊ contra quos, vtpote, qui agere non potuerunt, nec adhuc agere possunt, prescriptio non cucurrit. l. bonefidei. ff. de acqui. rerũ do. ⁊. l. fin. in quib. cau. in integ. restit. non est necess. vide Azo. in ti. in quib. cau. cess. long. temp. pres. C. ⁊ in titu. quib. non obijcit. long. tem. ⁊c. Que dixerim.

¶ De donat. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Cum filius sub conditione de restituendo grauatus possit pendente conditione disponere, tam de duabus quartis sibi competentibus, scilicet, legitima, ⁊ trebellianica, quã etiã de bonis sibi aliunde quesitis: si cõtigerit eum donare tertiã, aut certam partem bonorum suorũ, poterit donatarius agere hypothecaria contra substitutos super bonis donatoris, pro repetitiõe rei sibi pure donate: ac etiã pro ea parte adequãda siue implẽda vbi nõ sufficerent dicte due quarte. h. d.

¶ Consilium. clxxxix.



Etiam si verum esset quod prouidus quondã vir Andreas Raspaillie, vel eius pater substituisset probo viro. Raymundo Raspaillie si sine liberis naturalib⁹ ⁊ legitimis ab humanis decederet, Jametũ, ⁊ Joannem Raspaille, ipsius Raymũdi pretensos fratres, prout ipsi Jametus ⁊ Joannes pretendunt et iactitant, valuisset tamen ⁊ valeret donatio, quã fecisse dicitur idem Raymundus Raspaillie probo viro Antonio Mathei, de tertia parte bonorum eiusdem: ⁊ alia quam eidẽ Mathei de residuo bonorũ suorum, quibusdã reseruatis, fecit: non pure, sed sub conditione, si eundem Raymũdũ mori ⁊ decedere contingeret ante dictũ Antoniũ sine liberis masculis aut femellis, vno aut pluribus ex suo proprio corpore ⁊ de legitimo matrimonio procreandis: per ea que habẽtur in. l. si cui. §. fi. ff. quẽad. ser. ami. l. plerũq. ff. de reg. in. l. generaliter. §. quoties. ff. de fideicõ. libe. l. si fundũ. §. j. ff. de serui. leg. ⁊. l. seruo. §. j. ff. de leg. j. in quibus pbat qd qñ res est sub conditione relicta, potest ipsa cõditione pẽdente, seu ante euentum illius alienari: quod etiam volũt cõmuniter omnes docto. in. l. fi. §. sed quia nostra. versi. sinautem sub conditione. C. communia de lega. Et esto ꝙ imposterum cõtingeret eũdem Raymundũ ab humanis sine liberis. ⁊c. decedere, ⁊ ꝙ dicta asserta substitutio facta, vt pretenditur, per dictum quondã Andre, vel patrem eius, quã nec ego, nec idem Antonius Mathei, vt ipse asserit, vidimus, sibi locũ vendicaret in personam prefatorum Jameti ⁊ Joannis, vel forte suorum liberorum, non deberet tamen donatio facta de dicta tertia parte reuocari: cum potuerit idẽ Raymũdus irreuocabiliter disponere, ⁊ donare etiã de pretensis bonis substitutioni subiacentibus vsque ad duas quartas: scilicet, legitimam, et trebellianicam, sibi competentes in eisdem bonis: quia certum est quod filius heres institutus, ⁊ sub conditione grauatus de restituendo alteri hereditatem in euentum conditionis detrahit duas quartas, scilicet legitimam, ⁊ trebellianicam, capitu. Raynaldus ⁊ capitu. Raynuntius. de testa. no. gloss. Barto. ⁊ docto. in. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficioso testamen. gloss. ⁊ Barto. in. l. quãquã. C. ad legẽ falcidiam. ⁊ alijs in alijs locis: de quibus quartis potest idem filius disponere: dicto capitulo Raynaldus. ad quod facit quod voluit Barto. in. l. in quartam. versicu. ⁊ poterit filius. ⁊c. ff. ad legem falcidiam. ⁊ doctor. in. l. Marcellus. § res que. ff. ad trebellian. quatenus ibi loquũtur de imputatiõe quartarum facienda in bonis et rebus per grauatum alienatis: ⁊ vbi predicte quarte non sufficerent ad dictam tertiam partem dicto Mathei pure donatam, possit ipse agere actione hypothecaria super bonis per ipsum Raymundum acquisitis: que non veniunt, nec venire debent in substitutione. l.

cohered.

coheredi.§.cum filie.ff.de vulga.et pupillari substitutione.
Que dixerim,⁊c.

¶De prescrip. Rubrica.

¶Epitome.

¶Heres vniuersalis nō potest de iure ciuili:nec debet etiā de iure canonico in foro conscientie opponere creditori de prescriptione pecunie a testatore debite:eo maxime si fuerit sententia super eo lata in fauorem creditoris contra eūdem testatorem ⁊ debitorem:nam cū ex sententia ipse fuerit effectus male fidei possessor, non debet heredi ipsius testatoris mala fides prodesse. h.d.

1 ☞ Mala fides defuncti nō nocet successoribus in prelatura:secus in successore vniuersali laici.⁊ nu.9.
2 In facto alieno probabilis est credulitas et ignorantia.
3 Heres potius debet presumere defunctum fuisse bonum, quam malum.
4 Quādo credulitas est causa defensionis,probari debet probabilis ratio credendi secund.Bal.
5 In dolo est,qui cum aliena iactura locupletatur.
6 Mala fides vnius non debet alteri nocere.
7 Prescriptio in aliquibus habet effectum solutionis:non tamen in omnibus.
8 Non remittitur peccatum,nisi restituatur ablatum.
10 Ratio loquētis,qua vt sic quis loqueretur motus fuit potius attendenda,quam authoritas.

¶Consilium.cxc.



1 Licet † mala fides de
functi predecessoris nō noceat successori in
prelatura,eo q2 prelatus successor ius quod
habet in prelatura accipit ab institueēte,vel
conferente:vt no.communiter docto.in ca-
pitu.fina.de prescrip. tamen mala fides predecessoris laici
nocet successori ab ipso ius habenti:signanter,si est vniuersa-
lis successor:quia quāuis sit bonefidei,⁊ nullā malam fidem
habeat,si tamē predecessor fuit male fidei,nihilominus ma-
la fides defuncti transit in successorem:⁊ p̄sumitur esse male
fidei:secundum Barto.qui ita not.in.l.ex diuerso. circa fin.
principij.versicu.quero quid ecōtra.ff.de rei ven.pro quo al-
legat.l.cum heres.ff.de diuer.⁊ tempora.prescrip.⁊ gloss.in
l.si ego.§.pactus.ff.de publi.fateor quod Dy.in regula.pos-
sessor male fidei.de regulis iuris.in.vj.dicit quod de equita-
te canonica mala fides defuncti non transit in heredem ha-
bentem bonam fidem:sed vt predixi Barto.⁊ gloss.in dictis
locis tenent quod transeat:idem ⁊ quod transeat etiam de
equitate canonica,tenuit Antho.de Butri.Joan.de Imo.
⁊ Panormita.in capitu.si diligenti. de prescript. Joan. de
Imo.in capitu.fin.de prescrip.Roma.⁊ Alexand.de Imo.
in.l.Pomponius.§.cum quis.ff.de acquiren.posses.⁊ Pau.
de cast.in.l.sequitur.§.heres.ff.de vsuca.⁊.l.iij.eod.titu.⁊ vi-
detur fuisse de mente Bald.in authen.ad hec.versi.sed quid
dicamus.⁊c.C.de vsu.vbi refert Bartol.dicere quod here-
di sufficit ad excusationem sue conscientie,se credere, quod
defunctus habuerit bonam fidem,⁊ bonam cōscientiam:vel
2 quod iam satisfecerit:pro eo † quia in facto alieno probabi-
lis est credulitas ⁊ ignorantia:arg.l.fin.ff.pro suo.l.quāquā.
3 ff.ad velleya.⁊ capi.ab excōmunicato.de rescrip.⁊ quia † etiā
heres potius debet presumere defunctum fuisse bonum q̄
malum.l.si.C.ad legem Juli.repetun.capit.j.j.quest.vij.⁊ ca-
pitu.j.de scruti.cum itaq3 heres nō peccet,non videtur posse
denuntiari ecclesie:sed Bald.ipse ibi dicit contrarium fuisse
verius:⁊ allegat cōtra Barto.casum in capitu.nouit ille qui
nihil ignorat.de iudi.Nec sufficit secūdum eum quod heres
dicat.Credo quod defunctus habuit bonam conscientiam:
4 quia quādo † credulitas est causa defensionis,probari debet
probabilis ratio credendi:arg.l.cum quid.i.§.quod dicitur.
ff.de acquiren.heredi.Preterea dicit idem Bal.q2 talis he-
res non potest excusari a dolo post perceptam notitiam ve
ritatis.capit.nam concupiscentiam.de constitu.⁊ in authē.
iusiuran.quod prestat.ab ijs.§.si quis inueniatur.Preterea
5 in dolo † est qui locupletatur cū aliena iactura:ex hoc enim
facto peruenit locupletior hereditas ad heredem:⁊ hoc di-
ctum Bald.cōmemorauit,⁊ sequutus est Barb.consilio.ix.
⁊ consil.xl.in prima parte.Pro hac etiam parte dicit.Ale-
xan.de Imol.in.d.l. Pomponius.§.cū quis.se pluries con-
suluisse:quod et verum est.consil.videlicet.lxxxiiij.exordien-
tre.In causa vertēte inter camerā illustrissimi principis.⁊c.
in prima parte.⁊ consilio ducentesimo decimo quinto.exor-
diente.Viso ⁊ opportune discusso processu.⁊c.versic.secun-
da ratione non possunt.⁊c.⁊ vtrobiq3 multos refert,inter
quos etiam dicit id ipsum videri voluisse Joā.And.in ad-
ditio.Specu.titu.de prescrip.§.fina.alias.penulti.versi.quid
si debitor.in additio.exordiente.Transportatio impedit in-
tellectum.dicit etiam idem Alexand.in dicta.l.cum heres.
pro Zilio de Cremo.dicit in.l.eū qui.§.in hac.ff de publi.q2
opinio Dyn.nō videtur vera:quia de iure ciuili mala fides
defuncti videtur inesse heredi. authen. de iureiuran.a mo-
rien.prestit.in fin.l.ijs. §.non debeo.et.l.ex qua persona.ff.
de regulis iuris.⁊ hoc non reperitur correctum de iure ca-
nonico.Preterea lex canonica magis punit heredes,quam
lex ciuilis.capitu.Michael.cum ibi not.de fil.presbi.⁊ cap.
fina.de sepul.hoc etiam modo prohibetur iniustum lucrum,
⁊ non p̄betur causa peccandi:authen.vt eccle.Roma.§.hu-
iusmodi autem.que est maior equitas q̄ in contrario.facit
quod no.in.l.si quis vxori.§.penul.ff.de fur.et per hec, vt di-
cit Alexan.in dicta.l.cum heres.respondetur, quod opinio
Dyn.non procedit,si dicamus eam fundatam ex illa equi-
6 tate,ne mala † fides vnius alteri noceat. regula iuris.non
debet.Contra quam etiam facit:quia heres succedit in ius
defuncti:⁊ censetur vna ⁊ eadem persona:⁊ non solū de iure
ciuili,de quo non est dubium,sed ⁊ de iure canonico:de quo
etiam tenetur ad illud ad quod tenebatur defunctus,plusq̄
teneretur de iure ciuili:⁊ tenetur ad exonerandū animā de-
functi:vt not.in capitu.parochiano.de sepul.⁊ in capitu.in
literis.de rapto.(que exonerari nō videtur per prescriptio-
7 nem:quia licet prescriptio † quoad aliquid habeat effectū
solutionis.l.si pupillus.⁊ quod ibi Barto.ff.de administra-
tio.tuto.non tamen quoad omnia.vt patet ex hijs que not.
Jason in.l.si vnus.§.pactus ne peteret.versicu.vltri. Barto.
querit de notabili questione.ff.de pact.et esto quod ita de-
beret creditor repelli propter prescriptionem ac si solutionē
recepisset,non videtur tamen q2 anima defuncti,eius videli-
cet,qui erat malefidei possessor,aut conscius rei aliene,aut
debiti,perinde exoneretur acsi facta esset per heredem resti-
8 tutio rei aliene:aut solutio debiti:nō † enim remittitur pec-
catum,nisi.⁊c. possunt et alia multa pro hac parte induci,
9 per que videt̄ id esse verius,scilicet,† quod mala fides prede
cessoris noceat vniuersali successori,quam contrarium : licet
Dyn.(vt predixi) in dicta regula. possessor malefidei.circa
fid.tenuerit contrarium.per text.in capit.cura.de iur.patro.
et capitu.de quarta.de prescrip.ad que tamen iura secūdum
Fran.de Are.in dicta.l.Pomponius.§.cum quis.versic.sed
queritur hic.ff.de acquiren.possess.optime respōdet Anth.
de Butri.in dicto capitu.si diligenti.⁊ Panormita.in capi-
tu.ij.de prescrip.q2 illa iura loquuntur in successore vniuer-
sali,q nō habet causam a p̄decessore:id est in succedēte in be-
neficio,qui habet causam a superiore cōferente:vt plene per
docto.in capitu.quia.qui violēter.de iudi.vnde non est mi-
rum,si eo casu mala fides predecessoris nō noceat successori:
vtpote:qui ab eo nullū ius habeat,vel recepit.fateor quod
Barto.in dicta.l.cum heres.⁊ Angelus.in allegata.l.si ego.
§.partus sequuti sunt in hoc opinionem Dyn. qui eius
10 authoritate contenti,nihil vlterius allegant:cū tamen † po-
tius sit consideranda ratio loquētis,quam authoritas pro-
pter quam ad sic loquendum mouetur.capitu.ego solis eis.
distinctio.ix. Aliquando enim bonus dormitat Homerus.
vt not.gloss.in capitu.si quis cum nouerca.trigesima secun-
da,questione septima.imo ⁊ ille gloriosissimus , ⁊ sanctissi-
mus doctor. ingenij prope diuini beatus Augustinus,vt
nota.in capitu.nuptiarum vigesima septima.questione,pri-
ma.Bald.etiam in dicta.l.si ego.§.partus.in fin.relata opi-
nione Dyn.de qua supra,non dicit se eum simpliciter. sed
pro tunc sequi, nihil etiam allegans:sed in dicta authen.ad
hec.versicu. sed quid dicemus.videtur expresiius detexisse
mentem suam : ⁊ quidem non sine lege:vbi si placet videa-
tur.Ex quibus omnibus infero,quod cum dictus quōdam
dominus Bertrādus se sciuerit debitorem eius summe,que
nunc petitur,vt pote qui ad illius solutionem condemna-
tus extiterit : ⁊ sic fuerit male fidei possessor:non potuerit,
nec possit dict⁹ nobilis Jacobus eius filius ⁊ heres,se tueri
⁊ defendere dicta pretensa prescriptione , quominus sum-
mam huiusmodi soluere teneatur,⁊ soluat nobili ⁊ genero-

se mulieri domine Romane de Montegaudio, heredi per medium (de quo in actis) nobilis quondam mulieris domine Geneure Litarde creditricis: Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentiētis. Signanter vero reuerendi patris, ac domini, et preceptoris mei, domini Vicegerētis curie came. Aplice Auinionis, coram quo causa hec ventilatur.

¶ Si aduer. prescrip. Rub.

¶ Epitome.

¶ Ignorantia est equa et probabilis causa ad obtinendam restitutionem in integrum aduersus prescriptionem. hoc dicit.

¶ Consilium. cxci.



Etiam si verum esset prout ex aduerso pretēdit, quod mala fides magnifi. quondam viri domini Bertrandi de Symiana nocere vel obesse non debuisset nobili et potēti viro Jacobo de Symiana eius filio et vniuersali heredi, nec ipsum impedire quominus prescribere potuisset, et prescripsisset aduersus nobilem quondam virum Arnautonum de monte gaudio heredem nobilis quondā mulieris Genebre Litarde, vel aduersus nobilem et Generosam mulierem dominam Romanam de monte gaudio, ipsius nobilis Arnautoni filiam naturalem et legitimam: ac tam eius, quam dicte nobilis Genebre vniuersalem heredem: nihil tamen officerēt quominus deberet et debeat ipsa domi. Romana causis deductis in articulis parte eius in hac causa oblatis et productis, cōtra et aduersus huiusmodi pretensam prescriptionē in integrum restitui: et quod ignorantia sit equa et probabilis causa ad obtinendum restitutionem in integrum aduersus prescriptionem: voluit gloss. in. l. si partem. §. primo. versicu. in verbo non vtendo. iuncto. text. ff. quēadmo. serui. amitt. gloss. in l. prima. C. de patri. potest. Specu. titu. de prescrip. §. j. versic. pone colonus. etc. Bald. et Ange. in. l. j. §. si quis autem. per illum text. cum gloss. ff. de itine. actuq; priua. et Angel. in. l. l. fin. C. de prescrip. longi. temporis. et in. l. fina. ff. si quis testa. liber. esse ius. fue. Panormita. in capitu. vigilanti. de prescri. Roma. in. l. qui vniuersas. §. fin. ff. de acqui. possessio. et in. l. si vero. §. de viro. ff. soluto matrimonio. et Joan. de Jmo. in. l. Pannonius. ff. de acquirēda hereditate. quod etiam fuit de mente Barto. in. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex quibus causis maio. dum allegat. not. in. l. cū filius. §. in hac, vbi de hoc per Alexand. de Jmol. ff. de verborum obligat. et idem voluit Joan. de Jmol. in repetitio. capit. fina. de prescript. de quo Alexand. de Jmol. in consilio. lxxiiij. exordiēte. in causa vertente. etc. versicu. tertio quia dicimus, quod licet prescriptio decursa est. etc. dominus Jason. in repeti. l. ij. et sequenti. C. de iur. emph. et plenissime Alexan. de Jmo. consilio. lxxi. exordiente. videretur prima consideratione dicēdum. etc. in prima parte. et potest restitutio huiusmodi incidenter peti aduersus dictam pretensam prescriptionem. l. nam et postea. §. si minor. cum ibi nota. ff. de iureiuran. quod etiam voluit Alexand. de Jmo. in dicto consilio. lxxi. quo fit vt debuerint et debeant predicti articuli admitti et recipi, vt pote pertinentes et apti: et optime facientes ad materiam de qua cōcluditur: et ita mihi videtur, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ De dona. ante. nupt. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Donatio propter nuptias a marito vxori facta iuramēto firmatur: nec premoriente vxore infirmatur: quin possint filij patre mortuo tanquam matris heredes illam repetere etiam dote non soluta: quodq; maritus transiens ad secunda vota perdit proprietatem eorum que sibi a prima vxore prouenerant: remanente penes eum vsufructu. h. d.

¶ Consilium. cxcij.



Ponitur in facto, q̄ tempore contracti matrimonij per et inter prouidum quondam virum, quāuis ruralem, Stephanum Gauterij ex vna parte, et nobilem Baudā de Moueysano, ipsius quondā Stephani primam vxorem ex alia: idem Stephanus (cui in dotem, et nomine dotis ipsius nobilis Baude, et per eius patrem dati et constituti extiterūt ducenti floreni) dedit, et donauit eidē Baude in augmētum dicte eius dotis, et donatione propter nuptias quinquaginta florenos: de quibus posset et valeret eadem nobilis Bauda facere et ordinare ad suā omnimodam voluntatem tam in morte quā in vita: et quos quinquaginta florenos idē Stephanus cōuenit, pmisit, et ad sancta Dei Euāgelia iurauit dare, soluere, et expedire dicte nobili Baude. ¶ Que nobilis Bauda potesta vita functa est, et decessit, superstitibus et sibi superuiuentibus eodem Stephano marito, et prouido viro Joāne Gauterij, ac Raymūdo Gauterij fratribus, eorum communibus filijs naturalibus et legitimis: qui Raymūdus postea vita functus est, et decessit, superstitibus eodē Stephano patre, et Joāne Fratre. ¶ Dictus autem Stephanus, mortua dicta Bauda, matrimoniū cōtraxit cum honesta muliere Peyrona Abelie: ex qua suscepit Claudetum, et Petrum Gauterij fratres consanguineos eiusdem nobilis Joannis, ex dicta nobili Bauda prima vxore suscepti. ¶ Postremo, ipse Stephanus pater vita functus est et decessit, prius condito predicto testamento: in quo heredes vniuersales equis portionibus instituit prefatos Joannem, Claudetum, et Petrū eius filios. ¶ Quesitum est, an idem Joannes petere possit a prefatis Petro et Claudeto eius coheredibus dictos quinquaginta florenos: aut eius partem, et quam. ¶ Viso casu huiusmodi, et dubio ex eo elicito, dico et respōdeo ad quesita huiusmodi. Jn in primis quod donatio dictorū quinquaginta florenorum valuit et valet: etiam si tempore illius prefati Stephanus et nobilis Bauda fuissent coniuges: pro eo quia in ea interuenit iuramentum, per quod firmatur etiam donatio inter viuos facta inter coniuges: vt not. Barto. in. l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. et in. l. Seyus et Augerius. ff. ad legem falcidiam. et hec opinio fuit originaliter Guill. de Cuneo in. l. sed et si possessori. §. item si iurauero. et. ff. de iureiur. quem sequitur Joan. de Jmo. in. l. si quis. inquilinos. §. fina. ff. de legatis primo. et in repetit. capitu. cum contingat. de iureiuran. quod etiam voluit Bartholomeus Cepol. in suis caute. in cautela. exordien. Secunda cautela est quod fiat donatio cū iuramento. etc. vbi etiam refert ita se reperisse consultum per eos de quibus ibi: idem voluit Panormitanus. in capitulo. donatio. de donatio. inter virum et vxorem. vbi etiam dicit istam opinionem esse communem: quam sequitur Petr. de Ancharano. consil ducentesimo octuagesimo sexto. Franciscus de Aret. consilio. lxxiiij. et Alexander de Jmola. consilio. centesimo quinquagesimo septimo. in secundo volumine. Preterea idem quondam Stephanus (vt predixi) ruralis homo, dictos quinquaginta florenos donauit prefate nobili Baude in augmētum predicte eius dotis: quod facere potuit: quinimo et eam dotare in compensationem nobilitatis eiusdem Baude: per id quod notat. Bar. et post eum Alexand. de Jmo. in. l. si diuortio. ff. de verborum obligatio. et idem Barto. et Ange. in. l. si ita stipulatus. §. si tibi nupsero. ff. de verborum obligatio. et alij in locis per Alexandrum plenius allegatis in dicta. l. si diuortio. ¶ Nec puto quod eidem nobili Baude, seu eius heredibus obstare debuerit quod ipsa primo decesserit: quia cum predicta donatio ab initio valuerit, et perfecta extiterit, non refert quis primo decesserit: an ista, vel dictus quondā Stephanus. l. perfecta. C. de donatio. que sub. mo. et §. perficiuntur. institu. de dona. quamuis aliud sit in donatione inter viuos facta inter coniuges: in ea, videlicet, que ab initio nō valuit, sed pro sui confirmatione expectat mortem donatoris. l. donationes. cum suis similibus C. de dona. inter vi. et vxo. etiā nec obstaret si forte opponeretur quod dos dicte quondam nobilis Baude non fuerit soluta, vel forte non ex integro, et quod propterea non debeatur hoc augmentum quinquaginta florenorum. authen. de non eligend. secun. nubentes. §. illud quoque. collatio. j. et transumptiue in authenti. sed que nihil. C. de pact. conuentis. tum quia vt dicit Joan. Fab. de-

rogatum

rogatum est predicte authenti. per contrariam consuetudinem: tum et quia idem quondam Stephanus voluit eandem nobilem Baudam posse disponere et ordinare in morte et in vita de dictis quinquaginta florenis: quod facere non potuisset, nisi ipsa eos habere debuisset: etiam in euentum in quem premoreretur: prout casus cotigit, et ita fuit de mente domin. Guido. Pape in decisione. parlamenti Delphinalis. decisione. clxv. exordiete. In cotractu matrimonij Joannis. etc. de quo etiam per eum decisio. ccccxxx. exordiente. supra questione. cclxxiiij. etc. dicta etiam authenti. sed que nihil. et text. vnde sumitur videt loqui in alijs terminis. ¶ Nu to igitur, quod prefatus Joannes Gauterij petere possit a prefatis petro et Claudeto, non quidem dictos quinquaginta florenos ex integro, cum fuerit et sit heres pro tertia parte dicti quondam Stephani eorum patris. l. si ab eo. C. de negotijs gestis. et l. debitori. cum suis simili. C. de pactis. sed pro besse, seu duabus partibus: vt pbatur in dictis iuribus. Nec dicat aliquis quod dictus quondam Stephanus pater successerit pro dimidia parte dicto quondam Raymundo: et quod cum postea idem Stephanus mortuus extiterit, superstitibus eiusdem Joanne, Petro, et Claudeto, et quod propterea illa dimidia pars que ad ipsum Raymundum peruenerat debeat inter eos equis partibus diuidi: quoniam respondeo, quod cum prefatus quondam Stephanus post mortem dicte Baude ad secunda vota conuolauerit, ipse perdidit eam partem in qua dicto Raymundo successerat, quo ad bona materna: excepto vsufructu. authenti. de nuptijs. §. si vero expectet. collatio quarta iuncta authentica. de non eligendo secundo nuben. §. hoc autem. ver. quoniam vero contra binubos pene communes sunt. de quo gloss. in. l. femine. §. illud. C. de secundis nuptis. et Hostien. in summa. eodem titu. §. penulti. versicu. quecunque. et Oldra. consilio. lxxv. exordiente. Et quidam habuit vxorem. ex qua duos habuit filios. Cumque lex que statuit in viro, illa etiam censeatur statuisse in muliere transeunte ad secunda vota equalem penam eis indidit: scilicet vt maritus sicut et mulier priuetur omni commodo, dico, quoad proprietatem eorum que sibi directo vel per indirectum ex parte vxoris vel ex propinquis liberorum communium sibi obuenerant, remanente, vt iam diximus, solo vsufructu penes eum, quo nec potest etiam priuari aliquo modo quamuis etiam ducendo secundam vxorem dicatur ingratissime agere erga primi thori filios, inducendo nouercam in domum que ita inhumaniter solent dictos primos filios tractare, vt etiam Poeta Ouidius nouercam nominarit diram. Consulant igitur sibi illi in quibus etas hoc patitur, vt si possint ipsi ex consilio diui Pauli apostoli abstinere a secundis nuptijs, abstineant. Nonne mulier etiam dicitur dehonnestasse virum defunctum que eo oblito, ac proprijs communibus liberis alteri viro iuncta est, vt etiam ex eo non censeatur caste vixisse cum primo. authenti. de restitu. et ea que parit vndecimo. mense. §. fina. et quamuis ius canonicum eam releuet ab infamia, quam de iure ciuili incurrebat ob supradictam ingratitudinem, tamen remansit pena, que etiam per ecclesiam contra ingratos acclamatem, non potuit tolli. capitu. propter eius de donationibus. capitu. gaudemus. de diuortio. et hec dicta sufficiant pro admonendis equaliter viris et mulieribus, vt quod honestus et vtilius est semper sectentur. Que dixerim, etc.

¶ De de rescript. Rubrica.

¶ De donatio. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Et si tanta copia et prolixitas huius consilij est, tum intricata materia, vt vix in epitomen redigi possit: tamen, vt quid doctor noster celeberrimus senserit ex multiplicibus, ijsdem que doctissimus suis responsis possit quisque lector percipere (redactis prius in ordinem aliquot pro more scholijs, et illis quam maxime istorum intellectui necessarijs) hanc epitomen quantum potuimus breuissime descriptam, proposuimus legendam. Principum rescripta, quorum multiplex est differentia, tum ob personarum impetrantium discrimen, tum ob negotiorum ac casuum multiplicem discrepantiam, cum anno, die, signo, sigillo, ac clausula. Si preces veritate nitatur, in eisdem apponi solita, vt describantur necesse est. Illa igitur rescripta super recursu in sententiam latam concessa, iuri que ciuili quam maxime odiosa, que in cognoscendo aut in condemnando consistere solent, ob falsi expressionem, et veritatis suppressionem, si non suis etiam medijs constent, subreptitia, et obreptitia esse dicunt: nec releuat impetrans a probatione necessariorum, per clausulam (ou de tant que suffire doyue) quod ita Latine effecimus, aut quatenus sufficere debeat in rescriptis apponi solitam. Quodque iudices delegati a principe, aut ab eo ordinariam potestatem habentes, debent (etiam in foro Cesareo) ante sententie de qua recursum est reuisionem, de validitate, subreptione, et obreptione rescripti cognoscere. Insuper, quod in donatione remuneratoria, siue ob causam, excedente summam a iure prestitutam, et que potius censetur datio in solutum quam simplex donatio, non requiritur insinuatio: potest que fieri de re feudali, inscio domino ex consuetudine regni Francie: similiter et de re dotali, morte donantis confirmanda. Cumque ceteras donationes per ingratitudinem (ea prius tamen probata, reuocari contingat, aut etiam filiorum natiuitate, vel per testamentum, hec tamen ijs etiam interuenientibus, dummodo fuerit iuramento vallata, rata manet: et potest donator se de euictione obligare. Neque etiam censetur reuocata, sed potius confirmata prima per secundam: nisi vterque contrahentium reuocationi consenserit: etiam si donator in secunda sibi facultatem disponendi de rebus donatis expresse reseruauerit: que reseruatio, seu summa per eam subintelecta, venit arbitrio boni viri, idest iudicis taxanda: Non etiam reuocata censet per legata donatario a donatore in testamento relicta, nisi id expresse a testatore actum fuerit: minus censetur donatarius acceptans similia legata renuntiasse precedenti donationi: in qua etiam iuramentum prestitum cum dinumeratione certorum meritorum habet vim clausule specificatiue: Proponens autem metum (qui non presumitur, maxime inter honestissimas personas, et qui prorsus videtur per secundam donationem sublatus) illum vt probet necesse est: videlicet, metum et consensum simul interuenisse super vno et eodem negotio: non sufficiente vno ex eis probato. Et quamuis lex in certis casibus annullet actum, nisi fideiussiones prestentur, hoc intelligi debet, si petantur a parte, alias secus. Et quod bona fides a principio sufficit prescribenti, licet deinde incipiat de iure suo dubitare: cum aliud sit mala fides, aliud non bona: nec interrumpitur prescriptio per rescriptum subreptitium, vel obreptitium, cum non censeatur princeps per gratiam tertio concessam, iuri alicuius preiudicium inferre. h. d.

1 ¶ Priuilegia seu rescripta principum vitiantur subreptione et obreptione de iure ciuili et canonico.
2 Vox vnius testis, vox nullius. et nu. 8. 58. et. 63.
3 Unicus istis non probat indicium.
4 Nunquam plures species probationum iunguntur ad inuicem, nisi vnaqueque species sit in suo esse perfecta.
5 Non entium, nulle sunt cause. et nu. 7.
6 Non potest esse, vel dignosci accidens sine subiecto.
9 In causis magnis et arduis, non solet deferri iuramentum suppletorium probationis plenioris.
10 Pauper, testis productus, non est omni exceptione maior.
11 Vitiosus in se, multo magis presumitur vitiosus in alium.
12 Non defertur iuramentum suppletorium, nisi testis sit omni exceptione maior.
13 Testis nihil depones de tenore instrumenti, sed de solo visu, non probat.
14 Id quod non est verisimile, est quedam falsitatis imago.
15 Licet fiat cessio per plebeium potentiori seipso, si tamen sit cessionarius equalis potentie eius contra quem fit cessio, valet actus.
16 Conditio de presenti adiecta concessioni, si falsa est, illam vitiat.
17 Fines mandati sunt diligenter obseruandi.
18 Finita sententijs negotia rescriptis reuocare non oportet.
19 Post transitum in rem iudicatam, non licet transigere vel pacisci.
20 Contra bonum publicum est restaurare lites sopitas, cum ex eis verentur homines laboribus et expensis.
21 In rescripto duplex est actus, vnus in cognoscendo, alter in condemnando: et hunc respicit clausula: si preces veritate nitantur. et nu. 22.

23 Illud sufficit, aut sufficere dicitur, quod ad pfectionē actus non indiget alio adminiculo.
24 Clausula (pprio motu) rescripto apposita tollit subreptionem: non tamen operatur contra defectum voluntatis concedentis. & nu. 26. 27.
25 Non potest, vel debet fieri, vt arguatur princeps de mendacio.
28 Super sentētia lata in consistorio principis, non potest aliquicunq; iudex (imo nec ipsum parlamētum) se intromittere via ordinaria: poterunt tamen delegata.
29 Magnum Regis consilium, tanquā illius vicegerens, censetur habere potestatem ordinariam: ita vt cum principe, sit vnū et idem consistorium.
30 Vicarius per principem deputatus in locum magistratus demortui, absentis, vel alias impediti, potest ea que posset magistratus.
31 Is facere dicitur, cuius nomine fit.
32 Possessio, seu quasi, audiendi causas, & de illis cognoscendi, impedit sententiam posse dici nullam.
33 Non cogitur quis vti literis, ad sui priuatam vtilitatem impetratis, ante citationem.
34 Delegatus non potest ante citationem partium suo fungi officio: cum ante illam, que iudicij fundamētum existit, ipse possit reuocari.
35 Impetratio, cum fiat in fauorem impetrantis, non debet in eius odium, vel lesionem retorqueri.
36 Beneficium non cōfertur in inuitum.
37 Licet videatur prefixum tempus supplicationi principi offerende, non tamen prefigitur instantie, seu exercitio, & prosecutioni.
38 Litere regie habent vim litis contestationis.
39 Consuetudo, glosse authoritati preferenda.
40 Non minoris est efficacie consuetudo, quam cōuentio: ita vt quicquid potest per vnum, possit fieri et per alium.
41 Ad eum casum adaptatur legis vel constitutionis dispositio, ad quem et verba.
42 Statutum, ante illius receptionem non ligat subditos.
43 Princeps, vel iudex equitate moti, possunt sententiam que transiuit in rem iudicatam retractare: cum non debeat quis ob defectum prosecutionis bonum ius suum perdere.
44 Vbi agitur de viribus prime sententie, valet sententia contra primam sententiam erroneam promulgata. et numero. 45.
46 De qua re cognouerit iudex, de ea iuste, & secundum allegata et probata pronuntiare debet.
47 Curator, vt dari potest specialis p iudicē coram quo agitur de lite, ita & generalis ad lites per iudicem originis. et numero. 48.
49 Curatoris datio, que mixti imperij est, siue generalis sit, siue specialis, a iudice ordinario, non a delegato fieri debet.
50 Duobus de eadem re dissidentibus, que per tertium possidetur, permittitur eis se inuicem, suas que intentiones impugnare: pro neutro tamē fertur sentētia, nisi prius discusso iure vtriusque.
51 Non opus est libello coram principe: minus est aliquis ordo iuris positiui solemnis necessarius, aut requisitus, cum sola veritate facti inspecta possit summarie ius reddere. Et licet sententia debeat esse conformis libello, fallit in consistorio principis. & nu. 52. & 71.
53 Instrumentum suppletur per depositiones testium: vt vbi fuerit probata venditio, per testes probetur eiusdem venditionis conditio.
54 Producta videntur per producentem vt vera approbata et confessa. & nu. 56.
55 Sententia semper presumitur bene lata. & nu. 73.
57 Volens impugnare actum sui predecessoris ex capite minoritatis, illam probare tenetur.
59 Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.
60 Prouisio curatoris nō concludit necessario quem, etiā tempore prouisionis fuisse minorem.
61 Verbum (scio) est equiuocum: cum quid sciri possit multis modis: nempe, per scripturas, per vehemētem presumptionem, & per presentiam. & nu. 62.
64 Testis a suo domino productus, nō caret suspitione amoris, vel metus respectu producentis: & sic nō idoneus. & numero. 65.
66 Falsa allegatio non sufficit ad sentētie nullitatem, sed quod lata sit contra absentem.
67 Appellatione partis venit procurator: vt etiā presente procuratore pars censeatur presens. & nu. 68.
69 Sententia lata ex falsa causa, & falso & dolose p ducta, ita demum retractatur per restitutionem in integrum, si causa illa fuerit probata: alias secus.
70 Iudex ad quem, repellens volentē aliquid de nouo deducere, etiam si de repulsu fuerit appellatum, nō ex eo reuocatur: nisi per appellantem fuerit probata exceptio.
72 Princeps non recognoscens superiorem, potest in suo regno vel principatu, id quod imperator in suo Imperio.
74 Clausula in fine libelli apponi solita (& alias debitam iustitiam sibi ministrari) est multum pregnās: & valde vtilis supplicanti.
75 Error communis facit ius.
76 Consuetudine induci potest, vt scripture priuate etiam non publice, nec authentice, credatur.
77 Notarius semper censetur scribere rogatus: & cum solēnitate debita & requisita. & nu. 78.
79 Quoties nouum quid statuitur, ita solet futuris formā imponere, vt dispendijs preterita non commendet.
80 Inducta solennitas per statutum, non tempore fiendi actus obseruanda sed post actum factum, si omittatur, non vitiat actum: presertim eo casu, quo lex, vel statutum solennitatem inducens vlterius non procedit.
81 Vt patrumfamilias cōsuetudo, ita & notariorum in scripturis suis conficiendis attendenda.
82 Facilius iuuatur id quod aliquatenus est, quamuis inutiliter, quam quod nihil penitus existit.
83 Non fieri, vel minus legitime fieri, paria sunt.
84 Funiculus duplex vno fortior: quapropter nō tam grauiter peccat quis in omittendo, quam in omittendo & falsum ponendo.
85 Quod ad officium notarij spectat, potius presumitur error, quam malitia: maxime, cum in dubio non presumatur quid malitiose factum.
86 In presumptionibus, humanior preferenda.
87 Testes, qui super articulo per verba iuris cōcepto, de iure, non de facto deponere nituntur, non probant: cum ipsi non ad ius (quod aduocatis relinquitur discutiendum) sed ad factum probandum adhibeantur. & nu. 145.
88 Donator, etiam quandoq; de euictione se obligat. & numero. 93.
89 In probatione negatiue, nō debet remoueri sensus ab actu, sed actus a sensu.
90 Proponens negatiuam, illam probare tenetur.
91 Licet clausule per tabelliones apponi insolite inducāt fraudis presumptionem, dicit tamen Bald. hoc intelligi de his que fiunt in fraudem legum.
92 Vnusquisque est rei sue legitimus moderator et arbiter. et nu. 133. & 154.
94 Iura loquētia de donatione simplici, etiam si agatur de fauore donationis, non extenduntur ad donationem remuneratoriam: hinc est quod pactum nudum de donando nō habet locum in ea, nec in ea requiritur insinuatio: minus reuocari potest propter ingratitudinem, cum magis videatur similis dationi in solutum, quam donationi simplici.
95 Qui aliquos se vidisse testatur, de duobus ad minus intelligere dicitur.
96 Oratio ita concisa vel abreuiata vt intelligi non possit, apposita contractui in scriptis redacto, regulariter non prodest.
97 Notarius, ad notarij premortui notas, seu scripturas transcribēdas deputatus, illas quantūuis concisas, abreuiatas, vel truncatas, fideliter vt iacent transcribere debet.
98 Ad hoc quod ex possessione rei donate continua, vel ex alia coniectura presumatur simulatio, necesse est vt allegetur: et inde probetur tempore contractus fuisse causam verisimilem, ex qua potuerit induci talis simulatio: idem in venditore: eo maxime, si vterque sibi retinuerit vsufructum. et numero. 99.
100 Petens cōfirmationem, presupponit actum precessisse: nec censetur derrogari validitati eorum, que confirmari postulantur. & nu. 102.
101 Etiam si confirmatio priuilegiorum non sit necessaria, confert tamen ad illa renouanda, vetustatem delendam, ac ad illorum obseruantiam excitandam.
103 Que fiunt ad vnum effectum, contrarium operari non debent. & nu. 147.
104 Publico instrumento standum, nisi de contrario probetur.
105 Donationes regulariter reuocari possunt causa ingratitudinis:

dinis:ob causam donatione,siue remuneratoria excepta.
106 Dictio (actum) a notariis in fine instrumentorum apponi solitum,contractum perfectum esse demonstrat.
107 In instrumentis conficiendis,multum attenditur locorum consuetudo.
108 Potest notarius,notario,vel alteri committere notã scribendam:non tamen signandam:quod etiam habet locum in priuato.
109 Donationes in remuneratione facte non indigent insinuatione:non sunt enim mere donationes,sed ob causam.τ numero.110.τ.150.
111 Iuramentum super donatione ob causam,siue remuneratoria interpositum,cum dinumeratione certorum meritorum,habet vim clausule specificatiue:secus autem in iuramento interposito super renuntiatione casuum fortuitorum, quod quidem restringitur ad specificata.τ nu.112.
113 Contrahentes super eo,quod fieri non potest nisi in certis casibus absque solemnitate,cui renuntiari nõ potest,licet cũ iuramento,τ per verba enuntiatiua exprimant casum illum,non eis creditur:secus si per verba dispositiua iuramento firmata.
114 Non presumitur quis velle in detrimentum sue salutis,τ cũ bonoris iactura,fraudem cum periurio committere.τ numero.117.
115 Donatio inter virum τ vxorem alias nulla, iuramento firmata valet.
116 Iure prohibetur,ne cui via male agendi aut tergiuersandi aperiatur.
118 Una coniectura,seu presumptio circa idem factum,tollitur per aliam.
119 In presumptionibus,quod verisimilius est attendendum.
120 Inter coniunctos presumitur liberalitas.
121 Mulierum genus auaricimum.
122 Donare,est perdere.
123 Conditio persone multum attendi debet.
124 Iuramentum,in quo non seruãdo imminet interitus eternus,seruandum.τ.128.
125 Anima quibuslibet rebus preferenda.
126 Donationum insinuatio,donantium fauore ac reipublice introducta.
127 Doctor se suscribens alterius scripto seu consilio,cõsuluisse dicitur.
129 Heres censetur eadem persona cum defuncto.
130 Dictio (vltra) propter illius ambiguam significationẽ nihil probat.τ nu.131.
132 Uassalus non potest de iure vel cõsuetudine feudorum donare rem feudalem,vel aliter de ea disponere:secus de consuetudine regni Francie.
134 Heres contra factum defuncti venire non potest.
135 Renuntiatio, alias de iure ciuili nulla,iuramẽto firmatur.
136 Qualitas rei,vel persone cum qua contrahitur, non sufficit ad probandum metum.
137 Actus non viciatur,nisi consensus τ metus concurrant super eodem facto.
138 Metus non presumitur interuenisse in presentia honestissimorum virorum.
139 Ex personis,τ earum qualitatibus,dicta pensanda sunt.
140 Potest donatio remuneratoria per subditũ fieri suo dño.
141 Iterata donatio,mentis perseuerẽtiam arguit:nam vbi interuenit secunda consideratio,ibi presumitur esse plena deliberatio.
142 Ita sunt verba contrahentium intelligẽda,vt si possunt aliqua diuisione,vel interpretatione iuuari,contrarietatem,vel repugnantiam non contineant.
143 Quando contractus perplexitas potest ad aliquem iuris intellectum reduci,hoc fit:etiam impropriando verba,ne vitietur contractus.
144 Indefinita ab homine prolata in materia contingenti nõ sem per equipolet vniuersali.
136 Excipiẽs casus a regula,dicitur in ceteris omnibus regulam confirmare.
148 Relatio,que potest inducere contrarietatem actus,aut illũ destruere,non est fienda ad omnia precedentia.
149 Ius singulare impropriari non debet.
151 Nuncupatio cõtrahentium veritatem nature rei insitam nõ immutat.
152 Si,quod fit tempore illicito,conferri possit in tempus licitum,ergo fortius id quo licito:cum valeat res,que redit ad eum casum a quo incipere potuit : licet medium tempus sit illicitum.
153 Dispositione hominis fieri potest,vt contractus,vel obligatio vires habere incipiat adueniente conditione.
155 Prudentis hominis est non stare sub in certo.
156 Ignorans non donat.
157 Donatio voluntaria non fit sine cõsensu vtriusque partis.
158 Talis est contractus , qualis ex eius tenore constat τ apparet.
159 Donatio perfecta nõ reuocatur ipso facto per ingratitudinẽ:sed parte vocata,causa cognita,τ ingratitudine ꝓbata.
160 Patientia habetur pro consensu in eo,qui presens nõ contradixit actui,quem impedire poterat:alias secus.
161 Uerba generalia sunt ambigua τ obscura.
162 Ubi agitur de re meritoria,vel concupiscibili,tacens consentire videtur:secus in re onerosa.
163 Lex vel statutum annullans actum nisi fideiussiones prestentur,intelligitur,si petantur a parte.
164 Qui iusto titulo possidet,bona fide dicitur possidere.
165 Aliud est mala,aliud non bona fide possidere.
166 Superueniens defectus bonefidei,qui tamen non transit in malam fidem, non interrumpit prescriptionem.τ nu.167.
168 Non debet ille qui dubitat, ius suum derelinquere indiscussum.
169 Bona fides in complenda prescriptione de iure canonico τ ciuili necessaria.τ nu.170.
171 Interuenientibus multis impedimentis,etiam vno tãtum permanente,impeditur actus efficacia:quo fit,vt sit clausula specialis necessaria,que de singulis impedimentis mentionem faciat,non sufficiente generali.τ nu.172.
173 Princeps non censetur velle per rescriptum preiudicare iuri alicuius.
174 Non tenetur regulas iuris seruare,qui de equitate,aut secundum voluntatem habet potestatem in his,que per eum de nouo fiunt:secus si iuris ministerio ius sit alteri quesitũ.
175 Contra equitatem naturalem est,ius suum alicui auferre.

¶ Consilium.cxciij.



Christi τ Gloriosissime Uirginis Marie eius matris nominibus suppliciter inuocatis:Circa materiam processus cause mote τ agitate, per τ inter magnificum τ potentem virum dominum Iacobum de Meolano,domi.Meolani actorẽ τ supplicantem ex vna parte,τ Magnificum τ potentem virum dominum Humbertum de Baternay. domi. Bochaigũ reum τ supplicatum ex alia,multa occurrũt cõsideranda:τ vt mihi videtur quatuor in genere.Primũ quidem,an regia rescripta parte eiusdem domini de Merlano impetrata,τ in hac causa producta,fuerint τ sint subreptitia vel obreptitia:τ propterea non interinanda.¶ Secundũ,an due sentẽtie per recolende memorie Serenissimũ domi. Ludouicũ tunc Delphinũ,seu eius Magnificum magnũ consilium cum eodem residens dudum late ad comodũ τ vtilitatem nobilis τ potentis quondam viri Gabrielis de Rossillione fuerũt nulle, vel alique τ valide.Prima videtur,cõtra Magnificũ τ potentẽ quõdã virũ dominũ Gaspardũ de camera, do.Camere:τ secunda,cõtra Magnificũ quondã virũ dominũ Altelmum de Meolano. ¶ Tertium,circa materiã donationis, quam olim fecisse legitur de castro Ornaceni,cũ suo mandamento,territorio, τ iuribus,nobilis τ Egregia mulier do. Frãcesia de camera,nobili τ potẽti quondã viro do. Gulielmo de Rossillione,tunc do.Bochaigũ.¶ Quartũ,circa titulos τ iura per ipsum magnificũ do.Bochaigũ supplicatũ acquisita : de quibus ex sua persona in hac causa opponit. ¶ Circa primũ querit de multis.Primo quidẽ,an primum regium rescriptum parte ipsius Magnifici do.Meolani impetratũ,fuerit , τ sit subreptitiũ,vel obreptitiũ,vide in dubio.lxxxiij.¶ Secũdo,an dictũ secũdũ rescriptũ fuerit subreptitiũ,vel obreptitiũ,pro eo q̃ in illo expssum est,ꝙ paulopost primã sentẽtiã p dictũ Serenissimũ.d.Dalphinũ,seu eiꝰ magna cõsiliũ latã,dictus do.Gabriel de Rossilliõne ab humanis decessit.¶ Tertio,an dici debeat subreptitiũ vel obreptitiũ, eo q̃ in illo expssum reperit q̃ a dicta secũda sñia recursum extiterat parte dicti do.Antelmi:et q̃ medio certi libri,seu registri olim facti per egregiũ quondã virum dominum Guydo. pape.in quo collecte pretenduntur decisiones et sententie huius Magnifici parlamenti, ad no-

titiam eiusdem magnific. domi. supplicantis deductum est, quod ab eadem secunda sententia recursum extiterat parte dicti domini Antelmi. ¶ Quarto, an pro eo quod in illo expressum legitur. quod tempore huiuscemodi asserti recursus, pretensi tituli & documēta (terre & seignurie) dicti oppidi seu castri Ornaceni, ac litere eiusdem asserti recursus, admissionis insuper & receptionis illius facte (vt pretenditur, per dictum Magnificū parlamentum, fuerunt ipsi domi. Antelmo furtiue subtracta: & que, vt pretendit, recuperare non potuit, donec facta publicatione certi monitorij generalis, cuius vigore se asserit partem iurium huiusmodi recuperasse ab ipso magnifico domi. supplicato, seu ab vno ex principalibus eius seruitoribus et procuratore, qui malitiose, aut alias eadem detinebat. Et an ea que sibi pretendit extitisse restituta faciant ad causam. ¶ Quinto, an pro eo quod in eodem rescripto expressum reperitur, quod tam medio asserte detentionis dictorum pretensorum titulorum et instrumentorum, ac etiam guerrarum, in quibus, et in seruitio Regio ipse magnific. domi. supplicans, et dictus dominus Antelmus fuerant continue occupati, non potuerant, nec ausi extiterant prosequi eorum pretensa iura.

¶ Sexto, an pro eo quod inibi expressum est, quod pendente causa pretensi primi recursus, parte dicti domi. Camere causa ipsa posita est (en estat de surseance) & quod ea sic remanente, idem domi. Camere mortuus est: et quia ibi tacetur quod postea de ipsius seu se eius procuratoris condēsu causa fuit ventilata coram dicto Magno consilio.

¶ Septimo: an pro eo quia licet expresserit eundem domi. supplicatum cōtinue habuisse magnam authoritatem apud Serenissimum dominum Ludouicum, tacuit tamen idem domi. supplicans quod et ipse, et dictus quondam domi. Antelmus etiam apud eum magnam authoritatem habuerint. ¶ Octauo, an de huiuscemodi subreptionibus, vel obreptionibus, vel alijs, si que fortasse appareant ex dictis rescriptis, vel actis cause huius cognosci debeat priusquam procedatur ad reuisionem dictarum sententiarum, & processuum earundem, et alias ad interinationem dictorū rescripto um:

¶ Venio ad primum: ad quod, sub benigna supportatione huius Magnifici et Eminentissimi cetus respondeo et dico, quod dictum primum rescriptum fuit subreptitium et obreptitium: pro eo quia in illo tacita est dicta vltima sententia: et quia etiam inibi fuit expressum causam, de qua ibi adhuc pendere coram dicto Magnifico Dalphinali parlamento in vim cuiusdam pretēse commissionis olim facte per dictum Serenissimum domi. Ludouicum de cognitione dicti pretēsi recursus, parte dicti domi. de Camera a dicta prima sententia interiecti: cum tamen causa huiusmodi, non solum non penderet tempore impetrati rescripti coram ipso Magnifico parlamento, vtpote diu antea diffinita per ipsum dominum Ludouicum, seu dictum eius magnum consilium, sed etiam ante diffinitionem illius. (anno videlicet. domi. Millesimo quatercentesimo quinquagesimo tertio. et die. xxv. mensis. Septembris. Magnificus dominus tunc cancellarius Dalphinatus, sibi assistentibus multis et doctissimis viris, etiam pro parte consiliarijs huius Magnifici parlamenti, ordinasset causam euigilandam: & in ea procedendum secūdum retroacta: vt legitur fol. 5331. & coram quibus, de consensu partium, seu procuratorum earundem partium postea fuit processum vsque ad dictā secūdam sententiam. Nec facit pro ipso Magnifico do. Meolani quoddam pretensum appunctuamentum parte eius productum: insertum. folio. 3798. et quod factum pretenditur. anno domini. Millesimo quatercentesimo quinquagesimo quarto. et die. ix. mensis. Decembris. quia inibi nō legitur, nec apparet quod huiusmodi appunctuamentum factum extiterit coram ipso Magnifico parlamento, aut per ipsum: propter quod potius presumendum est illud fuisse factum coram dicto magno consilio: attenta presertim ordinatione de qua supra proxime, ac loco in quo factum est appunctuamentum, et secretario, qui illud sumpsit: Insuper, et quia de inibi contentis, et quod illa facta fuerunt coram ipso magno consilio reperitur facta narratiua in dicta secunda sententia: et istud non videtur habere dubium. Non potest igitur dictus Magnificus dominus supplicans admitti secundum vltimas proceduras processus reuisionis dicti asserti recursus, qui vt dixi diffinitus est: & pro subreptione dicti primi rescripti allegare sufficit. l. fina. cum suis similibus. C. sententiam rescind. non posse. ¶ Ad secundum quesitum dico et respondeo, quod dictum secundum rescriptum censendum videtur subreptitium, ob causam de qua ibi: quia vt apparet ex actis cause huius, dicta vltima sententia lata legitur anno Incarnationis Dominice. Millesimo. quatercentesimo quinquagesimo quarto. et die. xxix. mensis. Martij. et prout ex actis eiusdem cause colligitur, dictus nobilis Gabriel de Rossilione vixit vsque ad annum domi. Millesimum quatercentesimum sexagesimum secundum. et sic per septem, vel octo annos post dictam vltimam sententiam: quibus durantibus potuisset prefatus quondam dominus Antelmus prosequi illum assertum recursum, quem parte eiusdem asserit fuisse interiectum dictus domi. supplicans ab ipsa vltima sententia: et quo tempore sibi non erat obstatura pretensa authoritas dicti Magnifici domi. supplicati, quem pro tempore ille assertus recursus in nullo concernebat. Esto enim quod Serenissimus. dominus noster Rex Dalphinus Modernus dictum secundum rescriptum concessisset ipsi do. supplicanti, etiam si tacitum esset quod dictus quondam nobilis Gabriel paulo post predictam vltimam sententiam ab humanis decesserat, vel expositum extitisset quod ipse post sententiam huiusmodi vixerat septem vel octo annis: nemini tamen venit in dubium quin difficilius hoc concessisset: presertim quia sibi expositum est quod propter authoritatem dicti domi. supplicati, qui bona eiusdem Gabrielis per confiscationem acceperat, et propter alia quedam non fuerat ipse dominus Antelmus ausus prosequi dictum assertum recursum: et hoc sufficit ad subreptionem dicti secundi rescripti: quod, et si ad lites concessum extiterit, continet tamen multum de gratia, vt patebit ex infra dicendis: videtur igitur esse subreptitium, & consequenter nullum: quoad ea que sunt gratie: hec probantur. in capitulo. postulasti. capitu. ad aures. et capitu. ad audientiam. el secundo. et quod ibi per omnes. de rescript. capitulo primo. et secundo. de filijs presbitero. et cle. prima. de prebendis. et quamuis hec iura loquantur in literis ad beneficia ecclesiastica seu pro beneficijs huiusmodi impetratis: idem tamen videtur esse in alijs beneficijs, et priuile-

1 gijs principum: quia † etiam in illis subreptio ipso facto viciat priuilegium: et beneficia huiusmodi. l. prima. ff. de natalibus restituendis. l. et si consentaneum. C. si contra ius vel vtilitatem publicam, vel per mendacium, fuerit aliquid postulatum, vel impetratum. not. Innocent. in capitulo. cum dilecti. de rescri. Panormita. et Moder. in. d. capitu. ad audientiam. vbi Feli. versiculo. amplia secundo hanc regulam, &c. ponit multas remissiones. ¶ Ad tertium respondeo et dico, quod propter expositionem de qua in eo, dictum secundum rescriptum censeri debet subreptitium: Et primo quidem quia non videtur posse colligi ex libro seu registro de quo in eo, signanter vero et maxime ex decisione. tircentesima quadragesima quinta. exordiente. Sententia prefecti pretorio, &c. parte eiusdem dominum supplicantis in hac causa producta: quoniam illa pretensa admissio secunde supplicationis de qua loquitur idem domi. Guliel. facta refertur per eum. anno domini millesimo quatercentesimo quinquagesimo primo. dicta vero vltima sententia lata fuit anno predicto Incarnationis Dominice millesimo quatercentesimo quinquagesimo quarto. & die decimanona, mensis. Martij & sic diu post datam dicte pretense admissionis. Preterea, si attendatur ad verba dicti domini Guido. ipse non refert quod bina vice fuerit ab eadem parte supplicatum: sed dicit vidisse admitti supplicationem ab alia parte emissam: & hoc fortasse esse potuit: quia prefatus quondam nobilis Gabriel primo supplicauit et recurrit a sententia contra se lata per tunc Eminens Dalphinale consilium: & deinde cum illa extitisset reuocata per dictum Serenissimum dominum Ludouicum, seu eius magnum consilium, fuit per aliam partem ab hac reuocatoria sententia supplicatum, et recursum sed quod idem do. Antelmus, aut alius quicunque eius predecessor bina vice supplicauerit, hoc non dicit idem do. Guyd. sed potius oppositum: signanter propter illa verba (ab alia partium emissam, que non congruunt sensui partis aduerse: dixisset enim ipse domin. Guydo. vtpote vir iurisperitus: non ab alia parte, sed ab eadem, vel ab altera partium, et hoc etiam sic intellexisse satis detegitur idem dominus Guyd. in decisione predicta: vbi post recitatam facti contingentiā subiunxit per dictionem aduersatiuam. Sed vbi secūda supplicatio ab eadem parte emitteretur, non admitteretur. per que patēter datur intelligi, quod in facti contingentia per eū recitata loquutus erat de scōa supplicatione facta, non quidē a parte a

te a qua prima, vel successore illius, sed a parte aduersa: cui dicto non obstat quod in dicta decisione mentio fiat de dicto do. Antelmo, qui tamen non recurrerat a dicta prima sententia, sed dictus do. Camere: quoniam respondeo quod in hoc potuit esse error dicti domi. Guy. qui cum loqui deberet de domino Camere, verbũ fecit de domino Antelmo. Dico etiam non esse alias probatum quod a dicta vltima sententia recursum extiterit parte dicti domi. Antelmi. In primis enim nullus ex testibus parte eiusdem domi. supplicantis in hac causa productis deposuit: nisi forte quis dixerit, quod de eo deposuerit magister Allamandus Baudeti testis. vicesimus nonus, parte ipsius Domini supplicantis productus, et examinatus super secundo articulo schedule. Licet in causa, ⁊c. Sed istud non obstat: tum quia
2 iste † est vnicus ⁊ singularis: ⁊ sic vox eius, vox nullius. l. iurisiurandi. C. de testi. tum quia iste deponit de auditu dici a magistris, Joãne seruientis, et vocato Quintalet pcuratoribus dicti quondam do. Antelmi: et sic nõ probat. l. testium.
3 cum suis simi. C. de testi. Nec facit aliquod indicium: q̃ † ad probationem indicij non sufficit vnus testis: vt voluit gloss. communiter approbata. in. l. fi. C. fami. ercis. et propterea iungi non potest depositio huius testis, siue pretensa eius probatio cum aliqua alia asserta probatione ad integrandum et perficiendum vnam probationem. per id quod not. Bald. in l. si quis ex argentarijs. post principium. ff. de eden. vbi voluit
4 ꝙ † nunquam iunguntur plures species probationũ ad inuicem, nisi quando vnaqueque species per se est in suo esse perfecta: quod etiam voluit Jo. de Imo. consi. xj. exordien. Sentio in dubium reuocari, ⁊c. in. iiij. volu. ⁊ consi. xix. exor. In iis, que in themate narrãtur, sunt, ⁊c. in eodem vo. Dictus etiam Allamandus testis non videtur deponere, siue loqui de dicto pretenso recursu: dicit enim quod hec insignis curia trãslata est apud locum de Romanis anno. vt puto, sumpto a natiuitate. M. cccc liiij. in vigilia festi natiuitatis beati Joannis Baptiste: ⁊ quod ibi resedit per annum: ⁊ sic vsq; ad vigiliã festi natiuitatis eiusdem sancti Joannis. anni. quadragesimi quarti. Dicit insuper quod durante hoc tempore, quo inibi tentum est Parlamentum. ipse predicta dici audiuit a prefatis Seruientis, ⁊ Quintalet, qd̃ non videtur posse intelligi de dicto pretenso recursu, q̃ dicta vltima sententia lata est. anno Incarnationis. domi. M. quatercentesimo quinquagesimo quarto. ⁊ die decima nona mensis. Martij. ⁊ sic anno natiuitatis. dominice quinquagesimo quinto. Et ita post dictum annum, quo dictum Magnificum Parlamentum fuit in loco de Romanis: non ergo suffragatur eidem do. supplicãti depositio dicti testis. ¶ Etiã nec sibi suffragatur depositio domini Thome de Bosco testis tricesimi quarti: et depositio egregij viri domi. Petri de Maliaco testis. lij. parte ipsius do. supplicantis productorum. et examinatorum super. lxxvj. articulo schedule. Ut magis. inserte. fo. 752. Et quidem non depositio dicti domini Thome: q̃ licet dicat ⁊ deponat se mandato dicti domi. Petri de Maliaco perquisisse sententiam ⁊ recursum in sua depositione mentionatos, ⁊ reperisse quendam quaternum continentem octo folia integra mẽtionem faciẽtem de castro Ornaceni: Insuper de do. Bochaygij, ⁊ de Meolano: nõ tamen dicit vel deponit, quod inibi esset dictus pretensus recursus: non etiã deponit quod seruitores dicti do. Bochagij dictum quaternum secum deportauerint, sed ꝙ eum reliquerant in domo eiusdem de Maliaco. Non etiam suffragatur depositio ipsius domi. de Maliaco: tum q̃ non deponit de aliquo pretenso recursu: tum et quia deponit de auditu dici a dicto do. Thoma de Bosco: a quo tamen non asserit audiuisse aliquid de recursu: sed quod cum ab anno. M. cccc xcj. et die. xj. mensis. Aprilis. nonnulli parte dictorum dominorum supplicantis ⁊ supplicati, de quibus aliter non recolit, et vt credit seruitores vtriusq;, venisset ad domum eiusdem testis ad inquirẽdum cum eo si haberet scripturas facientes mentionem de Ornaceno, ⁊ sententia de qua in dicto articulo. lxxvj. ipse percepit dicto do. Thome de Bosco vt eas pquireret: ⁊ petẽtibus ostenderet: quodq; idem do. Thomas sibi retulit certa folia reperisse, et illa tradidisse petẽti: que tamen ipse testis non vidit, quãuis alias cum visitaret scripturas, certa folia repererit mentionẽ facientia de Ornaceno. ⁊ dicit nescire nominare partes inibi mentionatas: sed hec dicta nihil concludunt ad dictũ pretensum recursum: nec quod huiusmodi pretensa folia deportata extiterint per dictum dominum supplicatum, aut aliquẽ ex suis. ¶ Nec opponat mihi aliquis de eo quod idem do. de Maliaco receptis literis cõpulsorijs ab hac insigni curia emanatis. Anno. videlicet. domini Millesimo. quatercentesimo nonagesimo tertio. ⁊ die decima tertia. mensis. Junij. insertis folio. 3708 respondisse legitur folio. 1710. scilicet quod ipse alias bene viderat ⁊ habuerat de scripturis concernentibus processum Ornaceni, sed requisitus per literas missiuas dicti domi. supplicati, et sibi exibitas per nobilem Antonium Moneti eius seruitorem. iussit incontinenti fieri perquisitionem in papyris honorabilis quondã viri magistri Joannis de Maliaco, et quod tandem perquisitione facta per ipsum Moneti, dominum Jacobum Labre. et dictum dominum de Bosco, ipsi Moneti, ⁊ Labre, vel forte idem Moneti, omnia deportarunt que inibi reperuit de scripturis concernentibus dictum processum Ornaceni, inscio tamen eodem domino Petro de Maliaco teste. Quoniam respondeo quod istud non obstat: tũ q̃ idẽ de Maliaco non deponit de aliquo pretenso recursu: tum ⁊ quia in dicta eius depositione, quam fecisse legitur super dicto. lxxvij. artic. schedule. Ut magis, ⁊c. vbi videtur loqui de eodem facto, dicit ⁊ deponit se non vidisse illa pretensa folia per dictos de Bosco, ⁊ alios tunc reperta: cui dicto, vtpote primo ⁊ iurato, magis credẽdum est, quam huic secundo, ⁊ nõ iurato: quatenus tamen ipsi primo dicto contrariari videretur: quia, aut in dicta prima depositione verum dixit, ⁊ huic rñsioni facte ad literas cõpulsorias non est fides adhibẽda, aut primo falsum dixit, ⁊ huic rñsioni tanq̃ facte a periuro non est fides adhibẽda c. testimoniũ. de test. facit doctrina Bar. quã posuit in. l. eos. ff. de fal. quã hoc casu dicit posse saluari Panor. in. c. per tuas. de probat. Etiã huic domino Petro de Maliaco. quatenus dicit ⁊ respondet scripturas predictas fuisse deportatas per prefatos nobilem Antonium Moneti. ⁊ dominum Jacobum Labre, vel forte dictum Moneti seruitorem ipso de Maliaco inscio, non est credendum: quia si fuerit nescius ⁊ ignarus capture ⁊ deportationis huiusmodi, de eis deponere non potuit: et vt mihi videtur, si non desipio, responsio seu dictum simile videtur ei, quod iudei consuluisse leguntur custodibus sepulchri. Mathe. vltimo. dicentes: Dicite q̃ discipuli eius nocte venerũt, ⁊ furati sunt eum nobis dormientibus: contra quos beatus Augusti. Psalmo. lv. versicu. incolent, ⁊ abscondent. alias inhabitabunt, ⁊ abscondent, ⁊c. dixit: In me preualuerunt, sed celum mihi nõ abstulerunt: ⁊ post pauca acceperunt pecuniã vt mentirẽtur: dixerunt. Cum dormiremus, venerunt discipuli eius, ⁊ abstulerunt eum. Tales autem ceci erant iudei, vt crederent dicto omnino incredibili: Crediderunt testibus dormientibus: aut falsum erat quod dormierant, ⁊ mendacibus credere non debuerunt: aut verum erat quod dormierunt, ⁊ quod factum est nescierũt: Ad quod facit quod ponit idem doctor sanctus. Psalmo. lviij. in fin. dicit enim loquens de eadem materia. Interroga infidelitatis testes dormiẽtes, vt respondeant tibi quid actum sit in sepulchro, qui si dormiebant vnde scierunt, si vigilabant, fures quare non timuerunt? ¶ Etiam nec probatur dictus pretensus recursus per quandam assertam supplicationem, quam olim fecisse dicitur dictus quondam domi. Antelmus insertam in processu olim facto super moderatione ⁊ taxatione expensarum dicti primi recursus, parte prefati do. de Camera a dicta prima sententia interiecti: qui processus in hac causa productus est parte dicti domi. supplicantis: et insertus fo. 1778 tum quia non est credendum assertioni partis aduerse, cuiusmodi est illa que facta pretenditur in dicta supplicatione de dicto asserto recursu interiecto ab vltima sententia: tum ⁊ q̃ ex verbis dicte pretense supplicationis videtur patenter colligi, ꝙ idẽ quondam do. Antelmus tunc supplicans non cõquereret̃ de dicta vltima sententia, quatenus erat prime confirmatoria: nec dicebat se ab illa, vt de tali, recurrisse, aut supplicasse: sz cõquerebatur pro eo ꝙ in expẽsis factis in causa recursus, etiam in illis que in ea facte extiterant vincente domino de Camera recurrente cõdemnatus extiterat: ⁊ vt mihi videtur dicebat, quod ab ipsa vltima sententia vt cõdemnatoria expensarum, supplicauerat ⁊ recurrerat. Ex quibus omnibus infertur, quod nec ille assertus recursus, qui interiectus pretẽditur a dicta vltima sententia, maxime quatenus fuit prime confirmatoria pbatus est: nec de illo facta apparet mentio in dicta decisio. cccxlv. Fuit igitur ⁊ est dictum secundum rescriptum subreptitium, vel obreptitium: in quo, vt predixi, facta est expressio de vtroq;. ¶ Ad quartũ dico ⁊ rñdeo. ꝙ dictũ secundum rescriptum videt̃ fuisse ⁊ esse subreptitiũ ⁊ obreptitiũ propter expositionẽ furtiue subtractiõis, occultationis, ⁊ retentionis dictorũ pretensorũ titulorũ ⁊ iuriũ: ⁊ propter expositionẽ restitutionis ptis illorũ, que facta asserit p dictũ. d. supplicatũ

seu vnum ex principalibus seruitoribus eiusdem:quia de iis
non apparet.Et quidem non de subtractione dicti pretensi
recursus, aut amissione.⁊ receptione illius : nec de eis ap-
5 parere potuit:q: † quemadmodum non entium , nulle sunt
cause:vt no.Host.in.c.bone.el.j.de postu.prela.ita nec potest
6 esse eorum aliqua subtractio : Non † enim potest esse vel co-
gnosci accidens sine subiecto:per id quod not.Bal.in.l.cogi.
versicu.Interdum etiam potest interrogari,⁊c.C.de petitio.
heredi.⁊ in aut.qui semel.ver.Item quod dicit.⁊c.C.quomo.
⁊ quando iudex.⁊ Alexã.de Imo.in.l.ij.C.de bono.posses.se-
cundum tabu.ad quod facit.l.eius qui.ad fi.ff.si cer.pet.Cum
igitur,vt predixi,non appareat quod aliquis recursus inter-
iectus extiterit parte do.Antelmi a dicta vltima sententia,
consequenter nec apparere potest quod ille subtractus extite
7 rit:quia non†entis subtractio esse non potuit.¶Etiam nec
apparuit de subtractione , occultatione , vel restitutione di-
ctorum pretensorum titulorum et documentorum dicte ter-
re Ornaceni:nullus enim de illis deposuit : excepto fortasse
nobili Joanne Fauroti , teste.xxiiij.qui super sexto et sex se-
quentibus articulis schedule . Licet in causa.inserte.fo.346.
de restitutione quarundã pretensarum scripturarum in pede
eius depositionis plenius expressarum deposuisse pretendi-
tur se scripturas huiusmodi post mortem cuiusdam Petri
Sibolonis in eius domo et quadam illius archa reperisse:et
deinde illas restituisse nobili Falconi Buffauenti : sed per
hanc pretensam depositionem non probantur premissa. Et
quidem non subtractio : quia de illa nihil dicitur : nec etiam
8 occultatio,⁊ restitutio:quia † quoad hanc pretensam depo-
sitionem,ipse Fauroti est vnicus ⁊ singularis:⁊ sic vox eius,
vox nullius.d.l.Iurisiurandi.cuius depositio etiam non suf-
ficit ad delationem iuramenti suppletorij probationis plenio
9 ris:Tum quia hec causa ardua est,⁊ magna:in causis†autem
magnis et arduis non defertur iuramentum huiusmodi:vt
not.Gloss.in regula.cum sint partium.super verbo actori.de
regu.iur.in.vj.gloss.et doct.in.l.admonendi.ff.de iureiurand.
tum ⁊ quia idem Fauroti tempore productionis de eo facte,
⁊ lati testimonij,⁊ ante,erat pauper ⁊ egenus:vt apparet ex
iis que parte dicti domi.supplicati deducta ⁊ probata exti-
terunt:in et super octauo articulo schedule : Pars magnifi-
10 ci , ⁊c.inserte.fol.1606. † Pauper vero nõ videtur omni ex-
ceptione maior.per id quod habetur.in.l.testiũ fides.in prin.
et quod ibi Alber.ff.de testibus.⁊ quod not.Panormi.in.c.
si qui.de testi.quod saltem procedere videtur vbi alias non
apparet pauperem esse fidelem,⁊ bonorum morum : vel vbi
non apparet eum esse honestam personam,⁊ alias non suspe
ctum propter paupertatem : vt videtur esse de mente glos.in
dicto capitulo.si qui.et Alberi.in.d.l. testium fides.prout in
casu presenti,in quo non solum non apparet dictum Fauro-
ti esse fidelem,⁊ bonorum morum , aut personam honestam,
sed etiam contrarium : vt satis probant testes examinati su-
per septimo articulo dicte schedule.Pars magnifici , ⁊c.et
hec maxime procedunt cum idem Fauroti pauper factus ex-
titerit propter eius vitium : tunc enim , vt dicit Bald.in.d.
11 capitulo.si qui.repellitur pauper ea ratione : quia † vitiosus
in se , multomagis presumitur vitiosus in alium.vt no.gloss.
in.l.fina.C.de senten.pa.Dictus etiam Fauroti odio habens
illam nouam creationem.seu deputationem procuratoris et
receptoris factam per dictum dominum supplicatũ de no-
bili Antonio Moneti,comminatus extiterat de damnifican
do eundem dominum supplicatum : quo fit vt ratione odij,
⁊ comminationis huiusmodi sibi credi non debeat:aut sal-
tem vt sibi minus credatur:Non est igitur omni exceptione
maior:⁊ sic,esto ꝙ hec causa talis excusaret in qua alias po-
tuisset deferri iuramentum facta semiplena probatione , de-
ferri tamen non posset in hoc casu : quia vt apparet ex predi-
ctis , dictus Fauroti non erat tempore productionis de eo
facte,⁊ lati per eum testimonij, nec hodie est omni exceptio-
12 ne † maior:quod tamen requirebatur,⁊ requiritur ad hoc vt
fiat predicta delatio:vt not.Bart.in dicta.l.admonendi.ver-
sicu.venio ad tertium.ff.de iureiurand.et voluit Bald.titu.si
de inuesti.feu.contro.fuer.super rubrica.Salic.in.l.in bonefi-
dei.versicu.item est sciendum.C.de iureiuran.et Alexand.de
Imo.consil.xxxij.exordiente.viso puncto et dubiis de quibus
queritur.in.j.volu. ¶ Nec dicat aliquis quod depositio seu
dictũ nobilis Gulielmi Gotafredi testis vicesimi tertij,parte
dicti domi.supplicantis in hac causa ꝓducti, ⁊ examinati su-
per,⁊c.⁊ duobus sequẽtibus articulis schedule,Licet in cau
sa,⁊c.in aliquo coadiuuet depositionem seu dictũ dicti Joan
nis Fauroti:q: dictũ dicti Gotafredi est obscurum.et incer-
tum.Dicit enim quod cum visitaret eius documenta reperit
septem vel octo instrumenta cum suis dispersa , et facientia
mẽtionem de Castro Anionis,Furanci , et Ornacij, ac etiã
de do.Francesia de Camera, ⁊ do.Joan.de Miribello : per
quod non apparet de aliquo titulo,aut aliis documentis fa-
cientibus ad hanc causam:⁊ sic depositio ipsius Gotafredi,
vtpote incerta ⁊ obscura,vt predixi,nõ releuat dictum domi.
13 supplicantem.c.in presentia.de proba. Etiam idem † Gota-
fredi nihil deponit de tenore , ergo,⁊c.per id quod no.Bar.
in.l.sicut iniquum.C.de fid.instru.est etiam idem Gotafredi
vnicus:qui propterea nihil probaret , etiam si deponeret de
tenore:vt satis colligitur ex no.per glos.in.d.l.sicut iniquum.
que etiam ad probandum semiplene requirit duos qui depo
nant de tenore.Illud etiam certum est quod per depositionẽ
huius Gotafredi,nõ iuuatur in aliquo depositio prefati Jo-
annis Fauroti:q: isti deponunt de diuersis pretensis corpo-
ribus:vt clare colligitur ex depositionibus eorundem.Fauro
tus enim dicit illas pretensas scripturas per eum,vt preten-
dit repertas) expediuisse prefato Buffauenti. Dictus vero
Gotafredi dicit se illa asserta instrumenta per eundem reper
ta mandato dicti domi.supplicantis tradidisse cuidam Bo-
chardo, aut magistro Ventoleti suis seruitoribus.¶Facit
ad impugnationem , et inualidationem depositionis dicti
Joannis Fauroti,id quod ipse asseruit , scilicet , quod ipse
transcripserit illud pretensum antiquum inuentarium factũ
de illis assertis scripturis per quendam Joannem Vernay:⁊
deinde illud in ignem proiecerit. Ad quid enim transcripsit
illud,si factum erat, ⁊ ad quid proiecit antiquum in ignem:
Preterea cum idem Fauroti in dicta eius pretensa deposi-
tione dixerit,quod volens prouidere indemnitati dicti do.
supplicati inuentarium fecerit de bonis illius Sibolonis, et
illud faciendo dictas pretensas scripturas repererit mentio
nem facientes,vt dicit,de Castro Ornaceni,cur illas nõ tra-
didit,aut saltem aliquid de eis non dixit dicto domi.suppli-
cato. Adiicio,quod ipse Fauroti dicit quod scripture hu-
iusmodi erant simul alligate,⁊ quod desuper scriptum extite-
rat.Pro domino Joanne de Miribello.⁊ tamen certum est
quod ille pretensus recursus parte dicti do.Camera inter il-
las scripturas per eum designatus,⁊ interiectus a dicta pri-
ma sententia lata,videlicet,anno.lij.et die.xix.mensis. Junij.
Non poterat esse pro dicto de Miribello:cum ipse diu ante
sententiã ⁊ recursum huiusmodi ab humanis decessisset:mor
tuus est enim ante inchoationem processus olim agitati in-
ter dictum domi.de Camera , ⁊ prefatum nobilem Gabrielẽ
de Rossilione.Si est igitur verum quod aliqui ex scripturis
huiusmodi reperte extiterint,quod que ille essent simul alli-
gate,⁊ super eis scriptum,Pro do. Joanne de Miribello.
Non est verisimile quod inter eas esset dictus pretensus re-
14 cursus:⁊ sic † est quedam falsitatis imago.no.Bald.in.l.j.C.
de seruis fugitiuis.vbi allegat Auerroyn.Non solum igitur
depositio.dicti Fauroti non probat.quinimo nec est verisi-
milis.Ipse etiam non probatur fuisse tempore pretense resti
tutionis vnus de principalibus seruitoribus dicti domi.sup
plicati.Preterea presupposito , citra preiudicium veritatis,
quod perditio,aut retentio,occultatio,et restitutio dictorum
pretensorum titulorum.probate extitissent, que non proban-
tur,hec tamen non prodessent dicto domino supplicati , cum
huiuscemodi pretense scripture necessarie nõ essent:quinimo
nec seruiant ad decisionẽ cause huius:Et quidem nõ ille que
designate extiterunt in primo,secundo,tertio , quarto, sexto,
septimo octauo,⁊c,⁊.xij.capitulis pretense reuelationis fa-
cte per dictum Fauroti.que etiam producte nõ fuerunt par-
te dicti domi.supplicantis in processu cause huius:non etiã
erat necessarium ad decisionem dicti pretẽsi recursus instru-
mentum pretense sententie olim late pro et in fauorem di-
cti quondam domini Joannis de Miribello,contra prefatũ
nobilem Joannem de Rossilione , quod fuit designatum in
quinto capitulo dicte pretense reuelationis : cum illud repe-
riatur productum et insertum in processu antiquo.fol.3057.
cuius arramenta ⁊ proceduras dictus quondam do.Antel-
mus ceperat. Etiam nec erat necessarius dictus pretensus
recursus per dictum Fauroti designatus.Tum quia ille nõ
fuit interiectus a dicta vltima sententia lata.videlicet , anno
Incarnationis domi.Millesimo.ccccliiij.et die.xix. mensis.
Martij.de cuius remissione dictus do.supplicans experiri
nititur,sed fuit interpositus a dicta prima sentẽtia lata anno.
M.cccclij.et die.xix.mensis.Junij. Etiam , vt superius dixi
iste recursus non fuit verisimiliter repertus cum aliis preten
sis scripturis , attenta illa superscriptione. Pro do. Joanne
de Mi

parte dicti quondam de Miribello, aut prefati Magnifici,
do. supplicantis productis deposuit de aliquo pretenso me-
tu parte dicti do. Guilielmi de Rossillione, aut alterius cu-
iuslibet adhibito ad cogendum, vel inducendum dictam do.
Francesiam ad donandum: nullus etiam deponit de terro-
ribus, aut minis: nec etiam de aliqua pretensa impressione: ꝙ
tamen erat necessarium, ad hoc vt pretendi posset donatio-
nem huiusmodi debere rescindi ex capite metus, vel impres
136 sionis: vt hec sunt in iure notissima: Non enim † ad proba-
tionem metus sufficit dignitas eius cum quo quis contra-
hit. l. ad inuidiam. ⁊ quod ibi Bart. ⁊ doct. C. quod me. cau.
Bart. ⁊ docto. in. l. j. §. que onerande. ff. qua. re. actio. non. da.
etiam nec sufficit cause qualitas, hoc est ꝙ res magni pretij
pro modico pretio vēdita extiterit. l. interpositas. ⁊ quod ibi
doc. C. de transa. ⁊ multo minus hic, vbi nihil est simpliciter
donatum, sed ob causam: ⁊ in remunerationem meritorum,
que iurauit dicta do. Francesia esse tanti valoris, quanti erat
res donata: Etiam nec sufficit quod donatio huiusmodi fa-
cta fuerit in dicta turri: quia non est probatum ꝙ illa turris
esset carcer, vel ꝙ in ea tanꝙ in carcere detineretur dicta do.
Francesia tēpore facte donationis: quinimo probatū est ꝙ
in dicta turri erant bone camere, ⁊ apte ad habitandū, cum
fornellis, ⁊ cubilibus: vt parte dicti do. supplicati deductum
est in. iiij. arti. schedule. exor. Vltiāte deducta. inserte. fo. 783.
super quo deponunt scōs, tertius, quintus, nonus, decimus,
⁊ decimustertius testes, parte dicti do. supplicantis in hac
causa producti. Nec sufficeret probatum esse quod dicta do.
Francesia ibi detineretur, sed oporteret esse probatū ꝙ ipsa
ibi detinebatur ad hoc vt donaret: q̄ scđm theoricā Inno.
137 in. c. cū locum. de sponsalibus. ad hoc † vt metus noceat, vel
viciet, opus est ꝙ ⁊ met⁹, ⁊ cōsensus cadāt super eodē: alias
si metus esset super vno, ⁊ cōsensus super alio, non videretur
obesse: quam doctrinā refert Bald. in dicto tractatu schisma
tis. versi. preterea expressum videtur. Dicta etiā donatio fa-
cta est sub presentia quinque testiū, vt apparet ex nota, ⁊
instrumento donationis huiusmodi, de quibus supra: qui, vt
se dici audiuisse deposuerunt vndecimus, ⁊. xiij. testes parte
dicti do. supplicati examinati, super. xx. artic. dicte schedule.
Saluis attestationibus scđo loco, fuerūt boni viri, notabi-
les, ac bone conuersationis: decimus etiā dicit, ꝙ cū esset de-
cem, aut duodecim annorū vidit Petrū de Rossillione dnū
domus fortis qui erat bone vocis, ⁊ fame, ⁊ pro bono, ⁊ no-
138 tabili viro habebatur: metus † autē non presumitur interue-
nisse in presentia honestorū virorū: vt not. Ang. in. l. quero. §.
seruū. ff. de edil. edic. Dictus etiā dominus Guilielmus do-
natarius (vt superius dixi) ⁊ se audiuisse testificātur, ⁊ de-
ponūt. ij. iij. v. viij. ⁊ alij multi testes dicti do. supplicati, super
xxj. art. schedule. Saluis attestationibus, ⁊c. scđo loco, fuit tē-
pore eius vite ⁊ mortis notabilis homo, miles honeste con
uersationis, bone conscientie, bone vocis ⁊ fame, ⁊ laudabi-
lis reputationis. Nō est igitur presumendū ꝙ ipse adhiberi
fecerit metū, vel impressionē cōtra ipsam do. Francesiā ad si-
bi donandū: ⁊ hoc videtur attēdendū: q̄ si cōtractus factus
etiā post minas per aliquē etiā potentem adhibitas, dica-
tur nō propterea probari meticulosus: vt volūt doct. in. l. me
tū. C. ꝙ me caus. ⁊ in. c. cū dilectus. eo. tit. nisi probetur ꝙ ille
139 minans consueuerat minas deducere ad effectū: † q̄ ex per-
sonis ⁊ earū qualitatibus dicta pensanda sunt. l. j. C. si quis.
Impera. maled. multominus hic iudicanda est donatio me-
ticulosa, q̄uis facta potenti, cū non appareat de minis, nec
malis omissionibus eiusdem, sed potius econtra. Nec puto
obstare, ꝙ idē quōdā do. Guilielmus erat dominus dicti loci
Bochaigij: tū q̄ prefata do. Francesia nō erat eius subdita,
⁊ sic nō prohibebatur cū ea cōtrahere idem do. Guilielmus.
l. presidis. in fi. secundū vnā lecturam, quam doct. sequuntur
cōmuniter. ff. si cer. peta. ⁊ sic nō obstant. l. j. C. de contrac. iud.
⁊ alia iura allegata. in. l. principalibus constitutionibus. ff. si
140 cer. peta. tum ⁊ q̄ donatio † predicta fuit, vt predixi, remune
ratoria, que etiā per subditū fieri nō prohibetur ei cuius est
subditus. d. l. Aquilius Regulus. ⁊ ꝙ ibi Bar. post gl. ff. de
dona. not. Alex. de Jmo. in. d. l. principalibus. Preterea vbi
dicta donatio fuisset ⁊ pbaret meticulosa, prout nō pbat, il-
lud tū certū est ꝙ post donationē huiusmodi, ⁊ ex interuallo
sex dierum et extra dictam turrim, ⁊ districtum Bochagij
eadem do. Francesia laudauit, ratificauit, confirmauit, et ap-
probauit predictam donationem: ⁊ non solum hec fecit, sed
etiam de nouo donauit, per que apparet dictum pretensum
metum si quis interuenisset, fuisse sufficienter purgatum. l. ij.
⁊ quod ibi per omnes. C. quod me. cau. facit. quoniam nemi-
ni venit in dubium hoc satis validum, satisq; esse famosum
quod prelectio repetit a comprobabit. C. de emen. iustit. C. §.
141 supradictis itaq;. ⁊ q̄ † iterata donatio ostendit mentis per-
seuerantiam. d. l. j. C. de plus peti. quod voluit Franc. Oldra.
in. d. cōsi. ccij. exord. Factum tale est. Domina. B. habēs duas
filias, ⁊c. ⁊ vt dicit Bal. in tractatu schismatis. V. porro quia
vero consonant omnia, qui bis, vel sepius quid facit, videtur
velle quod contra id nihil opponi possit: quia vbi secunda
interuenit cōsideratio ibi esse presumitur plena deliberatio.
aut. vt nulli iudi. §. ⁊ hoc vero iubemus. in tex. ⁊ in glo. ⁊ not.
in. l. si. C. si contra ius vel vtil. pupil. Nec dicat aliquis quod
do. Francesia tempore facte prime donationis conuenerat ⁊
iurauerat illam ratam habere, ⁊ nō contrauenire: q̄ per hoc
non astringebatur illam cōfirmare: ⁊ minus de nouo facere:
⁊ ita dici non potest ꝙ metu periurij illam cōfirmauerit, aut
ꝙ de nouo donauerit. Etiā nec obstat si dicat, ꝙ locus Mo
restelli in quo ratifficatio, cōfirmatio, ⁊ donatio huiusmodi
facte extiterūt, esset subditus prefati do. Guilielmi: q̄ istud
nō probatur: quinimo potius apparet de cōtrario, relatione
facta per Egregios viros dominos cōputorū Dalphinalū
auditores. inserta. fo. 3715. Vbi referunt, ꝙ tempore de quo
ibi Castellania Morestelli erat vnita patrimonio Dalphi-
phinali: ⁊ quod de reditu illius erat fuit computatum an-
no quolibet in Camera dictorum computorum: ⁊ adiecerunt
do. auditores, ꝙ successiue anno. videlicet. d. M. cccxxi. et die
xvj. mensis Martij. Castellania huiusmodi, ⁊ tota reuenuta
fuit vendita per cōmissarios regios, ⁊ Dalphinales, certis
vrgentib⁹ negotijs regijs, dicto quōdā do. Guilielmo. Quib⁹
obstare nō videt qđ legi pretenditur in quodā asserto instru-

mento cuiusdam pretensi homagij, factū per dictū quondam
do. Guilielmū: anno. D. M. cccc.xcvi. ⁊ die. xvj. mensis. Maij,
inserto. fo. 3508. in quo recognouisse pretēditur domum for-
tem sitam apud Morestellum, prope portam sancti Simpho
riani: insuper ⁊ prepositurā, seu Mistraliā Morestelli, ⁊ ei⁹
mandamenti: tū q2 homagium huiusmodi factū est post do-
nationem superius mētionat. atque, vt sepius dictū est, facta
legitur anno. lxxxij. ⁊ die. xxij. mensis. Julij. ratificatio vero,
ac cōfirmatio de nouo facta eodē. anno. ⁊ die penul. eiusdem
mensis. tū ⁊ q2 nō apparet ꝙ prepositura, seu Mistralia hu-
iusmodi importet aliquā iurisdictionē, aut superioritatem,
quam illius pretextu haberet idem do. Guilielmus in dicto
loco Morestelli, aut eius territorio. ¶ Pro responsione ad
142 quintum quesitū: primo, quod ita sunt † contrahentiū verba
intelligenda, vt cōtrarietatē, repugnantiā, aut perplexitatem
nō contineant, si possunt aliqua diuisione, vel etiam impro-
priatione iuuari: vt probatur in prima constit. C. §. quibus. ⁊
quod ibi Bart. idē no. Bart. in. l. fi. §. idem quesijt. versic. circa
predictā clausulā. ⁊c. ff. de condic. indeb. ad ꝙ fa. l. si Titius.
143 ⁊ qd̄ ibi Fran. de Are. ff. de verbo. obliga. vbi voluit, † ꝙ qñ
perplexitas cōtractus potest reduci ad aliquē intellectū iu-
ris, etiā impropriando verba, hoc fit ne vicietur stipulatio:
facit ad premissa ꝙ post Petrū ⁊ Cy. voluit Bald. in. l. cum
falsa. versi. sed ponamus ꝙ ego confiteor. C. de iu. ⁊ fac. igno.
vbi dicit, ꝙ confessio qua cōfiteor aliquem fundum esse meū
⁊ tuum nō implicat contradictionē: q2 licet videar cōfiteri ꝙ
fundus huiusmodi sit cuiuslibet nostrū insolidum, tamen illa
debet taliter interpretari ꝙ nihil cōtrarietatis contineat. se-
cundū Pet. ⁊ Cyn. ⁊ vt post illos dicit Bald. per hanc con-
fessionē probatur cōmunio dominij: q2 hoc modo intellecta
confessio nihil cōtinet impossibilitatis: ex quibus infertur, ꝙ
reseruatio de qua in dicto quesito, nō est intelligenda, vt per
eam censeatur ipsa do. Francesia donatrix sibi retinuisse fa-
cultatem vt posset de rebus donatis insolidum disponere: ꝙ
etiam verba nō sonant: non enim dicitur ibi sibi reseruasse, ꝙ
posset disponere de omnibus rebus donatis, ⁊ eas donare
cui vellet, sed indefinite, ꝙ posset disponere, vel ordinare in
vltima voluntate de rebus donatis: ⁊ ꝙ posset dare cui vel-
let: non dicit res donatas, sed de rebus donatis: pro quo fa-
cit: q2 cum in donatione predicta dictū fuerit, ꝙ dicta dom.
Francesia donabat castrū ex donatione pura, irreuocabili. ⁊
inter viuos, nō est verisimile ꝙ illico eadem donatrix pacta
extiterit, ⁊ sibi reseruauerit ꝙ posset de omnibus bonis do-
natis disponere, ⁊ ea donare cui vellet: ⁊ consequenter reuo-
care donationē quam tunc faciebat dicto do. Guilielmo. l. nā
ad ea. ff. de condi. ⁊ demon. ⁊ ꝙ no. Jo. de Jmo. in. c. cum di-
lecti. de dona. Preterea reseruatio facta per dictā do. Fran-
cesiā, ꝙ posset disponere de rebus donatis, facta est per pro-
positionē indefinitam, non per vniuersalem, aut particularē:
q2 dicit de bonis donatis: non de omnibus, aut quibusdam:
144 propositio † vero indefinita probata ab homine in materia
cōtingenti, nō semper equipolet vniuersali, vt no. Jo. mona.
gl. ⁊ doc. in. c. vt circa. de elec. in. vj. ⁊ Bar. in. l. si plurib⁹. ff. de
lega. ij. Pro quo facit quod legitur in euangelio de quinque
fatuis virginibus, que sapientibus dixerunt: date nobis de
oleo vestro, q2 lampades nostre extinguuntur: nō enim putan
dum est ꝙ ille petierint vel totum, vel omne oleum quinque
prudentiū sibi dari: quod nec ille censuerint: vt patet ex earum
responsione, in qua dixerūt ne forte vobis, ⁊ nobis sufficiat,
ite potius ad vendentes. Respondeo ad dictum quintum
quesitū, ⁊ dico donationē predictā non posse impugnari ra-
tione pretense cōtrarietatis: q2 nō est verū ꝙ per dictā reser-
uationē dicta do. Francesia tenenda sit sibi reseruasse facul-
tatē disponendi in vltima voluntate de omnibus bonis suis,
⁊ ea dandi cui vellet: vt apparet per predicta: sed magis cen-
senda est sibi reseruasse facultatē de aliqua eorū parte, que ve
niebat arbitrio boni viri taxanda, secundū conditionē per-
sone reseruātis, ⁊ bonorū facultatē: nisi postea, ⁊ tēpore facte
ratificationis partes taxassent. Cui non obstant proposita ⁊
deducta parte dicti Magnifici do. supplicantis in. xvj. artic.
sui libelli, vbi deducitur, ꝙ tam de iure communi, ꝙ̄ de cōmu
ni vsu loquendi, ⁊ stilo patrie Dalphinalis possunt donato-
res facta reseruatione, prout in casu, de bonis donatis testa-
ri: aut alias ad eorū omnimodā voluntatē facere, ⁊c. Quoniā
respondeo, ꝙ hec nō procedūt: ⁊ quidē nō quatenus preten-
duntur esse iuris cōmunis: imo potius est cōtrariū veritas:
nō etiā quatenus pretenduntur esse de vsu loquendi, aut pre-
tenso stilo, q2 illa nō probantur: nullus enim ex testibus par-
te eiusdē do. supplicātis super dicto articulo examinatis de-
posuit pro eo formaliter: vt clare apparet ex eorū depositio-
nibus. Nō obstat depositio vndecimi testis: q2 ille deponit de
alio casu, ⁊ diuerso, in quo vcz, pacta nō fuerant per donata-
riū obseruata, quo casu disponit lex quid fiendū sit. Alij ve-
ro, scilicet. xxv. xxvj. xxix. xxxi. xxxij. ⁊. xxxvij. q̄uis videatur ali-
quid dicere in fauorē dicti do. supplicātis, hoc tamē nō pro-
dest: q2 nō deponunt super articulatis: ⁊ quatenus videntur
super eis, aut eorū parte deponere, ipsi sibi assumpserūt offi-
ciū iudicis, vel aduocati, nō testiū: ⁊ ideo nō probant: debent
145 enim † deponere de ijs que facti sunt, ⁊ q̄ sensu corporeo per-
ceperūt, nō de ijs que sunt iuris, aut que sensu corporeo per-
cipi nequeunt. l. testiū. C. de testi. ⁊ ꝙ not. Jnn. ⁊ post eū alij.
in. c. cū causam. de testi. Adijcio, ꝙ etiā quoad hoc sunt pluri
mi testes parte ipsius do. supplicati in hac causa producti, ⁊
examinati super. xxv. arti. schedule. Saluis protestationibus.
⁊c. scdo loco. qui deponūt cōtrariū, quibus esset magis cre-
dendum: tū q2 plures: tum q2 in hoc deponūt verisimiliora.
Preterea esto, ꝙ dicta pretensa reseruatio posset in aliquo
cauillari, huic tamē cauillationi videt̄ via preclusa per ratiha
bitionē, ⁊ cōfirmationem predicte donationis: insuper ⁊ per
nouam donationē, quā fecisse legitur ipsa do. Francesia sepe
dicto ann. D. M. cccc.xcij. ⁊ die. penul. mēsis. Julij: in qua nō
reperitur facta dicta pretēsa, ⁊ generalis, seu indeterminata
reseruatio, sed duntaxat sibi reseruauit dicta do. Francesia, ꝙ
posset in sua vltima voluntate ordinare de mille ⁊ quingētis
florenis auri: nisi forte quis dicat ꝙ etiā ibi subiunctū extite-
rit, ⁊ cū omnibus alijs clausulis supra expressis. ⁊ ꝙ quasi vi-
deatur per clausulā huiusmodi reseruasse, prout in prima do-
natione, quod scilicet: posset disponere de rebus donatis, ⁊
dare cui vellet: sed hoc dici nō debet: tū q2 in hac scda dona-
tione solū sibi reseruauit ipsa do. Francesia vsumfructum, ac
mille, ⁊ quingentos florenos, de quibus mille, ⁊ quingentis
florenis voluit posse ordinare: ergo donatio remanet firma
in alijs, ⁊ residuo bonorū donatorū in instrumēto prime do-
nationis expressorū, ⁊ repetitorū in instrumēto ratificatio-
nis, ⁊ dicte secūde donationis: q2 excipiēs casus a regula, di-
citur in ceteris omnibus regulā cōfirmare. l. nā ꝙ liquide. de
pe. lega. l. cogi. §. inde queritur. ff. ad trebel. no. Joan. And. in
rub. de reg. iur. in. vj. Jnclusio etiā dictorū duorū casuū cēseri
debet aliorū exclusio. l. maritus. C. de procur. ⁊. l. cū pretor. cū
suis simil. ff. de iudi. Preterea, si dicta do. Francesia voluisset
reseruare pactū appositum in dicta prima donatione, scz, ꝙ
posset disponere de rebus donatis, ⁊ dare cui vellet, ita erat
mota dictu pactū huiusmodi specificare ⁊ repetere, sicut spe-
cificauit, ⁊ repetijt reseruationē factam de vsufructu: ꝙ quia
nō fecit, videtur illud neglexisse: ⁊ ab illo recessisse. l. apud La
beonē. §. hoc edicto. ff. de iniu. Adijcio, ꝙ quemadmodū ipsa
do. Fracesia in prima donatiōe sibi ad vitā reseruauit vsum-
fructū reru donatarū, ita ⁊ in scda: ⁊ nihilominus sibi reser-
uauit ꝙ posset in eius vltima voluntate disponere de mille ⁊
quingentis florenis auri: non est ergo verisimile ꝙ per illa
verba, ⁊ cū omnibus alijs clausulis. ⁊c. de quibus supra, vo-
luerit reseruare ꝙ posset in vltima volūtate disponere de re-
bus donatis, ⁊ illas insolidū alteri relinquere. Que enim es-
set hec remuneratio precedentium, ⁊ cōdignorū meritorū, vt
ipsa iurauerat, ⁊ tunc iurabat velle posse disponere de mille,
⁊ quingentis florenis auri, ⁊ insuper de rebus donatis: pro-
fecto nulla: quinimo potius onerosa dicto donatario, ⁊ cōti
nens absurditatē. Facit ad premissa: q2 ratificatio, cōfirma-
tio, ⁊ hec scda donatio facte sunt in fauorē dicti donatarij, q̄
tamē retorquerent̄ in illius dispendiū, si intelligeretur dicta
147 reseruatio repetita: ⁊ † inducta ad vnū effectū, cōtrariū ope-
rarent̄, ꝙ non est fiendū. l. ꝙ fauore. C. de legi. l. legata inuti-
liter. ff. de leg. j. ⁊. l. legata inutiliter. ff. de adimen. lega. Po-
stremo, si verū est, ꝙ nō credo, id ꝙ ex aduersio pretēdit̄, scz,
ꝙ ideo per illā reseruationē factā tēpore prime donationis
potuisset dicta do. Francesia insolidū disponere de rebus do
natis, ⁊ eas dare cui vellet. Certū est ꝙ reseruatio huiusmodi
148 censeri nō debet repetita in scda donatione: † q2 nunꝙ̄ fien-
da est relatio ad omnia precedentia, quādo talis relatio indu
ceret contrarietatē in ipsa dispositione: vel quoties disposi-
tio huiusmodi irritaret̄. l. si idē cū eodē. §. fi. ⁊ ꝙ ibi. gl. ⁊ doct.
ff. de iuri. om. iudi. l. j. §. deinde. cū suis simil. ff. de postulan. de
quo Bar. in. l. talis scriptura. §. fi. ff. de leg. j. ¶ Uenio ad ter-
tiū q̄situ huius tertij mēbri principalis, in quo querebat̄, an
dato ꝙ donatio, cōfirmatio, ⁊ noua donatio; de quib⁹ supra
fuerunt ab initio valide, ille censeri debeāt reuocate, vel alias
inualidate ex ijs q̄ postea contigerūt. Circa ꝙ querit̄ de mul
tis. ¶ Primo, an donatio p̄dicta cēseri debeat reuocata p
pter susceptionē noue prolis. ¶ Scdo, an fuerit reuocata p
testamentū dicte quōdā do. Fracesie. ¶ Tertio, an dicta do.
Francesia

Franceſia, que, vt in eius teſtamēto legitur, legauit mille flo
renos dicto quondā nobili Gabrieli, cenſeri debeat eos ſibi
legaſſe animo cōpenſandi, ⁊ an per illorū acceptationē idem
Gabriel ſibi preiudicauerit. ¶ Quarto, an per cōfirmationē
factā in ſcda donatione, fuerit facta nouatio prime, cū ſecūda
donatio ſub cōmemoratiōe illius facta extiterit. ¶ Quinto,
an donatio predicta cenſeatur reuocata propter certos pro-
ceſſus ciuiles factos cōtra eandē Frāceſiā. ¶ Sexto, an pre-
ſentia dicti quondā do. Guilielmi donatarij adhibita in reco
gnitione, ⁊ homagio factis de caſtro Ornaceni, ⁊ ſuis perti
nētijs ⁊ iurib9 p quendā aſſertū procuratorē eiuſdē do. Frāce
ſie, ſibi preiudiciū attulerit. ¶ Septimo, an preiudicatū ex-
titerit dicto quōdā d. Guilielmo, ⁊ cōſequēter pfato Gabrie-
li ei9 filio, p eo q in homagijs p eundē Guilielmū preſtitis
poſt factā donationē nullus ſermo fact9 extiterit de Ornace
no. ¶ Ad primū dico ⁊ rn̄deo, donationē predictā nō fuiſſe
reuocatā pretextu ſuſceptionis noue prolis: tū qr ex actis nō
apparet q dicta quondā do. Franceſia pepererit poſt dona-
tionē predictā filiā de qua in actis, q̄uis enim dictus quōdā
magiſter Claudi9 Marchi cōfeſſus extiterit eandē do. Frā-
ceſiā habuiſſe filiā, nō eſt tamē confeſſus q eā pepererit poſt
donationē: ⁊ q̄uis quidā Guigo Boyſſerati cōtemplatione
dicti Marchi tūc egrotātis hoc cōfeſſus extiterit, illius ta-
mē cōfeſſio nō obeſt: cū de illi9 poteſtate nullibi appareat: ⁊
ſic non obſtat. l. ſi vnq̄. C. de reuoc. dona. tū ⁊ qr. d. l. loquit in
donatiōe facta liberto p patronū, ⁊ ſic ſecus eſt qn̄ facta eſt
alteri: ſm vnū intellectū: quē multi etiā magne authoritatis
viri ſunt ſequuti: ⁊ qdē gl. Inn. ⁊ Hoſt. in. c. fi. de dona. Azo.
in ſumma. C. de reuo. don. Guil. de Cun. in. d. l. ſi vnq̄. ⁊ Sal.
in. l. j. C. de inoffi. dona. tū ⁊ qr cum. l. illa. ſi vnq̄. ponat caſum
ſingularē cōtra regulā poſitā in. l. perfecta. C. de don. que ſub
149 mo. ⁊ † ius ſingulare impropriari nō debeat. l. ius ſingulare.
ff. de leg. illa nō debet impropriari: cū igitur dicatur in ea, do
natione largitus, illa debet intelligi de donatione ſimplici:
hoc eſt mere liberalitatis: nō in donatiōe impropria: vt etiā
voluit Ang. ⁊ Bal. in aliquib9 lecturis in. d. l. ſi vnq̄. ⁊ Ro-
ma. in. l. ſi vero. §. de viro. in. xlviij. fallen. ff. ſolu. matri. facit q
no. gl. in. d. l. ſi pater. §. fi. ff. de dona. Dicta vero donatio non
fuit ſimplex, ⁊ ex mera liberalitate, ſed propter merita. d. l.
150 Aquilius Regulus. ff. de don. ⁊ q donatio † ob cauſam nō
ſit proprie donatio, ſed potius datio ob cauſaꝫ: tenuit Bar.
in. l. ij. C. de condic. ob cau. Bart. Pau. de Caſt. ⁊ Alexan. de
Imo. in. l. fi. ff. eo. tit. non igitur in ea habet locū. d. l. ſi vnq̄. ⁊
ita firmat ibi Ang. ⁊ etiā Bal. in quibuſdā lecturis. Roma.
cōſil. xxvj. Alex. de Imo. in cōſi. proxime allegato. ⁊ cōſi. xxix.
exord. Preclare, ſubtiliter, ac copioſe. ⁊c. ad fi. in. iij. volu. ⁊ vt
alibi ſuperius dixi. Fran. de Are. in. l. Iulianus. §. qui fundū.
ff. de verbo. oblig. ⁊ Rom. in. d. conſi. xxvj. ibi. concludo ergo
cum opinione Bart. ⁊c. Nec dicat aliquis, q imo fuerit do
natio de qua in hac cauſa, donatio ſimplex, cū in inſtrumēto
illius hoc expreſſum extiterit: ibi. donatione pura, ſimplici, ⁊
irreuocabili. ⁊c. quoniā reſpondeo, q illa verba nō faciūt do
nationē huiuſmodi nō eſſe ob cauſaꝫ: cū vt apparet ex tenore
inſtrumēti eiuſdē donationis, ipſa do. Franceſia donauerit
in recōpēſationē ſeruitiorū, ⁊ bene meritorū, ⁊ p quibus aſ-
ſeruit etiā cū iuramēto ſe cōdigne dicto donatario ſatiſface-
151 re nō poſſe, niſi donaret caſtrū. ⁊c. nuncupatio † enim cōtra-
hētiū veritatē nature rei inſitā nō immutat. l. inſulā. ff. de pre
ſcrip. ver. l. ſi olei. ⁊ q ibi. no. C. loc. l. ſi vno anno. in prin. ff. eo.
tit. ⁊. c. conſtitutus. de religio. domi. ⁊ voluit Oldr. in. d. conſi.
cxxxix. exord. Ad habendum aliqualem notitiam. ⁊c. in ſecun
do queſito. ⁊ Ioan. And. in addit. Specu. tit. de inſtru. edi. §.
porro. verſic. fuit etiam alia queſtio de facto. duo fratres. ⁊c.
⁊ Alex. de Imo. cōſi. xl. exord. Super primo dubio quo que-
ritur. ⁊c. in tertio queſito. in. iiij. volu. aliqui vero habent in ſe
cundo. Preterea etiam non videtur ⁊ alia ratione. d. l. ſi vn-
quā. obſtitiſſe: qr vt apparet ex tenore donationis ante dicte
prefata quondam do. Franceſia voluit, q ſi donatio predicta
effectū non caperet, aut de iure tunc, vel alias nō poſſet ſub-
ſiſtere, dictū caſtrum Ornaceni, cum ſuis territorio, manda-
mento, ⁊ alijs ſuis iuribus, ad dictū do. Guilielmū, ⁊ ſuos he
redes, ⁊ ſucceſſores ex tunc, ⁊ ſi ex tunc non poſſet, ſaltem ex
tempore quo poſtea fieri poſſet deueniret: eis iure, ⁊ iuri-
bus, modo, ⁊ modis, forma, ⁊ formis, quibus melius impo-
ſterum poſſet, ⁊ deberet: per que ſatis videtur prouidiſſe ad-
uerſus. d. l. ſi vnquā. cuius diſpoſitio procedit ex preſumpta,
ſeu coniecturata mente donantis, quem. l. preſumit non do-
naſſe, ſi de liberis cogitaſſet: vt no. Barto. in. l. Titia. §. Im-
perator. circa principium. ff. de lega. ij. ⁊ doct. communiter. in
d. l. ſi vnq̄. ⁊ in. l. j. C. de inoffi. dona. hinc voluit Bart. in. d. §.
Imperator. verſi. quid ſi pater donauit. q ſi liberos non ha-
bens cogitet in genere de liberis, non reuocatur donatio pro
pter liberorum natiuitatem: pro quo allegat. l. qui iure. ff. de
teſta. mili. vbi ſcientia de filio in genere, eidem filio preiudi-
cat: quam Bald. ibi reputat ſingularem. ⁊ per eādem. l. idem
quod Bart. tenuit Ioan. de Imo. in. c. fi. de don. ⁊ in. c. cum
contingat. de iureiuran. ⁊ alij in alijs locis. Per verba autē
ſuperius relata ſatis videtur cogitaſſe de liberis, ſaltem in
genere: ⁊ voluiſſe q propter eorum natiuitatem non reuoca
retur donatio: inſuper, eſto q propter natiuitatem cenſeri
poſſet donatio huiuſmodi reuocata, illa tamen videtur per
eādem dom. Franceſiam donatricem renouata: que voluit,
q ſi donatio effectum non caperet, aut de iure tunc, vel alias
non ſubſiſteret, dictum caſtrum perueniret ad dictum dona-
tarium: eis iure, ⁊ iuribus, ⁊c. quod videtur potuiſſe facere:
152 cum filia viuente eadem donatrice mortua ſit: ⁊ ſic † redijt
res ad eum caſum a quo incipere potuit. Si enim quod fit
tempore illicito, conferri poſſit in tempus licitum. l. quod
ſponſe. C. de dona. ante. nup. ⁊. l. in tempus. ⁊ quod ibi Dyn.
⁊ doct. ff. de here. inſtitu. multo fortius quod fit tempore li-
cito etiam conferri poteſt in aliud tempus licitum: vt in ca-
ſu preſenti: quāuis medium tempus reperiatur illicitum. ar.
l. ſi alienum. ff. de here. inſtitu. que, quanuis loquatur in paſ-
ſiua teſtamenti factione quoad heredis inſtitutionem, pro-
cedit tamen etiam in legatis. l. j. §. ſi tibi. ⁊ in. l. ſicut in annos.
ff. qui. mod. vſufruc. ami. ⁊ idem dicendum eſt in donatione,
que quoad conditiones legatis equiparatur. l. fin. in fin. C.
de donatio. que ſub. mo. ⁊. l. obligationum fere. §. placet. ff. de
153 actio. ⁊ obliga. Certum eſt enim ex diſpoſitione hominis fie
ri poſſe, q ex tempore, ideſt adueniente conditione incipiat
obligatio, ſeu vires contractus: vt verbi gratia, ſi fiat ſub con
ditione inductiua, ⁊ conditio eueniat, ſiue ſit donatio. d. l. fin.
C. de dona. que. ſub. mo. ſiue venditio. §. emptio. inſtit. de em-
ptio. ⁊ vendi. ſiue ſtipulatio. §. ex conditionali. inſtitu. de ver-
bo. oblig. Preſuppoſito igitur, citra preiudicium veritatis,
q donatio predicta fuiſſet reuocata natiuitate dicte preten-
ſe filie, ⁊ q poſtea non fuiſſet tacite reconualidata, quanuis
eidem filie mater donatrix longo tempore ſuperuixerit, ⁊ eā
non reuocauerit, cuius tamen contrarium voluit Bald. in. d.
l. j. C. de inoffic. dona. Pau. de Caſt. in. l. ij. C. de poſthu. here.
inſtitu. ⁊ Ioan. de Imol. in. d. c. fin. verſicu. querit etiam Bar.
⁊c. de donat. ⁊ videtur fuiſſe de mente Bartol. in. l. ſi totas.
ad fin. C. de inoffic. donatio. ſaltem illa fuit reconualidata ex
expreſſa voluntate donatricis: ⁊ non ſolum in eo caſu conti-
git: quia videlicet dicta filia mortua eſt viuente matre dona-
trice, ſed etiam ſi iſte caſus non contigiſſet: vt quia filia ſu-
peruixiſſet matri, quod ex eo apparet: quia verba clauſule,
de qua ſupra, non ſunt collata in caſum mortis filie, ſed in ca-
ſum in quem donatio tempore illius, vel alias de iure non
ſubſiſteret. Sunt enim verba clauſule hec. Et ſi preſens do-
natio non caperet effectum, aut deinde non poſſet nunc, vel
alias ſubſiſtere, eo caſu ipſa donatrix vult dictum caſtrum.
⁊c. vbi aduertendum eſt, quod dicit, eo caſu, Caſus enim iſte
poterat contingere, ⁊ viuente filia, ⁊ poſt mortem illius, ſi ta
men verum eſſet, quod verum non videtur, quod donatio
predicta potuerit reuocari per natiuitatem filie, ⁊ quod
per longam ſuper exiſtentiam matris, que expreſſe non re-
uocauit, non fuerit reconualidata, videtur clauſula predicta
habere aliquid ſimilitudinis ad clauſulam codicillarem. Si
non valet, vel valebit iure. ⁊c. Nec obſtat ſi dicatur, quod re-
conualidatio predicta conferri non potuerit in caſum, quo
filia ſupereſſet: quoniā reſpondeo, quod imo potuit. Quem-
admodum ⁊ ab initio ſic potuit donari, vt impediretur re-
uocatio fienda: per dictam. l. ſi vnquā. cogitando videlicet in
genere de liberis: vt ſuperius dixi voluiſſe Barto. ⁊ Ioan. de
Imol. ⁊ idem voluit Roma. in dicto. conſi. xxvj. idem Bald.
in dicta. l. j. ad fin. C. de inoffic. donat. ⁊ Andr. Sicu. in repe-
titione. c. Raynaldus. verſicu. ad id autem. ⁊c. de teſta. Pre-
154 terea predicta domina Franceſia, vtpote moderatrix † rei
ſue, poterat donare dictum caſtrum, cum iuribus. ⁊c. etiam
ſi tempore facte donationis habuiſſet filiam: quanuis ſi fuiſ
ſet inofficioſa donatio, potuiſſet filia poſt illius mortem im-
pugnare donationem. ⁊c. capite immenſitatis: ergo potuit
etiam in hunc caſum poſtea contingentem reconualidare
donationem, que per filie natiuitatem fuiſſet reuocata: quia
eadem eſt cauſa efficiens vtrobique: ſcilicet, ipſa Franceſia:
laborare autem pro defenſione donationis huius aduerſus
inofficioſitatem ſuperuacaneum eſſet: ratio patet. Dico igi-
tur, vt predixi, donationem predictam non fuiſſe cum effectu
reuocatam per pretenſam natiuitatem dicte filie. ¶ Ad ſe-

cundum quesitum dico ⁊ respondeo, quod donatio huiusmo
di etiam reuocata non extitit per testamentum prefate do-
natricis: quia nec per illud reuocari potuit: etiam si illam re-
uocare voluisset, aut reuocasse censeretur: quod tamen clare
fecisse nõ videtur, si inspiciatur tenor illius. Nec huic respon
sioni obstat clausula posita in fine dicte donationis: scilicet,
quod posset dicta. do. Francesia disponere de rebus donatis
in sua vltima voluntate, ⁊ dare cui vellet: rationibus, ⁊ mo-
tiuis allegatis supra in secundo quesito huius tertij princi-
palis membri, in questio. supra alleg. quas hic non repeto:
quibus tamen adijcio, ꝙ cum postea in ratifficatione dona-
tionis antedicte, ⁊ noue donationis dictum extiterit, quod
eadem donatrix disponere posset de mille ⁊ quingentis flo-
renis auri, credendum est quod ipsa donatrix, ⁊ donatarius
potius voluerint stare in casu certo, ⁊ prouidere de quanto
posset eadem domi. donatrix disponere, quam stare sub illo
incerto, de quo in prima donatione: ⁊ quod illi mille ⁊ quin-
genti floreni fuerunt subrogati loco illius incerte reten-
155 tionis, que erat in ipsa prima donatione. Prudẽtis † enim
hominis est nõ stare sub incerto, si sub certo stare possit. l. qr
ratio. cũ sua gl. ff. de cõdi. inst. Preterea, non est credendũ ꝙ
dictus quondam do. Gulielmus voluerit se duplici onere
pregrauare: scilicet, quod iuxta retentionem factam in prima
donatione, posset eadem donatrix disponere de rebus do-
natis, ⁊ dare cui vellet: ⁊ insuper de mille ⁊ quingentis flo-
renis auri: quinimo, ex quo in ratifficatione donatiõis, ⁊ no-
ua donatione grauatur in illis mille ⁊ quingentis florenis,
presumendum est quod voluerit ab onere prime dona-
tionis releuari. l. eũ qui. in prin. ff. de iureiur. ⁊ l. quid ergo. ff.
de ijs qui notan. infa. ¶ Ad tertium quesitum dico ⁊ respon
deo in primis, quod non apparet ex dicto legato mille flo-
renorum, prefatam dominam Francesiam illos legasse ani-
mo compensandi cum castro Ornaceni, ⁊ alijs predictis: nec
alias prohibuisse quominus idem nobilis Gabriel legata-
rius peteret castrum, ⁊ alia predicta: non igitur erat idem
dom. Gabriel ex eo capite impediendus, quominus posset
petere vtrunque. l. si adulta. C. de heredit. dona. l. creditorem.
⁊ quod ibi. glo. ⁊ docto: ff. de lega. ij. ⁊ quod not. docto. in. l. si
compensandi. C. de heredib. institu. ⁊ quod habetur in. l. j. §.
sciendum. C. de rei vxo. actio. ⁊ per Joan. de Jmol. ⁊ docto.
in. c. officij. de testa. nec dicat aliquis quod in dubio censeri
debeat dicta quondam Francesia legasse animo compensan
di: quoniam respondeo, quod imo in contrarium est rei veri-
tas: per id quod voluit Alberic. in. d. l. si compensandi. vbi
etiam idem voluit Paul. de Cast. ⁊ idem Joan. Fa. ad quod
allegat dictam. l. creditorem. ⁊ l. quod de bonis. §. cum fidei-
commissum. ff. ad leg. falcid. ⁊ facit quod habetur in simili. in
dicto. §. sciendum. ⁊ quod ibi gloss. super verbo. non hoc ad-
diderit. Sed forte dicetur, quod cum castrum Ornaceni, ⁊
alia predicta essent dicti nobilis Gabrielis filij, ⁊ heredis
dicti domi. Guilielmi donatarij, ⁊ prefata quondam domi.
Francesia de eisdem disposuerit, videtur idem nobilis Ga-
briel sibi preiudicasse in acceptando dictum legatum, ⁊ tan-
tum extimasse castrum, ⁊ alia predicta que sua erant, quan-
tum valebant mille floreni. l. Jmperator. §. si centum. versicu.
hoc ita si quantitas. ⁊c. ff. de legat. ij. ⁊ l. sed si non seruus. in
principio. ff. ad leg. falcid. sed istud non obstat: tum quia non
apparet ex actis cause huius quod dictus nobilis Gabriel
tempore facte acceptationis dicti legati haberet notitiã di-
cte donationis, seu etiam dicte pretense dispositionis: quo
fit, vt presumi non debeat illam approbasse acceptando di-
ctum legatum, vel castrum: ⁊ alia predicta extimasse mille flo
renis: ⁊ pro illis mille, castrum, ⁊ alia huiusmodi remisisse he
156 redi. Jgnorans † enim non donat, nec remittit. l. nec igno-
rans. C. de donat. ⁊ l. cum aquiliana. ff. de transact. non etiam
patitur. vt not. Bart. ⁊ docto. in. l. quoties. el. ij. ff. de seruitu.
Bald. in. l. si aquam. versicu. quarto oppono. C. eo. tit. ⁊ Jnn.
in. c. bone. el. ij. de postul. prela. tum ⁊ quia presupposito quod
idem nobilis Gabriel habuisset notitiam dictarum donatio
nis, ⁊ pretense dispositionis, scilicet, quoad assertam heredis
institutionem, non tamen habuit notitiam quod ipsa domi.
Francesia expresse disposuerit de Castro, ⁊ alijs predictis:
quia de illis nulla facta est expressa mentio in dicta pretensa
institutione, vt clare apparet ex tenore illius: tũ ⁊ quia esto,
citra preiudicium veritatis, quod ipse quõdam nobilis Ga-
briel vidisset totam dispositionem testamentariam dicte do
mine Francesie, non tamen propterea apperte cognouisset,
sicuti nec hodie cognoscitur, quod ipsa disposuerit de castro
⁊ alijs predictis: quod tamen supponere videtur dictus. §. si
centum. vbi est sermo de eo cui factum est legatum pecunia-
rum, ⁊ qui rogatus est, vel grauatus rem propriã sui ipsius
legatarij alteri restituere: quo casu non mirum est si cogatur
legatarius ad restitutionem rei sue, qui post cognitionem
legati sibi relicti, ⁊ iniunctis grauaminibus, legatum accepta
uit: est enim quod ei imputetur: scilicet, ipsa acceptatio, post-
quam sciebat se grauatum in re prima, ⁊ pretextu legati sibi
relicti: hinc dicit tex. in. d. §. si centum. Non enim equitas hoc
probare patitur, vt ꝙ legatorum nomine perceperit, legata-
rius offerat: videtur enim, vt predixi, talis legatarius rem
suam extimasse quanti est legatum sibi relictum: sed hoc non
fuit in casu, in quo, vt predixi, non bene apparuit, nec apparet
quod ipsa domina Francesia disposuerit de predictis: nec ꝙ
ipsa in eis restituendis dicto de Miribello expresse graua-
uerit dictum nobilem Gabrielem: qui etiam, quanuis esset
dominus castri, ⁊ aliorum predictorum, nunquam tamẽ per-
ceperat emolumenta eorundem: ⁊ sic verisimiliter nesciebat
eorum valorem. Propter quod videtur etiam hac ratione
quod in hoc casu locum habere non potuerit dictus. §. si cen
tum. vt colligitur ex solutione contrarietatum eiusdem. versi.
⁊. §. cum quidam. sequentis in eadem. l. ¶ Ad quartum que-
situm respondeo, quod per dictam confirmationem non est
facta nouatio prime donationis: nouatio, inquam, priua-
tiua, seu extinctiua, que est voluntaria quomodocunque fiat:
eo quia extinguit primam obligationem, ⁊ actionem cũ om-
nibus suis qualitatibus, ⁊ accessorijs, ⁊ nouam inducit:
157 quia † nouatio voluntaria non fit sine voluntate vtriusque
partis: vt not. Specul. titul. de procurat. §. sed nunquid. ⁊
Bald. in. l. vnica. C. de ijs que. pe. nomi. hic autem, hoc est in
dicta confirmatione, non egerunt partes prefate vt primam
donationem, ⁊ actionem ex ea ortam cum suis accessorijs ex-
tinguerent, sed vt eam magis roborarent: quod ex eo appa-
ret: quia ipsa domina Francesia, stipulante eodem domino
Guilielmo, dictam primam donationem laudauit, ratiffica-
uit, confirmauit, ⁊ approbauit, ⁊ illam seruare, ⁊ attendere, ⁊
contra eam non venire iurauit: debet enim hic actus dici cõ-
firmatorius, ⁊ approbatorius dicte prime donationis, non
158 illius extinctiuus: quia talis † est contractus, qualis apparet
ex eius tenore. l. ad probationem. C. de prob. ibi. quem tenor
adiuuat ⁊. l. sancimus. ibi. placiti tenor. C. de fideius. l. fideius-
sores magistratuum. §. pro Aurelio. ibi. lecta subscriptione.
ff. eod. titu. ⁊. l. si quis stipulatus Stichum aut Pamphilum.
versicu. querentibus inspiciendus est sermo. cum suis simili.
ff. de verbor. obligatio. Nec propterea puto quod secunda
donatio tũc facta fuerit superflua, vel inutilis, eo presertim:
quia per eam allata est commoditas dicto donatario, preser
tim propter declarationem reseruationis facte in dicta pri-
ma donatione: ⁊ quia etiam per eam ostensa est perseueran-
tia, ⁊ firmitas voluntatis eiusdem domine Francesie. Ope-
rata est ⁊ alia de quibus supra: que non replico. ¶ Ad quin
tum quesitum dico ⁊ respondeo, quod propter illos preten-
sos processus ciuiles, dici non debet reuocata predicta dona
tio: tum quia per eos, aut eorum aliquem dici non potest fuis
se commissa aliqua ex ingratitudinibus, de quibus in. l. fi. C.
159 de reuocan. dona. ⁊ in. c. fin. de dona. tum † ⁊ quia donatio se-
mel perfecta non reuocatur ipso facto propter ingratitudi-
nem, sed opus est quod hoc fiat parte vocata, causa cognita,
⁊ probata ingratitudine: dicta. l. fi. C. de reuocan. dona. ⁊ quã
reuocationem facere non potest, nisi persona donans, ⁊ ad-
uersus personam cui donauit, iuribus proxime allegatis.
¶ Ad sextum quesitum dico ⁊ respondeo, quod presentia di
cti domi. Guilielmi donatarij sibi non preiudicauit, etiam si
constaret do. Franciscum de Castronouo pretensum mari-
tum prefate quondam do. Francesie habuisse mandatum ad
recognoscendum dictum castrum Ornaceni cum pertinen-
tijs. ⁊c. ⁊ pro illis prestãdum homagium: tum per theoricam
quam ponit glo. in. l. Gayus. ff. de pignor. actio. in. l. fideius-
sor. §. quedam. ff. de pignor. ⁊ in. l. Titia cum testamento. §.
Lucia. ff. de lega. ij. ⁊ alia glo. in. c. nonne. de presumptio. quã
theoricam sequitur vbique Bart. ⁊ docto. communiter. ⁊ de
qua plenius ponit idem Barto. ⁊ alij post eum in. l. que do-
tis. ff. solut. matrimo. per quam voluit gloss. ⁊ docto, vbi su-
160 pra. quod vbi aliquis † est presens illi actui, quem contradi-
cendo impedire posset, tunc patientia habetur pro consensu:
sed vbi presens actum impedire non posset, tunc secus est:
eandem theoricam sequuntur Andr. de ysern. Alua. ⁊ Pre-
po. in. c. j. §. preterea. quib. mod. feu. amitta. vbi etiam dicunt
per dictam theoricam, quod si presente, ⁊ tacente vasallo do-
minus feudi alium de eo inuestiat, non obsunt vasallo pre-
sentia, ⁊ taciturnitas: quemadmodum nec obest domino ali-
cuius rei, si eo presente, ⁊ tacente res illa vendatur, donetur,
diuidatur

diuidatur, aut legetur: quibus casibus certū est presentiam,
& taciturnitatem non obesse per theoricam predictam: quia
nō posset dominus impedire quo minus quis illam vendat,
donec, vel leget: & quo minus inter aliquos diuidatur: idem
ergo esse debet in inuestitura feudi, cum possit quis alium
inuestire de re aliena. c. j. in principio. de inuestitu. de re alie.
fac. quinimo secundum Andre. de yser. & alios istud debet
fortius procedere in re feudali, quam in alia: quoniam si ille
qui nullum ius habet in re mea, potest me inuito eam ven-
dere, donare, legare, aut cum alio diuidere, quāto magis do-
minus feudi, qui habet ius directum in feudo presentis & ta
centis potest alium vasallo presente, & inuito inuestire: Non
ergo vasallo preiudicant presentia, & taciturnitas: non enim
propter eas qui contradicere non poterat, consensisse presu-
mitur: nisi forte quis dixerit, quod ratione proximitatis, seu
coniunctionis sanguinis personarum eorundem domini
Guilielmi, & Francesie presumi debeat dictum Guilielmum
consensisse, & eidem domine Francesie remisisse, aut donasse
bona recognita: per id quod habetur in. l. si seruus commu-
nis. & in. l. vtrum. ff. de dona. inter. vi. & vxo. sed istud non ob-
stat: quoniam respōdeo, quod, vt apparet in dictis iuribus,
illa presumptio est circa modicum, cuiusmodi non erant ca-
strum, & alia predicta: quod etiam sensit Alexan. de Imol. in
l. a Titio. ff. de verbo. obligatio. Preterea, si est verum, quod
castrum & alia predicta valerent vltra quingentos aureos,
prout ex aduerso pretenditur, illa sine insinuatione, vel alio
quod illius deffectum suppleret expresse, donari non pote-
rant per dictum dominum Guilielmum: ergo nec tacite per
presentiam, & taciturnitatem: eo presertim, quia in recogni-
tione & homagio huiusmodi, nec sigillum, nec subscriptio-
nem, aut aliud adhibuit. Nisi forte opponat aliquis, quod imo
hanc donationem facere potuit prefatus dominus Guiliel
mus, etiam sine insinuatione in remunerando eandem do-
minam Francesiam, que antea castrum & res predictas ei-
dem donauerat: sed istud non obest, quoniam illa donatio
nō fuit simplex, sed ob causam, & propter merita per eundem
dominum Guilielmum prestita predicte Francesie: & que,
prout etiam bina vice iurauerat eadem domina Francesia,
valebant tantum quantum castrum, & bona predicta. Non
igitur propter donationem huiusmodi tenebatur eidē Fran
cesie dictus dominus Guilielmus ad antidora, aut ad remu
nerationem: quia talis donatio fuit potius quedam permu-
tatio, quam donatio. l. quod autem. §. si vir. ff. de donat. inter
vir. & vxor. tum etiam sibi non preiudicauit dictus dominus
Guilielmus per presentiam & taciturnitatem: quia adhibi-
bitus est vt testis: quo casu non videtur presens & tacens,
etiam si subscribat, consentire actui, aut se subscribere animo
illi consentiendi, aut preiudicium sibi faciendi d. l. Caius.
ff. de pignora. actio. & l. Titia cum testamento. §. Lucia. ff.
de legat. ij. quod etiam voluerunt Alua. & Preposi. dicto. §.
preterea. & fuit de mente Bartol. in. d. l. que dotis. versicul.
quero quid de subscribente. &c. & in. l. sicut. §. non videtur. in
principio. ff. quib. mod. pign. vel. hypothe. solu. & idem vide-
tur voluisse in. d. l. Caius. in solutione oppo. de dicta. l. fi-
deiussor. §. pater. ff. de pignor. Et per hec videtur quod non
procedat indistincte id quod voluit Bald. in. c. j. §. fin. ad fin.
de noua. form. fideli. vbi dicit, quod inuestitura facta de re
aliena, domino presente & tacente, eidem preiudicat, si ad hoc
fuerit adhibitus: secus vero si fortuito interfuerit, quia si
161 Bald. per illa verba, si ad hoc fuerit adhibitus, que sunt † ge
neralia, & propterea ambigua & obscura, voluerit precise di-
stinguere inter eum qui casu fortuito actui interfuit ex vna
parte, & eum qui qualitercūque ad actum adhibitus est, hoc
est, siue vt actum substantiet, aut vt illi authoritatē prebeat,
seu etiam vt tanquam testis ei intersit: non procedit eius di-
ctum, vtpote qui contrariatur theorice gloss. & doct. in locis
superius allegatis; quod etiam ipse idem fateri videtur in.
d. c. j. §. fin. in fin. de noua. form. fideli. vbi, post dictum de quo
supra, subiunxit hec verba licet hoc non distinguatur: de leg.
ij. l. Titia. §. Lucia. Preterea etiam non videntur alia ratio-
ne obfuisse presentia, & taciturnitas de quibus supra: pro eo
quia, vt apparet ex terre dictarum pretensarum recognitio-
nis, homagij, & inuestiture, ille facte extiterunt saluo iure
Serenissimi domi. nostri Dalphini, & quolibet alieno: quod
solum videbatur sufficere ad preseruationem iuris eiusdem
domini Guilielmi. Adijcio quod ex contradictione eiusdem
domini Guilielmi, si quam fecisset, oriri poterat scandalum
inter eundem maritum, qui fortasse ignorabat donationem
de qua supra, & dictam dominam Francesiam eius vxorem:
quo casu propter euitationem scandali, presens & tacens nō
preiudicat sibi etiam in casibus in quibus alias preiudica-
ret: vt not. Roma. in. d. l. que dotis. ff. soluto matrimonio. &
c. nihil prodest. de prescript. Illud autē certum est, quod se-
quendo theoricam, quam posuit Innocen. in. c. in genesi. de
electione. & sequitur gloss. in regula. is qui tacet. de regulis
iuris. in. v. presentia & taciturnitas eidem domino Guiliel-
162 mo non preiudicarunt: dicunt enim, quod vbi † agitur de re
meritoria, & concupiscibili, tacens habetur pro consentien-
te. l. qui patitur. ff. mandati. sed vbi agitur de re onerosa,
prout in casu nostro, habetur pro contradicente. ¶ Ad se-
ptimum quesitum dico & respondeo, quod nō: pro eo quod cum
dicta quondam domina Francesia sibi, & ad eius vitam re-
seruasset vsumfructum castri, & aliorum predictorum, idem
dominus Guilielmus tempore facti homagij non percipie-
bat aliquod molumētum: & sic excusari debuit, si interim pro
illis homagium non prestitit: per id quod voluit Bald. in. l.
solemnibus. in fin. C. de rei vendi. Preterea de hoc oppone-
re non posset prefatus domi. supplicans, vtpote de eo quod
concernit ius tertij, scilicet. Serenissimi domini nostri Del-
phini, vt superius dixi in simili: per id quod habetur in. l. his
consequenter. §. j. cum ibi not. ff. fami. erciscun. l. loci corpus.
§ competit. ff. si seruit. vendic. l. si prior. §. si simpliciter. ff. qui
potio. in pigno. habean. & l. cum seruum. C. de serui. fugi. eo
maxime, quia prefatus quondam nobilis Gabriel post la-
tam & latas pro eo sententias fuit admissus ad homagium.
anno. videlicet, Millesimo. cccclvj. & die. xiiij. Maij, vt appa-
ret literis Delphinalibus. insertis. fo. 3683. Superest videre
de quarto membro principali: scilicet, de titulis, & iuribus
per dictum Magnificum dominum supplicatum acquisitis,
vbi attendendum est quod post latam dictam primam sen-
tentiam, que lata est, vt sepius dictum est, anno. Domini
Millesimo. cccclij. & die. xix. mensis. Iunij, idem nobilis Ga-
briel fuit missus, & inductus in possessionem castri, & aliorum
predictorum: & hoc anno predicto, & die septima. mensis. Iu-
lij: prout constat publico instrumento. inserto. fo. 3759. a quo
tempore, & citra, vsque ad annum. Domini Millesimum.
cccclxj. vel circa, quo ab humanis decessisse dicitur, tenuit &
possedit idem nobilis Gabriel castrum & alia predicta: & sic
per decem annos, vel circa: prout etiam hec probantur de-
positionibus testium parte eiusdem domi. supplicati in hac
causa productorum, & examinatorum super. lxij. articulo sche
dule. Saluis protestationibus, &c. secundo loco, super quō
deponit secundus, tertius, quintus, nonus, decimus, deci-
mus secundus, decimus tertius, decimus quartus, & alij mul
ti: & quamuis non omnes isti deponant eum possedisse de-
cem annis, vel circa: cum tamen testificentur, & deponāt eum
possedisse tempore mortis, hoc satis probatur, propter pro-
bationem extremorum: hoc est initij: quod fuit, vt predixi,
ann. lij. & die. vij. Iulij, & finis, que fuit tempore mortis eius-
dem quondam Gabrielis: argumen. l. penult. C. de apo. publ.
& quod voluit Bart. in. l. Celsus. ff. de vsuca. Premissis non
obstat: quod non reperiatur prestitam esse fideiussionem per
dictum nobilem Gabrielem, ante immissionem, & inductio-
nem in possessionem de quibus supra, iuxta tenorem authen.
que supplicatio. C. de preci. Imper. offe. quoniam respōdeo,
quod cum de postulatione fideiussionis huiusmodi non ap-
pareat, omissio prestationis illius exequutionem sententie
non viciat. l. vniuersa. iuncta gloss. C. de preci. Impera. offe. &
l. peto. §. fratre. ff. de lega. ij. & quod vtrobique voluit Paul.
163 de Castr. Dicit enim, quod quando † lex vel statutum man-
dat fideiussiones prestari: alias actum annullat: debet lex,
aut statutum intelligi, si fideiussio petatur a parte: & infert
ad statutum, quo cauetur, quod si forensis conueniat ciuem
prestare debeat fideiussorem idoneum de soluēdis expensis,
alias processus factus non teneat: dicit illud debere intelli-
gi, si talis fideiussio petita per ciuem a forensi, alias si petita
non fuerit, & in causa processum extiterit, valet processus: fa-
cit ad predicta quod habetur in. l. si quis filium. §. stipulatio.
in verbo. cum interpellatus. ff. de collat. bono. l. ij. §. quod ait
pretor. ibi. non ergo debet offerre satisdationem, sed petenti
non facere moram. ff. quo leg. & l. j. § nō exigit. ibi. quare si nō
fuit qui interpellet. &c. ff. vt lega. nomi. canea. dictam doctri-
nam Pau. de Cast. cōmemorat, & sequitur multa adijciens
Alexand. de Imol. consil. xcvj. exordiente. Visis narratis in
themate. &c. in quarto volum. Etiam nec obstat ei quod dixi
de possessione decem annorum, quod bona dicti quondam
Gabrielis per certum tempus ante mortem eiusdem fuerūt
posita, vel redacta ad manus Delphinales: quoniam respon
deo, quod per hanc reductionem non videtur idem nobilis
Gabriel fuisse priuatus sua possessione: per ea que no. Bart.

⁊ docto.magis communiter.in.l.interesse puto.ff.de acquir.
possess.⁊ doctor.in.l.j.C.de prohibi.sequestra.pecu. Insuper
successu temporis anno, videlicet. Domini M.cccclxiiij.⁊
die.xxiiij.mensis.Aprilis, latum fuit diffinitiuum arrestum
per hanc insignem curiam:per quod,ex causis inibi mentio-
natis omnia bona feudalia, seu fidelitatem debentia dicti
quondam nobilis Gabrielis fuerunt declarata, aperta, ⁊
commissa Serenissimo domino nostro Delphino: alia vero
confiscata:⁊ hec omnia sibi adiudicata: vt constat publico in-
strumento,seu patentibus literis parte dicti domini suppli-
cati in hac causa productis, ⁊ insertis.fo.185.de quibus bo-
nis feudalibus,⁊ signanter de castro Ornaceni,cum suis iu-
ribus ⁊ pertinentiis, idem Serenissimus princeps ex sua
certa scientia,⁊ proprio eius motu, in remunerationem ser-
uitiorum sibi per eundem dominum supplicatum impenso-
rum,donationem fecit ipsi domino supplicato:vt constat li-
teris,de ann.Domini Millesimo.cccclxiiij.de mense.Maij,
insertis.fol.207.quorum castri, ⁊ iurium,possessionem cor-
poralem seu quasi idem dominus supplicatus adeptus est.
anno.predicto,⁊ die.xviij.mensis.Junij,a quo tempore,⁊ ci-
tra,vsque ad tempus mote cause presentis,hoc est, vsque ad
annum.Domini Millesim.ccccxcj.⁊ diem.xj.mensis.Apri-
lis,⁊ sic per tẽpus viginti septem annorum pacifice,⁊ quiete
saltem quatenus hoc concernit dictum Magnificum domi.
supplicantem,⁊ sepe dictum dominum Antelmum eius pa-
trem,tenuit, ⁊ possedit: quo fit, vt tutus fuerit idem domi.
supplicatus:non solum prescriptione quadrienni, de qua in.
l.bene a zenone.⁊.l.omnes.C.de quadrien.prescrip.sed etiã
prescriptione longi temporis.l.j.l.longi temporis.⁊.l.penul.
cum multis simili.C.de prescript.long.tempo. Quibus non
obstat quod ex aduerso opponitur, scilicet, ꝙ dictus quon-
dam dominus Antelmus fuerit continue occupatus in ser-
de bonis Joãnis, vel etiam Guigonis Gonterij patris dicte
Dragonete: & sic illa pretẽsa, & generalis donatio deducta in
octauo articulo, dicto Roberto, & cõsequenter prefate Clau
die prodesse non potuit, neque potest: & presertim cum in ea
nulla mentio facta extiterit de domo predicta. Preterea nec
etiam obstat quod deducitur in. ix. articulo eiusdem schedu-
le. de pretensa legitima dicti Guigonis: tum quia, vt predixi, et
apparet ex instrumento donationis superius mentionate fa-
cte dicte Antonie, illa facta est de, & cum authoritate, & licen-
10 tia, quinimo † & cum iussu dicti Guigonis: ipse ergo contraue
nire nõ potuit: ar. l. non putauit. §. si quis sua manu. ff. de bon.
pos. contra tabu. & quia etiam prefata Dragoneta eidem Gui-
goni, & ad vitam ipsius reseruauit vsumfructum bonorũ do-
natorum: tum & quia idem Guigo, vt etiam superius deductum
est, iurauit rata, grata, & firma habere perpetuo contenta in
donatione: & contra ea nunquam facere, dicere, vel venire per
se, aut per alium, in iudicio, seu extra, nec alicui contra facere,
dicere, vel venire volẽti modo aliquo consentire: per quod idem
Guigo satis se exclusit a bonis, & successione prefate Drago-
nete: per ea que habentur in. c. quamuis pactum. de pactis. in
vj. Facit. c. cum contingat. de iureiuran. & c. licet mulieres. eo.
tit. in. vj. nihil ergo transferre potuit in prefatum Gulielmum
11 virtute pretense donationis sibi facte: quia † nemo dat quod
non habet: & nemo plus iuris, &c. l. traditio. ff. de acqui. re. do.
c. nulla. dist. lxij. & c. Daybertum. cum suis simili. q. vij. Ad id
vero quod opponitur in decimo articulo eiusdem schedule
dico, quod de hoc non apparet. Ad contenta in. xj. xij. & xiij.
Responsum est superius. De contentis in. xiiij. & tribus se-
quentibus articulis non apparet: & sic consequenter infertur
quod non obstant contenta in. xix. & sequentibus, vsque ad finẽ.
¶ Contenta vero in schedula. Proposita que sequuntur, &c.
inserta. fo. 345. partim sunt impertinentia, & propterea non
admittenda: & partim non probata, & sic nõ obstant: & si que
probata sint, illis iam responsum est in predictis. ¶ Propo
sitã vero, et deducta in. viij. ix. & x. articulis libelli recursus,
parte dicti Roberti in hac causa producti, & inserti. folio. 39.
non obstãt: quia de illis non apparet. Ad contenta vero in
xj. & sequentib. vsque ad. xv. inclusiue iam responsum est. Con-
tenta in. xvj. & xvij. non obstãt: quia prefata Antonia nõ pe-
tijt partem donatam dicto Gulielmo de Raucourt, sed par-
tem quam dicta Dragoneta sibi reseruauit, & deinde dona-
uit bina vice prefate Antonie. De cõtentis vero in. xviij. ar-
ticulo, non apparet. ¶ Ad contenta in. xix. iam responsum, est
illa ideo non obstare: quia non apparuit, nec apparet domũ,
& pratum, de quibus in. xviij. articulo, spectasse dicto Guigo-
ni: & sic palam infertur, non obesse contenta in. xxj. & xxij. arti-
culis dicti libelli recursalis. ¶ Ad contenta vero in. xxiij. et
tribus sequentibus sepissime respõsum est. ¶ Preterea etiã
non obstant deducta in. xxvij. & xxviij. articulis, vbi aduersus
prefatam Antoniam opponitur de prescriptione: & quidem
non quatenus de ea opponitur ex persona Gulielmi, & hoc
siue loquamur quoad medietatem per eũdem donatam pre-
fate Dragonete, siue de medietate quam ipsa Dragoneta si-
bi ipsi reseruauit: tum quia non apparet de inibi contentis:
scilicet, quod idẽ Gulielmus has medietates possederit: tum
& quia si appareret eum aliquo tempore possedisse, non tamen
apparet quod illas possederit per tempus de quo ibi: tum et
quia si de hoc appareret, hoc non sufficeret: & primo quidem
non quoad partem per eum donatam prefate Dragonete: quia
12 † quo ad illam habebat scientiam rei aliene: & sic erat male
fidei possessor, qui nullo tempore prescribit. c. fi. de prescrip. &
regula. possessor malefidei. de reg. iur. in. vj. Nec etiam quoad
partem reseruatam per prefatam Dragonetã: tum quia etiam
quoad hanc habebat scientiam rei aliene, cum ab ipsa Dra-
goneta tanquam domina domus, orti, & prati, aliam partem
recepisset: & quia etiam non habebat titulum, quoad partem
reseruatam, sine quo prescribere non potuit. Nisi forte spa-
tio longissimi temporis: quatenus vero prescriptio oppone-
retur ex persona dicti Roberti, illa etiam non obest: quia, vt
apparet ex actis cause huius, causa hec mota est contra eum
paulo post mortem dicti Gulielmi de Raucourt, & in ea lis
contestata anno domini. M. cccclj. die. iiij. mensis Junij. aut
saltem anno proxime dicto, & die. xxj. mensis. Julij, per quam
13 † litis contestationem prescriptio, si que cepta extiterat, fuit
interrupta. l. more, & quod ibi docto. C. de rei vendi. quinimo
forte fuit per solam nuntij missionem interrupta. l. sicut in rẽ.
& l. cum notissimi. C. de prescrip. xxx. vel. xl. an. & quod not. in. l.
fi. ff. de eo per quem fac. erit. ¶ Ad contenta vero in. xxix. et
sequentium articulis, vsque ad finem apparet responsio per
predicta. ¶ Preterea, contenta & deducta in articulis. Exce-
ptio incompetentie, &c. insertis. folio. 377. vbi opponitur de
incompetentia dicti domini vice Judicis non obstat, cum de
contrario appareat, & quidem de instrumento adeptionis
possessionis iudicature communis Gratianopolis facte per
egregium virum dominum Joannem Guillyonis. anno do-
mini. Millesimo quatercentesimo quinquagesimo sexto. et die
octaua. mensis. Junij. inserto folio. 372. & de locumtenentia
per eundem do. Joan. Guillyonis iudicem facta anno, mẽse,
& die, predictis: in qua nominatus est dictus domi. Stepha-
nus Guillonis qui sententiam tulit: constat instrumento, in-
serto. folio. ccclxxiiij. & vt dicit notarius in pede instrumenti
adepte possessionis per dictum domi. Joannem Guillonis,
officiũ eius durauit, & pariter locũtenentia ab anno & die p̃-
dictis, vsque ad annum. lvij. & die. ix. mensis Junij. qua die
Egregius quondam vir dominus Franciscus de Cizeri-
no adeptus fuit possessionem eiusdem iudicature. ¶ Ad

contenta vero in articulis. Ut dictum fuit, et allegatum, &c. parte dicte Claudie in hac causa productis, & insertis fo. 25. apparet sufficienter responsum per predicta vtpote in quibus nihil proponitur, quod ante propositum non fuisset. Que dixerim, &c.

¶ De bonis que liber. in potesta. patr. &c. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Pater vigente aere alieno potest etiam sine iudicis decreto, bona aduentitia filij alienare. Quodque ijdem testes possunt ab eodem, & in eadem causa post illorum publicationem, super alijs et separatis causis produci. h. d.

1 ℞ Pater non potest regulariter alienare bona aduentitia filij.
2 Que a personis honestis & fide dignis dicuntur, in se habet quandam iustã credulitatis causam, tollitur q; per illa doli presumptio. & nu. 3.
4 Nullus amor vincit paternum.
5 In eum qui agere non potest non currit prescriptio.

¶ Consilium. cxcvi.



1 Uaternus pater regulariter vendere, vel alias alienare bona aduentitia eius filij: non debeat sed teneatur et debeat truendorum bonorum huiusmodi diligentiam adhibere. l. prima. C. de bo. mater. hec tamen regula fallit quando subest es alienum ex persona defuncti, cui filius successit: vel etiam quãdo subsunt legata relicta per defunctum, & que solui non possunt ex fructibus bonorum hereditariorum. l. fin. §. sinautem es alienũ. & §. sinautem legata. C. de bo. que liber. His enim casibus, & quibusdam alijs potest pater alienare & vidēre bona filij vt de pretio ex venditione huiusmodi redigendo creditoribus, & legatarijs satisfaciat: quo fit vt cum legata facta fuerint per nobilem quondã mulierẽ dominam Clementiam de corlis ecclesie & conuentibus dñe nostre Dñe de Pomerijs Sisterici, fratrib9 predicatoribus ante Sistericũ. et fratribus minoribus: de quibus aliunde, & presertim ex fructibus satisfieri non poterat per egregium quondã virũ do. Gregorium maynerij patrem, et legitimum administratorẽ persone & bonorum nobilis Frãcisci Maynerij eius filij naturalis & legitimi potuerit idem do. Gregorius vendere pratũ de quo in actis. d. §. sinautẽ legata. Et presupposito, citra preiudicium veritatis, q; sufficiẽter pbatum non fuerit prefatam do. Clementiam fecisse legata de quibus in actis. attenta tamen voce & fama deducta in scdo articulo exceptionum parte prouidi viri Joãnis boerij in causa deducta. &c. & super quibus multi testes deponunt: preterea & attento q; vt apparet in instrumento venditionis facte per dictum do. Gregorium de prato predicto, non quidem suo nomine, sed nomine dicti Frãcisci eius filij, ipse do. Gregorius tunc vir honestus & honorabilis dicit, & asserit legata huiusmodi esse facta predictis ecclesijs: & quod de illis satisfacere non poterat, nisi mediante venditionẽ dicti prati: & nõ solum hoc asserit, sed etiam tãquam bonus vir voluit. & procurauit quod idem Joannes Boerij emptor se obligaret de soluendo predictis ecclesijs: dicte vez ecclesie domine nostre de Pomerijs florenos septuaginta: cõuentui fratrum predictarum florenos. xl. & conuentui minorum decem florenos: & cuidam Catherine olim famule dicte dñe Francesie florenos tres cum dimidio: habuit idem Boerij istam causam credulitatis: per id quod no. Cyn. in. l. j. in. iiij. q. C. de ser. & Bar. post eum in. l. de pupillo. §. si quis ipsi pretori. ver. viij. quero. in fi. &c. ff. de noui. ope. nun. & quod ibi per Alexan. de Jmo. ver. Item ex ijs que no. hic Bar. &c. dicunt enim, quod
2 id † quod dicitur a personis fide dignis inducit iustam causam credulitatis: quod etiam sequitur Anto. de Butr. & Jo. de Jmo. in. c. fi. de appel. dicit etiam Fran. de Are. cõsil. cliij. exord. Consultatio preposita, si vera sunt que presupponunt,
3 &c. ver. preterea consuetudo, &c. q; presumptio † doli tollitur per dictum ab honestis personis, vel etiam ab homine fide digno: primum tradit Bart. in. l. Athletas. §. calumniator. ff. de ijs qui notan. infa. & in. l. athletas. ff. de fal. & in. l. j. in prin. ff. ad treb. secundum ponit glo. & Bart. in. l. Titio fundus. ff. de condi. & demon. & clarius Bal. in. l. iudicium. C. de rei ven. Ang. in. l. j. in prin. & ibi etiam Bald. in lectura antiqua. ff. de eo per quem fac. erit. multas remissiões ponit Alex. de Jmo. in. d. §. si quis ipsi pretori. ver. quibus addo bonam gl. &c. de quo etiam per eum in. l. Celsus. ff. de vsuca. vbi post Bald. in d. l. iudicia. dicit quod dictum notabilis viri inducit credulitatem iustissimam. Attentis igitur predictis. scilicet, assertione prefati quondam do. Gregorij viri notabilis, & fide digni, qui non creditur iactare voluisse vsum fructum sibi competentem in prato. l. cum de indebito. ff. de proba. nec dãnificari
4 cum mendacio dictum eius filium cũ † nullus amor vincat paternũ. l. fi. C. de cura. furio. ac voce & fama publica, que etiã sufficeret, per id quod habetur in. l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acqui. here. de quo Bar. in. d. l. Celsus. versi. item ex publica fama. ff. de vsucap. Bar. in. l. iudicia. ff. de rei vend. et Ang. in. l. j. in prin. ff. de eo per quem fac. erit. & alij in alijs locis. & attento q; idem Gregorius obligari fecerit prefatum Boerij prefatis ecclesie & conuentibus, et dicte Catherine p predictis legatis, palam infertur eundem Boerij, vt predixi, habuisse iustã causam credulitatis: & sic bona fide emisse pratum predictum: & sic ipsum pratum prescripsisse spatio decẽ annorum inter presentes per iura vulgaria: de quibus in. l. j. C. de vsuca. transfor. & l. penul. cum suis simi. C. de pscr. lon. tem. decem anno. Et quãuis prescriptio huiusmodi non cucurrerit quandiu vixit dictus quondam do. Gregorius, pro
5 eo † q; non valenti agere nõ currit prescriptio. d. l. j. C. de bon. mater. cepit tamen currere mortuo eodem Gregorio: qui, vt ponitur in facto, mortuus est sunt decem octo anni, et vltra, vel circa: a cuius morte non apparet esse factam questionem de, et super prato huiusmodi vsque ad annum do. M. cccc. xciij. & die. xxiiij. mẽsis. Maij: & sic a tẽpore mortis ipsius do. Gregorij, vsq; ad tempus cepte cause huiusmodi preterierũt decem anni & multo plures: & ex his apparet, q; non minus opportune proponitur nũc in facto, quod prefatus dominus Gregorius fuerit bonus vir, & honeste conuersationis, & fide dignus, vt videlicet appareat, q; idem Boerij habuerit iustam causam sibi credendi: etiam non importune vel inepte deductum est tempus mortis dicti quondam do. Gregorij, & q; prefatus nobilis Franciscus Maynerij eius filius erat eo tempore etatis. xxxv. annorũ vel circa, & sic maior. xxv. annis, vt sic inferatur q; eo tẽpore fuerit prescriptio inchoata. & vt appareat, ex tunc non obstitisse. d. l. j. C. de bo. mater. & l. fi. C. in qui. cau. in inte. restitu. non est necessa. vbi dicitur, q; nulla prescri. minor triennali currit maiori. xxv. annis. Sunt igitur predicti articuli apti, pertinentes, & releuatorij, & q; propterea admittendi: pro quo allegare sufficiat doctrinam Bart. in. l. neque natales. C. de proba. Ang. Aret. in. §. si quis agens. institu. de actio. & Alexan. de Jmo. & docto. in. l. si duo patroni. §. idem Julianus. ff. de iureiuran. & vbi esset dubiũ, an articuli huiusmodi releuant, de quo dubium non existit, illi tamen debent admitti cum illa clausula. Saluo iure impertinentium. l. pretor. §. si cõtrouertia. ff. de dam. infec. quod voluit Bald. consil. viij. exord. Super questione vertente. &c. circa fi. & Spec. ti. de positio. §. septimo videndum. versi. & no. ¶ Nec opponat aliquis, q; cum testes fuerint hincinde publicati, & vise eorum depositiones, seu dicta, non debet prefatus Boerij admitti ad ponendum, & consequenter probandum per testes ea que nunc proponit: quoniam respondeo, q; istud non obstat: q; testes nõ fuerunt producti super his, que nũc proponunt nec super eorũ contrarijs, sed super alijs, & separatis non contrarijs, ideo non obstant. c. fraternitatis de testi. & cle. testibus. eo. tit. & q; post testium publicationem possit deduci & probari exceptio voluit Jaco. in. l. emptor. C. de prescr. long. temp. decem anno. & post eũ Bal. & Ang. in. l. officium. ff. de rei vend. Bar. Bal. & alij in. l. j. §. C. sen. rescin. nõ pos. Panor. in. c. de testibus. de testi. & plenius in. c. j. versi. aut reus vult opponere post litẽ &c. de ordi. cog. vbi etiã allegat Spe. Nec etiam opponat aliquis quod dicta vẽditio fuerit nulla ex eo capite: ex eo videlicet, q; in ea non interuenit decretum iudicis: quoniam respondeo, q; contrarium est veritas: vt voluit Azo. in summa. C. de bo. que lib. ver. nec, puto, &c, cuius dictum sequuntur communiter omnes moderni in l. preses. C. de trans. & Bal. in. d. l. fi. §. sinautem es alienum. C. de bon. que lib. Que dixerim, &c.

¶ De mune. patrimo. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Cum meuium, seu murorum refectio sit minus patrimoniale

niale. tenentur omnes ciues contribuere expensis fiendis: etiam ipsemet dominus loci: ceteri vero qui non sunt incole, habent tamen predia intra limites & confines illius loci, contribuunt pro dimidia. h. d.

¶ Consilium. cxcvij.



Viso casu mihi exhibito. parte prouidi viri Antonij Conduti loci Miribelli dico, & breuiter respondeo. Primo quidem quoad manutentionem, et reparationem, menium oppidi, seu castri loci de Miribello tenentur & debent contribuere nō solum ciues & incole eiusdem loci de Miribello, de quibus non est dubium. l. omnes. C. de ope. publi. & l. fi. C. de qui. mune. vel prescri. nemi. lice. lib. xj. de quo Oldr. cōsil. mihi. celxxj. exord. Quidam ciuis Auenionēsis. ex, sed etiam tenentur & debent contribuere in reparatione meuium huiusmodi, forenses, & extranei habentes possessiones, vel predia in dicto castro Miribelli, vel eius territorio: vt plenius prosequitur idem Oldra. in dicto consil. & mouetur: q: omnes, quorū interest fieri impensam aliquam propter res aliquas vocantur ad collationem, siue contributionem talis impense. l. ij. §. cum in eadem naue. Ibi placuit omnis quorum quid, &c. ff. ad legem Rhodi. de iac. sed munerorum refectio concernit interesse, & vtilitatem omnium possessionum que sunt in loco, vel territorio loci vbi muri reficiuntur, ergo omnes possessiones, seu possessores prediorum inibi existentium tenentur in hoc contribuere. Et q̄ ista sit vtilitas totius territorij hoc est euidens: quia licet territorium sit extra muros, tamen propter loci fortitudinem & securitatem totum territorium erit magis securum quoad culturā, & fructuū perceptionem: terre cum colētur securius fructus custodiētur: & postquā fuerint recepti infra clausuram melius poterunt conseruari: vt colligit in. l. in nomine domini. §. et vt securitatem. ibi. ne detur hostibus licētia incurrēdi, aut deuastādi loca. C. de offi. prefec. preto. Afri. & hec est cōis cōclusio doc. est tamen verum, vt dicit Old. in dicto consi. qd̄ quoad ciues & incolas munus seu onus reficiēdi, seu reparandi menia est munus patrimoniale, & sic debent omnia bona eorū taxari: q̄tum vero ad forēses est collecta, que solū respicit possessiones, quas ibi habēt, & sic ille sole debent ibi extimari: & ob hāc causam, vt refert dom. Gui. Pa. in decisionibus Magnifici. Delphinalis parlamēti. decisione. vij. in Delphinatu est cōstitutio, q̄ forenses habentes predia, & possessiones in locis vel territorijs, in quibus reparantur aut fortificātur muri cōtribuant pro medio solido, & dimidia libra: & dicit ita seruari in dicto parlamēto in iudicando: & si est consuetū pro talibus fiēdis reparationibus indicere, vel imponere vintenū, dicit idem do. Guy. sibi videri, q̄ vbi ciues & incole soluunt vintenū, forenses & extranei debent soluere dimidium vintenum: nisi consuetudo aliter se haberet. Ex quibus infero, q̄ siue nobiles Desiderius de Petra, Ludouicus Drogolis, & probus vir Antonius Martini sint ciues, vel incole dicti loci Miribelli, siue nō, illi debēt cōtribuere pro reparatione meniū dicti loci: est tamē verū, q̄ si non sint incole, seu ciues, nō tenētur, vt predixi, nisi pro dimidia parte: & hoc nisi cōsuetudo aliter se haberet: & sic nō valet id de quo opponit dict⁹ nobilis Desiderius, scilicet, q̄ non habitet in dicto loco nisi vellit: nec valet etiā id de quo opponit dictus nobilis Drogolis, sez, q̄ sit nobilis: q: non propterea releuatur a reparatione meniū, vt plenius prosequit idē do. Guy. in dicta decisione: quinimo nec excusaretur de iure cōmuni a dicta reparatione, vel cōtributione pro ea fienda, si esset dominus illius castri, & pro eo vasallus. Serenissimi do. nostri Francorū regis Delphini: vt ponit Pe anti. in suo diuerso mune. versic. de dominis autē castrorū nō credo esse dubiū quin ad reparationē, & instructionē meniū teneātur: & ad ipsam reparationē meniū, si fiat propter necessitatē, pro tuitione loci, tenētur nō solū layci, sed etiā ecclesie. l. omnes. & l. ad port⁹. C. de ope. publi. no. Jac. But. & alij magis cōmuniter in. l. ad instructionē. C. de sacrosanc. eccl. p quo poterit videri q̄ dicit do. Guy. Pa. decisione. lxxviij. ¶ Quo vero ad expēsas factas, & que fiūt, vel fiēt in prosequutione illius litis, que est inter vniuersitatē Miribelli, & vniuersitatē de Miono ad causam territorij Miribelli, seu limitū territoriorū Miribelli & de Miono, puto, q̄ omnes ciues & incole dicti loci Miribelli cōtribuere teneātur: quo vero ad forēses & extraneos, hoc est, qui nec sunt ciues nec incole, puto q̄ illi nō teneātur: nisi forte immiterēt & depascerent eorum animalia in dicto territorio: q: sic tenerent per regulā. Comoda. quis sentis iungas onus emolumētis & regula. qui sentit onus. & q̄ ibi. gl. de reg. iur. in. vi. non enī ferendus est, qui lucrū amplecitur, onus autē subire recusat. l. j. §. pro secundo. in fi. C. de cadu. tolen. Quo vero ad sumptū seu expensam pro cāpanis faciendā, puto q̄ inspici debeat per quos campane consueuerint fieri, vel refici: sicuti dici solet de ecclesijs. in. c. j. de eccle. edifi. & si appareat de cōsuetudine, illa est seruanda: si vero non appareat, puto q̄ ad sumptū, seu expensam pro illis faciendā teneātur, non solum parrochiani, sed etiam dominus curatus, qui oblationes, & alia emolumenta, & iura ecclesie percipit: sicuti etiam tenetur saltē conferre ad reparationem ecclesie. c. j. de eccle. edifi. campane enim fiunt vt per eas cōuocentur parochiani ad diuina audienda: ad quā conuocationē tenetur presbyter parochialis, seu curatus. Utrum autē extranei, & forenses, hoc est, qui nec sunt ciues, nec incole loci predicti Miribelli, qui tamen habent predia in territorio eiusdem loci, est maius dubium: pro eo q:, vt dixi, per campanas vocantur parochiani ad diuina audienda, nō extranei: veruntamē, sub correctione cuiuslibet melius sentientis, ego existimo, q̄ etiam extranei & forenses teneantur si habeant predia in territorio: ad quod dicendum moueor: q:, vt dicit Spec. in suo Rationali. diuino. offi. titu. de campa. Campana pulsatur vt per illius tactum & sonitum fideles inuicem inuitentur ad precandum, & crescat in eis deuotio fidei, fruges, mentes, & corpora credentium seruentur, procul pellantur hostiles exercitus, & omnes insidie inimici, fragor grandinū, procella turbinum, impetus tempestatum & fulgurum temperentur, infestaque tonitrua, & ventorū flamina suspendantur, spiritus procellarum, & aeree potestates prosternātur, & vt audiētes cōfugiāt ad sancte mr̄is ecclesie gremiū, ante sancte crucis vexilū, cui flectitur omne genu, sicut hec singularia habentur in benedictione campane: & vt dicit idem Spe. cāpane pulsant vt demones timētes fugiāt: timent enim auditis campanis sicut tyrannus timet audiens in terra sua tubas potentis regis sui inimici: & hec etiam est causa quare ecclesia videns concitari tempestatem campanus pulsat: sez, vt demones. tubas eterni regis, hoc est campanas audientes territi fugiant, & a tempestatis concitatione quiescant: vt ad campane pulsationem fideles admoneantur, & prouocentur pro instanti periculo orationi insistere: prosunt ergo campane ad euitationem tempestatum & fulgurum, & sic ad preseruationem fructuum excrescentium in territorio: quod si ita est: imo quia ita est: videtur, q̄ non solum parochiani, sed etiam alij, qui habent predia in territorio debeant contribuere, cum commodum reportant propter eas: quemadmodum & ciues, vel incole, per dictam regulam. Qui sentit onus. in secundo responso. & per id quod dictum est supra. cum verbum facerem de expensa reparationis menium: idem etiam videtur dicendum de habentibus domos in loco: pro eo quia preseruantur a fulgure, et sic ab igne celesti. Aduertant tamen domini syndici de Miribello, quod ipsi debuerunt conuocare omnes istos vt interessent indictioni, seu impositioni vinteni. l. nam ita diuus. cum suis similibus. ff. de adoptioni. agebatur enim de eorum interesse, & forte vbi est impositum vintenum. Que dixerim.

¶ De acquiren. & retinen. pos. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Cum possessio naturalis, etiam per absentem, animo retineatur, traditio rei vendite, subsequente inuestitura a domino directo feudi cum effectu facta, per que transferuntur dominium & possessio, operantur, vt liceat emptori, eo absente, & non vocato, etiam interueniēte iudicis authoritate spoliato, quemlibet clandestinum possessorem propria authoritate expellere. h. d.

1 Uēdens presumitur de iure possessor & dominus rei vendite.

2 Licet per verbalem inuestituram non transferatur possessio, conceditur tamē inuestito licentia apprehendendi possessionem sua authoritate.

3 Absens non vocatus, & expulsus a possessione, etiam cum iudicis authoritate, potest authoritate propria clandestinum possessorem expellere.

4 Uasallus non possidet ciuiliter, sed naturaliter tantum: quā

naturalem possessionem, etiam absens, retinet animo.
5 Sequestratio necessaria non priuat quempiam possessione sua.
6 Citatio est principium cuiuslibet iudiciarie cognitionis.
7 Non potest legislator contra inauditam partem aliquid diffinire in sui preiudicium.
8 Dictio, aliquid, arctat significatum orationis ad rem modicam.
9 Causarum merita partium assertione panduntur.
10 Non possunt testes, vel instrumẽta produci, nisi pars sit presens, vel legitime citata.
11 Apocha, cum scriptura priuata sit, fidem non facit. ꝛ numero, 14.
12 Qui ob ipsius malum regimen pauper factus est, videtur nõ solum rerum, sed etiam fame fuisse prodigus. Cum vitiosus in se, multo magis presumatur vitiosus in alium.
13 Vox vnius, vox nullius.
14 Litera priuata, que authentica non est non probat aduersus tertium.
15 Literis principũ, ac Episcoporũ suis ipsorũ sigillis sigillatis habetur fides in fauorabilibus, secus in preiudicialibus.
16 Venditio sine traditione, etiam a vero domino facta, non transfert dominium in emptorem, quod habet locum in domino feudi. ꝛ nu. 18.
17 Ista in acquisitione rerum incorporalium requiruntur: animus, actus congruus acquirentis, scientia, ꝛ patientia aduersarij.
19 Creditor post debiti cessionem recipiendo debitum debitorem liberat, nisi in casibus.
20 Consuetudo a iure exorbitans non debet extẽdi extra suum casum: nec corrigit legem extra illum, etiam si militaret eadẽ ratio.
21 Expressa conuentio ad vnam personam directa ad aliam nõ extenditur.
22 Res inter alios acta alijs non nocet.

¶ Consilium. cxcviij.


Uoniam in processu cause cepte, ꝛ aliquãdiu ventilate per ꝛ inter nobilem virum Ludouicũ Vassadelli dñm Vacayrassi supplicantem ex vna parte, ꝛ magnificum ꝛ potentem virum dominum Hectorem de Petra dominum eiusdem Baronie primo, ꝛ deinde magnificum ꝛ potentem virum dominũ Antonium de Petra eius filium naturalem ꝛ legitimum, ꝛ vniuersalem heredem supplicatos ex alia. idem Vassadelli prosequutus est materiam possessorij ꝛ petitorij, contendens se in vtroque fouere iustitiam quoad quatuor partes castri, mandamenti, territorij, ꝛ districtus loci Montismirati: contrarium pretendentibus in vtroque prefatis domi. Hectore, ꝛ Antonio: Uidendum est quid iuris. Super quo pmitto in primis pro faciliori demonstratione boni iuris eiusdem dom. Antonij quoad materiam possessorij, quod nobilis vir Siffredus de plana author dicti domi. Hectoris, ante tempus, ꝛ tempore per eum facte venditionis de dictis quatuor partibus erat dominus, saltem vtilis, seu quasi, ꝛ possessor earundem: prout constat ꝛ colligitur ex assertione vtriusque partis: hoc enim asseruit prefat⁹ Vassadelli in decimo quinto, ꝛ. xvj. articulis. schedule. Deceptis ꝛ non decipientibus, ꝛc. inserte. fol. 57. quod prefatus quondam dom. Hector acceptauit in decimo tertio articulo schedule. Ut vobis magnifico, ꝛ eminenti, ꝛc. inserte fol. 110. ꝛ nihilominus dictus do. Hector id ipsum proposuit, ꝛ deduxit in. ix. ꝛ sequẽtibus articulis, vsque ad. xiij. articulum inclusiue dicte schedule. Ut vobis. Et dato, citra preiudicium veritatis, q cauillando ex aduerso pretenderetur prefatũ Vassadelli non esse cõfessum, aut proposuisse quod tempore facte vẽditionis prefatus nobilis de Plana esset dominus vtilis, seu quasi dictarum partium, ꝛ illas possideret, hoc saltem cauillari non potest quin dixerit ꝛ proposuerit eum fuisse dominum ꝛ possessorem earundem ante tempus illius pretense venditionis, quam sibi factam pretendit, licet nõ vere, de primo laudimio. anno do.
1 M. cccclxviij. ꝛ die. xj. mensis Julij. ex quo† sequitur debuisse, ꝛ debere presumi eum fuisse dominum, ꝛ possessorẽ earundem quatuor partium tempore facte venditionis de eisdem: quod dixi de dominio probatur in. l. siue possidetis. ꝛ quod ibi glo. ꝛ docto. C. de proba. no. gl. ꝛ doct. in. c. cum ad sedem, de restit. spolia. Quod autem dixi de possessione etiam tenetur communiter per doct. post Placen. ꝛ Hugoli. in. d. l. siue possidetis. ꝛ per cano. in. d. c. cũ ad sedem. de quo Archid. in c. Pontifices. vij. q. j. Specu. ꝛ Jo. And. in. titu. de petito. et possess. §. j. versi. quid si peto fundũ a P. ꝛc. ꝛ Alex. de Jmo. consi. cxxxiij. ex or. Uiso processu cause vertentis, ꝛc. in. j. vol. ꝛ Ange. Aret. in. §. sic itaque. Institu. de actio. Nisi forte quis dixerit predicta procedere eo casu, quo ille q possedit se asserit possidere, quod non est in casu presenti: sed istud non obstat: tum quia dictus domi. de Petra causam habet a prefato Siffredo, ꝛ sic videtur posse vti iure suo: tum ꝛ quia idem Siffredus tempore facte per eum venditionis satis asseruit se tunc possidere, ꝛ tenere dictas quatuor partes, tam pro eo quod se de illis deuestiuit, quam pro eo quia eidem quondã do. Hectori dedit, ꝛ concessit licentiam apprehendendi illarum possessionem: ꝛ donec eam apprehendisset se constituit eas tenere, ꝛ possidere precario nomine eiusdem domini Hectoris: tum et quia cum non appareat eundem quondam Syffredum possessionem perdidisse presumi debuit, ꝛ debet eã nõ perdidisse. l. iij. §. in amittenda. ꝛ se. ꝛ. §. si seruus. ff. de acquir. poss. Constat enim nos possidere donec aut nostra voluntate recessimus, aut deiecti fuerimus: q etiã satis videtur voluisse Pan. in. c. cũ ad sedẽ. post Anto. de Butr. vbi dicit, q si nõ viuit ille qui possedit, presumitur vsque ad diem mortis possedisse: ꝛ idem voluerũt dñi de Rota. decisione mihi. cxxiiij. ex ord. Item si probetur aliquem tenuisse. Premitto preterea ꝛ secundo, q venditio dictarũ quatuor partiũ facta fuit per prefatum Siffredum de plana dicto domino Hectori. anno. D. M. cccclxix. ꝛ die. vij. mensis. Octobris, vt constat publico instrumento, parte eiusdem domi. de Petra in hac causa producto: ꝛ inserto. fol. 519. Quodque postea eodem anno, ꝛ die. xj. dicti mensis Octobris, ad postulationem nobilis Florentij Raymberti procuratoris legitimi dicti domini Hectoris, ꝛ ad hoc expresse deputati, et de cuius mandato constat publico instrumẽto sumpto ꝛ recepto anno. predicto. ꝛ die nona dicti mensis. Octobris. inserto. 546. petijt pro ꝛ nomine eiusdem do. Hectoris, ꝛ obtinuit venditionem predictam approbari, ꝛ laudari: seque de dictis quatuor partibus retineri, ꝛ inuestiri a nobili ꝛ generoso viro Antonio Gauffridi tunc regente principatũ Auraýce pro illustri tunc domino principe: prout de approbatione, laudatione. retentione, ꝛ inuestitura huiusmodi constat, ꝛ apparet publico instrumẽto, etiam parte eiusdẽ do. de Petra in hac causa producto: ꝛ inserto. fol. 676. Apparet insuper, q ipse quondam do. Hector anno predicto, ꝛ die. xij. dicti mẽsis Octobris, adeptus est possessionẽ realem, actualem, ꝛ corporalem dictarum quatuor partium castri, territorij, ꝛ districtus dicti loci Montismirati: vt apparet alio publico instrumento sumpto, ꝛ recepto. anno. ꝛ die proxime dictis parte dicti do. de Petra in hac causa producto, ꝛ inserto. fo. 551. quã apprehendere, ꝛ adipisci potuit eius propria authoritate: hoc est sine aliquo immittente in possessionẽ huiusmodi. Et primo quidẽ quoad dictum Syffredum venditorẽ: quia ille facultatem dederat hoc faciendi, vt appa ret per instrumẽtum venditionis. Et idẽ quoad dictum do. principem: cum, vt predixi, idem do. Hector per prefatũ do. Regentẽ inuestitus extitisset: ꝛ sic sibi data fuisset, ꝛ concessa licẽtia apprehendendi sua propria authoritate possessionẽ de qua supra: per id quod not. Bald. ꝛ Alua. in. c. j. quid sit inuestitu. Cano. in. c. ij. de consuetu. Panor. ꝛ alij in. c. authoritate. de institu. Cyn. in. l. j. C. de donat. ꝛ Alex. de Jmo. in. l. possideri. in prin. versic. iuxta predicta tangit hic Jmol. ff. de acqui. poss. ex quorum dictis hoc clare colligitur, q licet per
verbalem† inuestituram non trasferatur possessio regulariter in inuestitum, per eam tamen eidem conceditur licentia possessionẽ apprehendendi sua authoritate. Dictus igitur do. Hector possessionẽ predictam adeptus est anno predicto, lxix, ꝛ die duodecima mẽsis. Octobris, quinimo forte ante diem, videlicet, inuestiture facte, ꝛ statim illa facta propter constitutionẽ precarij, de qua in instrumento venditionis predicte. Cõstituit enim idẽ Syffredus de plana se tenere, ꝛ possidere dictas quatuor partes precario nomine eiusdem do. Hectoris, prius tamẽ petita, ꝛ obtenta inuestitura de eisdem partibus a dicto do. Regẽte, vel alio. Ex quibus infertur, q eum, vt apparet ex propositis, ꝛ deductis parte dicti Vassadelli in. xxj. articulo dicte schedule. Deceptis, ꝛ non decipientibus. ꝛc. idem Vassadelli temptauerit adipisci possessionem predictarum partium, ꝛ de facto dictum castrũ Montismirati ingressus extiterit dicto anno. lxix. ꝛ die. xx. dicti mensis. Octobris. illa sua pretensa possessio fuit clandestina.

destina.l.clam possidere.§.qui ad nundinas.⁊ quod ibi per
docto.ff.de acqui.pos.⁊ si verum est quod tamen nõ puto, ꝙ
per ingressum huiusmodi prefatus Vassadelli sibi acquisie-
rit aliquam possessionem naturalem, ab huiusmodi pretensa
possessione eidem domino Hectori licuerit sua propria au-
thoritate dictum Vassadelli expellere: vt voluit gloss.⁊ post
eum Bar.in.l.j.C.vnde vi.glo.in.§.retinende.institut.de in-
terdic.gl.⁊ ibi eleganter Bart.in.l.j.§.interdictum.vbi etiam
hoc satis sentit Alexã.de Imo.ff.vti pos.⁊ Roma.in.d.l.clã
possidere.§.qui ad nundinas.ff.de acqui.pos.qui relictis di-
ctis Bart.in.d.§.interdictum.adijcit bonum text.cum glo.in
l.si seruus.C.quod cum eo.vbi Albe.idem tenere videtur.sed
nec videtur ab hac opinione discedere, sed magis eam sequi
post Iaco.de Are.in.d.l.j.C.vnde vi.et idem in casu magis
dubio voluit Io.de Imo.⁊ post eum Alexã.de Imol.in.l.a
diuo Pio.§.si post addictum.ff.de re iud.⁊ Alexã.de Imo.
in.d.l.clam possidere.§.qui ad nũdinas.qui voluit cõtra An-
ge.in.d.§.si post addictũ.quod non solum ingressus propria
3 † authoritate sui ipsius, imo verius temeritate, predium ab
alio tunc absente possessum, potest per possessorẽ reuersum
ppria authoritate expelli, sed etiã hoc fieri põt, si authoritate
iudicis, absente nõ vocato ingressus extiterit. Et ꝙ clãdesti-
nũ possessorẽ liceat possidẽti ciuiliter ppria authoritate expel
lere, tenuit Ang.in.l.vt vim.in fi.ff.de iusti.⁊ iur.⁊ hec proce
dunt, vt predixi, etiam si prefatus Vassadelli per dictum pre
tensum ingressum sibi quesijsset possessionem naturalem, vt-
pote tunc vacantem propter absentiam dicti do.Hectoris:
sed, vt etiam dixi, illam forte non quesijt: quia vt dicit.glo.et
post eam Bar.⁊ alij in.l.iij.§.ex contrario.ff.de acqui.posses.
4 vasallus † non possidet ciuiliter: quia possessio ciuilis est a-
pud dominum feudi, sed possidet naturaliter: ⁊ hanc natura-
lem possessionem etiam absens retinet animo.l.j.§.si quis ta
men.ver.qui interdictum.e.l.ij.iuncta.l.quod quidem.§.cum
procurator.versi.vnde vi.ff.de vi.⁊ vi arma.per que iura id
ipsum voluit Alexan.de Imo.in.d.l.iij.§.ex contrario.versi.
item dicit Io.non est verum, ⁊c.ff.de acquir.pos.vbi etiam
idem not.Frã.de Are.quod si ita est, multo fortius poterat
idem quondam do.Hector eundem Vassadelli expellere, cũ
niteretur eum non admittere: ⁊ quamuis dictus quondam
do.princeps, volens obuiare scandalis, mandauerit, ⁊ fece-
rit castrum predictum cum suis pertinẽtijs ⁊ iuribus seque-
5 strari, per huiusmodi tamen † non voluntariã, quoad ipsum
do.Hectorem, sed necessariam sequestrationem nõ perdidit
ipse do.de Petra possessionem dictarum quatuor partium:
⁊ hec prout refert ⁊ sequitur Cy.in.l.j.C.de prohibi.sequest.
pecu.fuit opinio Iac.de Are.in.l.interesse puto.ff.de acqui.
posses. Et hanc opinionem, vt refert, ⁊ sequitur Albe.in.d.l.
j.C.de prohi.sequest.pe. approbant Pe.⁊ Iaco.de Raue.
eam etiam cõmuniter sequuntur doc.in.d.l.j.⁊ allegata.l.in-
teresse puto.⁊ Cano.in.c.examinata.de iud. Non etiam per-
didit dictam possessionem prefatus do.de Petra propter
socordiam, vel repulsionem: quia nec socors fuit, nec repulsus:
sed parẽs mandatis superioris destitit a defensiõe sui iuris.
¶ Ex premissis etiam infertur prefatum Vassadelli nõ ha-
buisse vnde iuste conquereretur aduersus dictum do.prin-
cipem, ⁊ ordinationẽ per eum promulgatam anno. Incar-
nationis Dominice.M.cccclxix.⁊ die.xviij.mẽsis Ianuarij.
⁊ de qua apparet literis eiusdem do.principis, insertis.fo.
35.⁊ per quam dedit, ⁊ concessit gaudentiam dictarum qua-
tuor partium eidem do.Hectori: ⁊ sic sustulit sequestrum: ⁊
quidem nõ absente, sed presente prefato Vassadelli: cũ enim
vt dictum est superius, ⁊ constat per acta, prefatus quondã
do.Hector fuisset, ⁊ esset possessor dictarum quatuor partiũ,
iuste sustulit ipse do.princeps impedimenta per eum appo
sita, aut apponi iussa ex suo nobili officio, ⁊ non ad partis
instãtiã. ¶ Preterea etiam non habuit, vel habet prefatus
Vassadelli vnde cõquereretur de sublatione alterius seque-
stri postea facti.per egregios ⁊ nobiles viros dominos Ni-
colaum de Villario, et Bartholomeũ Vincentij dñm de
Causanis: ⁊ quam sublationem fecit Egregius vir do.Pe-
trus Bensonis tũc iudex ciuitatis ⁊ principatus Aurayce,
ac cõmissarius ad hoc deputatus per prefatũ do.principẽ.
anno do.Incarnationis Dominice.M.cccclxxiij.⁊ die.xix.
mensis Ianuarij: tum quia sequestrum huiusmodi factum exti
terat ad instãtiã procuratoris prefati do.principis, nõ dicti
Vassadelli: ⁊ sic non fuit opus vocare dictum Vassadelli in
sublatione illius: tum ⁊ quia ad dictum sequestrum proces-
sum est per prefatos de Villario, ⁊ Vincentij, non vocato
prefato do.Hectore, ⁊ audito sup suis defensionibus q tamẽ
vocari debuerat, ⁊ audiri per dictos commissarios, cum eis
data ⁊ cõcessa videretur cause cognitio. Dicebatur enim in
literis commissionalibus. (A iceux auons donne, ⁊ par
ces presentes donons plein pouuoir, puissance, authorite, ⁊
mandement special de eux pleinement informer desdicts cõ-
mandemens, ⁊ voyes darmes, ⁊ que sil leur appert par infor
mations deuement faictes lesditz commandemens, ⁊ voyes
darmes auoir este faictes, que icelles quatre parties de la
dicte place contentieuse mettent, ⁊ aussi facent mettre, ⁊c.)
Per hec enim verba aperte censetur fuisse commissa cause
cognitio: per id quod habetur in.c.ij.c.olim ex literis.⁊.c.ab
exordiente.de rescriptis.pro quo est casus.in c.conquestus.
de fo.cõpe.per quod hoc tenet Host.in summa tit.de rescri.
quod iurisdictionem conferat, ⁊ sine qua cause cognitione,
saltem summaria, etiam alias fieri non debebat sequestrum
dictarũ quatuor partium: per id quod voluit Florẽ.in cle.j.in
prin.q.xxij.⁊.q.xxv.de sequestra.poss.⁊ fructu.Spe.tit.de pe-
tito.⁊ possesso.§.j.ver.in summa.no.Pau.de cas.in.l.ordina-
rij.C.de rei vẽdi.⁊ apertius cõsi.v.exor.Causa que vertit, ⁊c.
⁊ Ang.consi.ciij.exor.Iacopelli.⁊ Lucas.in fin. Dicti vero
do.de Villario, ⁊ nobilis Vincẽtij nullã cause cognitionẽ re-
miserunt: nec ante dictum pretensum sequestrum per eos fa-
ctum precessit aliqua citatio de dicto do.Hectore, ⁊ tñ † ci- 6
tatio est principium cuiuslibet iudiciarie cognitionis.§.vlti.
insti.de pe.teme.litigã.nec fuit aliqua defensio dicti do.He-
ctoris per eos examinata, vel audita: peccarũt igitur ipsi cõ-
missarij contra.c.j.de cau pos.⁊ pprie.l.de vno quoq.ff.de re
iudi.⁊.l.nã ita diuus.ff.de adop. Ad quod bene facit.l.fi.C.si
per vim, vel alio modo.per quã vident sentire quod predixi.
Io.mona.⁊ Io.And.in regula.locupletari.de reg.iur.in.vj.
Non potuit igitur nec põt pfatus Vassadelli, tanq̃ preten-
sus grauatus per dictos do.Principem, ⁊ Bensoni, aut al-
terũ eorundẽ, petere se reintegrari in sua pretensa possessione
dictarũ quatuor partiũ, cũ in ea nunq̃ extiterit: ⁊ sic nec per
eos, aut eorũ alterum, nec per dictum quondã do.Hectorem
spoliari potuit.l.manumissiones.ff.de instit.⁊ iu.⁊.l.decem.
cũ suis simi.de verb.oblig. ¶ Nec etiã habuit prefatus Vas
sadelli causam aliquã supplicandi, seu etiã recurrendi ab ordi
natione dudu lata per hanc insignẽ curiã super reuocatione
cuiusdã pretẽse reintegrationis dudũ facte per nobilẽ Ago
tũ eschaffini tũc pretẽsum Vicebaillu Tricastrinũ, ⁊ Regiũ
comissariũ: tum quia rescriptũ parte dicti Vassadelli impetra-
tũ ⁊ obtentũ, ⁊ in vim cuius idẽ nobilis Agotus pretendit
processisse fuit, ⁊ est subreptitiũ, ⁊ obreptitiũ: tacita vez veri-
tate, ⁊ expressa falsitate impetratũ: prout latius deducitur
in schedula. Quod licet rescriptũ.⁊c.parte dicti do.de Pe-
tra in hac causa producta: ⁊ inserta.f.xj.que si placet videat:
⁊ de cuius subreptionibus, ⁊ obreptionibus clare patet ex
actis: ⁊ ex his que predixi: tũ ⁊ quia per dictũ pretensum rescri
ptũ cõmittebatur cause cognitio propter illa verba. Vous
mãdons, ⁊ cõmettons par ces presentes, que sil vous appert
ledict exposant auoir eu ⁊ tenu, ⁊c. Debebat igitur idẽ Ago
tus adhibere cause cognitionẽ sup expositis parte dicti Vas
sadelli: ⁊ sic vocare dictũ do.de Petra, de cuius preiudicio
agebatur.d.l.de vno quoq.ff.de re iudi.⁊.l.nã ita diuus.cũ
alijs superius alleg.ff.de adoptio. Nos † enim inquit legis- 7
lator in preiudiciũ partis, seu cõtra inauditã partẽ aliquid
diffinire nõ possumus: nec debemus.d.c.j.de cau.pos.⁊ pro-
prie.vbi vr attendendum ꝙ dicit (Aliquid.) que † est dictio 8
arctans significatũ orationis ad rem modicã.l.hanc legẽ.ff.
de contrahen.empt.⁊ ar.l.diuus.ff.de bo.dam.ꝙ etiã voluit
glo.in cle.j.in verbo.aut carũ parte.de fo.compe.quã allegat
Bal.in.l.j.C.de inoffi.don.⁊ Io.de Imo.in.l.filio preterito.
ff.de iniusf.rup.⁊ irri.testa. Dicit insuper summus Pontifex
in.d.c.j.nõ possumus, nec debemus.pro quo facit cle.pastora
lis.de re iud.⁊.l.fi.in vbo.cognitionaliter.C.de legi.vbi Im-
perator dz ferre sentẽtiã cognitionaliter: ergo parte citata:
quia causarũ † merita partiũ assertione pandunt.d.l.iij.C.si per 9
vim vel alio modo.⁊ quia dictus nobilis Agotus parte nõ vo
cata, ⁊ nõ premissa cause cognitione processit ad dictã pretẽ-
sam reintegrationẽ, fuit nõ immerito, per hanc insignẽ curiã
huiusmodi ptensa reintegratio declarata nulla: ⁊ quatenus
de facto pcesserat reuocata, ⁊ annullata. Ex quibus omni-
bus cõcluditur, ⁊ infertur dictũ do.de Petra habuisse, ⁊ ha
bere bonũ ius in possessorio dictarũ quatuor partiũ. ¶ Ha-
buit nihilominus, ⁊ habet bonũ ius in petitorio dictarũ qua-
tuor partiũ, cũ, vt apparet ex actis cause huius, ipse eas eme
rit a dicto nobili Siffredo de plana: de cuius dominio vtili,
seu quasi apparuit, ⁊ apparet, vt predixi, per confessionẽ par-
tis aduerse: de qua in.xv.⁊.xvj.articulis dicte schedule. De-
ceptis, ⁊ non decipientibus.⁊c.⁊ in quarto.quinto.vj.⁊.vij.

articulis schedule. Nobilis Ludouicus,⁊c.parte dicti Vas-
sadelli in hac causa producte:⁊ inserte.fo.232. fuit etiam de
eisdem inuestitus ⁊ retentus, vt superius dixi, per dictũ no-
bilem Antonium Gaufridi regentem principatum, qui hoc
facere potuit, ⁊ facere consueuit: vt apparet per depositiões
testium parte dicti do.de Petra in causa productorum, et
examinatorũ super.xix.vel.xx.arti.⁊ sequenti dicte schedule.
Ut verbis magnifico, ⁊c. De hoc etiam deposuerunt multi
ex testibus parte dicti Vassadelli in hac causa productis, et
examinati super.xiiij.⁊ xv.articulis schedule. Quamuis de-
ducta,⁊c.inserte.fo.280. Quibus non obstat quod ex aduer-
so propositum reperitur in dictis.xiiij.⁊.xv.articulis, scilicet,
quod in inuestituris factis, ⁊ que fiũt per do. Regentẽ prin-
cipatum interuenire consueuerit, ⁊ interuenire debeat procu
rator fiscalis dicti do.principis: quoniam respondeo, quod
supposito, citra preiudicium veritatis. q̄ ita esset, huic obli-
gationi satisfactum reperitur in dicta eiũ inuestitura, vt ap-
paret ex tenore instrumenti illius, inserte, vt predixi.fol.676.
interuenit magister Antonius Gontardi procurator fisca-
lis prefati do.principis, substitutus per venerabilem princi-
pis, substitutus dñm Humbertum Cameti tunc procurato-
rem fiscalem: de cuius Gontardi substitutionem constat pu-
blicis scripturis in hac causa productis:⁊ insertis.fo.668.et
de facultate dicti Cameti substituentis constat literis pro-
ductis in hac causa:⁊ insertis.fo.663. Illud autem dubiũ nõ
habet quin p̄fatus nobilis Antonius Gauffridi reges exi-
steret tempore facte inuestiture: hoc enim apparet, tam per
scripturas parte ipsius do.de Petra in hac causa p̄ductas.
⁊ insertas.fo.695.⁊ fol.700. quam per depositiones testium
parte eiusdem do.de Petra in hac causa productorũ, ⁊ exa-
minatorũ super.xxij.articul.dicte schedule. Ut vobis,⁊c.iun-
ctis ijs quod no.doc.in.c.cum in iure paritus.de offi.deleg.
Preterea non videtur remittendum, q̄, vt apparet ex instru
mento homagij per dictum quondam do. Hectorem prestiti
dicto domino. Principi productũ in hac causa, ⁊ insertam.
fo.681. Idem do.princeps fuit ad plenum informatus de vẽ-
ditione dictarum quatuor partium: quoque ille mouerentur,
tenerentur, et possiderentur de, ⁊ sub dñio directo, ⁊ maiori
seignoria, ⁊ in feudum dicti do.principis: insuper, et q̄ ipse
do. Hector de illis inuestitus extiterat, ⁊ retentus per dictũ
nobilem Antonium regentẽ: propter que, eũ idem do.prin-
ceps eundem do.de Plana ad homagium receperit, satis
videtur inuestituram de qua supra approbasse: nisi forte qs
dixerit, q̄ in receptione homagij huiusmodi protestatus ex-
titerit, quod per eam preiudicare non intenderet iuribus cõ-
petentibus ⁊ competituris prefato Vassadelli super dictis
quatuor partibus, sit que super eisdem haberet virtute pre-
tense emptionis primi laudimij:⁊ iuris prelationis: sed istud
non obstat: quoniam eidem Vassadelli nullum ius compete
bat super dictis quatuor partibus ad causam dicte pretense
emptionis, vt infra dictam: ergo protestatio antedicta pre-
fato Vassadelli in nullo prodesse potuit: per quo bene facit
quod in simili.voluit Alua.in.c.si facta.ver.quid si dicat do
minus,⁊c.si de feu.cõtrouer.fue.inter do.⁊ agna.dicit enim,
q̄ si dominus inuestiendo, ⁊ tradẽdo secundo.dicat, ⁊ prote
stetur q̄ tradit ipso secundo saluo iure primi, erit nihilomi-
nus, non obstãte protestatione huiusmodi, secundus in iure
potior: q̄ hmõi reseruatio iuris primi inuestiti nihil operat
contra secundũ inuestitũ, contra quem nullum ius habebat:
⁊ hoc etiam voluit, vt ibi refert idem Alua. Andr.de yser.
fuit igitur dictus do.de Petra primo, ⁊ efficaciter inuestit⁹
de dictis quatuor partibus, ⁊ earum possessionem post inue
stituram huiusmodi, ante tamen per multos dies quam pre-
fatus Vassadelli in eis se intenderet. legitime adeptus: ⁊ sic
debuit preferri, ⁊ prefertur eidem Vassadelli.l.quoties.C.de
rei vend.que etiam locũ habet in hac materia: per ea que no.
Bal.in.d.c.si facta.si de feu.controuer.fue. Quibus non ob-
stant quedam pretensa venditio primi laudimij, ac iuris pre-
laturis olim facta, vt pretẽditur, per nobilem virum Stepha
num de Cabillone, vulgo dictum Bastardum Aurayce: et
quedam asserta ratificatio, quam fecisse pretenditur dictus
quondã do.princeps. Et primo quidem non de dicta preten
sa venditione primi laudimij, ⁊ iuris retinendi iure prelatio-
nis: non primo per quandam pretensam apocham, quã fe-
cisse dicitur prefatus nobilis Stephanus: tum q̄ de illa nõ
apparet solum enim apparet. de quadam pretensa copia il-
lius asserte vẽditionis primi laudimij: vt legitur in actis fol.
71.vbi dicit Copia schedule venditionis,⁊c.producta signa-
ta per B.⁊ quãuis in illo asserto processu, qui factus pretẽ-
ditur coram ducto nobili Agonto eschaffini tũc asserto Vi-
cebailliuo Tricastrino pretendatur eundem Vassadelli pro-
duxisse quandam assertam schedulam papyream, manu, ⁊ si-
gno dicti nobilis Bastardi scriptam, ⁊ signatam, hoc tamen
non obstat: q̄ illa, pretensa productio, quinimo totus assert⁹
processus factus est absente, ⁊ non vocato dicto do. Hectore
10 quemadmodum † enim testes produci debent parte presen
te, vel citata.l.si qñ.C.de test.ita ⁊ instrũ p̄duci deberet parte
p̄sente, vel citata.l.properãdũ.§.sinautẽ reus.C.de iudi.vbi per
illũ tex.no. Ang.⁊ sequit̃ ibi Alex.de Imol.addẽs text.quẽ
ad hoc ibi reputat notabiliũ Bal.in.l.iudices.C.de fid.instr.
11 tum † ⁊ q̄ dicta pretensa apocha, si ⁊ quatenus de ea appa-
reret, fuit, et est scriptura priuata, que propterea fidem non
facit.c.j.⁊.ij.de fi.instr.facit.l.scripturas.C.qui potio.in pig.
haben.⁊ q̄d no.cano.in.d.c.ij. Non etiam probatur dicta pre-
tensa venditio primi laudimij per depositionem cuiusdam
Iacobi abeloni testis ex aduerso producti, ⁊ examinati super
xvij.articulo dicte schedule. Deceptis ⁊ non decipientibus.
⁊c.⁊ super.ij.artic.dicte schedule. Quãuis deducta.quoniam
vt apparet ex ijs.que parte dicti do.de Petra deducta exti-
terunt.in.xj.xij.⁊.xiij.articulis schedule. Ad fines vtiliores ⁊
magis propicios,⁊c.inserte.fo.804.⁊ ex depositionibus te-
stium super eis examinatorum, prefatus Abeloni probatur,
12 ⁊ apparet fuisse, ⁊ esse pauper † ⁊ valgabundus, et propter
eius malum regimen deuenisse ad paupertatem cũ antea di-
ues extitisset, non est ergo testis idoneus: q̄, vt dicit Bal.in
c.si qui testium.de test.talis, non solum rerum, sed fame sue
prodigus est:⁊ quia est in se vitiosus, presumitur multoma-
gis vitiosus in alium.vt no.in.l.fi.C.de senten.pa.etiam obie-
ctatur ⁊ sufficienter conuincitur de alijs multis excessibus ⁊
delictis per eum perpetratis, propter que repelli debet. Nõ
etiã probatur vẽditio dicti primi laudimij,⁊c. p depositionẽ
13 nobilis Leonis de visinco: tũ † quia cum ipse sit vnicus ⁊ sin-
gularis, vox eius, vox nullus.l.iurisiurandi.cum suis simi.C.
de testi.tum ⁊ q̄, dato q̄ haberet contestem de dicta pretẽsa
venditione, non propterea probaretur quod illa facta extite-
rit anno, mense, et die mentionalis in dicta pretensa apo-
cha: imo in pretensa copia eiusdem, licet enim idẽ Leo depo
nat de dicta pretensa venditione, dicit tamen se non recorda
ri, quibus anno, mense, ⁊ die illa facta extiterit:⁊ sic nihil de-
ponit de tempore: nec obstat, q̄ cõsequẽter subiungerit se re-
ferre ad dictam pretensam appodixam: tum q̄, vt predixi.de
illa non apparet, nec apparet q̄ tempore facte per eũ depo-
sitionis, vel alias fuerit sibi exhibita: ⁊ quod ipsa fuerit, vel
existat illius et eiusdem tenoris, etiam quoad datam, cuius
est dicta pretensa copia: tum q̄ esto, citra preiudicium veri-
tatis, q̄ illa fuisset sibi exhibita, ⁊ q̄ ipse deposuisset illã fuis
se, ⁊ esse factã vt pretenditur in sui presentia, nõ tñ probaret
tempus de quo supra: q̄, vt predixi, illa est scriptura priuata,
⁊ sic fidem non facit: nisi quatenus testes eidem adminiculã-
tur: idẽ vero Leo nõ adminiculant̃ quo ad tp̃s: q̄ dicit se nõ
recordari. ¶ Etiam nõ probant̃ asserta ratificatio, seu appro-
batio, quam fecisse dicitur dictus do.princeps: ⁊ quidẽ non
per testes: quia nullus est qui se dixerit fuisse presentem tem
pore huiusmodi asserte ratificatiõis: tum nõ etiã p scripturã,
seu apocham dicti dñi principis: tum q̄ de ea non apparet:
solum enim producta reperitur quedam pretẽsa copia illius
pretense apoche in hac causa p̄ducta: nisi forte qs dixerit, q̄
de illius p̄ductiõe appareat,⁊c.act⁹ factis corã dicto Echaf-
fini: sed istud nõ obstat. p id q̄d p̄dixi impugnãdo in simili p̄-
14 tensum apocham dicti nobilis Bastardi: tũ ⁊ q̄ † si de illa
appareret, illa tñ nõ obesset: vtpote scriptura non authenti-
ca, sed priuata, q̄ aduersus tertiũ nihil p̄bat.d.c.si.ij.de fi.in-
15 stru. Nec opponat aliqs, q̄ literis † principũ eorũ sigillis si-
gillatis credi debeat: id q̄d no. Spe.tit.de proba.§.si.versi.x.p
literas sigillatas.⁊ q̄ voluerunt multi. in.c.post cessionẽ.de
p̄ba.de literis Episcoporũ, eorũ sigillis sigillatis. qm̃ r̃ndeo,
q̄ istud nõ obstat: tũ q̄ nõ est p̄batũ q̄ dicte p̄tensa apocha
sit apocha dicti dñi principis: q̄d tñ p̄bari debuisset: vt voluit
Bal.cõsi.cxiiij.exor. Cõmissis fuit articulos iste cõsultori,⁊c.
in prima p̄te. p quo allegat.l.sicut iniquum.C.de fi.instr.⁊ q̄d
no. Bar.in.l.q̄dã.C.nũmularios.ff.de edẽ.tũ ⁊ q̄ nõ apparet
q̄ dicte lr̃e fuerint sigillate sigillo dicti dñi principis, de quo
tamen apparere oportebat, postquã istum p̄tẽderetur esse.
fundamẽtũ intẽtionis p̄tis: tũ ⁊ q̄ lz aliqui senserint q̄ credi
debeat literis principũ, ⁊ Ep̄orũ eorũ sigillis sigillatis, multi
tñ cõtrariũ tenẽt:⁊ vt vr̃ criminis in preiudicialibus, ⁊ quidem
gl.in.c.si.vj.q.ij.⁊ post eũ Arch.in.c.cure.xi.q.iij.c.et circa.sup
verbo.instrũ publico.de elec.in.vj.tenẽt, q̄ eis credi non de-
beat, nisi habeãt subscriptionẽ testiũ: nisi cõsuetudo aliũ habe
ret:⁊ q̄ hac opinione alias iudicauit hec insignis curia: vt
apparet

decisione.clxxv. Inn.in.d.c.post cessionem.si non habet eum corruptũ,dicit eis non esse credendũ in extraiudicialibus,nisi sint reducto in publicam formã.ar.auth.vt nulli.iudi.§.si vero.col.ix.τ.l.in donationibus.C.de dona.nisi in locis vbi nõ est vsus tabellionũ,τ si habeant subscriptionem testium: qd̃ intelligit Jo.Andr.de subscriptione facta manumissorum testium:posset enim sigillum furtiue surripi secretario,τ deinde cum ipso false litere sigillari,τ in eis describi testes tũc viui,qui postea morirentur, nec posset detegi falsitas:secus autem est vbi testes ipsi se eorum manibus subscripsissent:q: licet potuisset,vt p̃dixi.dormienti secretario sigillum surripi, non tamen potuit testibus surripi actus subscribendi:τ idẽ videtur sentire Jo.Calde.in.d.c.post cessionem. quibusdam casibus exceptis:quorũ neuter occurrit in casu presenti. Pro hac parte etiam faciunt not.p Pau.in.d.c.post cessionẽ.ver. ego vero licet inter tantos,τc.cum igitur dicta pretensa apocha etiam si de illa appareret.τ q illa fuisset sigillo dicti do. principis sigillata,nõ reperiatur per testes subscripta,quinimo nec apparet q in ea fuerint testes per aliquem descripti,nõ est illi credẽdum per predicta:pro quo bene facit, vt videtur. c.cum dilectus.in secundo responso.a contrario sensu.de fide instru.dicit enim ibi text.q si consuetudo patrie approbata obtineat vt instrumentis do.Regis,de quo ibi,fides adhibeatur,illa possunt secure admitti, secus ergo si consuetudo hoc non habeat. Pet.etiam in.l.pacta nouissima.C.de pact. dicit,quod de iure ciuili non est standum literis,sed scripture tabellionis:quod dicit Cyn.esse verum,nisi in ijs que sunt modici preiudicij,in quibus creditur literis sigillatis sigillis iudicũ,τ officialiũ. Ex p̃missis infertur non esse probatũ parte dicti Vassadelli,quod dicte pretẽse venditio primi laudimij,τc.τ ratificatio venditionis huiusmodi ex aduerso allegate, facte extiterint:presertim vero τ maxime ante venditionem dictarum quatuor partium,τ inuestituram de eis factam ad commodum dicti domini de Petra. ¶ Preterea, presupposito,citra preiudiciũ veritatis,q huiuscemodi venditio primi laudimij,τ ratificatio probate extitissent,τ q ille precessissent venditionem factam de dictis quatuor partibus dicto domi. Hectori,prout ex aduerso,quamuis minus vere,ac damnabiliter contra conscientiam, pretenditur, hec tamen non obessent ipsi domino de Petra:quia et illa pretensa venditionẽ primi laudimij, et facultatis retinendi iure prelationis, τ ratificatione venditionis huiusmodi secun-
16 dum iuris veritatẽ nullum dominium nullumque ius in dictis quatuor partibus cõpetere potuit, qm̃ † per venditionem solam,etiam factam a vero domino non transfertur dominium rei vendite in emptorem:nec ius in ea eidem acquiritur.l.traditionibus.C.de pac.l.traditio.ff.de acquiren.rer. domi.τ.l.si ager.ff.de rei vendicat.ad quod facit quod habetur in.§.vendite.insti.de rerum diui.sed illud ius,seu pretensa facultas retinendi iure prelationis, quod vendidisse pretenditur dictus nobilis Bastardus solum cõstituit ius personale,τ actionẽ personalem dicti nobili Vassadelli:nec fuit ius auulsum a dicto do.principe non interueniente alio facto:prout non interuenit:q: vt eleganter dicit Bald.in.l.j.in ij.oppo.C.de seruitu.τ aqua.in possidendo requiritur factũ hominis ad illã quasi possessionem:ordinatũ ius enim illud, seu facultas cum sit incorporalis non potest possideri, sed quasi possideri.l.seruus.§.incorporales.ff.de acquir.re.domi. nec,vt dictum est,potest quasi possideri, nisi interueniat pactum ad illam ordinatum secundum Bal.vbi supra.qui allegat Inno.in.c.in literis.de restit.spo.dicentẽ q possessio iuriũ incorporalium fere eodem modo acquiritur quo τ corporaliũ:scilicet corpore,τ aĩo.l.iij.in prin.ff.de vsufruct.idem dicit ipse Bal.in.l.ij.ver.quero qualiter acquiratur possessio in iuribus,τc.C.de serui.τ aqua.scilicet, q rebus ipsis,et factis,non sola anima destinatione,seu cogitatione acquiritur quasi possessio in iuribus incorporalibus,ita q necessari⁹ est actus corporalis,in quo representetur illud ius, sicut in ser-
17 uitutibus vsus rei:τ ideo subiungit Bald.q in acquisitione † quasi possessionis iurium incorporalium plura requirant, scilicet,animus,τ congruus actus acquirentis,ac etiã scientia,τ patientia aduersarij:dictus autem Vassadelli,quamuis forte habuerit animum acquirendi dictum pretensum ius,seu facultatem retinendi iure prelationis dictas quatuor partes,nunquam tamen habuit quasi possessionem illius iuris: quia nullus congruus actus corporalis ad querendam illam quasi possessionem ordinatus interuenit: nihil igitur obstitit quomin⁹ potuerit idẽ do.de Petra de dictis quatuor partibus inuestiri per dictum do.principẽ,seu per prefatum regentem:τ quin facta inuestitura, et sequuta adeptione possessionis,idem do.Hector factus fuerit dñs vtilis earundem partium:cum vt predixi ipse in inuestitura,τ adeptione possessionis eundem Vassadelli preuenerit. Adijcio quod per dictam pretensam venditionem primi laudimij.non desijt prefatus domi.princeps esse dominus directus dictarũ qua-
18 tuor partium quemadmodum † per venditionem feudi.nisi traditio secuta extiterit, non desinit venditor esse dominus feudi:nec sibi aufertur facultas quin alteri vendere posset,et tradendo transferre dominium in secundum emptorẽ.l.quoties.C.de rei vendi.Non obstante igitur dicta pretensa venditione primi laudimij,potuit idem domi.princeps inuesti-
19 re:ad quod etiam facit, q creditor † post cessionem debiti. debitum recipiendo,debitorem libera, nisi in certis casibus. l.iij.C.de noua. ¶ Et non solũ quo ad p̃dicta debuit,τ debet idem do.de Petra obtinere,sed etiam quoad fructus parte eius petitos:quoniam,vt apparet ex ijs que parte eius.proposita extiterũt τ deducta in tertio,τ quarto articulis.schedule. Ad fines vtiliores.τc primo loco inserte.fo.499.τ que testes deposuerunt super eis:predia,τ possessiones existẽtes in territorio τ districtu dicti loci Mõtisuirati fuerũt:τ sunt de pertinentijs, τ viribus dicti loci:τ vt tales fuerunt tente,τ possesse per prefatos Vassadelli,τ de plana,τ eorũ predecessores:quod etiam satis proposuit τ deduxit prefatus Vassadelli in decimoquinto, τ decimosexto articulis dicte schedule. Deceptis,τ non decipientibus.τ in quarto quinto sexto.τ septimo articulis dicte schedule. Nobilis Ludouicus τc. Propter quod non potest idem Vassadelli,qui vt apparet ex actis malefidei possessor.extitit,pretendere se fecisse fructus suos:nec se ratione pretense occupationis quesiuisse quatuor partes hermassiorum, seu terrarũ heremarũ per eum in culturam deductarum:eo presertim:quia occupatio huiusmodi facte est post turbam,seu spolium factum ad sui instigationẽ per dictũ Vicebaillinũ sancti Pauli:quib⁹ non obstat quedam pretensa consuetudo,imo magis corruptela.p̃te ipsius Vassadelli p̃posita,τ deducta in vicesimo nono,tricesimo.xxxj.et.xxxij.et quibusdam sequentibus articulis dicte schedule. quamuis deducta.inserte.fo.280.q: consuetudo huiusmodi nõ probantur:testes enim super ea examinanti sunt in eorũ pretẽsis depositionibus singulares: eum eorum aliquis deponat de Venasca,alijs de interuallis alius,vel alij forte de Cadrossia,nullus vero dixit,aut deposuit illam pretensam consuetudinem sibi locum vendicasse in loco vel territorio Montismirati, quo fit, vt non obstat
20 dicto domino de Petra:q: † consuetudo a iure exorbitans non debet extendi extra casum,τc.Non enim corrigit legem, nisi in suo casu,etiam si eadem ratio videretur subesse:perea que not.glo.in aut.quas actiones.C.de sacrosanct.eccle.τ qd̃ habetur in.l.si vero.§.de viro.ff.solut.matr.l.quod vero.ff.de legi.regula.que a iure.de reg.iur.in.vj.τ.c.cum contingat.de deci.Manet em̃ lex, nisi quatenus reperitur eidem legi,alia lege,aut consuetudine derogatum.l.cum dubitabatur.C.de edifi.priua.l.sancimus.C.de testa.τ.l.precipimus.C.de appel. Preterea consuetudo est quedam tacita cum ciuium conuen-
21 tio.l.sed ea.ff.de legi.sed † expressa conuentio ad vnam personam directa ad aliam nõ extenditur.l.si vnus.§.ante annã. ff.de pac.ergo multominus tacita:τ per hãc rationem etiam bene probatur, quod non debent extendi de loco ad locum: Facit,quia vt dicit Inno.in.c.ex parte.de consuetudine.alterius consuetudo nõ derogat legi nisi illius qui habet iurisdictionem τ potestatem faciendi.l.municipalem super illa re,τ
22 contra illam de cuius consuetudine agitur:etiam † res inter alios acta alijs non preiudicat. Esto igitur quod testes ex aduerso producti probarent illam fuisse, τ esse consuetudinẽ in Venasca,Cadarossia,τ intercallis,locis Comitatus Venayssini,non propterea inferetur quod illa sibi locum vendicet in castro,et territoriorum Montismirati existentibus in delphinatu,τ principatus Aurayce: τ sic in alia prouincia: Non debet negligentia condominorum loci de Venasca, et aliorum predictorum,obesset dicto domino de Petra condomino Montismirati. Adijcio,quod etiam de alia obseruantia quoad loca Montisdraconis, Guarde, Parcolis,et Rupisacute, que sunt loca circumui circa, apparet, per ea que deponunt,nobilis Bernardinus de Cauallione, magister Robinis de Digoma, Joannes Estoferij, Jacobus, Vigoreux,τ Antonius Firmini super.xv.art.schedule. Ad fines vtiliores inserte.fo.499.possent τ alia multa induci,sed q: iste articulus dubium habere non videtur,vlterius nõ insisto. Que dixerim,τc.

¶ De rescinden. venditio. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Lesus vltra dimidiam iusti pretij, cuius bona fuerit subhastata instante creditore potest intentare remedium. l. ij. C. de rescin. vend. que etiam habet locum in fructibus pro concurrente quātitate eius, quod deest de iusto pretio: maxime si sit magna lesio: propter quam etiam semper presumitur dolus. h. d.

¶ Consilium. cxcix.



Etiam si ad instantiā creditoris vendatur res debitoris cum subhastatione, potest nihilominus debitor, si in venditione deceptus extiterit vltra dimidiam iusti pretij, intentare remedium. l. ij. C. de rescin. vend. l. si quos. vbi est optimus tex. C. de rescin. vend. quod etiam per illum tex. voluit Bar. in. l. j. C. de prescr. xxx. vel. xl. anno. Jo. de Jmo. Pau. de Cast. & Alex. de Jmol. in. l. pretia rerū. ff. ad. l. fal. Roma. & Alexā. de Jmo. in. l. pretia rerum. ff. ad. l. fal. Roma. & Alexand. de Jmo. in. l. si quis cum aliter. ff. de ver. oblig. Ang. Are. in. §. si quis agēs. versi. quarto etiam secundum Ang. &c. insti. de actio. Fateor quod Ang. peru. sensit contrarium in repeti. l. sciendum. ff. de verb. ob. & in. l. pretia rerum. & l. j. C. de prescrip. xxx. anno. superius allegatis motus principaliter per. l. j. C. de predi. curia. lib. x. que tamen. l. non obstat: quia ibi non negatur quin possit contrarium probari: & quod venditor deceptus extiterit vltra dimidiam iusti pretij: sed bene dicit tex. illius. l. quod si probauerit ex necessitate rei familiaris factam esse venditionē, & appareat eam factam cum decreto iudicis, quod non pōt venditor allegare se dolo inductum ad vendendum, vel oppressum per potentiam emptoris: etiam in. d. l. non interuenit subhastatio, sed decretum iudicis: preterea esto, quod pro facto iudicis presumendum esset: & sic, quod prima facie venditio facta cum subhastatione presumi deberet facta esse pro iusto pretio, vbi tamen probatum est de valore, & ex probatione huiusmodi apparet venditorem, seu debitorem, cuius res pro debito vendita est, fuisse deceptum vltra dimidiam iusti pretij, satis apparet de fraude: vt dicit Alex. de Jmo. in d. l. si quis cum aliter. & in allegata. l. pretia rerum. quia vbicūque est lesio in magna quātitate presumitur dolus. l. anus. §. Lucius. ff. que in frau. cred. Pro quo faciunt no. per Bar. in. l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. & in. l. si. ff. de preto. stipu. & ad predictam decisionem facit: quia si verū esset quod re vendita ad subhastationem nō posset lesus vltra dimidium iusti pretij intentare remedium. d. l. ij. quasi sit presumptio iuris et de iure qd̄ lesus nō extiterit, iam sequeret qd̄ revēdita per minorem cum subhastatiōe, ac etiam authoritate curatoris, & decreto iudicis, non posset per in integrum restitutionem venditio retractari: quod est falsum: vt est bonus tex. in. l. si quidam. C. de pred. mino. Quamuis igitur medietas oppidi, seu castri de Castellario cum mero & mixto imperio, & alijs suis pertinentijs & iuribus vendita extiterit ad subhastationem, seu inquantum pretio mille florenorum nobili Claudie de toraono tanquam pretense plus & vltimo offerenti, potest nihilominus nobilis & generosus vir Joānes de Glandeues, cuius erat pars huiusmodi, cum suis pertinentijs et iuribus experiri, & contra eam intentare remedium. dicte. l. ij. cum dicat, et pretendat se fuisse lesum vltra dimidiam iusti pretij: quinimo & vltra duplum, aut triplum iusti pretij: potest nihilominus petere, fructus perceptos, & hoc pro concurrenti quātitate eius quod deest de iusto pretio: vt voluit Joan. Calde. questio. decima octaua. versicu. quod videtur etiam in non suspecto cōtractu, si deceptio in pretio est notabilis, &c. Que dixerim, &c.

¶ De feud. non habent. prop. natu. Rubri.

¶ Epitome.

¶ Cum feuda in regno Francie sint redacta instar patrimoniorum, potest feudatarius etiam inscio domino transferre feudum in quācunque volet personam: nec poterit illius heres, maxime vniuersalis & vnicus, contradicere alienationi, siue dationi in emphyteusim perpetuam. h. d.

¶ Consilium. cc.



Existimo quod magnificus et potens vir dominus. A. de Agonto modernus dominus loci de Saltu venire nō possit, nec valeat, contra dationem & concessionem in emphyteosim perpetuam olim factam per bone memorie magnificum & potentem virū dominum Falconem de Agonto quondam do. saltus: tū quia presupposito, citra preiudicium veritatis, quod domini Vasalli nō possent de iure feudorum dare vel cōcedere alteri in emphitcosim res sibi infeudatas, aut aliquas de eisdē: ipsi tamen de consuetudine possunt res huiusmodi, seu res particulares feudorū huiusmodi dare in emphitensim: per id quod voluit Jo. Fab. in. §. adeo. insti. de loca. & cōdu. Jo. Raynau. in. l. imperialem. §. habito. q. vij. de prohi. feu. alie. per Fred. et Pet. Jac. in suis libel. de cōdic. ex lc. Jmperialem. §. calidis. circa fi. ver. ipse fallit qua hodie, &c. & quāuis ipsi loquantur in feudis Regni Francie, quod ideo forte procedit: quia illa sunt redacta ad instar bonorum patrimonialium: vt voluit Jo. Fab. insritu. de empt. & vendit. in princ. & auf. ingressi. C. de sacrosan. eccle. idem tū videtur in feudis Delphinatus, & prouincie: pro eo quia etiā illa redacta sunt ad instar bonorum patrimonialium: & de illis notorie disponat Vasalli tam in vltima voluntate, de eis, vez, testando, ea legādo: quam inter viuos: vt pote ea vendendo, donando, aut alias transferēdo in alium: & sic non retinent propriam feudi naturam: tum et quia dictus quondā magnificus do. A. d. Saltus per se, & suos heredes, & quoscunque successores terrā de qua supra dedit, & in perpetuam emphiteosim concessit prefato Gerardo & nihilominus conuenit, promisit, & ad sancta dei Euangelia iurauit idem quondam do. Agontus sub expressa hypotheca, & obligatione omnium bonorum suorum, mobilium, et immobilium tunc presentium & futurorum, dictum in emphiteosim, et omnia alia vniuersa et singula in donatione, seu concessione contenta tenere, attendere, complere, et contra etiam non facere, seu venire: quo fit vt idem magnificus dominus A. Modernus domi. Saltus, eius vniuersalis successor & heres insolidum & vnicus contra venire non possit. l. ij. C. si quid in frau. patro. l. si creditoribus. C. de seruo pignori dato. l. qui patre. C. de restit. mili. & l. venditrici. C. de reb. alie. non alie. facit quod not. glo. & doct. in. l. cum a matre. C. de rei vendicatione. et Bald. in. l. qui se patris. C. vnde lib. Que dixerim, &c.

¶ De bo. que libe. in pot. Rub.

¶ Epitome.

¶ Sicut filij spurij, non nati ex reprobatu coitu a lege succedunt equaliter matri, vna cum filijs naturalibus & legitimis, exceptis tamen spurijs natis ex matre illustri, quibus a iure denegatur materna successio, ita & succedit mater filijs equaliter. An autem premoriente filio succedat ei mater reiecto patre, in his, que eidem filio matris cōtemplatione obuenerant, & an etiam pater in simili in bonis que sui contemplatione filio obuenerāt succedat solus, an vero in vtroque casu succedant equaliter. Cum pendeat adhuc hec questio inter doc. difficile est ex ea veritatem elicere. h. d.

¶ Consilium. ccj.



Si supponamus, prout ponitur in facto, quod Aliseta tempore contracti matrimonij per & inter Stephanum Joannis, filium naturalem & legitimum prouidi viri Bertrandi Joannis ex vna parte, et Catherinam filiam naturalem tantum, seu Bastardam eiusdem Alisete, bona sua donauerit primo filio ex matrimonio huiusmodi procreando: et quod primus filius ex matrimonio huiusmodi procreatus fuerit quidam nomine Antonius, qui postea vita functus est & decessit, superstitibus, et sibi

sibi superuenientibus prefatis Stephano, et Catherina patre, et matre, ac Bertrando, et Aliseta auo paterno, et auia materna. Restat pulchra questio. An huic Antonio debuerit insolidũ succedere prefata Catherina eius mater in bonis sibi donatis per dictam Alisietam, an ve in illis succedere debuerint equis portionibus prefati Stephanus pater, frater, et Catherina mater: vide Bald. de vba. in suo tractatu. deci. xij. parte. et q3 Bar. in auth. Itaq3. C. communi. de succes. et in. l. post dotem. in si. ff. solu. matri. dicit q in bonis peruentis ad liberos ex linea materna debeant succedere parẽtes linee materne, exclusis parentibus linee paterne: et in bonis peruẽtis ad liberos ex linea paterna succedunt parẽtes paterni ipsis liberis, exclusis, et repulsis parẽtibus linee materne: Pro quo allegat, et dicit esse casum in. l. quod scitis. C. de bo. que liber. Et hanc opinionem Bar. sequitur Joan. de Jmol. in. d. l. post dotem. eam etiam sequitur ibi Roma. per multas rationes, quas succincte refert Alex. de Jmo. in. d. l. quod scitis. in addi. ad Bal. Pro hac parte consuluit idem Roma. consi. xl. exord. Visis, ac discussis puncto et constitutionibus, etc. eam etiam tenuit Pau. de Cast. in. d. l. quod scitis. et pro ea sepe consuluit Bar. hanc etiam partem videtur sensisse Mathe. de Matha. in suo tracta. de succes. ab intest. in secundo articulo. prin. Ex quibus secundum hanc opinionem videretur dicendum, quod prefata Catherina debuerit insolidum succedere eidem quondam Antonio filio suo in bonis sibi donatis per dictam Alisietam matrem eiusdem Catherine presupponendo tamen quod ipsa Catherina nõ fuerit nata ex coitu reprobato, et dãnato per aliquam legem ciuilem. Bal. vero in. d. l. quod scitis. et ipse Bal. Sali. et Fulgo. in auth. defuncto. C. ad tertu. Pe. de Anch. consi. cccxxxiij. Reyne. in. d. l. quod scitis. et Ang. Are. in. §. toties. institu. de serui. cogn. aliter sentire videtur. dicunt enim, quod vndecunque bona quesita extiterint, succedunt regulariter parentes tam paterni, quam materni suis liberis: duntamen sint eiusdem gradus: vt verbi gratia pater, et mater succedunt filijs, et filiabus suis: et si nec pater, nec mr̃ supersunt, succedũt auus et auia, paternus, et paterna: et auus, et auia maternus, et materna: si tamẽ hi supersunt, aut illi qui supersunt: pro qua opinione allegatur dicta authen. defuncto. et tex. vnde sumitur allegantur: et alie rationes, quas non curo referre ne sim prolixus: et secundum hanc opinionem dicendum esset quod prefati Stephanus, et Catherina pater, et mater successerunt equis portionibus: quilibet, videlicet, pro dimidia parte prefato Antonio suo filio: et re vera ista materia nõ est sine difficultate: quia vbi sapientes discordant, non est facile reperire veritatem: nisi forte quis dixerit, quod id quod predixi secundum opinionem Bar. et sequaciũ procedat quãdo bona peruenerunt ad liberos ex parentibus legitimis, quod nõ est hic: pro eo quia Catherina fuit bastarda, non filia legitima dicte quondam Alisiete, sed istud nõ videtur obesse: pro eo quia ipsa Aliseta perinde habenda videbatur quoad hoc vt succederet filie, et alijs ex ea descẽdẽtibus, ac si fuisset parẽs legitima: et prefata Catherina, et liberi descendentes ex ea, perinde ac si eadem Catherina fuisset filia naturalis et legitima eiusdem Alizete: per ea que habentur in. §. meminisse. institu. ad Orficia. in. l. prima. §. sed si vulgo. ff. eo. titu. l. si qua illustris. C. eo. et quod ponit Ang. in auth. quib. mod. natu. effic. sui. §. si. per que probatur, quod filij naturales tantum, vel bastardi non nati ex coitu reprobato et damnato per aliquam legem ciuilem succedunt eorum matri, perinde ac si essent naturales et legitimi: et succedunt etiam cum filijs naturalibus et legitimis: preterquã in casu. d. l. si qua illustris. et econtra matres, et alij ascendentes per lineam maternam succedunt ab intestato dictis liberis bastardis perinde ac si fuissent naturales et legitimi: hoc est ex legitimo matrimonio procreati. §. si. insti. ad tertu. §. vulgo. institu. de succes. cogna. et in l. si spurius. cum suis similibus. ff. vnde cog. q3 tamen iste articulus non est sine dubio, consulo appunctuamentum: et q3 prefati Rabanini, si inuenerint pacem, potius recipiat dimidiam partem, et duas tertias partes, vel dimidiam alterius dimidie, quam quod litigẽt. ¶ Ad vltimum quesitum, quo queritur. an supposito quod predicta donatio facta fuerit, non quidem filijs dictorum Stephani et Catherine: aut alicui ex eis, sed ipsi Catherine filie Bastarde, debuerit prefata Alizieta succedere eidem Catherine filie sue: respondeo q sic per iura predicta: scilicet, per. §. si. institu. ad tertul. et l. si spurius. cum suis simil. ff. vnde cogna. Preterea, cum eadem Catherina mortua fuerit post oẽs eius liberos, nihil petere posset dictus Bertrandus in bonis donatis, etiam supposito q dicta Alizieta eidem Catherine succedere non potuisset: debet enim ipse Bertrandus metiri ius suum ex sua persona, non ex persona, vel defectu persone alterius. l. j. ff. si pars here. peta. Quo fit, vt presupposito q dicti Rabauini possessores dictorum bonorum nullũ ius habuissent, vel haberent in eisdem ipsi tamen deberent ab impetitis absolui. l. fi. cum suis simil. C. de rei vend. Et ita mihi videtur sub correctione cuilibet domini melius sentientis.

¶ De fideicommiss. Rub.

¶ Epitome.

¶ Neque heres de restituendo grauatus, nec etiam vsufructuarius vniuersitatis, Gregis, Armenti, vel Equitij tenentur de interitu animalium restitutioni subiacentium: minus ex fortibus post, vel ante natis numerum demortuorũ animalium complere: nisi existente substantia hereditatis diminuta, fructus ab herede percepti ascenderent ad quartam trebellianicam: nam tunc quod superest venit fideicommissario restituendum: que tamen non habent locum in liberis de restituendo grauatis, nisi quid dolo, aut lata eorum culpa perierit de rebus restitutioni subiacentibus. h. d.

¶ Consilium. ccij.



Dixi alias et scripsi, q animalia addita animalibus, que habuisse pretenditur tempore eius vite et mortis prouidus quondam vir Michael Thome loci de Bedoyno etiam si ex illis nata pretẽderẽtur, et nata essent, non venirent in restitutione pretẽsi fideicommissi, quod reliquisse dicit idẽ quondã Michael xo uido viro Joanni Thome eius asserto fratri, motus iuribus et rationibus per me tunc allegatis, quas non repeto vitãde prolixitatis causa: quibus nũc addo premissa procedere, etiã si de dictis pretẽsis animalibus dicti quondam Michaelis aliqua, vel multa mortua extitissent: q3 nõ tenebat̃ puid' vir Petrus Thome eius fili' alia animalia, etiã nata ex primis summutare, vel surrogare in locũ demortuo℞: l3 eni̾ hoc fiat, et fieri debeat p vsufructuariũ. l. vetus fuit. qd. §. plane. et l. vel inutiliũ. ff. de vsufructu. et. §. sed si gregis. cũ simili. insti. de re. diui. quod intelligendũ est, qñ fuit legatus vsusfructus Gregis: aut Armẽti: vel Equitij: et sic vniuersitatis: nõ si singulorum animalium. l. qd ergo. §. sed quod dicit̃. ff. de vsufruc. not. gl. et doct. in. d. §. sed si gregis. hoc tamẽ nõ sic reperitur fuisse cõstitutũ in herede grauato: sc3, q ipse teneatur in locũ demortuorum animalium alia summutare, vel surrogare: nisi in casu: et cum grano salis: videlicet, cum substantia hereditatis fuit diminuta, et heres de restituendo grauatus tot fructus percepit, q illi sufficiunt ad quartam trebellianicam, et fructus eiusdem quarte, et vltra, q ex illo residuo excedente quadrantẽ fieri põt suppletio substãtie diminute: eo eni̾ casu fructus percepti per heredem de restituendo grauatũ, quatenus excedunt quadrantẽ, debent regulariter restitui fideicommissario: per text. singularẽ. in. l. si is qui quadringenta. alias incipit. Scribit Celsus. ff. ad treb. dixi autem regulariter: q3 ista regula fallit in liberis primi gradus. l. iubemus. C. ad treb. per quã hoc ipsum voluit Bart. in. d. l. scribit Celsus. hoc etiã voluit ibi Ang. et idem Ange. et Joan. de Jmo. in. l. postulante. §. sed in huiusmodi. ff. ad treb. cum quibus transit Alex. in. l. in fideicõmissariã. ff. co. tit. et ita cõsuluit Ang. cõsi. cclij. exor. An in restitutione fideicommissi veniant fructus percepti testatoris iudicio. ver. sed imo fallit vbi substantia, etc. Cum igitur prefatus Petrus Thome esset filius dicti quondam Michaelis, et sic de liberis primi gradus, non tenebatur etiam supposita diminutione substãtie, vel patrimonij dicti quondam Michaelis, supplere de fructibus: vel in locum demortuorum animalium, alia animalia nata post mortem dicti quondã Michaelis summutare, vel surrogare. Non nego quin, si illa esset demortua vitio, et culpa lata eiusdem quondam Petri posset eius heres pro damno conueniri. l. mulier. §. sed enim. ibi. culpe plane. et quod ibi gloss. ff. ad Trebellianum.

¶ Ad trebel. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Legitima et trebellianica ascendentes ad dimidiũ totius

patrimonij, que competunt filijs de restituendo grauatis totam hereditatem respiciunt sicut es alienum: debenturque pro rata de quolibet corpore ipsius patrimonij: Et cum voluntas ⁊ propositum distinguant maleficia. Is, qui rem, quã credit suam violenter persequitur, non animo contractandi, sed tantum ius sibi dicendi, non punitur vt fur: sed vt violentus. h. d.

¶ Consilium. ccliij.



Viso memoriali exordiente. Et si iumenta. ex parte nobilis et generosi viri Alani de oreliano, domi. Bedoyni dico ⁊ respõdeo ad dubia de quibus in ca prout infra. Et primo ad primum respondeo prout in alia schedula. vbi videatur. ¶ Ad scõm dico ⁊ respondeo, ꝙ legitima, ⁊ trebellianica respiciũt totũ patrimonium, sicut es alienũ, non vnam rem tantum: et propter hoc debẽtur de quolibet corpore prorata: ⁊ istud est cõmune dictum, per nullum impugnatum: q? pro eo sunt multi tex. qui calumniari nõ possunt: ⁊ hoc satis ponderã antequã scriberem: quod etiam poterat concipi ex verbis meis: non enim dixi, quod ille pro toto patrimonio deberentur in vna re, vel de vna aut duabus: hoc enĩ esset erroneũ: sed dixi, qd in casu emergenti, ille due quarte ascẽdẽtes ad dimidiã partem debite de singulis rebus, poterant detrahi in iumentis venditis: per rationes, et authoritates, quas ego allegaui. Aliud est enim deberi de singularis rebus, aliud est eum cui debetur non posse eas detrahere nisi in singulis: rebus; vt sic cogatur in singulis rebus illas recipere: et propterea de eis diuisionem facere. Primum enim est verum: istud secundum est falsum: Et quoad legitimam, quod filius possit eam detrahere in vna re, vel in duabus in casu occurrenti, hoc voluerunt Cyn. Oldra. Albe. Barto. Bald. Pau. de Castr. Alexand. de Imol. Barba. Panormi. Francisc. de Are, Petr. de Anchara. ⁊ alij quidam. Quo vero ad trebellianicum in casu currenti, etiam hoc voluerunt Barto. Alexand. de Imol. Panormita. et Petr. de Anchar. ⁊ alij quidam. Fateor quod Salice. ⁊ quidam alij visi sunt sentire oppositum: sed quod predixi videtur esse verius in hoc casu: signanter cum non fuerit patrimonium deturpatum, nec vendita preciosiora sunt enim vendita bona mobilia, vel se mouẽtia, que subiacent multis periculis, remanentibus immobilibus. Respõdeo igitur quod alienatio tenet insolidum. primo quidem quatenus cõcernit animalia in actu, ⁊c. quia illa non veniunt in restitutione fideicommissi: ⁊ quoad alia vsq; ad valorem quartarum, que debebantur Petro Thome de singulis rebns totius patrimonij. ¶ Ad tertium dico ⁊ respondeo, quod ego non dixi crimen violentie ꝓ obtinenda pena de qua. in. l. si quis in tãtam. posse obijci agẽti, hoc enim esset falsum: q? de ea excipi non potest iuxta mentem Feder. de se. Panor. ⁊ aliorum. ante latam sentẽtiam: sed dixi, ꝙ ad causam violentie commisse per Ioannem Thome, ipse inciderat in penã. d. l. Quo vero ad id quod queritur de crimine abigeatus, an de illo opponi possit: non puto quod de hoc sit disputandum in hoc casu: quia dictus Ioannes non est censendus hoc crimen cõmisisse: non enim hoc fecit animo ⁊ intentione contractandi, ⁊ lucri faciendi rem alienam, sed voluit sibi ius dicere in re, quam suam esse pretendit: quo fit, vt cum voluntas ⁊ propositum distinguant maleficia, debeat ipse ad causam violentie per eũ commisse puniri: non vt fur, vel abigeus, sed vt violentus.

¶ De accusa. Rubrica.

¶ Epitome.

¶ Prosunt quam maxime ad attenuandam accusationem boni mores, coniucta proborum virorum conuersatio, diuitie, qualitas. persone grauitas, ⁊c. Quod si contingant cõfessum de se, ⁊ in se interrogari de alijs in casibus a iure permissis, non sibi creditur, nisi subsint indicia contra inculpatum. hoc dicit.

1 ☞ In se, vel de se delictum confessus, de aliorum conscientia interrogari non debet, certis casibus exceptis. ⁊ nu. 2.
3 In examinandis delictis qualitas personarum, et delictorũ ponderanda.
4 Testis sponte se offerens suspectus est de similibus ad similia idem est iudicium.
5 De similibus ad similia idem est iudicium.
6 Dicto testis infamia, vel turpitudine notato non creditor extra tormenta.
7 Notatus vno vitio, non sequitur vt sit in alio.
8 Plures probationum species non iunguntur ad inuicem, nisi vnaquecq; species sit in suo genere perfecta.

¶ Consilium. cciiij.



Viso processu cause inquisitionalis dudum cepte, ⁊ aliquandiu ventilate per et inter venerabilem, ⁊ egregium virũ dominum matrẽ Regium in Senescalia Bellicadri, et Renauũ ex vna parte, ⁊ nobilem generosum ⁊ potentem virum Philippũ cõbe Baronem, ⁊ dominũ de Sabrano, ⁊ de Tresquis dominum Ioannẽ Reboli presbyterũ, ⁊ quosdam alios pretensos delatos, ⁊ inquisitos super quibus vide quod scripsi pro Dominico pastelli ⁊ pro Petro a Loberti, ⁊ Philip. Decius in eodem vo. vel in seq. q? posui allegationes cum alijs. Et prosequentium intelligẽtia premitto pro faciliori ostensione boni iuris, ⁊ iuste defensionis eiusdem nobilis Philippi, ꝙ quatenus processus huiusmodi, ⁊ inquisitio de qua in eo eũdem nobilem Philippũ concernunt in se nobilis Philippus legitur intitulatus, ⁊ in hãc inquisitionalẽ cãm instante quo supra tractus: de, ⁊ pro eo ꝙ parte dicti do. ꝓcuratoris Regij pretenderetur ⁊ pretẽdat eundẽ nobilẽ Philippum promouisse, instigasse, solicitasse dictũ dñm Reboli vt fabricaret, ⁊ faceret falsum ꝓcuratoriũ. de quo in actis cause hui? ⁊ ꝙ ipse nobilis Philippus illud per eundẽ do. Reboli tãdẽ fieri ac subscribi, ⁊ signari extorserit, ⁊ fecerit: ⁊ alias fuit idẽ nobilis Philippus intitulatus, prout legitur in actis. ¶ Secũdo premitto. dictũ dñm Ioannem fuisse, et esse confessum, ꝙ sub simulatiõe, seu fictione cuiusdã ꝑtẽse obligationis, ipse hẽe ꝓcurauerat nomen ⁊ cognomẽ venerabilis ⁊ religiosi viri fratris Alberti Petri ordinis sancti Bñdicti ⁊ tũc prioris priorat? Conauci, ⁊ Catilhonis qcq; deinde scripturã factã de ꝓcuratorio superi? mẽtionato ⁊ in hac cã ꝓducto sua manu subscripsit, ⁊ signauit: qõcq; etiã confessus est ꝓcuratoriũ hmõi fuisse, ⁊ esse falsum: ⁊ reuera prefatũ fratrẽ Albertũ petri, nõ cõstituisse ꝓcuratores prout in eo asserit. ¶ Tertio premitto, ꝙ si qs reperiaẽ deposuisse aut dixisse ꝙ dictus nobilis Philippus eundẽ do. Reboli ꝓmouerit instigauerit, aut alias solicitauerit de faciẽdo, ⁊ fabricãdo dictum falsũ procuratoriũ, ꝙ ille est dictus do. Reboli, de se, ⁊ contra se sponte confessus: non autẽ alius: Cuius ꝑpterea depositio, seu dicto, aut inculpationi non est fides adhibenda. l. fi. ⁊ quod ibi glo. C. de accu. c. j. ⁊ quod ibi glo. de confes. l. repeti. §. j. ⁊ l. diuus. §. ex quib? causis. ff. de questio. est enim
1 regula iuris. Quod in † se, vel de se crimẽ cõfessus, de aliorũ cõsciẽtia interrogari nõ d?: nec mirũ: q? est infamis, facinorosus, vilis persona, ⁊ suspecta: vñ ei nõ credit. d. l. fin. ⁊ q̃uis hoc dictum fallat in casibus, de quib? ꝑ gl. in. d. l. fi. est tamẽ verũ regulariter: prout ibi senserunt gl. Cy. Bar. ⁊ Albe. ⁊ vt dicit Alb. in. d. l. fi. post Gabrie. de Oscle. in suo tracta. de fama. §. proxime supra. ver. subijcio etiam aliã qõnẽ, ⁊c. In hac partẽ videẽ inclinare gl. Azo. ⁊ Hugo. in. l. j. §. si quis vltro. ff. de questio. õt enim ibi gl. super verbo. ꝑuenires nõ vt alijs. preiudicãres loquẽs de iudice. idẽ voluit gl. in. l. si filiã. C. de libe. cau. idem Gaudi. in tracta. malefi. sub rubica. de questio. ⁊ tormen. ver. Nunc restat formare circa hunc tractatum bonas questiones de tormẽtis, ⁊c. vbi querẽs, nunquid stetur dicto, ⁊ depositioni hominis de se confessi, ⁊ aliũ inculpãti: vbi cõcludit verã esse opinionẽ Azo. ꝙ socius non facit indicium cõtra sociũ, nisi in certis casib? spãlib? enumeratis ꝑ gl. in. d. l. fi. C. de accu. quinimo etiã ibi cõcludit Gaudi. ꝙ etiã in illis casibus spiritualibus, si nõ ꝓcedãt alia indicia, nõ credit socio: ⁊ istã sñiam t? Guido. de suza. in tract. malefi. sub rubri ca. quali. re. subijci, tormẽ. ⁊ cõcludũt, ambo doc. ꝑfati: ꝙ si persona nominata vel inculpata per eũ, q de se cõfessus est, esset mal? cõditionis ⁊ fame, nõ eñ ꝑpter talẽ nominationẽ poterit subijci tormẽtis: exceptis casibus exceptis: non mirũ:
2 q?, vt post Gabriel. de osele. õt Al. in. d. l. fi. in † alijs casib? de se ꝯfessus nullũ facit indiciũ ꝯ aliũ: ⁊ ita fuit de mẽte Odof. in suo trac. de quest. qui posit? est in Gaudi. de qõ. et tormẽ. versi.

versi. Nunc restat formare. ⁊ Bald. consi. lxxxi. exord. Regu-
la iuris est. ⁊c. in. iij. parte post Spec. tit. de inquisitio. §. i. ver.
Sed scias, ⁊c. quo fit, vt cum casus presens de numero excee-
ptorum nõ existat, nõ debuerit, nec debeat eidem Reboli de
se confesso credi in preiudicium dicti nobilis Philippi.
Fateor tamen ꝙ Bart. in. d. l. repeti. §. j. ff. de questio. ⁊ Sali.
in alleg. l. fi. C. de accusa. videntur aliter intellexisse materiam
3 d. l. fi. ⁊ sue glo. C. de accusa. dicit enim Sali. in. d. l. fi. † quali-
tatem personarum, ⁊ delictorum esse ponderandam: ⁊ omis-
sis his, que ibi not. de hominibus seruilis conditionis dicit,
ꝙ si persona accusata, vel inquisita est libere conditionis, ⁊
non vilis, tunc in criminibus, que sine socijs regulariter non
committuntur, credit de se confessum posse interrogari de
socijs: vt prouincia eis purgetur. argu. l. congruit. ff. de offic.
presi. prout ipse ibi prosequitur: in criminibus vero, que
sine socijs committi possunt, si commissa dicantur contra cõ-
munem salutem omnium, etiam potest quis interrogari de
socijs. l. fi. C. de malefi. ⁊ mathema. alias autem vbi premissa
cessant, non debet quis de se confessus interrogari de alijs. d.
l. fin. ⁊ l. repeti. §. j. superius allega. ⁊ si interrogatus extiterit,
⁊ alium inculpauerit, inculpatio huiusmodi presumptionem
non facit: vt voluit idem Sali. in. d. l. fi. versic. sed tunc oppo-
no, ꝙ nec presumptionem post Cyn. ibi. ⁊ hoc vt freni tem-
peries iudicibus imponatur. d. l. j. §. Diuus. Antonius, ⁊
vt dicit Sali. vbi supra, minus creditur tali de se confesso, si
sponte, ⁊ non interrogatus alium inculpauerit: est enim in-
culpatio seu nominatio huiusmodi. l. suspecta. rationibus al-
4 legatis in. d. l. fi. C. de accus. sic ⁊ alias dici solet, ꝙ † testis spõ
te se offerens est suspectus. l. post legatum. §. his vero. ⁊ quod
ibi glo. ff. de his qui. vt indig. Barto. vero aliter loquutus est
in. d. l. repeti. §. j. dicit enim ꝙ quedam sunt delicta, que non
committũtur principaliter in offensam, seu odium alicuius,
sed propter commodum committentium, vt falsare, seu fa-
bricare monetam: item latrocinia committere: nam, vt dicit
ipse. Latrones non oderunt aliquem, nec propter odium la-
trocinia committunt, sed diligũt es alterius: seu bona: ⁊ isto
casu potest quis secundum cum interrogari de socijs. l. Di-
uus. ff. de custod. reo. d. l. fi. C. de malefi. ⁊ mathema. l. qui vl-
timo. ff. de pe. ⁊ l. fi. ff. ad exhiben. Quedam vero sunt delicta,
que committũtur principaliter in alterius iniuriam, ⁊ odiũ,
⁊ in istis confessus de se non debet interrogari de alijs. d. l.
repeti. §. j. cum suis simili. Sed presupposito, ꝙ doctrine hu-
iusmodi, aut earum altera vere existerent: ⁊ ꝙ propterea re-
cedi deberet a glo. ordinarijs. ⁊ doc. de quibus supra. contra
doctrinam. Jacob. de Butr. in. l. j. C. qui pro sua iurisdi. iudi.
da. dari ve pos. ille tamen non obessent: ⁊ quidem non doctri
na Sali. quinimo faceret pro dicto nobili Philippo: cũ pos-
sit quis faciliter, ⁊ sine socijs facere, aut fabricare falsum in-
strumentum, aut scripturam: ⁊ hoc non habet dubium: non
etiam noceret, vel obesset doctrina Bart. quia esto, ꝙ secun-
dum eam potuisset idem do. Reboli de se confessus interro-
gari de alijs, vel ipse interrogatus alios nominare, non ta-
men fuit, vel est eius dicto, seu nominationi fides adhibẽn-
da: tũ q2 licet magis credatur spõte de se confesso quatenus
cõfessio huiusmodi cõcernit preiudiciũ confitẽtis, ꝙ confesso
in tormentis: minus tamen creditur spontanee confessioni,
quatenus concernit preiudicium inculpati, quam confessio-
ni facte in tormẽtis: vt voluit Bald. in. d. consi. lxxxj. ⁊ Bart.
in. d. l. j. §. questioni. ff. de questio. quinimo dicit Alber. in. d. l.
fin. post Gabriel. de Oie. vbi supra. In casibus in quibus
quis potest de alijs interrogari, eius cõfessio nihil valet, ni-
5 si sit facta in tormẽtis: sic enim videntur asserere l. prouincia-
rũ. C. de ferijs. ⁊ l. j. C. de fal mone. ⁊ † idem videtur esse in a-
6 lijs casibus, in quibus conceditur interrogatio: cũ eadem sit
ratio † Nam cum turpes ⁊ notate persone in testimoniũ re-
cipiuntur, earum dicto sine tormentis nõ creditur. l. ob car-
men. §. si ea rei conditio. ff. de testi. ⁊ si dicatur, ꝙ. §. ille loquit
in infamia iuris, istud non est verum: nam ibi ponit text.
exemplum de arenario, quem constat non infirmari infamia
iuris, nisi demum post sententiam. l. in arenam. C. de inoffic.
testa. not. gl. in. l. j. §. denique. ff. de postulando. tum ⁊ quia di-
ctus do. Reboli, non solum in tormentis nominauit dictum
nobilem Philippum, sed etiam non interrogatus: propter
quod, vt superius dixi, etiam ex hac causa eius pretensa no-
minatio est suspecta: tum ⁊ quia erat etiam tempore dicte
pretense nominationis homo alias criminosus. vt apparet
ex depositionibus testium parte dicti nobilis Philippi in
hac causa productorum, ⁊ examinatorum super. xxxv. ⁊ cer-
tis sequentibus articulis suarum defensionum. Propter
quod, etiam si alias non fuisset de se confessus, sed produ-
ctus vt testis, sibi credi non deberet: tum ⁊ quia, etiam in
casibus in quibus permissum est de se confessum interroga-
ri de alijs, non tamen sibi creditur, nisi subsint indicia contra
inculpatum: ⁊ post Gabrie. de Oie. voluit Alberic. in. d. l. fin.
⁊ hoc etiam voluerunt, vt prediri. Gaudi. ⁊ Guyd. de Suza.
in locis superius alleg. que hic non precesserunt: quamuis
enim pretendi posset esse probatum, ꝙ idem nobilis Phi-
lippus requisierit, aut requiri fecerit dictum fratrem Alber-
tum de resignando dictum eius prioratum in fauorem vene-
rabilis, ⁊ religiosi viri fratris Petri combe, eius fratri: of-
ferendo, vel offerri faciendo sufficientem, ⁊ condignum re-
compensam pro beneficijs eiusdem fratris Petri, aut pen-
sionem, qualem idẽ frater Albertus super dicto eius prio-
ratu retinere voluisset: non tamen ex hoc infertur, nec inferri
debet, quod dictus nobilis Philippus fabricari procura-
uerit, vel fecerit dictum falsum procuratorium ad resignan-
dum in manibus summi pontificis prioratum prementiona
tum. argum. l. merito. ⁊ quod ibi. docto. maxime Bald. ff. pro
7 so. Si † enim etiam criminosus in vno crimine, vt verbi gra-
tia, in furtis. ⁊ rapinis, non propterea presumatur crimino-
sus in alio, vt puta in adulterio, mendatio, vel alijs huius-
modi. argu. l. spadonem. §. qui iura. ff. de excusa. tuto. ad quod
facit quod habetur in. l. si quis ex argentarijs. §. ij. ff. de eden.
quod limitando regulam, semel malus. de reg. iur. in. vj. vo-
luit Bald. ⁊ post eum Joan. de Jmo. in. l. fin. ff. de here. insti.
⁊ idem Bald. consil. lxviij exordiente. Jacob. de Aret. ⁊c. in
prima parte. multo minus presumi debet propter dictas
pretensas requisitiones aut solicitationes factas, vt ex ad-
uerso asseritur, apud dictum dom. priorem de resignando di
ctum eius prioratum. quod idem nobilis Philippus fabri-
cari procurarit, vel fecerit ipsum falsum procuratorium: cui
non obstat depositio nobilis Guilielmi de lauduno, quate-
nus deposuisse, ⁊ dixisse, pretenditur prefatum Philippum
combe, audita illa pretẽsa responsione, de qua idem de Lau-
duno deponit, dixisse verba similia. Parauenture il le resi-
gnera a quelcun, qui ne luy fera pas si bon parti cõme moy:
⁊ post pauca. Par Dieu si iestoye en lauthorite de mõsieur
le Seneschal de Carcassone, ou de monsieur de Monfal-
con, ie luy donneroye tant affaire, quil auroit ioye de le resi-
gner. Et primo quidẽ nõ prima verba: q2 illa nõ important
aliquã cõminationẽ, vt de se patet: nõ etiam obsunt alia, etiã
si de illis appareret. q2 illa pretẽduntur prolata cõditionali-
ter. Si iestoye. ⁊c. non autẽ apparet illã conditionẽ esse puri-
ficatã: hoc est, eundẽ nobilẽ Philippũ esse factũ Senescallũ
Carcassone. ⁊c. non etiã apparet eũ esse hominẽ, qui cõsueue
rit pretensas minas exequutioni demãdare. Preterea, ⁊ hoc
solũ sufficit, presupposito, citra preiudiciũ veritatis, ꝙ ex di-
ctis pretẽsis verbis aliquod indiciũ insurgeret aduersus di-
ctũ nobilẽ Philippũ, opporteret tñ ꝙ indiciũ huiusmodi, ⁊
sic illa pretensa verba probarentur plene: ⁊ sic ad minus per
duos testes: vt voluit gloss. reputata singularis. in. l. fin. ⁊ ibi
Bart. ⁊ alij. C. famili. ercis. Jnnoc. in. c. sicut. de symo. Ang. in
l. fi. in prin. ff. ꝙ me. cau. Bal. in. l. cũ citra. C. de iu. do. ⁊ in. l. ij.
in prin. ff. de excusa. tuto. que tñ nõ reperiunt probata: de his
autẽ nõ deponit, nisi dictus nobilis de Lauduno: nec dictũ
pretensum indiciũ, vt prediri nõ plene probatũ, dz coniungi
cũ alijs pretensis indicijs, si q̃ essent, ad integrandũ vnã pro-
8 bationẽ: non † enim iungũtur ad inuicẽ plures species proba
tionũ. nisi qñ vnaquoq3 species per se est in suo genere perfe
cta: vt voluit Bal. in. l. si qs ex argẽtarijs post principiũ. ff. de
eden. ⁊ ideo dicit: ꝙ si sit vnus testis de fama, ⁊ vnus de ve-
ritate, alius autẽ de alio indicio, nõ cõiungẽtur depositiones
horũ triũ testiũ ad integrandã vnã probationẽ: q2 nec fama,
nec aliud indiciũ sunt probata: secus autẽ esset vbi fama ple-
ne probaretur, ⁊ esset vnus testis deponens de veritate, tũc
enim possent cõiungi probationes huiusmodi: ⁊ scdm predi-
cta intelligit. gl. in. d. l. ij. ff. de excusa. tuto. ⁊ ꝙ habet in. c. cum
causam. cũ cõcordã. de proba. ⁊ ita etiã voluit Alex. de Jmo.
consi. xj. exord. Sentio in dubiũ reuocari. ⁊c. ⁊ cõsi. xix. exord.
Jn his que in themate narrata sunt. ⁊c. in. iiij. volu. Eodem
modo respondet ad id, ꝙ deponere visus est venerabilis vir
do. Achacius Bloti: quatenus deposuisse pretẽditur, ꝙ idẽ
nobilis Philippus cõbe semel sibi dixit. Le prieur de Co-
uant ne veult pas resigner son benefice a mon frere, mais sil
auoit compediteur il le feroit, ⁊ respondroit autrement: hec
enim pretẽsa verba nõ plene probãtur: per ea etiam in nullo
criminabatur dictus nobilis Philippus: sed si verum esset,
solum enũtiasse diceretur: quod, vt plurimum fieri videmus.

Preterea ad impugnationem illius false inculpationis facte per dictum dom. Reboli multum facit, quod ipse sepius dixit prefatum fratrem Petrum combe sibi soli, ⁊ non fratribus eiusdem teneri ad gratiarũ actiones. ⁊c. de hoc enim deponunt duo, aut tres testes: quorum dicto obstare non videtur si forte opponatur, quod non deponunt de eodem loco, aut de eodem tempore: quia ipsi producti non sunt ad probandum quod idem Reboli dicta verba dixerit aliquibus certis loco, ⁊ tempore: sed quod illa dixit: quo casu testes probant per theoricam glo. in. l. ob nomen. §. si testes. ⁊ quod ibi Bart. ff. de testi. ⁊ Pau. de Cast. consi. ccciij. exordien. Jus est minister Dei in terris. ⁊c. ⁊ huic dicto potius standum est, quanuis non iurato, quam sue pretense inculpationi: per ea que not. Bart. in. l. eos. ff. de fal. que saltem videtur procedere quãdo subest presumptio pro eo quod primo dixit: per id quod habetur in. c. per tuas. de proba. ⁊. c. literas. de presumptio. ⁊ voluit Roma. consil. cv. exordien. Cum testis extra iudicium. ⁊c. ⁊ ita fuit, ⁊ est hic: maxime attentis literis scriptis per eundem Reboli ad dictum nobilem combe, sub data die vicesime prime mensis Junij: ⁊ per ipsum Reboli recognitis in accaratione facta de eisdem nobili Philippo, ⁊ do. Reboli: in quibus inter cetera scribit. il ma dict, ⁊ iure sur son breuiere, que autre que celuy que scaues ne laura iamais: ⁊ ainsi il delibere de le faire: mais il veult mander vng homme a son frere pour scauoir sil est mort, ou vif: ⁊ deinde subiungit. Mais (ad cautelam) iay trouue vne inuention pour cela faire, mais ie ne le vous escri pas: quia talia non sunt padenda: que multum debẽt attendi: eo maxime quia cum spectabilis vir dominus tunc locumtenens eundem Reboli interrogasset, que erat illa adinuentio ad cautelam per eum reperta, ⁊ idem Reboli huic interrogationi respondisset, ipse domi. locumtenens verbis ita clare, ⁊ opportune conuicit, vt nihil respondere sciuerit. Pro dicto nobili Philippo etiam facit depositio Jacobi Ribes, quatenus deposuit dictum Reboli eidem inhibuisse ne aliquid de materia falsitatis dicti procuratorij diceret eidem nobili Philippo: facit etiam, quod in prima responsione dicti do. Reboli, idem Reboli respondit se sub simulatione pretense obligationis, de qua in ea, recepisse nomen ⁊ cognomen prefati fratris Alberti cũ titulo beneficiorum suorũ: postq̃ venisse Auinionẽ, ⁊ deinde fuisse vocatum magistrum Franciscum morum notarium pro minutis faciendis. Taceo nobilitatem dicti nobilis Philippi, ⁊ suorum predecessorum. Taceo bonos mores: ⁊ ꝙ cum viris honestis conuersari cõsueuerit. Taceo diuitias per eum, ⁊ nobilem Cathelinum combe nõ male acquisitas. Taceo ꝙ Baro sit. Taceo ⁊ alia multa, que vere tacenda non sunt, cum hec omnia eum iuuẽt, tueantur, ⁊ defendant ab huiusmodi pretensa inculpatione, ⁊ aliud presumi faciant. Que dixerim.

¶ De mune. patri. ¶ Rub.

¶ Epitome.

¶ Sententia arbitramentalis, que transactio, vel conuentio dici potest, ex vno capite condemnatoria, ex altero absolutoria censetur, etiam si pars absolutoria fuerit generaliter non specifice prolata, tacite comprehẽdere omnia illa, que in partium petitionibus continebantur. Cumque collecte, que pro subsidijs, negotijs, oneribusque publicis fiunt sint numera mixta, ac non rebus, sed personis pro rebus imponantur, soli ciues ⁊ incole, non autem forenses, etiam si predia intra limites, ⁊ confines ciuitatis habeant, tenentur contribuere. hoc dicit.

1 ☞ Sententia arbitramentalis est quedam transactio largo modo concepta, vel conuentio.
2 Argumentum de contractibus ad conuentiones validum.
3 Priuilegio, longa consuetudine, ac etiam multis alijs modis prescribitur contra forenses ad hoc, vt possint ipsi cogi ad contributionem munerum mixtorum ciuitatis.
4 Ex separatis non infertur.
5 Non solent principes contra partem inauditam aliquid diffinire.
6 Actus agentium non operatur vltra intentionem eorum.

¶ Consilium. ccv.



Hristi nomine inuocato. Uisis articulis exordientibus. Ut vobis nobilibus. ⁊c. parte vniuersitatis, ⁊ hominũ loci de Ualleserris, contra vniuersitatem, ⁊ homines loci sancti Stephani Uallis Auansoni oblatis, ⁊ productis. Corã vobis nobilibus, ⁊ generosis viris dominis in hac causa arbitris arbitratoribus. ⁊c. Dico, ⁊ opinor vniuersitatem ⁊ homines dicti loci sancti Stephani nõ teneri ad petita: presertim duabus causis. Prima, propter transactionẽ, seu sentẽtiam arbitramentalem olim anno videlicet, incarnationis. Domin. M. cccccviij. ⁊ die. xxij. mensis. Januarij latam, ⁊ promulgatam per arbitros, ⁊ arbitratores antea parte dictorum vniuersitatis ⁊ hominum assumptos, ⁊ electos: constante publico instrumento mihi exhibito, ⁊, vt puto coram vobis dictis dom. arbitris. ⁊c. oblato, ⁊ producto: in quo, ⁊ per quod apparet, ꝙ parte dictorum vniuersitatis, ⁊ hominum eiusdẽ loci de Ualleserris petitum ⁊ postulatum extiterit, ꝙ homines, ⁊ singule persone vniuersitatis loci predicti sancti Stephani habentes, tenentes, ⁊ possidentes terras, prata, vineas, nemora, ⁊ alias possessiones in territorio ⁊ districtu loci de Ualleserris cogerentur ad contribuendum cum vniuersitate eiusdem loci de Ualleserris: iuxta, ⁊ secundum facultes, ⁊ proportiones rerum, bonorum, ⁊ possessionum, quas pro tempore tenebant infra territorium, iurisdictionem, ⁊ districtum huiusmodi in talhijs factis, ⁊ in posterũ faciendis ratione, ⁊ ad causam reparationis ecclesie parochialis dicti loci de Ualleserris, ⁊ fortificationis menium eiusdem loci: quodque cogerentur ad contribuendum in gardia dicti territorij de Ualleserris, ⁊ in quibuscunque alijs tãgentibus rempublicam, commodumq̃, ⁊ vtilitatem reipublice vniuersitatis eiusdem loci de Ualleserris, ⁊ in ipso loco: quo fit vt cum lata ordinatione, ⁊ sententia arbitramentali per prefatos arbitros arbitratores ⁊c. de, ⁊ super facienda contributione pro predictis ecclesie reparatione, menium fortifficatione, ⁊ gardia: ipsi domi. arbitri arbitratores. ⁊c. subiunxerint, ꝙ cum premissis inter partes predictas esset pax perpetua, finis, ⁊ transquilitas, censeantur, ⁊ censeri debeãt ipsi domi. arbitri arbitratores. ⁊c. absoluisse ab alijs impetitis: hoc est, a facienda contributione pro alijs, dictos homines, ⁊ vniuersitatem loci predicti sancti Stephani: postq̃ etiam de illis alijs facta fuerit petitio. Cui nõ obstat, ꝙ prefati arbitri arbitratores. ⁊c. expresse non dixerint se dictos de sancto Stephano ab huiusmodi impetitis absoluere: quia, ⁊ si non formaliter, effectualiter tamen hoc satis dixerunt: cum voluerint, ⁊ ordinauerint, ꝙ, cum per eos ordinatis, esset pax perpetua, finis, ⁊ tãrsquilitas inter vniuersitates, ⁊ homines prefatos: quod sufficit per ea que not. gloss. in. l. preses. ⁊ ꝙ ibi Bald. C. de senten. ⁊ interlo. omn. iudi. ⁊ quod habetur. in l. in summa. ff. de re iudi. accedant not. per Alex. de Jmo. in
1 l. j. versi. in glo. fi. ibi. ⁊c. eod. tit. Preterea sententia † arbitramentalis est quedam transactio. authen. vt diffe. iudi. ⁊ quod ibi glo. ⁊ dato ꝙ sit transactio largo modo non proprie sumpta est: saltem conuentio: per ea que ponit Bart. in. l. furti. §. qui iussu. ff. de ijs qui notan. infa. ⁊ in. l. quod si Ephesi. §. interdum. ff. de eo. quod certo lo. ⁊ docto. in. l. si societatem. §.
2 arbitrorum. ff. pro socio. quo fit, † vt cum in contractibus, ⁊ conuentionibus procedat argumentum a contrario sensu. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pac. dota. not. Bald. in. l. conuenticulam. C. de episco. ⁊ cle. ⁊ Roma. in. l. si cum dotem. ff. solu. matri. ⁊ aliquid Barba. remisse. consi. lxj. exord. Scribitur. sapienie septimo. ⁊c. in prima parte, inferri possit argumento a contrario sensu transactum extitisse, ꝙ homines ⁊ vniuersitas dicti loci sancti Stephani nõ tenerẽtur cõtribuere in alijs, preterq̃, vt predixi, in ecclesie reparatione, meniũ fortificatione, ⁊ gardia: hoc autẽ argumentũ fortissimũ est. l. j. §. huius rei. ff. de offi. eius cui mãda. est iurisdi. l. qui testamẽto. §. mulier. ff. de testa. c. publicato. de elec. ⁊. c. cũ apostolica. de ijs q̃ fi. a prela. Preterea, ⁊ scdã rõne pbatur, ꝙ vniuersitas, et homines prefati de Ualleserris male petierunt, et petunt dictos de sancto Stephano cogi, et compelli ad contribuendum in omnibus, et quibuscunque subsidijs, negotijs, talhijs, et chargijs hucusque factis, debitisque, et etiam faciendis dictam eorũ vniuersitatẽ tangentibus: quoniam

niam talhie, seu collecte, vtpote munus mixtum, imponūtur
nō quidē rebus, sed personis pro rebus: quo fit vt imponant
ciuibus, ⁊ incolis tantū. l. rescripto. §. si. cū suis simi. ff. de mu-
ne. ⁊ honore. nō autē imponi possunt forēsibus, ⁊ extraneis,
q̄uis habeant, teneant, ⁊ possideant bona in territorio, ⁊ di-
strictu imponentis. d. l. rescripto. §. fin. ⁊ l. libertus. §. sola. ⁊ ꝙ
ibi Bart. ff. ad municip. no. Bar. Jac. Rebuf. ⁊ Jo. de Pla.
in. l. i. C. de mulie. ⁊ in quo loco. ⁊ voluit Oldr. cōsi. mihi. cxix.
exord. Factū est tale. Quidam homines do. Raymundi de
Lancio. ⁊c. ⁊ Panor. in. c. nō minus. versic. tertiū fuit quādo
imponitur onus persone. ⁊ c. de immuni. eccle. ⁊ hec est cōmu
nis opinio omniū doct. secundū Bart. in. d. §. sola. Esto igitur
ꝙ vniuersitas, ⁊ homines dicti loci de Valleserris pro sub-
ueniendo suis necessitatibus, vel alias sibi possent collectā,
vel tailhiā imponere: super quo pro nūc nō disputo: eā tamē
imponere nō possent prefatis de sancto Stephano forensi-
bus, ⁊ sibi nō subditis, licet predia infra territoriū, ⁊ districtū
dicti loci de Valleserris possideant, ⁊ habeant: ⁊ hoc de iure
5 cōmuni: si † vero ipsi hoc facere consueuissent, signāter per tē-
pus de cuius initio, vel cōtrario memoria nō esset, nō nego
quin posset per eos eisdem de sancto Stephano collecta, vel
talhia imponi: q2 hoc potest ex priuilegio, ⁊ consuetudine, ⁊
alijs quibusdā modis indici: vt voluit Bart. ⁊ post cum alij.
C. de mulie. ⁊ in quo lo. sed cessante cōsuetudine legitime pre
scripta. ⁊c. priuilegio, ⁊ alijs modis de quibus per Barto. ⁊
alios in d. l. i. istud fieri nō posset. Fateor, ꝙ si aliqui ex homi
nibus originarijs, seu oriundis loci de Valleserris se transtu
lissent ad dictū locū sancti Stephani, ⁊ ibi nūc habitarēt, illi
possent cōpelli ad cōtribuendū cum illis de Valleserris pro
bonis, que habent, tenēt, ⁊ possident in loco, territorio, ⁊ di-
strictu huiusmodi: per id ꝙ voluit Oldr. in dicto consi. ⁊ Jo.
And. in addit. Spec. tit. de censi. §. nūc dicendū. Verū, q2 op-
ponitur de extimo: dico. ꝙ si tempore facti extimi omnia bo
na sita in territorio ⁊ districtu dicti loci de Valleserris fuis
sent hominū ⁊ incolarū de Valleserris, ⁊ ipsi in cōmuni cum
perpetua promissione pro se, ⁊ suis successoribus fecissent
extimū de soluendo collectas, ⁊ functiones: vel etiā si tēpore
extimi bona predicta fuissent partim dictorū de Valleserris,
⁊ partim illorū de sancto Stephano, ⁊ ipsi omnes fecissent
extimū cum promissione huiusmodi, tunc esset verū ꝙ ex ad-
uerso opponitur: sc3. ꝙ nō solū ciues, ⁊ incole loci p̄dicti de
Valleserris tenerent ad cōtribuēdū in collectis, que fiunt, ⁊
fiēt in ipso loco de Valleserris, sed etiā illi de sancto Stepha
no, qui pro tūc habebāt, vel nūc habent, aut imposterū habe
būt predia ⁊ possessiones: ⁊ nō solū isti, sed etiam alij quicun-
que forenses, ⁊ extranei ad quos postea predia peruenissent,
vel imposterum peruenient: iuxta ea, que voluit Bald. con-
si. xlviij. ⁊ consi. cccxxiiij. in prima parte. ⁊ Bart. in. d. l. rescri-
pto. §. si. possunt enim hoc modo predia fieri tributoria: quod
si fiat, transeunt cum suo onere: ⁊ sic non minorisi, prout alle-
gatum est per egregium virum dominum Oruncium eme,
in patria Ebredunēsi, ⁊ Briansonensi homines, etiā forēses
⁊ extranei, contribuunt in locis in quibus possident: pro eo
quia, vt sciuit, in patria illa, ⁊ locis sunt regestra, per que
obligantur bona, ⁊ possessiones ad contribuendum in om-
nibus collectis: sed ex his, que ibi fiunt propter regestrum ⁊
obligationes, non est arguendum ꝙ ita fieri debeat in loco
4 de quo nunc agitur: quia † ex separatis non infertur. l. Pa-
pinianus exuli. ff. de minoribus. ⁊ l. inter stipulantem. §. sa-
cram. cum simili. ff. de verbo. oblig. ⁊ quod eleganter, ⁊ plene
voluit in terminis nostris Francisc. de Aret. consil. cxxxiij.
exord. In causa, que vertitur inter homines, ⁊ commune. ⁊c.
Et hoc, nisi etiam in loco de Valleserris esset, vt predixi, vel
extimum, vel regestrum huiusmodi: de quo nō sum informa
tus: ⁊ voluissem informari: ⁊ sic videre, ⁊ intelligere potuis-
sem si est ibi factum extimam: ⁊ ad quos fines factum est: ⁊
vtrum presentibus, ⁊ consentientibus dictis de sancto Ste-
phano, vel eis absentibus: si enim factum sit eis absentibus,
palam est ꝙ eis non preiudicat: etiam si hoc fecissent in vim
pretensarum literarum emanatarum ab excellentia Delphi-
nali: per id quod habetur in. l. nam ita Diuus. ff. de adop. l.
5 de vno quoque. ff. de re iudi. ⁊ c. i. cum infinitis simili. de cau.
possess. ⁊ proprieta. vbi dicit Papa. Nos † contra partem in-
auditam aliquid diffinire non possumus. Si etiam esset fa-
ctum extimum, nō quidem ad fines se obligandi ⁊ predia de
contribuendo in omnibus collectis, sed solum ad fines con-
tribuendi in collectis, siue talhijs, que soluuntur Serenissi-
mo domino nostro Delphino, nō deberet extimum extendi
ad hunc casum: nec propter ipsum deberent dicti de sancto
Stephano compelli ad contribuendum in alijs collectis,
seu talhijs, que imponerentur per illos de Valleserris: quia
6 † actus agentium non operantur vltra intentionem eorum.
l. obligationū substantia. §. i. ff. de actio. ⁊ obliga. ⁊ l. non om-
nis. ⁊ quod ibi docto. ff. si cert. peta. Nec ex hoc ꝙ prefati de
sancto Stephano cōtribuere consueuerūt in talhijs Delphi
nalibus cū illis de Valleserris pro predijs ⁊ possessionibus,
quas habent in territorio ⁊ districtu dicti loci de Valleser-
ris, compellendi sunt ipsi de sancto Stephano ad cōtribuen
dum in alijs collectis. vel talhijs, quas pro suis negotijs im-
ponunt dicti de Valleserris: quia in primo casu ipsi de san-
cto Stephano nullum patiuntur interesse seu damnum: si
enim pro possessionibus, ⁊ predijs huiusmodi nō contribue-
rent cum illis de Valleserris, ipsi pro eisdem contribuerēt
rent in loco sancti Stephani, ⁊ cum alijs hominibus eius-
dem loci: q2 talhie Delphinales imponuntur ab eo. qui ha-
bet vniformem iurisdictionem in vtroque loco: ⁊ sic potest
incola. vel ciuis vnius loci cogi ad contribuendum in vno
loco pro omnibus predijs, ⁊ possessionibus, quas, ⁊ que ha-
bet, tam in loco illo, ⁊ suo territorio, quam alibi: vel etiā po-
test cogi ad contribuēdum in loco illo pro bonis ibi existen-
tibus: ⁊ pro alijs bonis in locis vbi sunt: ⁊ in hoc seruatur cō
suetudo: pro quo videri poterunt scripta per domi. Guyd.
Pap. decisione. lxxxvij. exord. Si villa, aut communitas. ⁊c.
versicu. vlterius ⁊ quinto circa hec quero. ⁊c. Secundo vero
casu paterētur prefati de sancto Stephano magnum inter-
esse: quia videlicet, compellerentur contribuere in talhijs ⁊
collectis, ad quas non tenentur. ¶ Ad id vero quod oppo-
nitur de not. per Barto in. l. nullus. C. de cur. publi. lib. xij. ⁊
per Pe. de Anch. in. c. non minus. de immuni. eccle. qui vo-
luerunt, quod etiam clerici possunt propter expellendam so-
cietatem armigerorum, que venit in commitatum depredan
do, currendo, ⁊ occidendo, granari ad dacia. collectas, ⁊ alia
onera sordida: quod etiam voluerunt Jaco. Rebuf. ⁊ Joan.
de Plat. in. d. l. nullus. ⁊ in. l. si diuina domus. C. de exacto.
tribu. ⁊ Petr. de Ancha. consi. xciiij. exord. Super predicto
dubio multa possunt. ⁊c. ⁊ Panor. in. d. c. non minus. Re-
spondeo ⁊ dico, quod docto. prefati loquuntur in casu mul-
tum diuerso a casu nostro: loquuntur enim quando hostilis
excercitus ingressus est patriam aliquam ad eam depreden-
dum, incendendum castra. ⁊ villas, occidendum homines, ac
etiam capiendum. ⁊ fortasse in captiuitatem deducendum:
quo casu, quia repellere talem excercitum concernit commo-
dum, ⁊ vtilitatem omnium hominum illius prouincie, om-
nes pro illorum repulsione, ⁊ expulsione tenentur: ⁊ debent
contribuere: per rationes allegatas a prefatis docto. quas
non repeto. Armigeri vero regij, ⁊ Delphinales, seu glorio-
sus ille excercitus, qui meatum fecit per loca diuersa Del-
phinatus non venit ad loca illa inuadendum: villas, aut ca-
stra incendendum: ciues, ⁊ incolas occidendum, aut capti-
uandum, aut bona eorum depredandum, sed vt felicissime
progrederetur, ⁊ pro recuperatione regni, quod fuit prede-
cessorum Serenissimi domini nostri regis Delphini: ⁊ ho-
die dicitur esse suum. Propter quod non puto, quod ex ad-
uerso allegata inferant, quod dicti de sancto Stephano de-
beant contribuere in expensa, seu sumptu facto per dictum
excercitum, seu partem illius in dicto loco de Valleserris:
putarem tamē reuera, quod pro solutione sumptuum, ⁊ one-
rum supportatorum per illos Delphinales subditos, per
quorum loca dictus excercitus, seu partes illius transierunt,
deberet fieri vna talhia generalis in toto Delphinatu, in
qua omnes contribuerent: saltem, qui contribuere consueue-
runt in talhijs Delphinalibus: quinimo forte, ⁊ alij quidam
per id quod post Pet. voluerunt Cyn. ⁊ Alb. in. l. neminem.
C. de sacrosanct. eccle. super quo vlterius non me extendo: q2
de hoc non queritur.

De testamen. Rub.

¶ Epitome.

¶ Filius, qui adit paternam hereditatem, aut per suum te-
stamentum rata habet disposita in testamento paterno, in
quo ipse pater etiam disposuit de rebus prius donatis ipsi
filio, videtur tacite renuntiasse donationi sibi facte in eo: q2
vbi exigitur consensus in actu, sine quo etiam actus alias es-
set nullus, non refert, etiam si ille interueniat ex interuallo.
hoc dicit.

1 ☞ Donatio inter patrem ⁊ filium est regulariter nulla: nec
firmatur iuramēto secundum aliquos tenentes contra com-

munem.ꝛ nu.2.4.6.
3 Pater ꝛ filius censentur vna ꝛ eadem persona.
5 Ex donatione facta per patrem filio oritur obligatio naturalis secundum Bald.
7 Per stipulationem notarij non queritur actio vtilis, vel ius aliquod parti sine cessione in extraiudicialibus conuentionibus, nisi subsequatur ratihabitio:ꝛ.8.
9 Donatio requirit presentiam persone, aut eius loco nuntium, vel epistolam, que sunt donationis extrema habilia.
10 Beneficium collatum, ante habitam notitiam, literarum presentationem, ac ratihabitionem non acquiritur.ꝛ numero.11.13.14.ꝛ.16.
12 Que potestas est ciuitatis in suum ciuem, eadem est patris in filium.
15 Ille dicitur possidere, cuius nomine quis possidet.
17 Pater, qui dotem pro filia promisit potest quandocunque ante nuptias celebratas stipulari illam sibi reddi.
18 Cui acquiritur ius ex contractu, debet illum acceptare cum omnibus clausulis in eo appositis.
19 Quem quis honorat, eundem onerare potest.
20 Uerba generalia, que salua recti sermonis ratione restringi nõ possunt ad oĩa in actu disposita indistincte extendi debẽt.
21 Exceptio, q̃ obstabat defuncto, obstat regulariter ꝛ heredi.

Consilium. ccvj.



Viso casu mihi exhibito parte nobilis ꝛ generosi viri Gauf-
fridi de Clauaysone domini eiusdem lo-
ci, ꝛ dubijs ex casu huiusmodi subtiliter
elicitis: premitto pro faciliori solutione
dubiorũ huiusmodi, ꝙ donatio de qua
in dicto casu, ꝛ quam fecisse pretenditur
nobilis quondã, ꝛ potens vir dominus Gauffridus de Cla-
naysone nobili vir Amedeo eius filio, licet tunc absenti, de
castro ꝛ loco Clauaysonis cum suis pertinentijs, ꝛ iuribus,
ꝛ alijs in instrumento super hoc confecto plenius mentiona-
tis, nõ videtur fuisse donatio propter nuptias: ea videlicet,
ꝛ illiꝰ nature, de qua, ꝛ cuius natura habetur in.§.est ꝛ aliud
instit.de dona.ꝛ in.l.j.ꝛ per totum titulum.C.de donat.ante
nup.cuius illa assignatur ratio: qꝛ donatio propter nuptias,
de qua sermo habetur in predictis iuribus fit per virum, vel
ex eius parte sue vxori.l.vltima.§.sancimus.C.de dona.ante
nup.ꝛ.c.nuper.in fi.ꝛ quod ibi glo.de dona.inter vir.ꝛ vxor.
ꝛ fit donatio huiusmodi propter multas causas, quas post
Abba.anti.Pet.ꝛ Jo.And.colligit Panor.in.c.fi.de dona.
inter vir.ꝛ vxor. Donatio autem de qua supra non fuit fa-
cta nobili Alisie Malete dicti nobilis Amedei tunc future
sponse, sed ipsi nobili Amedeo: vt apparet ex tenore instru-
menti donationis huiusmodi: nec etiam legitur donatio hu-
iusmodi fuisse facta dicto nobili Amedeo, vt deinde res do-
natas donaret donatione propter nuptias eidẽ nobili Ali-
sie, ꝛ sic non obstat.l.vt liberis.C.de colla.ꝛ ꝙ donatio huius-
modi censeri non debeat donatio propter nuptias, ea vide-
licet, de qua loquitur iura superius allegata, voluit Pau.de
Cast.cõsi.cv.exord. Circa bona, que fuerunt domini Huberti.
ꝛc.ꝛ do.Jac.de Aurelia.in quodã suo cõsi.exord. Factũ tale
est. Titius dedit, cõstituit, ꝛ assignauit in dotem.ꝛc. propter
ꝙ cũ donatio huiusmodi facta fuerit prefato nobili Ame-
deo tunc existenti in patria potestate eiusdem do.Gauffridi
illa videtur non valuisse.l.donationes.C.de dona.inter vir.ꝛ
vxor.ꝛ.l.ij.iunctis ibi not.per gl.ꝛ doc.C.de inoffi.dona.licet
1 enim † donatio inter viuos facta per patrem filio, vel filie in
eius potestate existentibus in quibusdam casibus not.in.d.l.
ij.valeat: hoc tamen nõ suffragatur huic pretense donatio-
ni: qꝛ nullus ex casibus huiusmodi videtur in ea interuenisse:
2 Nec † videtur predicta donatio potuisse firmari iuramẽto: qꝛ
vt videtur voluisse gl.in.c.fi.de don.inter vir.ꝛ vxo.ꝛ expres-
sius gl.j.in.d.l.donationes.C.eo.ti. donatio inter viuos pro-
hibita est inter patrem ꝛ filiũ in eius potestate constitutum
ratione impossibilitatis insurgentis ſm Albe.in.d.l.dona-
3 tiones. ex eo qꝛ pater † ꝛ filius censentur eadem persona: ꝛ sic
inter eos obligatio cõtrahi nõ potest: ꝛ etiã qꝛ donatio esset
profectitia vt infra dicã: ꝛ sic patri quereretur: que impossibi-
litas nõ tollitur per iuramentũ: vt dicit Paul.de Cast.in.d.
consi.cv.ꝛ Humber.de Bouen.in repetit.aut.sacramẽta pu-
berũ.§.ex his premissis tria illatiue inferunt.C.si aduer.vẽd.
Preterea si poneremus talẽ donationẽ ab initio valere, illa
esset ipse filio donatario omnino inutilis, ꝛ consequenter il-
lusoria: qꝛ cum profectitia acquirãtur patri per filiũ, ꝛ nõ ipsi
filio, ꝛ nihil sit magis profectitiũ q̃ id, ꝙ a patre proficiscitur
in filiũ: vt no. Pau.de Cast.in.d.l.ij.C.de inoff.dona. res per
patrẽ filio donata nõ quidẽ acquireretur filio, sed patri: ꝛ sic
pr̃ vna manu reciperet ꝙ filio suo altera manu donaret. Et
4 ꝙ † talis donatio iuramento nõ firmetur tenuerũt Pau.de
Cast.ꝛ Humber.de Bouen.in locis preallegatis.ꝛ Ambro.
de Uina in suo tract.iuramentorũ.versi. Circa hoc probabi-
liter dubitatur, quid de donatione inter patrem ꝛ filiũ.ꝛc.vbi
respondet quibusdam contrarijs per eum allegatis: ꝛ dicit se
sepe ita consuluisse: hoc etiã videtur fuisse de mente Bald.
in.c.cum cõtingat.versi.pater.autẽ potest.ꝛc.de iureiur. Fa-
teor ꝙ idẽ Bal.contrariũ tenuit in.l.iij.C.de vsuca.pro don.
quem etiã aliqui sunt sequuti: ꝛ mouetur Bal.principaliter
5 pro eo qꝛ † ex donatione facta per patrem filio oritur obliga-
tio naturalis: cuius contrariũ ipse voluit in.d.l.ij.circa ante-
6 mediũ.C.de inoffi.dona.ꝛ in.c.cũ contingat.vbi † dicit, ꝙ in-
ter patrem ꝛ filiũ iuramentũ nõ est obligatoriũ: ꝛ secundum
opinionẽ Bald.in.d.l.iij.C.de vsuca.pro dona. aliter fuit iu-
dicatũ per insignem parlamẽti curiã: vt refert do.Guy.Pa.
decisione.cxlv.ꝛ sequen. Preterea presupposito, citra preiu-
diciũ veritatis, ꝙ donatio predicta non posset ex capite pre-
dicto efficaciter impugnari, videtur tamẽ ꝙ adhuc illa nõ va-
luerit ex eo, videlicet, qꝛ illa facta est dicto quondam nobili
Amedeo tunc absenti, ꝛ non interueniẽte nuntio vel episto-
la: per id ꝙ no.gl.ꝛ doc.in.l.illud.C.de sacrosanc.eccl.ꝛ.l.con-
sensu.ff.de actio.ꝛ oblig.ꝛ ob hanc causam non videtur po-
tuisse confirmari iuramento secundum Humber.de bono.in
repetit.dicte auth.sacramenta.in materia cause formalis.ad
princi. Cui dicto nõ obstat, ꝙ notarij pretendantur fuisse sti-
7 pulati pro ꝛ nomẽ eiusdẽ Amedei: quoniã respõdeo, ꝙ † per
stipulationem notarij factam in conuentionibus extraiudi-
cialibus nõ queritur actio vtilis parti sine cessione: per id ꝙ
no.glo.in.c.q̃q̃.de vsuca.in.vj. Inn.in.c.dudum.de conuersi.
coniuga. Angel.in.l.non enim.ff.de adopt. Joan.Fab.in.§.si
quis alij.versi.circa vero acquisitiones instit.de inutil.stipu-
la. Bertran.de den.in.l.generali.C.de tabul.lib.x. Guido.de
Suza.ꝛ Cyn.in.d.l.non enim prout ibi refert Bald.ꝛ idẽ vi-
detur ibi sentire ipse Bald. q̃uis non multum clare. Et licet
8 aliqui † tenuerint ꝙ de iure, vel consutudine notarius possit
etiã in extraiudicialibus stipulari, non tamẽ videtur ius ac-
quiri parti, nisi per ratihabitionẽ subsequutam: vt eleganter
voluit Albe.in.d.l.non enim. quo fit, vt nullũ ius quesitũ fue-
rit dicto nobili Amedeo ex donatione huiusmodi: cum nec
presens extiterit, nec etiã appareat dictã pretensam stipula-
tionẽ factam eius nomine fuisse per eum ratificatum quin-
imo nec agnitam: saltem ante mortẽ dicti quondã do.Gauf-
fridi eius patris, ꝛ donatoris: ꝛ aditionẽ hereditatis e iusdẽ,
9 seu immistionẽ de illa factã donatio † enim requirit extrema
habilia requirit enim presentiã persone cui donat: vel ꝙ in-
teruenerat nũtius ad hoc deputatus: vel epistola.l.absenti.ff.
10 de don.ꝛ.l.qui absenti.ff.de acq.pos. Hinc † dicimꝰ, ꝙ bene-
ficiũ collatũ absenti sibi nõ acquirit, nec sibi prodest ante ha-
bitã notitiã, ꝛ presentationẽ literarũ: per ea, que ponit Bar.
in.d.l.absenti.ꝛ ꝙ habet in.l.Labeo.ff.de iureiur.ꝛ per gl.in
c.qꝛ cũctis.de cõces.preben.in.vj.ꝛ in.c.si tibi absenti.de preb.
eodẽ lib.ꝛ refert Rom.in.d.l.qui absenti. fuisse in facto con-
11 sultũ † ꝙ beneficiũ ciuilitatis collatũ cuidã ciui originario al-
terius territorij tũc absenti, sibi nõ profuit ante habitã noti-
tiã, ꝛ factã acceptationẽ: qꝛ beneficiũ collatũ absenti nõ pro-
dest, nisi post acceptationẽ: ꝛ dicit idẽ Ro. fuisse allegatã in
12 d.l.qui absenti. Allegat † etiã idẽ Rom. rationẽ: qꝛ potestas
quã habet ciuitas in suũ ciuẽ, ꝛ potestas, quã habet pater in
filiũ equiparãtur.l.postliminiũ.§.filius.ff.de capti. sed benefi-
ciũ legitimatiõis impetratũ per patrẽ filij naturalis, ipso fi-
lio ignorante, nõ prodest ipsi filio, nisi in ipsius notitiã deue-
nerit: ꝛ ratã habuerit impetrationẽ. aut.qui.mo.nata.effici.
sui.§.generaliter.coll.vij. Pro premissus facit ꝙ voluit Pe.
13 de Anch.cõsi.mihi.cccxcix.in impressis.vbi † cõmemorãs fa-
miliares Pape gaudere amplis preeminẽtijs quoad benefi-
cia collata, dicit, ꝙ si absens, ꝛ ignorãs fuerit cõstitutus fami-
liaris Pape, ipse ante notitiã, ꝛ acceptas literas familiarita-
tis, nõ acquirit beneficiũ familiaritatis: ꝛ ibi pulchre allegat
Bal.etiã in preludijs feudorũ dicentẽ, ꝙ si prelatus concedit
feudũ alicui absenti, nõ põt peti inuestitura ante p̃sentatas,
ꝛ acceptas literas cõcessionis: etiã Bar.in.l.bñficiũ.ff.de cõ-
stit.dicit, ꝙ priuilegiũ collatũ absenti, ꝛ ignorãti, sibi nõ pro-
dest ante habitã notitiã: facit ad premissa ꝙ post Jo.And.in
addi. Specu.titu.de action.seu petitione.§.super petitioni-
bus. in vltima additio. exordiente. Dic vt de concessione
prebende

prebende.&c.voluit Gemin.in.c.ij.in fin.de preben.in.vj.vbi
dicit.Vocauit beneficium in curia, Papa illud contulit cui-
dam tunc absenti,& ignoranti, qui deinde anteꝙ̃ acceptasset
mortuus est extra,curiam:querit,vtrum illud beneficiū dica
tur nunc vacare in curie,& decidit,ꝙ sic:ex eo qꝛ,cum ille ab-
sens ipsum nō acceptasset, dici nō poterat esse iuū.d.c.si tibi.
& alijs iuribus per Joan.And.& cum allegatis & quamuis
Rom.consi.cccxcv.exord. Donatio patris nullo iure videre-
tur subsistere.&c.videatur in aliquo cōtradicere his que pre-
dixi:quatenus vz,dixi superius,ꝙ donatio facta absenti nō
valeat,nisi interueniēte epistola,vel nuntio ad hoc misso:per
rationes,quas ibi allegat:ipse tamē fatetur, ꝙ in cōtrariam
sententiam inclinare videtur omnium antiquorum patrum
authoritas: pro quorū sententia multa inducit in principio.
eiusdē consilij.ab illa igitur postꝙ̃ cōmunis est, imo,vt fate-
tur omniū,non videtur in consulendo,aut iudicādo receden-
dum:per ea que not.doct.in.c.j.de constit.& in.l. cum prola-
tis,ff.de re iudi.Insuper,ꝙuis idem Roma.de hoc conten-
dat,ꝙ ad validitatem donationis facte absenti non sit opus
interuentu epistole,vel nuntij ad hoc destinati , sed sufficiat
interuentus alterius proprio motu interuenientis , ipse ta-
men non negat qui sit opus notitia donatarij,& acceptatio-
ne donationis sibi facte: quinimo per totū discursum illius
consilij videtur idem Roma.presupponere,ꝙ opus sit noti-
14 tia,& acceptatione:& ꝙ† opus sit acceptatione, voluit Fran.
de Are.cōsi.xvij.exord.Consideratis diligentissime.&c.versic.
Preterea in vltimo pacto.&c.ibi.sed ex secundo capite. Pro
quo allegat.d.l.absenti in.fi.ff.de dona.& dicit in dicto consi.
idem Fran.de Aret.opus esse nuntio , vel epistola:per iura,
que allegat:pro premissis etiam faciunt not.per Alexan.de
Imo.& Franc.de Aret.in.d.l.qui absenti.Cum igitur dicta
pretēsa donatio facta extiterit in absentia dicti nobilis Alme
dei,nec appareat ꝙ illa postea ad ipsius notitiam deuenerit,
aut ꝙ ipse illam ratam habuerit viuēte dicto quondam do.
Gauffrido,quinimo,nec post mortem ipsius ante testamen-
tum eiusdem nobilis Almedei,dici posse non videtur, ꝙ per
illam,eidem Amedeo ius fuerit acquisitum in rebus dona-
tis:scio tamē referendo Guy.Papa, ꝙ alias contra hoc iu-
dicatum extiterit per dictam insignem curiam:put ipse di-
cit decisione.xlix.exord.In processu dicte cause.&c.sed quod
predixi verius videtur, sub benigna correctione eiusdem in-
signis curie.Nec dicat aliquis,ꝙ per constitutionem precarij
de qua in instrumento eiusdem pretense donationis,fuerunt
possessio,& consequenter dominium rerū donatarū translate
in ipsum nobilem Amedeum : quoniam respondeo, ꝙ illud
15 dici consuetudine videlicet , ꝙ ille† dicitur possidere, cuius
nomine quis possidet.l.quod mer.cum suis simil.& quod ibi
doct.ff.de acqui.poss.intelligitur, & intelligi debet , quando
presens erat iste:& consentiens tempore , quis incepit eius
nomine possidere:sed si non erat presens, & consentiens , sed
nomine absentis quis constituit se possidere, vt in casu no-
stro non dicitur possidetur, anteꝙ̃ ratum habeat.l.commu-
nis sermus.§.j.ff.de acquiren.poss.& l.si ego.ff.de nego.gest.
Huic dicit Ant de Butr.in.c.cum venisset de restitu.spol.ꝙ
si interim,antequam ratum habeat ille, cuius nomine possi-
deretur,expelleretur de possessione ille, qui eius nomine pos
sidet,non competeret remedium recuperande possessionis
illi,cuius nomine possidebatur:etiā si postea ratificet : & ita
dicit tenuisse dominos de Rota.conclusione mihi.cl.exord.
Item licet amicus.&c.de quo Alexan.de Imol.in.d.l.quod
16. mer. Etiam nec† dominium queritur ante ratifficationem,
sed manet penes constituentem:per id quod not.glo.in.d.l.
si ego.super verbo.suam facere secundum communem opi-
nionem ibi recitatem:quam omnes communiter sequuntur:
& l.si sponsus.§.si vxor.ff.de dona.inter vir.& vxor.reprobata
vltima opinione per gl.recitata super eodem verbo.suam fa-
cere.quam omnes communiter ibi reprobāt.Ex quibus in-
fertur,alio non apparente,dictum quondam domin.Gauf-
fridum remansisse possessorem,& dominum,quandiu vixit in
hoc mundo , rerum per eum donatarum:& consequenter ꝙ
pacta,& conuentiones secundo loco facte,& de quibus in di-
cto casu,& primo quesito valuerint: cum ille facte extiterint
ante matrimonium contractum inter dictos nobiles Ame-
deum,& Alisiam: & hoc per iura alias ad hoc opportune al-
legata per spectabilem virum domi.Joannem Girardi iu-
rium doctorem eximium : que non repeto:& quibus addo.l.
quoties pater.versic.plane si ante nuptias.& quod ibi Bart.
17 & docto.ff.solu.matri.per quem probatur,quod† licet pater
dotem pro filia promiserit,ipse tamen potest quandocunque
ante nuptias celebratas,seu matrimonium,stipulari illam si-
bi reddi: quod si ita est in dote , cui debentur multi,imo, vt
ita dixerim plurimi fauores, multo fortius ita esse debet in
dictis pactis,& cōuentionibus secundo loco factis:& eo ma-
xime:quia idem Amedeus videtur eas approbasse in suo vl-
timo testamento:vtpote,que erant,& sunt pars,& de appen-
dentijs pactorum , & conuentionum celebratarum tempore
matrimonij per verba de futuro contracti suorum parētum
ministerio per dictos nobiles Amedeum,& Alisiam.Facit,
18 quia† ille cui acquiritur ius ex contractu , debet illum acce-
ptare cum omnibus clausulis in eo appositis: vt not.Bald.
& post eum moder.in.l.contra iuris regulas.§.si filius.ff.de
pac.ad quod facit text.in.l.Caius.ff.de manumissio.& l.ij.in
ratione sui.ff.de re.eorum. Nec opponat aliquis ad impu-
gnationem pactorum,& conuentionum secundo loco facta-
rum,quod donatio de qua supra fuerit morte dicti quondam
domi.Gauffridi cōfirmata: etiam si ab initio nulla extitisset
quoniam respondeo,quod cum, vt apparet ex testamento di
cti quondam domi.Gauffridi, ipse de rebus per se donatis
disposuerit,tam instituendo, quam substituendo: instituen-
do, videlicet,dictum nobilem Amedeum, non solum in bo-
nis tempore donationis sibi reseruatis,sed etiam in oppido,
seu castro Clauaysonis,cuius dominum ibi se dicit,& nomi-
minat: censetur ipse domin.Gauffridus dicto Amedeo filio
fortiorem titulum,scilicet,institutionis cōtulisse: quo super-
ueniente videtur euacuatus primus titulus,scilicet,donatio
nis:per id quod habetur in.l.seruus alienus.§.qui fideicom-
missariam.ff.de heredi.institu.quod etiam in simili voluit
Oldra.consil secundum quotam meorum.C.exord. Titius
habens filiam.B.nomine fecit sibi donationem tempore nu-
ptiarum sub forma,que sequitur.Ego Titius.&c.versi.nunc
autem de tertia dicamus.& eo maxime hoc procedit:qꝛ non
apparet quod ante aditionem hereditatis dicti quondam
domi.Gauffridi, seu immistionem de illa factam , vel etiam
post fuerit dominium rerum donatarū eidem nobili Ame-
deo acquisitum:quo fit,vt presupposito citra preiudicium ve
ritatis,quod donatio predicta valuisset ab initio, solum ta-
men quesita erat actio personalis ipsi nobili Amedeo, que
sibi competebat tempore mortis eiusdem dom.Gauffridi:&
que confusa est per immistionem hereditatis.l.debitoritur.
cum sua materia.C.de pact.& per hec videtur responsum ad
primum,& secundum quesita.¶ Ad tertium dico & respon-
deo,ꝙ cum prefatus quondam nobilis Amedeus se immis-
cuerit bonis, & hereditati dicti quōdam domini Gauffridi
militis, ipse videtur acquieuisse testamentarie dispositioni
eiusdem:& illam approbasse:quo fit,vt valuerit de dispositio
facta per dictum dominum Gauffridum substituēdo eidem
Amedeo nobilem Franciscum ipsius Amedei fratrem: &
tam ipsi Amedeo,quam Francisco,si decederent sine liberis
nobiles Joannam,Antoniam.& Beatrisiam : ac superuen-
tem ipsarum,& eius filios masculos:postquam apparet,ꝙ in
dispositione huiusmodi idem domi. Gauffridus expresse di-
sposuit de castro Clauaysonis.l.vnum ex familia.§.si rem.
tuam.ff.de legat.ij.facit: quia dictus domi.Gauffridus non
legitur donasse nisi terram Clauaysonis , & de alijs bonis
suis vsque ad complementum bessis , sue duarum partium
bonorum eiusdem donatoris:si,& quatenus valor terre Cla-
uaysonis non ascenderet ad valorem dicti bessis: honorauit
19 † ergo dictum nobilem Amedeū eius filium quoad dictam
tertiam partem bonorum non donatam,& quoad bona post-
ea quesita si que erant,eum ergo onerare potuit.l.ab eo.cum
suis simili.C.de fideicommis.cui non videtur obstare.l.Im-
perator.§ cum quidam.ff.de lega.ij.quia,vt predixi, non ap-
paret quod tempore facti testamenti per dictum dom.Gauf
fridum,vel mortis eiusdem, aut tempore adite eius heredi-
tatis dominium rerum donatarum acquisitum extitisse ipsi
nobili Amedeo:aut quod res huiusmodi vllo vnquam tem-
pore eidem spectauerint titulo dicte pretense donationis,
vel alio:preterquam titulo institutionis heredis de eo facte:
dictus etiam nobilis Amedeus in dicto suo testamento in-
stituit nobilem & generosam mulierem dominam Beatri-
siam eius sororem:& suos masculos: cuius filius naturalis,&
legitimis existit dictus nobilis Gauffridus iunior:que sub-
stitutio diu est sibi locum vendicat in personam dicte quōdā
domine Beatrisie,per sublationem precedentium.Venio ad
quartum et vltimum quesitum : super quo respondeo & di-
co, quod verba quictantie, & remissionis facte per nobilem
Annam inibi nominatam fuerunt multum ampla ipsa
enim , vt inibi legitur, sponte, & ex eius certa scientia, &

ſpontanea voluntate, non errans in aliquo, nec decepta, ſed sciēs, ⁊ ſponte, nomine ſuo, ſuorumque heredum, ⁊ in futurū ſucceſſorum quoruncunque ceſſit, quictauit, ⁊c. dicte domine Beatriſie omnia, ⁊ ſingula iura, actiones, ⁊ requiſitiones quecunque, ⁊ quaſcunque eidem nobili Anne qualicunque, ⁊ quouis titulo competentes, ⁊ competentia: ac etiam competituras, ⁊ competitura: in, ⁊ ſuper omnibus, ⁊ ſingulis bonis, rebus, iuribus, ⁊ actionibus paternis, ⁊ auitinis: ac etiā maternis, ⁊ nobilis quōdam Franciſci de Clauayſone eius auunculi: ⁊ cuiuſlibet alterius deſcendētis a nomine de Clauayſone, qualitercunque, ⁊ quocunque iure, titulo, ſiue cauſa ipſi Anne pertinerent iure teſtamentorum, ſucceſſionis, donationis, cauſa mortis, ⁊ legatorum particularium, vel alias

20 qualitercunque: ſalua tamen. ⁊c. que † verba recte inſpecta, ſunt verba multum generalia: ⁊ alias talia, que, ſalua ratione recti ſermonis, reſtringi non poſſunt: debuerūt igitur eidem quondam nobili Anne in omnibus obeſſe. l. pluribus. ff. de acceptilatio. Ubi generalis liberatio ad omnia indiſtincte extenditur ſecundum Jaco. But. ⁊ Sali. in. l. age. C. de tranſac. ⁊ Sali. in. l. ſi de certa. C. eo. tit. quinimo nō ſolum iſtorū, ſed etiam omnium cōmuniter in iure ſcribētium videtur eſſe hec ſententia: vt videri poteſt ex ijs que ponit Bar. Pau. de Caſtro. ⁊ alij in dicta. l. ſi de certa. ⁊ idem Bartol. et alij in. l. ſub pretextu. C. de tranſactionibus. gloſſ. in. l. emptor. §. Lucius. Bald. et Angel. in. l. tres fratres. ff. de pactis. Alexan. de Jmo. conſi. mihi. xlij. exord. Super premiſſo themate diligenti animaduerſione. ⁊c. verſi. ſed premiſſis nō obſtantibus ⁊c. in primo volū. ⁊ conſi. xj. exord. Viſo, ac vt oportet, conſiderato. ⁊c. in ſecundo volu. ⁊ videtur predicta quietantia debuiſſe, ⁊ debere intelligi non ſolum de iuribus eidem nobili Anne tempore quietantie huiuſmodi cognitis, ⁊ per eā cogitatis, ſed etiam de incognitis: ⁊ hoc propter generalitatē verborum in ea poſitorum: inſuper, ⁊ propter iuramentum per eandem preſtitū: pro quo allegaſſe ſufficiat in locis predictis: preſertim vero Bal. in. d. l. tres fratres. ⁊ Alex. in dictis duobus conſilijs. Non potuit igitur ipſa nobilis Anna impugnare quietantiam huiuſmodi, ⁊ impugnando dicere quod non intellexerit de bonis ⁊ rebus dicti quondam nobili Amedeo eius patri, per dictum quondam. do. Gaufredum eiuſdem Anne auum paternū donatis, ⁊ remiſſis. Etiā nec illam impugnare ⁊ capite reſtitutionis in integrum, aut beneficij minoribus conceſſi: vtpote ab huiuſmodi beneficio excluſa propter iuramentum per eandem preſtitum. auth. ſacramenta puberum. ⁊ quod ibi per doct. magis communiter. C. ſi aduer. vendi. Non etiam videtur venire potuiſſe contra eam ex remedio. l. ij. C. de reſcinden. vendi. etiam ſi leſa extitiſſet vltra dimidium iuſti pretij: q2 ipſa videtur renuntiaſſe remedio. l. huiuſmodi: renuntiauit enim multis remedijs, ⁊ iurib9: ⁊ deinde ſubiunxit: omnibuſque iuribus, quibus deceptis in cōtractibus ſubuenitur: per que videtur etiam renuntiaſſe remedio. d. l. ij. per ea que not. Barto. in authentic. matri. ⁊ auie. verſicu. ſed quero quid ſi renuntiauit. ⁊ verſicu. quero quid ſi non renuntiauit. C. quando mulier officio tutele fungi poteſt de quo etiam Alexand. de Jmola, in dicto conſilio vndecimo. Et quemadmodum ex capitibus huiuſmodi, vel alias eadem quondam nobilis Anna venire non poterat, ita nec contra eam venire poteſt nobilis vir Philippus de maſſues eius filius: ſi tamen, ⁊ quatenus ſe

21 pretēdat eſſe illius heredem: q2 † exceptio obſtans defuncto, obſtat regulariter ⁊ heredi: ⁊ eundē repellit: per ea que habentur in. l. venditrici. C. de re alie. non alie. l. filiū. ff. de libera. cau. auth. de iureiurand. a morien. preſti. ⁊. l. ex qua perſona. cum ſuis ſimili. ff. de regu. iur. Que dixerim; ⁊c.

F I N I S.

Series Chartarum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t v x y z.
Omnes ſunt terne, dempta, z, vltima, quaterna.

L U G D U N I,

E X C U D E B A N T Ludouicus, & Stephanus Couchardij fratres.

colorchecker CLASSIC

calibrite

